




8
7-a
11


7
10 L
4

M. TVLLII CICERONIS
RHETORICORVM AD HERENNIVM LIBRI QVATVOR,

aliàs, Ars noua, siue Noua rhetorica.

RHETORICORVM DE INVENTIONE LIBRI DVO,


aliàs, Ars vetus, seu Vetus rhetorica.

IN RHETORICA AD HERENNIVM, HIERONYMI Capiduri Parentini, & Iodoci Badij Ascensij commentaria, Giberti Longolij annotationes, Claudij Pontani scholia, Petri Victorij castigatio, Marini Becichemi Scodrensis castigationes.

IN RHETORICA DE INVENTIONE, M. FABII VICTORINI rhetoris, D. Hieronymi praeceptoris, commentariorum libri duo: Marini Becichemi in libros de inuentione, & in ipsos Victorini commentarios castigationes.

INDEX PRAETEREA IN VTRAQVE HAEC CICERONIS rhetorica, atque in ipsa interpretum commentaria.

Impressa sunt ad exemplum postremae editionis Aldinae, ex vltima PAVLI MANVTII correctione.









Venetijs, Ad Signum Iurisconsulti.

M D LXXVIII.



PRO RHETORICIS M. T. CICERONIS AD C. HERENNIVM, NICOLAI ANGELII BVCINENSIS AD PHILIPPVM STROZAM DEFENSIO




LIBRARIORVM quidem deprauatione, Philippe Stroza, & temporum vitio, Cic. in hisce Rhetoricorum ad Herennium libris à seipso hactenus per mendas ita sensim abijt in deformitatem, vix iam vt suorum plerisque agnoscatur. Vnde incelebres lectionis eius, quibus macularum fœditas diuinæ eloquentiæ vultum subtraxit, titulum huius operis subdititium esse contendunt, & auctoris inopes, Virginio, vel Cornificio cuidam, quem penitus non norunt, quod maxime rideas; leuissima quadam, imò nulla coniectura pue viliter tribuunt. Sed quamobrem tam bonas dicendi rationis præceptiones summi opicis artificio surripiant, discas. Primum aiunt Quintil. cum suas Institutiones oratorias, crebris orationum Cic. & omnium eius de arte rhetorica operum exemplis confirmet, Rhetoricos ad Herennium vsquam citasse, vtique citaturum, si Cic esse sciuisset: tum Plutarchum in Cic. vita, ennmeratione voluminum quæ Cicero reliquerit, libros ad Herennium tacuisse: nec Hermestem quendam, de quo in illis fit mentio, inter præceptores per quos Cic. profecerit nominasse: deinde legi quædam in his, quæ de Oratore ad Q. fratrem libris magnopere repugnant: nec esse ferendum, quenquam sibi in suis scriptis dissentire. Dicendi postremo figurã multo humiliorẽ ac sicciorẽ cognosci disputant, quam quæ Cic. sublimitatem atque opulentiam referat. His tenuibus coniecturis, hoc opus à suo parente per inscitiam reuulsum, Cornificio, aut Virginio, nec id quidem sibi; si reuiuiscant, asserturis, ridicule addicunt. Verum exigui est negocij, tam est aperta veritas, horum refellere pueriles opiniones. Primo loco aiunt, Cic. opus ideo non esse, quod nusquam à Quintil. citetur: quasi sit necesse ea omnia suo auctore spoliare, quæ à Quintil. non citentur. Quod si ita est, nullius opus esse relinquitur, quod nemini sua citatione Quintil. adiudicet Locis tamen non paucis horum librorum verbis, & sententiis vsus, eos Cic. esse, gaudem coniecturam facit. Eius enim lib. 1. de Elocutionis virtutibus verba hæc sunt: Vsitatis tutius vtimur, noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt modicam laudem afferunt orationi; repudiata etiam in iocos exeunt. Audendum tamen nanque, vt Cic. ait, etiam quæ primo dura visa sunt, vsu molliuntur. Cic. in præfatione lib. iiij. Rhetoricorum, hunc sensum his verbis expressit. Quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse vsitata: ergo hæc asperiora primo videantur necesse est. Eiusdem lib. ix. de Verborum coloribus. Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginenses: qui sunt qui bellum crudelissime gesserunt? Carthaginenses: qui sunt qui Italiam deformauerunt? Carthaginenses, qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginenses. Exemplum hoc est Ciceronis Rhetoricorum iiij. de Complexione. Ibidem. Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari. Auium dulcedo, ad auium ducit. Sic Cic. in Rhetoricis de Traductione. Nec obstat. quod Quintil. subiunxerit paulo post, Cornificius hanc traductionem vocat. Nam ea quæ iocandi causa ferebantur in ore vulgi, obuia erant exemplis pluribus scriptoribus, Plenus est hoc loco Quintil. exemplis, quibus vtitur etiam Cic. de verborum figuris. Quòd autem hanc Rhetoricem, inter cetera M. Tullij volumina negant à Plutarco enumerari, infirmissimum sane est. Quid si Plutarchi memoriam in tanto librorum numero fugit, cuius negligentia super Cic. rebus nemini vel mediocriter erudito obscura est? præterijt nanque & alia multa. Quid si consulto tacuit? ne summi oratoris alia de facultate oratoria diuina opera tractatu tam familiari deformaret? Quid si ea verba apud quem legerunt Plutarchum desunt? multa enim in omnibus scriptoribus, & deesse, & superesse passim intelligimus: quale hoc ipsum quod aiunt de Hermeste. nam in vetustissimis ac fidelissimis codicibus, quorum plurimos legendos summa diligentia curauimus, nullum Hermestem inuenient. Leonardus enim Aretinus, summe eruditionis vir, hoc opusculum ceteris Ciceronis voluminibus proculdubio annumerat, vbi in ea re Plutarchum Latinum facit. De quo id acceptum ostenditur. Indignum tertio loco clamitant, & nullo animo ferendum, in suis scriptis sibi quenquam dissentire. Fateor ergo indignum, si loco tempore, volumine eodem sibi quisquam dissentiat, aut de vniformi scientia. Hic vero non de numeris, aut de terræ mensuris, non de ratione siderum agitur, sed ea de arte, de qua mira est scriptorum traditionis varietas. qua de causa Quintil. se opus suum suscepisse scribit, vt inter auctores tam varios quid putet sequendum doceat. Quin Peripateticis nullus est datus labor durior, quam conari, ne dogmatis princeps sibi ipsi in suis libris repugnare videatur. Quæro hoc loco, an lib. de Inuentione, & Partitiones ad filium, Ciceronis esse negent, quod in alijs pariter multa verbis mutatis, quædam in pauciores species aut plures partita, alia diffidentia ab illo diuino de Oratore opere legent; vt vtique diuersa cognoscant. Alium scriptorem alio loco Cicero secutus est. Nec enim vnus est ad persuadendum callis, nec semita eadem, sed quauis ratione quis apposite ad persuasionem dixit, is nimirum functus officio oratoris fuerit. Formã postremo dicendi haud esse Ciceroni similem contendunt. quo equidem multo sum æquior illis, quam in ceteris. Ego enim ipse nonnunquam vix in his libris Ciceronis vultum agnoscebam, adeo erant vocum perturbatione, mutatione, detractione, adiectione, omnia vitio temporum, & librariorum culpa inuersa, & deprauata, nec suus orationi numerus assurgebat, nec verus ille nitor plurimis in locis renidebat. At nunc opera nostra disiecta magna ex parte nebula, iam prope modum aperta est sua Cic. facies: iam nulla ibi figuræ tenuitas, aut exilitas apparet, sed nuda, venusta, pura verborum castitas, ingeniosissima ac lucidissima docendi breuitas, maxima præceptionum virtus omnibus ingenijs præterquam vnius Cic. erepta vbique cernitur. His opinor satis diluimus aduersariorum argumentationes nunc adiumenta nostra confirmemus, ac veritatem ipsam, quæ est luce meridiana clarior, paucis tueamur. Qua in re omittimus omnem antiquitatem, cuius maiestati, & in fabulosis semper fuit habita multa fides. quæ sola grauissimo suo testimonio asserit Cic. operi, cuius titulum ab eo acceptum seruat adhuc ad nostra tempora incolumem: nec tam longa seculorum fluxura inuentus est qui aut ei ademerit, aut de ea re quidquam se dubitare scripserit. Dicant hoc loco isti, si possunt,

sunt,

sunt, quæ causa hominem, quisquis ille fuit, implerit, vt titulum auctori suo ereptum, Ciceroni adscripsit: vel qua id ratione in tot voluminibus sparsum facere potuerit. Omitto plurimos, & grauissimos testes Leonardū Aretinum annumerantem hanc Rhetoricen, vt dictum est, inter alios Cic. libros: Trapezuntium primo Rhetoricorum citantem Ci. ad Herennium: Priscianum lib. iij. de Superlatiuo, & lib. x. de Præteritis sæpius confirmantē artem suam verbis Cic. ad Herennium: Hieronymum doctrina & antiquitate grauissimum: & alios permultos, quorum tenui testimonio multo difficiliorē causam apud seuerissimos iudices tenerē. Quis obsecro est tam hebes, & , vt Græci aiunt, ἀναίσθητος qui primis statim operis verbis Cic. non agnoscat, cuius plurimā operam defendis amicorum negociis periculisq; versatam multis in locis legimus: quod in præfatione Tusculanarum scribit, & Philippicarum his verbis, omne enim curriculū industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratū est & alibi sæpius. Atqui pro foribus Cic. astare diximus. Ingredere bone Lector limen: circunspice: totus tibi Cicero aperta facie ac summam tegulam, nisi dissimile, passim occurrit. Equidem non grauarer proferre plurimos vbiq; locos eisdem verbis, cum ceteris de facultate oratoria scriptis, tum præcipue de Inuentione libris cōmunes, vt manifestum appareat hic familiarius perfecisse, quod sibi Cicero iuuenili calore ambitiosius inchoauerat. O ridiculum hominū genus. Tamne ille istorum Cornificius verborum infelicitate laborauit, vt suam artem alienis verbis vestiuerit, moturus maiores risus quam cornicula Horatiana, furtiuis nudata coloribus: si repetat Cic. quod ibi suū est, nam nihil ibi relinquetur Cornificio, præter furti infamiā, quod suū sit. Verū ne in scirpo nodum inueniri posse arguat defensio nostra: ipse Cicero aduersus istiusmodi calumniā, & plagiariorū iniurias, nullius omnino patrocinio indiget: ipse enim est acerrimus defensor, & sibi ipse multis in locis inconuincibilis testis. Nam primo ad Herennium sic scriptum reliquit. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cū ceteris artis scriptoribus: nisi quia de insinuationibus noua excogitauimus, quòd eas soli nos præter ceteros in tria tempora diuisimus, vt plane certā viam, & perspicuam rationem exordium haberemus. Et lib. de Inuentione tripertita est insinuatio, his verbis: Insinuatione igitur vtendū est, cum admirabile genus causæ est, hoc est, vt ante diximus, cum animus auditoris infestus est: id autem tribus ex causis maxime fit, si aut inest in ipsa causa quædam turpitudo, aut si ab his qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur, aut si eo tempore locus dicendi datur, cū iā illi quos audire oportet defessi sunt audiendo. Quod si se solū præter ceteros insinuationem in tria tempora diuisisse profitetur, & est insinuatio vtrobiq; in tria tempora diuisa, vtriusque rhetorices eundem fuisse auctorem necesse est. Hic profecto nihil est quod quisquā amplius dubitet, aut quod isti contra sui risum calumnientur. Tullius adhuc hoc ipsum præfatione libri quarti ad Herennium facit, his verbis. Postremo hæc quoq; res nos duxit ad hanc rationem, quod nomina rerum Græca quæ conuertimus, ea remota sunt à consuetudine quarum res apud nostros non erant, earum verū nomina non poterant esse vsitata. ergo hæc asperiora primo videantur necesse est. idq; fiet rei non nostra difficultate. Χαρακτῆρας verborū sententiarumq; lumina quæ latinis vocabulis antea caruerant, à se conuersa esse testatur, quæ & hic, & in tertio de Oratore, Romana ciuitate ab eo donari manifestissimū est, quod à Cicerone alius scribere nullo modo potuit. Insuper pollicetur tertij libri initio se de Rep. rei militari scripturū; quod vtrumq; postea præstitit. Vereor ne prudentioribus videar, quòd in sole lucernam afferre laborem quod istorū cæcitati clarius proferri potest. libro enim primo, ne quid cuiquā addubitationis reliqui faceret, inquit: Tullius heres meus Terentiæ vxori meæ xxx. pondo vasorum argenteorum data, quæ volet. Quam hic calumniam isti comminiscantur, equidem non video. Præterea cetera si desint argumenta, vnum illud euidentissimum est, quo solo claret, eos libros esse nobis à Cic. relictos: cuius si nō concesserint manu, ætate tamen scriptos, figura ipsa dicendi cæcis clarissimū facit. Nā si veterum monumenta repetas, triplicem præcipue doctissimorū hominū fœturam, varia eloquentia, & figura, & vultu Romanis illuxisse comperies. Vnam Lelij & Scipionis fere ætate, qua post Liuium Andronicum plurimi, & poetæ, & oratores floruerūt summa eloquētiæ gloria, de quibus Plauti, Catonis, Terētij, Lucretij superstes est adhuc illa eloquij veneranda maiestas. Alterā, omniū temporum felicissimā, Iulio & Augusto Imperatore, qua ætate clarissima oratorum, & poetarum & historicorū lumina floruerunt. Tertiam sub gente Flauia Cæsarea, sed tum dicēdi genus mutatum animaduertimus quale est vtriusque Plinij, Taciti, Suetonij, Quintiliani, & reliquorū scriptorū eius ætatis. Faciem vero elocutionis huius voluminis dicendæ formæ tum primæ, tum tertiæ fœturæ dissimilem, si inspicias, cognosces. At simillimam secundæ fœturæ, qua nascitur Cicero, felicissimo dicendi generi cognosces. Quòd si hanc argumentationē tenui coniectura colligi dicas, nec quæ eam de ratione dicendi præceptionem à Cic. ideo cōpositam confirmet, hoc certe vel si durissimæ ceruicis, & inauditæ pertinaciæ sis, negare nullo modo potes, necesse esse operis auctorē aut ante Cic. tēpora, aut cū Cic simul, aut post fuisse. Eum ante Cic. ætatē scripsisse negant exempla eorum quæ proferunt in iis libris vt Cæpionis, & L. Cassij, & aliorum quos cū Cic. vixisse manifestissimum est. Infra Cic. hos libros editos non fuisse, indicat non modo dicendi figura, nihil à figura secundæ fœturæ immutata, quā semper cum temporibus immutatam fuisse cernimus, & quod nullum ibi historiæ aut exempli vestigium citra ætatem Cic. progreditur, sed id quod mox subiungam planum fecit. Relinquitur ergo, vt operis auctor cū Cic. vixerit, & eum iam grandem, id est, vbi eloquentiæ splendore & multis suis scriptis vniuerso orbi factus fuerit illustris: norit, cum Terentiam eius vxorem, & liberos, superiore exemplo norit. Quod cum ita sit, cur in Præfatione libri quarti, vbi docet, ad cōparandam eloquentiā exempla esse sumenda à Catone, à Gracchis, à Lælio, à Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, Cic. Virgilium, Horatiū, ne plures cōmemorem, linguæ nostræ lumina vtiq; taceret? An si dijs placet, melioribus relictis, quos sibi proponere ad imitandum oportuit, deteriores nominat? Sed agnoscāt hi aperte Cic. qui de se vt decuit, prudēter tacuit, & magnos petas, ceterosq; scriptores, qui mox à se claruerunt, nosse nondū potuit. Quare garrire isti desinant, & ad melioris iudicij sanitatē iam redeant, nec post tot secula, tam graues testes, firmissimas coniecturas, validissima argumenta, fraudent Cic. hac tantula industriæ gloriola, nec, tem insuper de Caio Herennio intendant, qui cum sibi Cic. in fine operis cognitionem fuisse scribit. de quo meminit Salustius, auctore Gell. lib. ix. Noctium Att. & pro M. Cælio Cic scribit, L. Herennium sibi esse familiarem.

QVOD

QVOD LIBRI RHETORICI AD HEREN-NIVM A FAMILIA CICERONIS AMOVERI

non debent, ibiq; confutata illorum opinio, qui de his litem intendunt, probatumque multis argumentis & auctoritatibus, Cic. opus esse, Marinus Becichemus Scodrensis ad Ioan. Ant. Montis cognomine iureconsultum, Brix. R. P. legatum.



ARRAVERAT mihi Lucas tertius collega tuus, & lib. Epistolarum mearum, in quibus de literarum quęstionibus agitur, ad cęlum extolli, & actionem à te meam valde probari, qua Raphaelis Regii arrogantiam mirabiliter frangere penitus conterere tuo iudicio visus sum quod tanti facio, quanti olim Scęuolæ oraculũ faciebãt. Additq., te publicis negocijs interceptum nõ potuisse, exordio cõcionis (prout destinaueras) interesse: optare icirco eam partem lege, q̃ ab ore meo pendenti audire non licuit: hoc est, disputationem de Rhetoricorum ad Herennium auctore. Hæc ille, nimis me suis verbis extollens, simul & tuis: quæ neq, admittere possum, neq; reiicere debeo. Facit præclara humanitas & eruditio vestra, eloquentiæ splendore illustrata, vt nihil antiquius dicã, aut officiosius, quàm vestræ morem gerere voluntati. Curaui illam orationis particulam tibi transcribere orationis dixi, qm̃ interruptis sermonibus eam ista hominum intemperie, quam ridebant superioribus diebus docti & indocti, disputare nolui. Quid disputare? immo pudendis conuitiis tumultuosis congressibus, fœminieis contumeliis, ineptis & puerilibus altercationibus, vbi tot dies omnibus stomachum mouẽtes non Musis & Apollini, sed illiteratæ factioni, & opificum turbæ canebant. clamore non ratione, strepituq. non asseueratione vtebantur: demum eum molestissimi certaminis exitum sortiebantur, vt plus pertinacia q̃ veritas, plusq. irridentium & inuidẽtiũ conspiratio q̃ aut vniuersæ Academię snia, aut principum, Academię diffinitio valeret. Vidisti quantus tumultus imperitæ turbę, absonusq. tumultantium puerorũ clamor, quãtus strepitus, qualis concionis facies erat, dũ tabula iste ad versus cõpetitores, istas insanias studio iactaret inani. Cõtraq. q̃ mirũ silentium. q̃ incredibilis omnium attẽtio, me disserente, & approbatio fuit. Et qui auditorũ, dii boni, cœtus? summorũ senatorum, doctissimorũ patriciorum clarissimorũ ingenuarũ & omnium doctrinarum professorum: & deniq; quorũcunq; qui aut literati, aut saltẽ literatores, & haud illiterati Venetiis censentur qui in maximo dolore, quem conciperãdat ex istius barbarie, risum continere non poterant ex ineptiis, quibus ridãs primo aspectu risum captabat: mox deinde velut furiis agitatus Orestes, insanire videbatur. Sed tu clarissime Iurisċõsulte & consultissime orator, quietiore animo hasce nugas, quibus Regulus terrã cõmouit, maremiscuit, cœlũ perturbauit, vide.

LITEM etiam Cic. Raphael intendit de Rhetoricis ad Herenniũ, P. C. Vtq. quæstionem pulcherrimam tractatu sibi visam vobis pulchriorem videri faceret, orsus est à Laurentii Vallensis auctoritate: quem mendaciter ait per q̃ acri iudicio asserere, id opus Cic. omnino esse indignum, quod Cic. non esse ascribendum, ex stili qualitate compositionisq. & sententiarum, q̃ pueriles sunt, ex ordine peruerso, & varietate præceptorũ sit argumentatus. Adduxit item & hæc argumenta, ꝙ Hermetis cuiusdam doctoris sui meminerit eiusdem operis auctor, qui nusquam Cic. temporibus memoratur. & ꝙ Fabius Quin. nunquam Rhetoricorum ad Herenniũ meminit, nunq̃ prætermissurus si Cic. esse putasset aut certe suo tẽpore extitisset, quodq. Gellius scribit, nullum antiquorum vsq; ad Augusti tempora, hoc nomine Barbarismo vsum fuisse, cum in Rhetoricis ad Herennium barbarismus definiatur, & solœcismus. Cuius aũt sit, modo Cornificii lominat, modo Virginii, modo Timolai ad Herennianum confingit, qui fratres fuerunt Zenobiæ filii, eum qua (vt scribit Treuellius Pollio) superari, & in triumphũ ducti, ab Aureliano Imperatore, in Tiburti agro ociosam vitã vixerunt. Vnde concludit, Timolai rhetoris obscuri in Tulliũ oratorum clarissimum. & Herennium in Herennium, nominibus facile commutatis, propter nominum similitudinem ab imperitis rudioribusq. artem Rhetoricam falso Cic. fuisse inscriptum: Quæ quidem rationes (sic ipse appellauit) videntur mihi casse, vt aiunt, puerorũ nuces. Nam vt omittam, qđ mentitur Vallam id negare, cum vir ille doctissimus sexcentis in locis citet M. Tulii Rhetoricos ad Herennium, vt palã omnibus est, notiusq. quam vt ex eius operibus exempla citẽtur auctoritates & testimonia, vt inquam omittam hoc falsum testimonium, quod ex Laurentio allegat, qui semper & vbiq; Rhetoricos ad Herennium Cic. attribuit, dici potest, propter stilũ eos libros subrusticos ab ipso Cic. appellatos, ex huiusmodi varitate stili & compositionis, male diiudicare possunt opera Cic. cuius stilus non est idem vbiq; sed diuersus, pro materię qualitate. non modo in diuersis operibus, sed etiam in vno eodemq. opere. Quid miraris Raphael? qd subrides? Non ne Plutarchus, & alii scribunt, Cic. omnes dicendi magistros audiuisse? nec iis contentum, in Asiam & Rhodum nauigasse, vt conueniret Xenoclem, Dionysium, Menippum, Apoloniũ Molonis, & alios clarissimos rhetores, vt apud eos se exercendo reformaretur? Non ne ipsemet fatetur, ab Apollonio Rhodio sese in dicendo ita redisse instructum noua quadam dicendi forma, vt à priore dicendi more mutatus, iã alius esset? Non ne Fabius Quintilianus, cum diuersas oratorũ virtutes, varia dicendi genera ponat, M. Tul. in omni eloquentiæ genere excellere testatur? docetq; non modo pro causæ modo, sed pro partibus causæ, faciem eloquentiæ & stilum mutari debere? Non ne D. Hieronymi ipsum Cic. in Xenophontis interpretatione, non iam altero illo suæ eloquentiæ genere nitescere, sed adeo scabris turbulẽrisq. obicibus retardari ait, vt qui interpretata nesciat, à Cice. dicta non credant? Nec mirum. Erat. n. tum adolescens, cum Oeconomicos Rhetoricosq. libros scripsit: nondũ limatus in dicendo nondum in scribendo expolitus, nondum in tot Rhetorum gymnasiis exercitus, non dum in tot oratorũ eloquentiæ varietate versatus. Et ipse auctor in iis ipsis & in aliis de Oratoria faculiate libris docet, qualis figurarum dicendi vsus esse debeat: monetq. huiusmodi figuras in dicendo ita variandas, vt non statim ab vno extremo ad aliud veniamus: vt a graui ad humilem, aut contra ab humili, ad grauem: sed vti grauem mediocris excipiat, mediocrem humilis seu attenuata. Et hoc quidem duabus de causis faciendi: & vt satietas quæ perpetua maxime similitudine alitur, oportuna varietate vitetur: & non minus, vt suum dicendi genus, rebus de quibus agitur accommodetur. Impossibile nanq; est, aut vix contigens, quæ perpetua in oratione dicuntur, ea vnius generis esse. Quod exẽplo clarius fiet. Certum est, Maronem poetam diuinum, tres illas figuras suo carmine separatim expressisse: humilem Bucolico, vbi simplex illa rusticitas, & pastoralis vita describat, cui alia dicendi figura non conueniebat, Georgico, mediocrem, qđ carmen pręcipiendo & docendo fere consumitur estq. eius rei materia illi figuræ accommodata: heroico illo de Aenea & Romanorum gestis, grauem, quibus rebus alia figura minime conueniebat, At si attenderimus, inspexerimusq. diligentius, facile videbimus, in quauis materia pro locorum ratione has sibi figuras inuicem succedere: vt post attenuatum illud.

En vnquam patrios longo post tempore fines.
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen,
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?

Altius paulo & ad mediocrem figuram ascendit:

Impius hæc tam culta noualia miles habebit?
Barbarus has segetes?

Hoc quoque altius, & graui figuræ simillimum,

En quo discordia ciues Perduxit miseros!

Contra in Aeneide, pro ratione negociorũ & personarum, sæpe ab heroica grauitate, & alto illo ac florido dicendi genere multũ deflectitur: vt de ludis ad Anchisæ tumultũ, de Didonis amoribus, de ceruo à Syluia nutrito, q̃ facilme à quouis non omnino imperito dignosci possunt. An stultũ ingt & dementẽ Cic. fuisse putas, & sibi inconstantem! An prudentem; circun-

spectum, & in hoc genere literarum summũ! Si hoc nõ illud credis, vnde tam varius præceptorum ordo peruersus, ac iis quæ à Cic. ipso traduntur contrarius? Ante de memoria atque pronũciatione, q̃ de elocutione illis natura priore, in eo opere præcepta tradit. Exordiẽdi narrandiq. rationes ante q̃ de cõstitutionibus præcipit. Nihil vltra afferes calumniarũ. Docebo vt agmen hmõi ad hunc cumulationũ adducas. Docebit, & M. qui adest iudex, qui vt est maxime omniũ ingenuus, & veritatẽ, non opinionis pertinaciã tuetẽ, nuper dixit se de hac re sniam iam mutasse, publiceq. mutaturum. Ad Herennium quisquis auctor fuit dãnat amphibologias, quas ad Q. fr. Cic. probat. Quid quod hic scriptum, & snias, & contraria, leges, vt diuersa inter se diuisit: inibi vnum ait esse genus, q̃ q̃ causa duplicitur. Illic sub legitima q̃one omne quod in scripti interpretatione versatur, ponitur tanq̃ finitioni agnatum: hic ad qualitatis q̃onem pertinere dicitur, hic ons deprauatio reucitur, oratore indigna. illic præcipitur. Ad Q. fr. suasoriũ genus ad dignum & honestum refertur ad Herennium, ad honestum, & vtile. ad hunc, inuentio, dispositio, elocutio memoria, & pronunciatio oratoris partes dicũtur, quod, & Fabius non probat, ad illum membra elocutionis nominantur. Ibi docilem fieri auditorem magis in discursu orationis ostenditur, q̃ breui explicatione proemii: hic aliter ad Herenniũ scribitur, officium oratoris esse de his rebus posse dicere, quæ res ad vsum ciuium moribus, & legibus constitutæ sunt. Crassus in 1. de Oratore dicit oratoris officium esse, dicere ad persuadendum accommodate. In Arte veteri sua ipse persona inquit, Officium eius facultatis esse videtur, dicere apposite ad persuasionem. Scribitur etiam ad Herennium, enumerationem non plus q̃ triũ partium numero contineri, quod, & periculosum sit, ne qñ plus minus ue dicamus, & suspitio afferatur auditori meditationis, & artificii, quæ res fidem abrogat orationi, q̃ opinionem improbat Quintil. & in suis orationibus Cic. contemplit. In libris de Oratore cũ omnia dicendi lumina nominatim Cic. expediat, traductionis nullam mentionem facit, quæ in quarto ad Herenn. ponitur. Alia item inter se re, & nomine discrepantia sunt, quæ Cic. in aliis libris damnasset, si sua fuissent, aut si damnare, noluisse, saltem cur prius aliter scripsisset, aut scripta non correxisset, testatos esset. Oscitiuolũ argm. ex tãta cõgerie formatu. Quasi nesciat hic eruditorũ cœtus, quasi hæc Academia nesciat. Cic. morem esse, eadem multis variisq. modis præcipere, aliter in Rhetorici ad Herennium, aliter in illis de Inuentione, aliter in libris de Oratore, in Topicis aliter, in Partitionibus aliter. aliter deniq. in Orationibus suis artificio rhetorico vti q̃ in omnibus, & rhetoricis, & oratoriis voluminibus præceperit. Si q̃dã præcepit in Rhetoricis quæ in Oratoriis libris non inueniunt, non ea neglexit qđ damnaret, sed qđ minora illa eruditione & ętate duceret. Proinde Fabius dicit, post Cic. tacere modestissimũ fuisse, nisi, & Rhetoricos suos ipse adolescẽti sibi elapsos diceret: & in oratoriis hæc minora, q̃ plerisque desiderant, sciẽs omisisset. In Rhetoricis de Inuẽtione, quatuor status facit: in oratoriis, & aliis operibus, q̃ ætate matura ꝓduxit, tres tm̃. In Rhetoricis de inuentione reprehendit Hermagoram qđ materiam rhetorices in theses, & causas diuiserit, thesimq. nihil ad oratorem pertinere contendit, totumq. hoc genus quæstionis ad philosophos refert. In Oratore, atque his quos de Oratore scripsit libris, & Topicis, præcipit, vt a propriis personis atque tẽporibus auocemus controuersiam. neque tamen aut hic, & illic dicit, cur scripserit, aliter in Rhetoricis, aut qđ scripserit aliter, aut cur opinionem illam non castiget. Ergo Cic. nõ sunt libri de Inuentione. In rhetoricis ad Herennium de cõplexione scripsit ἀντίστροφον τὰ Græci dicunt, in ceteris libris quos de hac arte composuit, non scripsit: sequit, vt hi aut illi subditi. nothi sint. In Rhetoricis de Inuentione hæc leguntur. Ratio est, quæ continet causam, quæ si sublata sit, nihil in causa controuersiæ relinquitur. hoc modo (vt docendi cã in facili, & prouulgato exemplo consistamus) Orestes si matricidii accusatur, nisi hoc dicat, Iure feci, illa. n. occidit patrem meum: nõ habet defensionem qua re sublata, omnis cõtrouersia quoque sublata sit. Ergo eius causæ ratio est. qđ illa Agamemnonẽ occiderit. Iudicatio est, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis nascit cõtrouersia nã sit ea nobis exposita ratio, q̃ paulo ante apposuimus: illa enim, inquit, meum occiderat patrem. At nõ, ingt, aduersarius, abs te filio matrem necari oportuit. potuit. o. sine tuo scelere illius factũ puniri. Ex hac deductione rationis illa summa nascitur cõtrouersia. q̃ iudicationẽ appellamus, ea est hmõi: Rectum ne fuerit, ab Oreste matrẽ occidi, cum illa Orestis patrem occidisset. Firmamentum est, firmissima argumẽtatio defensoris, & appositissima ad iudicationẽ, vt si velit Orestes dicere, eiusmodi animum matris suæ in patrem, in se ipsum ac sorores, in regnum, & in famã generis, & familiæ vt ab ea pęnas liberi sui potissimũ petere debuerint. In topicis vero de iudicatione, & firmamento hæc verba protulit: Sed q̃ ex statu contentio efficitur, eam Gręci κρινόμενον vocãt, mihi placet, id qm̃ ad te scribo, qua de re agitur, vocari. Quibus autẽ hoc, Qua de re agitur, continetur, hæc continentia vocent, quasi firmamenta defensionis, qbus sublatis defensio nulla sit. In Partitionib. aũt sic scripsit: Deinde vnicuiq; rationi opponẽdũ est ab accusatore id, quod si nõ in accusatione eius, causa omnino esse non posset. Itaque ea quę sic referuntur, continentia causarum vocentur quanquã non ea magis q̃ contra rõnem defensionis afferunt, quã ipsę defensionis rõnes continent cãs. Sed distinguendi gratia rõnẽ appellamus, eam quæ affertur à reo ad recusandum, depellendi criminis causa, quæ nisi esset, quod defenderet non haberet. Firmamentum aũt, quod contra ad labefactandam rõnẽ refertur, sine quo accusatio stare non potest. ex rõnis aũt, & ex firmamenti conflictatione, & quasi concursu, quæstio quędam exoritur, q̃ disceptationem voco, in qua quid veniat in iudiciũ, & de quo disceptetur, quæri solet. Quintil. de eodem Cic. in 3. de Orat. instit. Paulum in his secum etiam Cic dissentit. nã in Rhetoricis, quemadmodum supra dixi, Hermagoram est secutus: in Topicis, ex statu effectam contentionem κρινόμενον existimat. idque Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, De qua re agitur, appellat. quibus id contineatur, continentia. quasi firmamẽta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit. At in partitionibus oratoriis, firmamẽtum, quod opponitur defensioni. quia continens quod primũ sit, ab accusatore dicatur, ratio à reo, ex rationis firmamentiq. quæstione disceptatio sit iudicationum. Ex his, si tibi credendum, ne Vetus quidem ars ex Cic. fœtura prodit. In partitionibus quatuor orationis partes facit, initium, narrationem, cõfirmationem, perorationem. in Veteri arte, inq. ceteris rhetoricis præceptionibus, non ita. Nũ partitiones Cic. esse negabimus? an ipsam artem, & ceteros oratorios libros? Partes quoq; rhetor in partitionibus inuentionem esse scribit, elocutionem, & memoriam, resq. ac dispositionem inuentioni, verba, & pronunciationem elocutionem dedit. In lib. de Perfecto oratore ad Brutum, illis astipulatus est, qui plures quam quinque partes esse voluerunt, inuentioni iudicium substituens, q̃ opinionem tãgens Quintil. memoriæ vitio lapsus est. Et Cic. quidem, inquit, in Rhetoricis iudiciũ subiecit inuẽtioni, at in Cic. Rhetorica nihil tale reperitur. Quinimo in illis, vt ex omni constat editione, ex manuscriptis, & sinceris exeplaribus hęc leguntur: Partes autẽ hæ sunt quas plerique dixerunt, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio. q̃ lectionem sic approbat & Victorinus, & eorum sniam Cic. secutus quinque partes esse confirmat, inuentionem, dispositionem, elocutionẽ, memoriã, pronunciationem. De iudicio, neque in auctore, neq; in interprete vlla fit mentio. Quid inde? Vetus ars alterius cuiusuis nõ Cic. est: In veteri arte est præceptũ quoddam, quod, & ad Herẽnium, cum erit honestum causæ genus, licere nobis pretermittere vel vsurpare principium. Id ex Hermagora, qui in gñe honesto pręfandũ esse negauit, quod nihil attineat apparare quod est paratum. cum tñ alias ex Cic. & Fabii non tm̃ præceptione, sed vsu non incongruum sit, benignos iudices benigniores pręfatione facere, & cum offensos aduersarios videamus, offensionẽ illã augere Hermagoræ ratio aliquid momenti tum haberet, cũ causę honestas ante auditoribus perspecta esse, quã cœpta sit agi. Ceterum cũ non est honestas hæc prius cognita, primo orationis ingressu eam auditoribus patefacere debemus. Vnde non mõ liberũ nobis non est, vti vel non vti principio, sed vtiq; semper quo causæ honestatẽ ostendamus, præfandũ est. In hoc gñ principia debet esse breuiora, paulo erectiora plena dignitatis sine iactantia, sed cum confidentia. Tali proœmio vsus est Cic. cum de coniuratorũ animaduersione loqueretur. Video, inqt, P. C. in me omnium vestrum ora atque oculos esse cõuersos. Et deinceps in Veteri arte iubet, narratione magis in breuitate quã in copia peccare debere, qm̃ sæpe res parũ est intellecta, lõgitudine magis quã obscuritate narrationis alibi contrariũ sentit: cõtraq. hoc præceptũ aliquid id omni eius narratione redundare, quã deesse facit: Et Fabius eũ secutus, satius ducit aliqd narrationi superesse, quã deesse, qđ superuacua cũ tędio dicanẽ necessaria cum periculo subtrahunt. Finis nõ esset, p̃stantissimi Patres, si vellem omnia persequi quę in Rhetoricis de Inuentione scripta sunt, quæ aut in aliis Cic. libris nõ reperiuntur, aut si reperiuntur, diuersa & contraria sunt, vario ve modo tradita,

Nusquam

Nusquam tñ aut cur ita scripserit in Rhetoricis, aut cur non se emendauerit, aut cur hoc modo nõ illo præceperit, rationẽ reddit, aut meminit, aut verbum facit Cic. Qui iactas igit. tam friuolum & inane argumentum? Si sua fuissent scripta ad Herẽnium, damnasset, aut cur non damnasset, testatum reliquisset, Cur potius hoc in Rhetoricis ad Heren. quam in Rhet. de Inuent. facere debuit? Si nõ in his cur in illis? Sequitur quod Hermestis præceptoris sui meminit, quo nomine Cic. temporibus fuit nemo quem nec Cic. nec Plutarchus nominat. Quam audaculus, P.C. homo iste? q̃ perturbata mente fertur? Equidem nõ auderem ego hodie affirmare, nõ in vniuersa Italia, sed in vrbe quauis neminem vnum hodie viuere qui Hermes. cũ in principibus unum esse sciam, nominetur. At iste Cic. Temporibus neminem fuisse clamitat. Quid hominis? ex quo hominum genere? Puto Pythagorei Euphorbu ritu ab ea ad hanc diem iterata generatione, ad nos vitium mare propagatum, & ea tẽpestate diuina quadam nomenclatura inclytum, aut quod Appion grãmaticus scriptum reliquit, ex facie hominũ addiuinantẽ, quos Metoposcopos vocabant, vt Plin. ait. ex iis illũ esse, qui futuræ mortis annos & præterite olim dixerit, nũc autem dicat nomina oium superiorum, præsentiũ, posterorum. Sed vere dicit Hermestis nullam fieri in antiquorum monumẽtis mentionẽ. Hermes. n. siue Hermetes Hermetis dicit, Hermestes nusquã legitur quod sciam, sed Hermes, siue Hermetes. Nescis Plutarchum, cũ Cic. præceptores nomina excellẽtiores, deinde addere, & alios. In quibus nominãdis festinans ad lumina artis, noluit immorari. Cur in his Hermestes esse non potuit? nec Cicero pronunciæ præceptores, nisi in pueritiæ operibus nominare debuit. Et si nusquam nominasset. quid propterea? Nõ animaduertis vir docte, Cic. in vtraque arte plures ꝙ varios auctores secutũ. In prologo 2. de Inuent. obseruasti quid dicat? Sed omnibus vnũ in locũ coactis scriptoribus, quod quisq; commodissime præcipere videbatur excerpsimus, & ex variis ingeniis excellẽtissima quæque libauimus. Hermagorã & antiquos in Rhet. de Inuẽt. Hermestem & recentiores in Rhet. ad Herẽnium secutus est. Vnde & tãta præceptionum varietas orta, & hęc vulgo. Noua ars, & illa Vetus etiã à Hieronymo dicta. Satis fuit Cic. vtranq; damnasset, cum dicat, Rhetoricos adolescenti sibi cecidisse, planeq. subrusticos vocet. Nam quod dicis, nõ esse credendum opus de Inuẽtione à Cic. imperfectũ fuisse relictum, librosq. de dispositione ac reliqui partibus Rhetorices fuisse amissos. si quem habes huius fallitatis figulum (hui fictorem siue assertorem dicere volui) manus dabo. Sin autem, stultissimus es, qui aduersaris opinioni ipsius Cic. nam in pfatione de Orat. dicit, sibi excidisse commentariola quędam inchoata, non autem perfecta, vt ipse asseris. Inchoata quidem dñr, quæ incepta sunt, & non finita. Plinius ex illis nos velim intelligit, pigniq. conditoribus, quos in libellis his inuenies absoluta opera. & illa quoq;, quæ mirando non satiamur, pendenti titulo inscripsisse, vt Apelles faciebat, aut Polycletus, tanq̃ inchoata semper arte & imperfecta. Idẽ: arrepto carbone extincto è foculo, imaginẽ in pariete delineauit, agnoscente vultum plani rege ex inchoato protinus. Et mox paulo, Appelles inchoauerat aliam Venerem Coiis, superaturus etiam suam illam priorem inuidit mors, peracta parte, nec qui succederet operi, ad pręscripta liniamenta inuentus est. Infra, neq; interpellatus p̃lius, inchoata opera interfit oino. Omitto Victorini testimonio, qui non semel, sed sæpius affirmauit, duos tñ libros de Inuentione à Cic. scriptos: At libri ad Heren. ideo Cic. non vñt, ꝙ Quintil. id opus nusquam citauit. Quam fortis ratio, & insolubile argũ? Nemo certe in tanta virorum corona nescit, multa fuisse & extare M. Tulii opera, quæ nunq̃ Fabius Quintil. nominauit. Quis neget? quasi vero hoc Quintiliano propositũ fuerit, hoc Oia. institutionum instituturum, Tullianos libros omnes & singulos nominare. Si hanc sibi Quintil. suscepit prouinciam quoscunq; non nominauit, ascitios adulterinosq. indicare par est. Quidni? Si nõ suscepit, cur libros ad Heren. potiusq̃ cetarus alius, quorũ nullũ prorsus facit mentionem? Sed satis meminit Quintil. q libros rhetoricos Cic. excidisse ait, & ab eo damnatos, & ab adolescẽte schola deductos, & si qua est i his culpa tradẽtis esse. Vnde aperte innuit quod ait Cic. in Rhet. ad Herenn. Illum ex Hermetis, & aliorum præceptorum suorum opinionibus, eos libros confecisse, quas regressit in cõmentarios, Sunt. n. inquit, velut re gesta in hos cõmentarios quos adolescẽs deduxerat schola. Et si qua est in his culpa, tradẽtis est Sed quo modo non fuerunt hi rhetorici libri Quintiliani tpibus? Sed idem ait. de nomine Rhetorica agens, Deniq; cum M.T. etiam ipsis librorum, quos de hac re primũ scripserat, titulis græco noie vtatur, non titulo, inquit, sed titulus. Cũ sciret duas artes à Cic. scriptas, quomodo nõ fuerunt, si integræ clausulæ, nedum versus, ad versus ad verbũ apud eundem inueniuntur? si multæ auctoritates, & exempla, quæ ad literam ex ipsis Rhetoricis in Orat. instit. transumpta sunt? Quædam damnat ipsius operis præcepta, vt in quarto, de Partito. Quapropter ne illos quidem probauerim, q partitionem vetant vltra tris propositiones extedere. Quid ais Raphael? Ne huiusmodi exemplis obstrepam? Quid ita? Quoniã non ego, inquit, hoc. sed fateor. indeq. rationem certissimã elicio ad probandum, quòd Rhet. ad Heren. minime sit Cic. quorum auctorem Fabius non nominat. non taciturus, si Cic. illud esse opus putasset. Puerilis est nimus. Raphael, hæc ratio. Solet. n. cum aliqui Cic. opinionẽ damnat Fabius, aut veniam præfari, aut auctorem silere, Ciceronemq. dissimulare. Vide in tertio. Statum, inquit, quidam dixerunt primam causarum conflictionem, quos recte sensisse, parum elocutos puto. non. n. est status prima conflictio: Fecisti, nõ feci, sed ꝙ ex prima conflictione nascitur. Hoc si non immemores, nõ nisi in Rhet. de Inuen. legisti, vbi talis est diffinitio status. Constitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta hoc mõ: Fecisti, non feci, aut iure feci. Non nominauit Cic. auctorẽ Fabius, ergo Rhet. de Inuentione libri non sunt Ciceronis? Friuolam rationem, ridiculum argumentum. Quod si aliquid valeret ipsius Quintiliani auctoritas reiicit, cuius verba in secundo sunt hæc. M. Tullius ipsi librorum quos de hac re primum scripserat titulis, græco nomine vtatur. Hæc, vbi de nomine Rhetoricis, q̃ in illum transferentes tũ oratricẽ transtulerunt aliqui. Si Cic. vnam arte quã veterem dicimus, & nõ duas, hoc est & veterem & nouã scripsisset nunq̃ tantum auctor Titulis, sed Titulo dixisset. Nõ tu, q oia peruertis, diceres Vir. scripsisse libros titulis Aeneidos, aut titulis Georgicorũ, titulis ue Bucolicorũ, sed titulo. vnus est. n. titulus Aen. vnus Georgicorum, vnus Bucolicorũ, nõ duo, nõ plures. Dixit Fabius Titulis, quia & Artis veteres est Rhetoricorũ. & artis ad Herẽniũ titulus est Rhetoricorũ. Deniq; inqt, cũ M.T. ẽt ipsis librorũ. quos de hac re primũ, scripserat, titulis græco noie vtat, profecto non est uerendum, ne temere, videamus oratori maximo de noie artis suæ credidisse. Et notanter dixit Titulis, vt ostẽderet se non temere ipsi Cic. quãuis adolescenti, credere, qui non semel ea inscriptione fuerit vsus. Ait preterea A. Gell. 12. Noct. Atticarũ scribere, se non comperisse quenquã ante Augusti imperium. eorum qui integre locuti sunt, dixisse Barbarismũ, & in libris ad Heren. esse & barbarismi & solœcismi definitionẽ, ideo Cic. libros non censendos. Minimi certe studii es Raphael, si non legisti, aut nullius memoriæ si nõ te legisse recordaris, Gell. in 5. tradidisse, neminẽ aut latinũ aut græcũ, eorũ qui facundi habe rentur dixisse, barbarismũ aut solęcismum. Miror ẽt te non adduxisse, eundẽ auctorẽ scribere, Cic. abstinuisse hac voce Nouissimus, vnde si in opere ad Herenniũ reperitur id nomẽ si alio in opere quod Cic. titulũ habeat, ea esse subdititia, cũ presertim M. Varro scribat, quod extremũ dicebatur, eo tpe dici cęptum nouissimũ quo sua memoria seniores tanq̃ nimis nouũ verbũ vitabant. Nã vt ibi censuri acutissimo credamus, vt A. Gell. hallucinari minime videatur, affirmabimus, nec Rhetor. ad Heren. nec epistolarũ ad Brutũ, ad Q. Fratrẽ, ad Atticũ, & ad alios, nec orationũ volumina. nec Oratorẽ ad Brutum Cic. opera esse. In epist. n. ad Octauium hæc leguntur. Nam vt ordiar ab initio, & perducã ad extremũ: & nouissima conleram primis. Et in oratione pro Roscio Comœdo. Itaq; per breui tempore, qui in nouissimus quidem erat histrionibus, ad primos peruenit. In Oratore. Nec in hac modo re quæ ad vulgi sensum spectet, & ad aurium voluptatem, quæ duo sunt ad iudicandum nouissima. Sane in nouissimo errauit, nõ in solęcismo, quo ego dicere oblitus erã, nõ in barbarismo, qđ dixit. Sic inquis: Esto, si verum est, quod A Gell. scribit, rñdere possum quod ante dictum est, ideo Cic. libros ad Heren. subrusticos dixisse, si falsum est, non esse locum huic calumnię, & vtroq; mõ Ciceronis esse fatendum. Verũ in nouissimo, vt in plerisq; aliis longe a veritate aberrauit Gell. auctor alioquin præstabilis. Si quidem & elegantissimi & clarissimi auctores ante Ciceronis ætatem, ante Augusti tempora, barbarismum & solœcismum dixerunt. Nã Dionysius Halicarnasseus eas voces protulit & eo maior & antiquior Aristoteles his vsus est in Elenchis. vbi σολοικισμὸς, & σολοικίζειν verbum, & σολοικισμοὶ plurali numero legitur. & in aliis libris suis, vt in Poetica, in qua docet aliis ẽt modo barbarismum fieri a q̃ grammaticis quos hactenus viderim, traditũ sit. Laertius Diogenes testat. Chrysippum scripsisse tres libros de solęcismis ad Dionysium, & Theophrastum vnum.

vnum. Strab. in 14. docet quo antiquitus à Græcis ea nomina conficta fuerint his verbis. Nã Cares per totam Græciam errauerunt stipendium merentes. quare barbari ex illo sunt appellati, ex quo in Græciam militarunt. Ac posteaq̃ apud insulas habitarunt, id multũ in eis eminuit: Inde in Asiã profecti, nec ibi sine Græcis viuere potuerunt. nã Iones cum eis ac Dores traiecere. Ab eadẽ quoq; causa barbarismus dictus est. Eum. n. in his dicere consueuimus, q mali græcissant, non aũt in his qui Carice loquũtur. Sic & Barbari loquos, & barbari sermonis hoĩes, eos accipere debemus, q male græca pronunciãt. Carico aut more Barbarismum ad græcæ orationis artẽ transtulerunt, & solæcismum, siue id nomẽ à Solis dictum sit siue alio modo. Si illi & alii elegantissimi græcorum auctores barbarismum, & solœcismum dixerunt, cur non Latinis vti eis verbis licebit? Si Fabio Quint. & aliis illius ætatis insigni doctrina, & eloquentia licuit cur tandem nõ licebit Ciceroni, qui Latinæ linguæ pomerium protulit, q Romanum sermonẽ locupleraruit, q tot græca vocabula latina fecit, q tot noua excogitauit, q patrii sermonis pater est? Non licet talibus nugamentis in bonã, ne secus dicã, partẽ? Et qm̃ modo Cornificio id vendicat opus, modo Virginio, modo Timolao, leuitatẽ hois vel in hoc maxime ꝓspicitis. Virginii qdem opus esse minime potest, cũ multa à Fabio eius dicta citentur, quę in Rhet. ad Herennium aut nõ sunt, aut aliena sunt. Fortasse, inqt, alia opera illius extabãt? Tibi certe ꝑ fortasse fides habẽda, qui nulli viuẽtium, nulli defunctorum. & magna auctoritate, & religione adiuratissimis testibus fidem habẽdam censes. Cornificium auctorẽ eodem argumento esse haudquaquam posse constat, quanq̃ quod garris de eo, Amari iucũdum est, si curetur ne quid insit amari, sine hoc adiumẽto vt futile redarguere possum. Quid ni? quasi non eadẽ sæpius à pluribus dicantur scriptoribus, & nõ magis hic auctor quam ille allegetur, & nõ fallat homines aliqñ memoria, vt quæ scripserit Fabius, ego reminiscar, non quæ eadem Cic. cõtra tu quę Cic. scripserit, recorderis, non quę eadem Fabius, & non decentius sit approbatum huius scriptoris opus, qualis erat ars Cornificii, cum presertim Cic. contemporaneus ferme fuerit, & rhetor eminentissimus, quã damnatum illius citare, qualis est Ars noua. Timolao ascribere Rhet. ad Herennium qui potest? qui post Fabium tot annos fuit. Cum confiteatur, multa ad literam trãscripta à Fab. ex ipsis rhetoricis. Qui ascribere potest? cũ nemo eũ de rhetorica facultate libros edidisse testetur. At Trebellius Pollio, non indiligens historicus, scribit Timolaũ vnũ ẽ triginta R. tyrrannis, & grãmatices, & rhetorices fuisse, peritissimum. Quid inde? Nunquid ait eum artem rhetoricem scripsisse? Quot sunt hodie eruditi qui nihil scribunt! Quot fuerũt qui nihil vnquam scribere voluerũt? Quæ istæc stultitię species? quod iste temeritatis genus ꝑ somnia ægri hoc & illud asserere, & istud confingere, in nullo loco pede sistere, meras insanias, manifesta mẽdacia imprudẽtia iactare anilia deliramenta effutire, latrare, & contra veterũ fidem contendere, nullo monumento, nullo rõnis colore, nulla vel vnius argumẽti firmitate, veritatẽ vt aq̃ rabidi canes, effugere, & quod à Cic. ætate ad hunc diem creditum est, firmum, & habitum, summorũ grammaticorum illustriumq. scriptorũ sñia receptum, auctoritate sancitum, testimonio cõfirmatum, negare. Sunt libri rhetorici non modo qui ex oĩbus impressorũ officinis exierunt, sed antiqui. sed manuscripti, sed incorrupti quotquot sunt in oĩbus bibliothecis publicis, & priuatis, hoc titulo M. T. Cic. libri Rhet. ad Heren. Titulus aũt dictus est quasi titulus, eo q factum nomen & memoriam tueatur auctoris. & si quis alterius opus esse contendat, veri opificis indicet nomen. Apud Ouid.

Legeras huius amor titulum nomenq; libelli.

Non libellũ, & cognouit auctorẽ, cognouit & bella sibi parari iste porro acutus vir ait, quod in quęstione sit. id ratum haberi non oportere Facileq. Timolaum rhetorem obscurum in Tulliũ, & Herẽnianum in Herẽnium in posterioribus q rudibus seculis fuerunt cõmutari potuisse. Cui nanque potius lib. de arte Rhet. scripti q M. Tullio eloquẽtiæ parẽti ab imperitis rudioribusq. temporum infelicitate hoibus ascribi debuerint? Quis est quæso grammaticorũ, rhetorũ, ceterorum ve scriptorũ ex antiquis à Cic. qui hoc in quæstione posuerit! qui ambiguũ vel vnico uerbo fecerit? Nullus certe, per tot manus doctissimorum virorũ ad nostra vsq; tẽpa sincerus titulus peruenit. An si, quę tibi dementia, & mihi foret, & dubium dicerẽ mihi esse, an Epistolæ ad Atticum Ciceronis essent. titulus ipsorũ epistolarũ antiquissimus, & ꝑ tot secula probatus, pro nihilo hi erit? Sed ꝑ Deum, quẽ titulum supponis? Timolai lib. Rhetorici ad Herennia. Vnde tibi? A meo ingenio. Quem auctorem? Nullum. Quo argumẽto? Qm̃ imperiti hoies facile mutare potuerunt Timolaum, & Herenniaoũ. in Tullium & Herennium. Fac prius constet, Herẽnianũ scripsisse rhetoricã artem. & hanc, non aliam artẽ. Est mihi potestas, inqes, ex nomine ipso, volo, iubeo, edico, impero, ita fuisse. Regis edictis, parere necesse est, Adulterinus sit, index, qui fuerunt tã temerarii, qui peruerterunt? Cur? qm̃? ꝓfer, si potes? dixi, imperitos, & rudes immutasse. Qui sunt isti imperiti, & rudes? An Marcellus, Seruius, Priscianus? an Hieronymus, Ruffinus, Augustinus? an Plutarchus? qui (vt videre est in hoc generãdę vetustatis codice manu gręca scripto, quẽ Calphurnius rhetor. si quisq̃ est hodie, summus, Sabellico huic nostro videndũ ex Academia Patauina misit) ꝑter Aretini Leonardi fidẽ, in nomẽclatura operit Cic. Rhetoricẽ ad Herennium ponit. Quæ res, opinor, fecit, vt de hac re suã improbaret sñiam. Imperitissimi sunt, hic & illi! Rudes, hic & illi? Taces? Si nõ sũt, si hic & illi clarissimi scriptores, Cic. id opus esse confirmant, si oẽs fere testimonia ex eo citant, qd contẽdendo insani? Ridiculam rem, & cachinno dignissimã audite, excellentissimi auditores. Quid mussas Regi? horum & omnium antiquissimorum, & clarissimorum virorum auctoritatẽ tollẽdam. Satis imperiose, vereq. nõ regio, sed tyrãnico more. Memento te Venetiis esse, vbi regis nomẽ, ne dum tyrãni inuisum, vbi à primis incunabulis vera dulcisq. libertas viguit. Deiq munere vigebit, vigebitq. in ꝑpetuum. Neminẽ inuenies, q tibi pareat. Sed & literæ ipsæ tibi obedire nolẽt. nõ. n. es tanti, vt ꝑuertant tuo imperio, quæ à maioribus nostris rectissime posita sunt, q̃ ab eminentissimis auctoribus nõ sub dubio inuolucro, sed aperte affirmãtur, qui quidem Cic. ad Herenniũ allegantes, id esse Cic. opus clarissime testantur. Præterea cum Cicero à scipso lib. 1. ad Herennium ducat exemplum tale Tul hæres meus Terẽtię vxore meæ triginta ponde vasorũ argenteorum dato quę volet, post mortẽ eius vasa preciosa, & cælata magnifice illa petit. Tullius se, quę ipse volet in triginta põdo ei debere dicit, & reliqua est simillimũ argm̃. Cic. nõ alterius esse) ꝑtinax iste tergiuersator contendit, hoc qdem argumento nõ modo non probari Cic. opus, sed cõtra non esse, proculdubio sibi demonstrari. Nam M. Tullius aut nunq̃, inquit, aut certe dum adhuc puer esset, anteq̃ aut vxorẽ duxisset, aut filios sustulisse, Rhetorica ad Herẽnium scripsit. neque mihi fieri verisimile potest, vt eos matura iam ætate cõposuerit libros, in quibus puerilia magis deprehẽduntur errata, q̃ in his quos sibi puero adhuc excidisse in proœmio de Oratore testatur. Non. n. de Rhetoricis ad Herẽnium eo in loco Tullius loquitur, vt quidã omnia temeritate sua peruertentes opinãtur sed eã, in qua Hermagoram fere est secutus, cuius duo tm̃ de inuentione lib. extãt. Quare exemplum illud de Cic. filio vxoreq. compositum, facile demonstrat Rhet. ad Herennium ab alio q̃ Cic. fuisse conscriptum. Hæc sunt verba tua Raphael? Annuit. Hęc ad verbum dixisti? Etiam. Fatetur, Patres amplissimi, nõ ꝗ velit verum fateri, à quo semper abhorruit, sed quid hæc ad hie tam iam pridem scripsit, ediditq. Attendite quæso viri eruditissimi, sobrietatem hominis istius. Prima balbutientium elemẽta puerorũ sunt hmõi, vt sciant dicendũ esse, de Rhetoricis ad Herẽnium loquitur, sed eos, vel ea, in quibus Hermagorã secutus est, dãnat. An iste elementarius senex ait, Non de Rhetoricis ad Herennium loquitur, sed eam, in qua Hermagoram secutus est, damnare videtur, Eam hoc est, rhetoricos libros, siue rhetorica. Quid facitis, ò Veneri magistri, ò triuiales, ò auditores, siue pædagogi? Cur ferulę nõ subiicitis hunc sexagenarium puerum: Si odistis eius linguæ vitia, cædite eum, ne Latinã linguã corrumpat. Sin amatis veteratorem istum, verberate, vt discat. Scriptũ est. n. Qui parcit virgę, odit filium. Sed vondonemus ei puerilia hmõi errata, quæ non tam ex crassa, vt aiunt, ignorantia, q̃ ex desperatione ꝑpetrauit, vt mile alios solœcismos donauimus, & syllabas barbare ꝓnunciatas ignouimus, quod munus hic publice profitendi assequi nõ potuit. Quid illud, qđ toties dixit, & scripto mandauit? Rhetoricã ad Herennium, in rhetorica ad Herennium. apud Quint. legit hunc sermonem vel apud quemuis elegantissimorum scriptorum? Nemo nisi triuialis, & barbarus dicit, Cic. sic scribit in rhetorica, in 1. rhetoricæ. Latine dicit in Rhetoricis, in 1. Rhet. nam in plurali Rhetorica, significant libros de arte ipsa in singulari Rhetorica signat rem ipsam. Vnde Fabius ait, Non oĩa oẽs dicentes ex græco sequi, sicut ne illos quidem quoties suis vtique verbis signare nostra voluerũt, & hanc interpretatione, oratoriam & oratricem pro rhetorice non minus duram esse, quàm illam Plauti essentiam atque etiam. Sed ne propriam quidem esse. Nam oratoria sic effertur, inquid, vt elocutoria oratrix vt elocutrix. Illa autem de qua loquimur rhetorice talis est qualis eloquẽtia. Sed & incon

dita hæc,& alia vitiosa verba atque sensua, temere quasi deliranti oborientia,permittamus hlateraie.ad rem . redeamus. Acutū plane excogitauit argumentū,Ideo sibi libros ad Herēnium non videri Cice quod ante quā vxorem duceret, aut filios susciperet,illos scripserit . Si Cic.non sunt , quid hæc dicere attinet?si sunt,aut parum,aut nihil attinet, præterquam si ariolū sese ostentare quærit.qui remota ab omni hominum,& literarum memoria,sine testimonio tam bene cognoscat,& præterita vt præsentia videat.Marc. Tullii in præfatione de Orator. verba prius legamus,deinde exponamus.Hęc sunt ad literam: Quoniam quæ pueris aut adolescentibus nobis, aut ex cōmentariolis nostris inchoata atque rudia exciderunt , vix hac ætate digna , & hoc vsu , quem ex causis tot tantisque consecuti sumus, & quæ sequuntur . Si correctio tollit , & emendat quod prius dictum est,Cice.cum scripsit hos , & illos Rhetoricos libros,adolescens erat.Si ignoras in adolescētia procreari filios hominum naturam, & propagationem ignoras.Cum vero dicit Cic.Aut ex commentariolis nostris inchoata , atque rudia, videtur tibi de Rhet.de Inuentione,non de Rhet.ad Heren.loqui Quamobrem?Quid obmutuisti ! Ergo paulo ante (quod te fugiebat)docui:Ciceronē,cū ait Inchoata,sentire de Arte veteri,quam inchoata dixit,quæ sunt à nobis incepta, nō perfecta.Nunc in docebimus cum ait Rudia.de arte noua intelligere, si quidē rude opus dicimus,quod ad calcem deductum est.nondum tamen perfectum,quod non expolitum ,castigatumq. neque vltimam manum sensit.Hoc latinissimi cuiusq; scriptoris vsus docet,& latinæ linguæ anchora,hoc est auctoritas veterū comprobat,& vocabuli proprietas signat . Ouidius Naso de libris Metamorphoseon,quos incorrectos fuisse,& inemendatos ac imperfectos testatur pluribus locis,inquit.

Vel quòd eram Musas,vt crimina nostra perosus,
Vel quòd adhuc crescens,& rude carmen erat.

Et quæ sequuntur,vsque ad illud :

Quidquid in his igitur vitij rude carmen habebis ,
Emendaturus,si licuisset,eram.

Versus sunt vulgatissimi.Barbarus Hieronymus in Abdiā , quod inchoata de Rhe.de inuentione.quod rudis de Rhet. ad Herenniū dixerit Cic.his verbis innuit: Dicit,& Tullius tuus,adolescentulo sibi inchoata quædam,& rudia excidisse . Si hoc ille tam de libris ad Herenniū quam de Rhetoricis , quos ego vel perfectissimos puto,ad cōparationē senilis peritiæ dicere potuit , & reliqua . Quid mussas?illud, Ex cōmētariolis nostris .quo numero accepis?nonne in plurali?Quo sensu?nonne pro Quotidi.sententiis? quod hic cōmentarios è schola eduxerit, vt diximus. In Rhe.de Inuentione imitatus est Cic.Hermagoram, vt te fateris. è schola non eduxit illos.Hic nullū tibi cauillationis confugiū reliquitur.nam(vt oēs sciunt, & ipse Cic.fateatur)in Arte veteri sua quos,eosq. græcos secutus est auctores,quos in secundo eiusdem operis cōmemorat.præter Hermagorā , nullo pacto pōt de eo intelligi quod è schola eduxerit Sequitur ergo,quod libros ad Herennium scripserit,qui sibi ex cōmentariolis , hoc est exceptionibus scholasticis compositi exciderunt. Ex conuenit,vt supra tetigi,cum illo quod in his est scriptum libris de Hermete,siue Hermeste præceptore suo quē præfatus est auctorem . Id quod declarant sequentia Cicer.verba. Vix hac ætate digna,& hoc vsu quem ex causis tot,& tantis consecuti sumus. Tu inquit ò Q.frater,censes,& affirmas,ea quę de arte rhetorica adolescētibus nobis exciderūt ex cōmentariolis scholicis,vix digna hac ætate matura,in qua sumus,& hoc vsu,quem ex assidua exercitatione in tot,& tantis causis consecuti sumus. Dixisset Cic. vix digna esse quæ scripsit adolescens,sua ætate,& auctoritate de Arte veteri in qua de Inuentione tm̄ tractauit . Absit hæc à nobis,vt credamus,dementia,absit,vt huius sermonis, & inscitiæ notam Cic.iā senis inuramus.cum ipsemet in a. Rhet.reliqua rhetorices præcepta se deinceps scripturum pollicetur , neq; eis tamen libris quanquā addidisse,vt ante disseruimus , constet.Nemo mentis cōpos ambigere potest,cū scripsisse nō modo reliquas partes,prout pollicitus est,sed,& omnia Rhet. præcepta in libris ad Herennium , quæ quidem vix ætate , digna,& auctoritate sua dicit in lib.de Oratore. in quibus sunt Antonii,& Crassi de oratore sniās,vt alii oratorii libri alias & varias de arte rhetorica pceptiones continent . Ipse Cicero nonne ait,cū biennium versatus esset in causis , suumq. nomen in foro celebratū foret sese Athenas cōcessisse.philosophiæ studiū semper cultum nunquā deseruisse? id quod cū eius operis proœmio plane cōuenit,quod et rńdet de familiaribus negociis his quæ in Epistolis Orationibus, Tusc.quæstionibus cęterisq. libris suis frequentissimis scribit.Quid torqueris Raphael Ivas tibi concedam familiarē vxoris,& filii exēplū ita positū esse.vt hoc? Q.Cępio quod p id tempus.vt alia quoq; , quę in cā nihil valente.siue ficta siue,ex historiis sumpta?Concedo ea lege.vt ad vnū quod te interrogabo.respondeas. In libris ad Herennium nonne dixisti exēpla esse de Cice. orationibus sumpta? Rńde, aut scriptū tuū.& ipsa exēpla proferā. Et dixi,& scripsi ; & hoc verum esse fateor.Si hoc verū est, & stetis lege homo quartū eiusdem operis proœmiū Quid in lapidem factus taces? Vides stupide censor,quid dicit , suis sibi vtendō exēplis potius quā Catonis.Gracchorū.Lælii,Scipionis , Galbæ. Porcinæ, Crassi, Antonii?Si suis exēplis vtendū probat & Ciceronis adducit exēpla,non Cicero ipse auctor est?non esse adhuc tibi auctor videtur?Rursus si alius est auctor.dic cur Ciceronis nullā fecit mētionē. Vnde quæso magis quam a Cicerone ars sumenda?vnde magis quàm à Cicerone auctoritas petenda?vnde magis quàm à Cicerone exempla oratoris adducenda ? Quis rhetor melior ? quis præstātior orator?qui rationis dicendi accuratior locupletiorq. magister allegari poterat?quæ opera studiosius illi legēda,quàm oratorii Ciceronis libri. de quibus quantum ademptū fuerit.tantundem de sui nominis , & ingenii gloria adimē ipse voluit.quanq; eiusdem orationes de quibus ipse ait.Nulla est.n.vlla in genere laus oratoris , cuius in nostris orationibus non sit aliqua.si non perfectio,at conatus tñ, atq; adumbratio.Pudet me.Deum testor, viri eruditiss. istius præstigias, & nænias refellere,necesse tamen est. peruicacis hominis ceruicem aliquando sperat deprimere , ne sua imperitia tenetas mentes imbuat,& à Tullianis lectione auertat. Et quis est non à literis,sed ab humano sensu ita alienus, qui putet auctorem Rhetor.ad Herennium,quisquis si antiquiss.illos, & duros creatores,multoq. inferiores voluisse nominare, vnum vero omittere.Ciceronem?qui lux est doctrinarum omnium , parens eloquentię.rhetorum omniū quam apud Græcos pariter, & Latinos fuerunt.sunt,& futuri sunt optimus maximusq; scilicet, & Cic.melius est omisisse omnes Cic.æquales,& æmulos.Hortensium,Philippum,Cæsarem,Salustiū.Pollionē , quis credat eum auctore non Ciceronem voluisse , non post Ciceronem quempiam alium adducere?Facessat hæc non scientia, sed vecordia tua Raphael,facessat,nugæ ne iste quisquilięq. tuæ , in adulescentulorū mentes repant,Confer bone vir,præcepta illa de Inuentione,cū pręceptis ad Herennium videbis sæpiss.eadem esse iisdemq. verbis in eisdem clausulis posita. Confer Herennis nomen cū illis qui tempore Ciceronis fuerunt, deprehēdes illum Ciceronis necessarium familiarē ne fuisse. qui Herennius,is ne fuerit.cuius meminit Prope.so cuius lib.9. Gel. nescio.Sed si coniecturæ iudicare licet,cū reor potius, cuius ipse Cic.in Orat.Cæliana facit mentionē.vbi familiarem fuisse illū suum,ingeniiq. & dicendi gře præstantem ostendit. Hunc an alium ad Atticum(vt sunt hominum igenia,& voluntatum mutationes)flagitiosum,& temerarium vocet . vos videritis. Satis est mihi istius retundere insolentiam q(vt solet omnia temere,& negare,& affirmare)asseruit,non fuisse quenquam Herennū.q familiaris fuisse Ciceroni vsquā memoretur . Patet iam tibi Nouam quam dixit artem,Cic.esse?An adhue quæris nodū in scirpo?Adhuc argūm quæris certū! Certissimū dabo. Certū vis?Certo certius dabo. Vide in 1.ad Herennium lib. quid dicit vbi de insinuatione agit: Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi cōstare cū ceteris artis scriptoribus nisi qs de insinuationibus nos noua excogitauimus quod eas soli nos pter ceteros in tria tpa diuisimus, vt plane certā viā, & perspicuam rōnem exordiorū haberemus. Hæc nonne fere ad verbu excepta sunt ex Rhetoricis de Inuentione?Si inficiaris,audi.si legere piget, ipse legam. Nūc insinuationes quemadmodū tractari cōueniat, deinceps dicendum videt.Insinuatione igitur vtendum est,cum admirabile genus cāæ est,hoe est(vt ante diximus)cum alius auditoris infensus est.id autē tribus ex causis maxime fit, si aut inest in ipsa cā qdā turpitudo,aut si ab his qui ante dixerunt, iā qddā auditori persuasum videt,aut si eo tēpore locus dicendi datur,cum iā illi quos audire oportet,defessi sunt audiendo.Nō est hoe argūm firmissimum?Est,quis taces . Elinguis factus est, qui prius bilinguis.Putesne iam Rhetoricos ad Herennium Ciceronis esse?Audebis amplius cōtendere,negare,tergiuersari? Scriptor alius nunquā se primum faceret. & solum auctorem eius rei,q a Principe Rom.eloq,à rege eloquentiæ latinæ scripta fuisse tot annis ante.Possem infinita alia huius gñis adducere,qbus sole clarius ostenderē,Rhetoricos ad Herennium libros non esse cuiusquā nisi Ciceronis si de hac re quenquam vestrū ambigere viderē,& nō potius cupere de fęditate pnūciationis Regiæ audire,qua barbarescūt iā hi parietes,& marmora: &c.

Dicendi

ὁμοιόπτωτον.

FINIS.

M. TVLLII CICERONIS RHETORICAE AD C. HERENNIVM.



LIBER PRIMVS.



TSI negociis familiaribus impediti, vix satis ocium studio suppeditare possumus, & id ipsum, quod datur, ocii libētius in philosophia cōsumere cōsueuimus: tñ tua nos C. Herēni volūtas cōmouit, vt de rōne dicēdi cōscriberemus; ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborē putares. & eo studiosꝰ hoc negociū suscepimus, ꝙ te non sine causa velle cognoscere rhetoricā intelligebamus. non. n. parum habet in se fructus copia dicendi, & cōmoditas orationis, si recta intelligentia, & definita animi moderatione gubernetur, quas ob res illa, ꝙ Græci scriptores inanis arrogātiæ cā sibi assumpserūt, reliquimus. nā illi, ne parū multa scisse viderētur, ea cōquisiuerūt, quæ nihil attinebat; vt ars difficilior cognitu putaretꝰ. nos aūt ea, quæ videbātur ad rōnem dicendi pertinere sumpsimus. non. n. spe quæstus, aut gloria cōmoti venimus ad scribēdum, quemadmodū ceteri; sed vt industria nostra tuæ morē geramus volūtati. nunc, ne nimium longa sumatur oratio, de re dicere incipiemus, sed si te vnum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum iuuare: vt intelligas hanc rationem præceptionis accommodari ad exercitationem oportere.

IN M. T. CICERONIS RHETORICAE AD HErennium librum primum, Hieronymi Capiduri Parentini Commentarius.



VONIAM in cuiuscunq; generis orationis principio hęc tria suot adhibenda, vt auditores faciamus attentos, beneuolos, dociles. hic Cicero beneuolum C. Heren. sibi facit, cum dicit familiaribus se districtum negociis, vix vllum habere ocium, & id ipsum quod superest ocii in scrutandis philosophorum rationibus libentius quàm in ceteris quibuscunq; studiis se consumere, tñ Herennii volūtate tantum se affectum, vt id quod postulabat (postulabat aūt, vt de ratione dicendi conscriberet) tergiuersari ac subterfugere nullo modo posse videretur. Attentum eundem porrò reddit, cum non parum fructus copiam dicēdi secum ferre dicit, & se decisorum quęcunq; superflua Gręci scripsere, pollicetur. Docilem vero, cum quid sit tractutus, ostendit. Pręterea cum in omni exordio, dum auditorem beneuolum, attētum, docilē facimus, quatuor hęc adhiberi possint, expositio, ratio, redditio, comprobatio, ex his omnibus Cicero composuit hoc exordium, Rem enim exponit, cum loquit, Et si negociis familiaribus impediri, & quę sequuntur. Ratio autem expositionis est, cum dicit, Et eo studiosius hoc negocium suscepimus, ꝙ te non sine causa velle cognoscere rhetoricam intelligebamus. Comprobatio rationis est. Non enim parum habet in se fructus copia dicendi, & commoditas orationis, si recta intelligentia, & definita animi moderatione gubernetur. Redditio autem est, cum infert, Quas ob res illa quæ Græci scriptores inanis arrogantiæ causa sibi assumpserunt, relinquimus. Etenim se scripturum rhetorica præcepta rursum refert, & quid in eis maxime obseruaturus sit. Ratio redditionis est. Nam illi ne parum multa scisse viderentur, ea conquisiuerunt, quæ nihil ad propositum attinebant, vt ars difficilior cognitu putaretur. Redditionis vero comprobatio, Nos autem ea quæ videbātur ad rationem dicendi pertinere, sumpsimus, & quæ sequuntur. Demq; totum concludens exordium, & se, & auditorem ad ea quę sequuntur pręparans, subiungit. [Nunc ne nimium longa sumatur oratio, quod datur oci, de re.) Subaudiendum quę, tam rerum naturas, quàm morum scrutatur rationes. In vtraque enim Ciceronem scripsisse manifestum est. [Vt de ratione dicendi cōscriberemus) vt rhetorices pręcepta traderemus. Nec dixit de ratione loquendi, siquidem recte loqui grammaticus docet, rhetor autem dicere. loquitur enim is, vt Varro loquit, qui quodque verbum sciens ponit. Is autem dicit, vt & Quint. inquit, qui disposite, ornate, copiose dicit. [Non sine causa velle cognoscere rhetoricam intelligebamus) Rhetoricam in latinum aliqui transferrentes, tum oratricem, tum oratoriā protulerunt, sed non video cur potius oratricem, aut oratoriā isti dicerere maluerint, quam eloquentiam, cum sicut ab eloquor eloquentia inflexa, ita à ῥέω ῥήτωρ, & inde ῥητορική. vnde fit vt rhetorica, verbum è verbo, a Latinis eloquentia expressum, manifesto appareat. [Si recta intelligentia, & definita moderationi animi gubernetur) Rectam intelligētiam animi, prudentiam dicit, qua singula metimur, vt suo loco, suo tempore dicamus. Definire, partiri ac diuidere, est genus in formas definire, determinare. vt Lactantius definiuit religionem esse summum bonum. Definita ergo animi moderatione, ne credat rhetoricam artem in infinitum profluere, ac omnes ambire disciplinas. sicut existimauit Hermagoras quem in lib. Rhet. quos de inuentione composuit, ipse incessit. Licet in lib. de Orat. ad Q. F. & in Oratore ad Brutum, eandem quam exploserat, reuocat sententiam. [De re dicere incipiemus) Quam sumpsimus explicandam.

IN RHETORICORVM AD HERENNIVM OBscuriora aliquot loca Giberti Longolij annotationes, In librum primum.



TSI negociis familiaribus) Procemium nuncupatorium est, quo captat beneuolentia à persona, & sua, & Herennii. sua, quia amico tantum tribuit, quantum putat maximum, Herennii, ꝙ illius causa de arte scribat. [Negociis familiaribus) Conqueritur id alibi ad Atticum, se à familiaribus negociis, & amicorum clientelarumq. appellationibus, propemodum, & animo, & corpore labefactari. [Non. n. parum fructus) Approbatio prioris rationis, ab artis vtilitate. [Commoditas orationis) Cōmoditas dicta pro facultate siue commoda vsurpatione. vt Cæs. de bello ciuili. Cōmodum pro facile dixit. [Definita animi moderatione) Le-

ge procemium lib. 1. de inuent. [Quas ob res) Antisagoge per apodioxin, Græcos reiicimus, quod sine moderatione scripserint [Sūpsimus) Non adsumpsimus, vt arrogantes Græculi. Significat aūt hoc verbum, ex variis auctoribus electionem. [Nō enim spe quæstus) Captat beneuolentiā à sua persona. [Nunc nimium) Admonitio sui, vice epilogi. [De re dicere) Peculiaris loquendi formula, pro de instituto, & proposito, quod procemia parum ad rem veluti facere videantur. (Sed si re illud) Claudit admonitione procemium, idq. per locū ab olim artium natura, quæ exercitatione acquiruntur. [Ad exercitationem) Artium enim pater, vt iactatum est, senario per uetusto vsus est, & Græci exercitationem omnia posse dixerunt.

IODOCI BADII ASCENSII FAMILIARISsima rhetoricorum Ciceroni. ... , vel in singulis dictionibus constructio, seu ordo, & explanatio.



TSI negociis familiaribus, &c.) Vtque in epistolari præfatione recepimus, polliciti que sumus hic, vbi reipsa opus est efficiamus, vt videlicet paucis particulæ quā declarandā sumpsetimus sententiā explicemus, & q̃ paucissimis possumus vocabulo declaremus, & demū cōstructum grāmaticalē seu dictionum ordinem contexamus. Mens aut horis in hac particula est. Officium ac munus suū in C.Heren. amicum, & cōgnatum conferendum iuxta Phædriæ Terentiani mandatum verbis exornare quod esset abūde facit ostendens liquido se quoque posse quod de se Flaccus ait, Carmina possumus donare, & precium dicere muneris. Commendat igitur officium suum primo à difficultate eius exhibendi, quæ non parum gratiæ conciliare solet, vnde comicus ille seruus iussus ex ornare munus domini sui à difficultate commendauit dicens, ab Aethiopia est vsque hac. & Vergilianus pastor munus suum cōmēdat ab eadem difficultate sic, Præterea duo nec tuta mihi valle reperti Capreoli, &c. Difficultas autem est ex eo q familiaribus, & ita non minus vrgentibus negocijs sit occupatus, & q in ea sit ætate in qua morali philosophię libentius insudet. Nec tamen vile quippiam perisse censeat. Secundo cōmendat officium suū ab operis ipsius dignitate. Et tertio ab eius exhibendi facilitate, captans ex præcepto rhetorico beneuolentiam à persona sua, & inducens odium, & contemptum eorum qui græce de rhetorica scripserant. Primum in præsenti particula exequitur, Reliqua duo in sequentibus. Qualiter autem beneuolum, docilē, & attentū faciat, reliqui commētaru abunde explicant. Pro vocabulis vero in quibus satius immorabor, Scies puer. Et si & quanquā quæ secundum Vallam maioribus initiis adhibere solent, in principiis posita indicatiuum postulate, ideoq. hoc loco idem Valla legendum censet possumus, & non possimus, quod probat etiā eo q sequitur, & cōsueuimus, non cōsueuerimus, non.n. copulat et diuersos modos. Nec te fugiat nos modeste de nobis, & uostris pluraliter loqui, vt in hoc toto prologo loquitur Cicero. Scies præterea post pronomina singularia tu, & tuus vrbane sequi eius quē alloquimur nomen, ne abiecte loqui videamur, vt tua pater reuerende dignitas. Et hic Tua nos, tamē C.Herenni voluntas, vbi etiam scies Cai, nisi fiat diæresis monosyllabum esse sicut apud Flaccum vltei à nominatiuo vult eius dissyllabū. Est autem Caius prænomen quod quia a gaudio volunt inditum licet scribatur per C. profertur per G. vt Caeus Gneus. De ratione dicendi dicit, quia dicimus ex arte, loquimur vsu. & natura, vnde dicendi est periphrasis .i. descripto rhetorices Addamus etiam recte dici, & tua causa, & tui causa, licet sint qui veluti tui causa personā potius respicere, tua causa rem, & negocium ipsum. Fugisse laborem, vbi cauebit puer ne dicat fugisti, aut sumpsisti pœnam, aut multum pœnarum pro me, quia pœna à puniendo dicta mulcta est, quæ penditur ob peccatum, aut delictum. Ordo autem præter eum quem Capodurus ponit est. Etsi.i. quanquam, ò C.Herenni cognate, & amice, nos impediti.i. impliciti, & occupati negocijs.i. solicitudinibus laboriosis, familiaribus.i. quas familiarib. nostris, quos defendimus in foro iudiciali impedimus, vix .i. cū summa difficultate possimus suppeditare.i. sufficere, & subijcere, satis .i. sufficiētes, studio.i. exercitio literario. ocium .i. vacationem a negocio forensi (Si dicatur satis.i. sufficiens ocium, tunc satis erit nomen quomodo consuetius dicat satis ocij) & (repetere etsi) nos consueuimus consumere.i. expendere, & transigere in philosophia.s. morali, à quo per excellentiam philosophi denominabantur, libentius, supple quàm in studio forensi, aut rhetorico, vel libentius, id est multum libenter idipsum.i. tantillum, aut nimium ocij, quod datur.i. cōceditur nobis, quia si sponte aut ab amicis rh tua voluntas.i. rōnabile desiderium ac velle tuum, cōmouit.i. concitauit nos, vt scriberemus.i simul de omnibus partib. rhetorices scriberemus, de ratione dicendi .i. rhetorica ne putares .i. arbitreris, aut nos noluisse.s. de ratione dicendi scribere, tua causa.i. propterea q te tantoperē velle videbamus (q.d. ne putares q non idem vellem quod tu, enim amicorū sit idē velle, & nolle) aut ne putares nos fugisse laborem.s. qui est in cōscribendo de arte dicendi, per quod vocabulum cōmendat etiam officium suum ex difficultate negocii cum laboriosum sit. Sūt qui legant aut nostra fugisse laborem, quam lectionum si reperissem non dānassem, cōcinna enim est. vt sit, aut nostra.s. causa, quia impediti sumus subaudi nos, fugisse laborem.s. scribendi, &c. Et eo studiosius, &c. Commendat officium suum ex vtilitate commodandæ videlicet artis rhetoricæ, cuius laudes bono pede.i. apta ratione procedendi ingreditur, simulq. volūtatem Herennii laudat ex vsu tamen tuo, quia vt in Lælio definiuit, nihil amicorum causa faciemus quod nō sit honestū, & per consequens vtile, quia in tertio officiorum docet honestū ab vtili non separandū. Quia tamē rhetorica ars inter ea reponenda est bona quæ perinde sunt atque eis vtaris. nam in prologo rhetorices quam veterem vocant profitetur, nihil est periculosius eloquentia cui nō sit coniuncta sapientia. Sapiētia autem vera sicut, & charitate abuti potest nemo, ideo dicit. Nō enim paruum fructus habet copia dicendi, & cōmoditas orationis, si recta intelligentia; & definita animi moderatione gubernetur. Vbi potius legero definita, quàm diffinita. Nam definere est de natura, & vt dicunt essentia alicuius finem.i. perfectā rationem constituere. Diffinire vero, quia à dis dicitur non tam quid res quælibet sit, quàm quid ab altera differat præscribere videtur. Præter ea. Eo non ex ponam pro tāto sequitur quòd. Suscipere est clementer & beneuole assumere, quasi humi iacentia sursum aut sursum capere, vt in illo. Suscepit Israel puerum suū. Copia dicendi. quia nihil tam discernit oratorem ab oratore quam ornatus. Nec quidquam tam facit ad ornatum quàm varietas siue copia verborum & modorum dicendi, ad quam facit commoditas, quæ dicta est à cōmodo, cōmodum autem videtur vtile tempestiuum moderatū. vt quod in tempore ipso fit, vnde dictum vr̃ quasi sit cum modo ideoq. ad copiam adhibenda est cōmoditas.i. opportuna moderatio, quæ non potest haberi decēter sine recta intelligentia dicendorum, ad quam facit multorum, & presertim iuris atque legum peritia. Iuxta quam sententiam lib. 1. de oratore dicit Cicer. ex M. Antonii sententia sic in oratore acumen dialecticorum sententiæ philosophorum verba prope poetarū, memoria iurisconsultorum, vox tragœdorū, gestus pene summorum actorum est requirendus vnde diffinitur ibidem orator. sic Orator dicitur qui, & verbis ad audiendum iocundis & sententiis ad probandum accommodatis vti possit in causis forensibus atque concionibus, & qui præterea instructus voce sit, & actione, & lepore quodam. Sed de his postea. Ordo est. & nos suscepimus .i. beneuole accepimus ad nos hoc negocium .s. conscribendi de rōne dicendi eo.i. ideo aut propterea libentius.i. valde libenter quòd .i. quia nos intelligebamus te velle nō sine causa.i. cū summa ratiōne, noscere rhetoricam sup. artem.i. quam rhetores docent, hoc est oratoriam. Enim pro quia. Copia.i. abūdantia dicendi, & cōmoditas.i. opportuna, & apta vtilitas orationis.i. artis oratorie, non parum.i. multum (per liptotem enim loquitur) fructus.i. emolumēti, & lucri habet si gubernatur recta intelligentia.s. eorum quæ dicātur ex legali presertim scientia, & moderatione animi definita.i. præscripta, & cōstituta p sapientiam aut præcepta philosophiæ moralis aut vt nostro tempore theologiæ & iuris canonici. Quas ob res, &c. Quia igitur, inquit, non ex libidine scribendi, nec ex affectione ostētandi ea quę in arte dicendi calleam, sed causa tua eo q tibi ex animo beneuolo, & propositum tuū (quod vtile scio) laudo, non arrogam illas præceptiones quas ad scientiæ suæ ostentationem Græci scriptores arrogantia inani adducti assumpserunt, reddentes artem difficiliorem quàm esset, sed duntaxat ea docebimus q̃ ad rōnem dicendi nouimus præcipue pertinere. Nō enim spe quæstus, aut gloria commoti, &c. Quibus verbis rursus conciliat sibi beneuolentiam primo ex persona aliorum, quos arrogantiæ damnat, deinde ex sua qui neque auare, neq; arroganter, sed liberaliter, & modeste omnia executurus est. Ac demum docilem facit dans formam discendi, & proficiscendi quę est si in pręceptis dicendi sese exercitauerit, Ordo est. Ob quas res .i. quapropter, aut ob quas causas, nos reliqui-

mus

mus i. prætermisimus illa quę scriptores Græci.s. Hermagoras & eius similes (nam multi grecorum vtiliter scripserũt) assumpsere sibi.s. scribenda causa arrogantię.i. vẽdicationis laudis, & gloriæ immeritę. Vnde addit inanis.i. futilis, & vt dicũt vanæ, cum vanum perniciosius sit quam inane. Nam illi.i. scriptores græci ne viderentur scisse.i. sciuisse parũ multa, hoc est vt multa viderẽtur scisse, & scientiã suã ostentarent, cõquisiuerunt.i. conquirendo congesserunt in opus suum ea quæ nihil attinebant ad propositum.i. ad institutum, & ad rationem dicẽdi. vt ars.s. dicendi, videretur.s. propter multitudinem præceptorum præsertim inaniũ difficilior cognitu.i. ad cognoscendũ, aut vt cognoscatur. Vbi sciet puer prępositionem compositã verbo solere eidem a Cicerone apponi, vt attinebãt ad propositum. Sciat etiam apud doctos raro reperiri intentionẽ pro proposito aut instituto. Sciat ad hoc posteriora supina secundũ Vallam significare tantũ passiue, & construi cum adiectiuis nominibus nullo casu ipsa sequẽti, vt difficilior cognitu.i. ad cognoscendum nõ dicit, neq; quisquam doctus dixerit a discẽtibus, aut legẽtibus: Sulpitius tamen subaudi censet: Sed pergamus. Autem pro sed, nos scripsimus ea quę putauimus pertinere ad rationem dicẽdi. Vbi annotabit rursus. Attineo, & pertineo raro ad modum apud disertos cũ datiuo construi, sicut apud vulgares scribentes. Hic liber pertinere ecclesiæ, &c. Sciat ẽt optimum filũ cõnectendæ orationis esse si quod sequitur det causam præcedentis. vt hic fere vbique vnde causam affert cur ipse non scripserit ad ostentationem dicens. Non enim venimus ad scribendũ commoti, ut spe quæstus, id est lucri ac emolumenti aut cõmoti gloria.s. inani. potest legi glorię. vt sit spe quæstus, aut gloriæ spe quemadmodum supple venerunt ceteri, non tamẽ omnes, sed quos nominauit. Vbi notabis puer. non decuisse addi græci, vt sit quẽadmodum ceteri græci, quia iũc se gręcum diceret, & tamen certũ est ipsum ne græcis loqui. [In singulari non est nominatiuus masculinus, sed cetera, & ceterũ in fœminino, & neutro. potius etiã dixit quæstus quàm lucri, quia quæstus sæpe inhonestus est) sed supple venimus ad scribendũ vt geramus morem.i. morigeremur, & obsequamur tuæ volũtati, industria, id est solerti diligẽtia nostra. Nunc incipiemus dicerẽ de re, id est de proposito nostro, ne oratio, id est præfatio, & pollicitatio sommatur, scilicet a nobis longa, nimiũ, id est immodice, sed supple incipiemus si monuerimus, id est postquã monuimus te illud, vnum, id est pręcipuum videlicet artem dicendi iuuare non multum.i. modicum, & non iuuare multũ artem dicendi, id est sine assidua exercitatione in dicẽdo, vt intelligas, hanc, id est nostram rationem, id est formã pręceptionis, oportere accõmodari, id est applicari commode ad exercitationem, id est frequens exercitium, & periculum faciendum.

DE ORATORIS OFFICIO DE GENERIBVS CAVSARVM.



Ratoris officium est de iis rebus posse dicere, quæ res ad vsum ciuilem moribus ac legibus constitutæ sunt, cum assensione auditorũ, quoad eius fieri poterit. Tria sunt gña causarum, quæ recipere debet orator; demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Demonstratiuum est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem vel vituperationem. Dliberatiuũ est, quod in cõsultatione positum, habet in se suasionem, & dissuasionẽ. Iudiciale est quod positum in controuersia, habet accusationẽ aut petitionẽ cum defensione. Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus: deinde, quo modo has causas tractari conueniat, ostendemus. Oportet igitur in oratore esse inuentionẽ, dispositionẽ, elocutionem, memoriã, & pronunciationẽ. Inuentio est excogitatio rerũ verarũ aut verisimiliũ, quæ causam probabilẽ reddant. Dispositio est ordo, & distributio rerũ, quæ demonstrat, q̃d quibus in locis sit collocandũ. Elocutio est idoneorũ verborum, & sententiarũ ad inuentionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum, & verborum dispositionis perceptio. Prounciatio est vocis, vultus gestus moderatio cũ venustate. Hæc omnia tribus assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione. Ars est præceptio, quæ dat certam viam rationemq́. dicendi. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, vt aliquorum similes in dicendo velimus esse. Exercitatio est assiduus vsus consuetudoq́. dicendi. Qm̃ igitur demonstratũ est, quas causas oratorem recipere. quasq; res habere cõueniret; nnne quẽadmodum ad orationem possint oratoris officia accõmodari, dicẽdũ videtur. Inuentio in sex partes orationis consumitur, exordiũ, narrationem, diuisionem, cõfirmationem, cõfutationẽ, cõclusionem. Exordiũ est principium orationis, per quod animus auditoris aut iudicis constituitur vel apparatur ad audiendum. Narratio est rerũ gestarum, aut perinde vt gestarũ expositio. Diuisio est per q̃ aperimus quid cõueniat, & quid in cõtrouersia sit, & per q̃ exponimus quibus de rebus simus dicturi. Cõfirmatio est nostrorum argumentorum expositio cũ asseueratione. Confutatio est contrariorũ locorũ dissolutio. Cõclusio est artificiosus terminus orationis. Nũc quoniã vna cũ oratoris officiis, quo res cognitu esset facilior, producti sumus, vt de orationis partibus loqueremur, & eas ad inuẽtionis ratioẽ accõmoderemus, de exordio primũ dicẽdũ videtur. Causa posita, quo cõmodius exordiri possimus, genus causæ cõsiderãdũ est. Genera causarũ sunt quatuor, honestũ, turpe, dubiũ, humile. Honestũ causæ genus putatur, cũ aut id defendimus, quod ab oĩbus defendendum videtur, aut id oppugnamus, quod ab oĩbus videtur oppugnari debere; vt pro viro forti contra parricidã. Turpe genus causæ intelligitur, cum aut honesta res oppugnatur, aut defendit turpis. Dubiũ genus est, cum habet in se causa, & honestatis, & turpitudinis partem. Humile genus est, cum contempta res affertur. Cum hæc ita sint, conueniet exordiorum rationem ad omne genus causæ accommodari.

CAPIDVRVS.



Ratoris officium est. de his rebus posse dicere, quæ res ad ciuilẽ vsum moribus ad legibus cõstitutę sunt, cũ assensione auditorũ, quo ad eius fieri poterit) In libris quos de inuentione conscripsit, oratoris officium, dicere apposite ad persuasionem esse voluit, sed si hoc, & illud recte contemplamur, inter se nobis differre minime videbuntur. [Oratoris officium) Officium, inquit ipse de Finibus bonorũ, & malorũ lib. 3. est, quod ita factum est, vt eius facti probabilis ratio reddi possit. vnde, & Officiorum liber ipsius inscriptus, sed hæc philosophorũ officii definitio est. Possimus autem, vt hic intelligitur. ita definire. Officiũ est, vnicuiq; personę congruens & debita actio, attributa secũdum ciuitatis, & domus mores, ac vniuscuiusq; delectu sibi vitæ cursus intentionẽ si quidẽ, & boni, & mali viri officium hoc, & illud dicere cõsueuimus. [Quę res ad vsum ciuilẽ) Non enim sibi orator concionatur, sed ciuibus, siue in foro, siue in senatu, siue in cãpo Martio dicat, hoc est in omni causarum genere. [Moribus ac legibus. Mos est, ex quauis consuetudine vsurpata actio. Lex est, vt hic inquit, ratio summa, insita in natura, quę iubet ea quę faciẽda sunt, prohibetq; contraria. Eadẽ ratio cum est in hominis mente confirmata, & confecta lex est. itaq; arbitrantur prudentiam esse le-

 gem,

gem, cuius ea vis vt recte facere iubeat, vetet delinquere. Eamque rem illi Græco putant nomine, suum cuiq; tribuendo appellatam. Ego nostro à legendo. Nam vt illi æquitatis, sic nos intellectus vim in lege ponimus. & proprium tamen vtrunq; legis est. Quod si ita recte dicitur. vt mihi quidem plerunq; videri solet, à lege ducendum est iuris exordium. Ea est.n. naturæ vis, ea mens ratioq; prudentis, ea iuris atque iniuriæ regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio. populariter interdum loqui necesse erit, & eam legem quæ scripto sancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, vt vulgus, appellare. Hæc Cicero in libro cuius index de legibus est. [Cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit) Nam cũ finis sit oratoris, vt ipse alibi dixit, persuadere dictione, qui poterit nisi auditores dicenti assentiantur, id facere? [Quoad eius fieri poterit) εἰλικρινῶς dictũ, vt in Plutarchi figuris, quas conuertimus in Latinum, scripsimus. Nam quoad eius vim vel facultatem fieri potest, plenum fuit. Ergo ita dictum sit intelligamus. Est autem horum verborum hic sensus: Orationis officium est. de his rebus, quæ res ad ciuium vtilitatem, pro consuetudine ac rogationibus, quæ leges appellantur, constitutæ sunt dicere, quantum in ipso fuerit, ad persuadendum. Quod enim facere debet, orator, officium dicimus oratoris. finem vero, persuadere dictione. sicut medici officium, curare apposite ad sanandum, finem, sanare curatione. [Tria genera sunt quæ recipere debet orator, demonstratiuũ. deliberatiuũ, iudiciale) Id enim eruditissimi, qui de hac facultate pręcepta dederũt, pene omnes fatentur, sed cur ea. & tot sint causarum genera, alii alias afferunt rationes. si quidem alii vnum, quod ad delectationem conueniat, esse aiunt, alterum, quod consilium accipiat, tertium quod de causis iudicet. Alii, quod cum omne oratoris officium aut in iudiciis sit, aut extra iudicia, eorum de quibus iudicio quęritur, manifestum esse genus iudiciale. Ea quæ ad iudicem non veniant, aut præsens tẽpus, aut futurum habere aiunt. Atqui pręsentia laudamus, aut vituperamus, sicut de præteritis iudicamus de futuris deliberamus. Tria ergo tantum videri possunt, item, Omnia de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia. Certa, vt cuiq; est animus, laudat, aut culpat. Ex dubiis, partim nobis, ipsis ad eligendũ sunt libera de his deliberatur, partim aliorum sententiæ commissa, de his lite contenditur. Nam hortari, dehortari, queri, mitigare, concitare, consulari, desolari, conciliare, terrere, confirmare, præcipere, obscure dicta interpretari, narrare, deprecari, gratias agere, gratulari, obiurgare, maledicere, describere, mandare, renunciare, optare, opinari, docere, delectare, augere, minuere, & id genus alia, quibus componendis concitandisve affectibus animos audientium fingere consueuimus, tribus illis causarum, generibus communia esse cognoscuntur. [Tria genera sunt quæ recipere debet orator: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale.) Causa, vt Apollodorus definit, est negocium omnibus suis partibus spectans ad quæstionem: aut, causa est negocium, cuius finis est controuersia. Negocium porro sic definit: Negocium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casum, factorum, instrumẽtorum, sermonum scriptorum & non scriptorum. Isocrates ait causam esse aut quęstionem finitam ciuilem, aut controuersiam in personarum factorumque complexu. Cicero autem in Topicis inquit: Causa certis personis, temporibus, locis, actionibus, negociis cernitur: aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Huiusmodi igitur causarum. quas suscipere oratorem oportet, tria omnino sunt genera: Demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. [Demonstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem vel vituperium) Demonstratiuum genus causarum, in quo laus vituperatioque continetur. Laudatiuum tum Cicero alibi, tum & alii appellarunt. sed vtraq; huius rei appellatio ex Græcis effluxit. Illi enim id genus modo ἐγκωμιαστικὸν modo, ἐπιδεικτικὸν appellarũt. Demonstratiuũ quidem, quòd multum ostentationis habere videatur. Laudatiuum autem quòd in laudibus plurimum habeat operæ. [Deliberatiuum est, quod positum in consultatione habet in se suasionem, & dissuasionem) In præceptis de Inuentione, hoc genus ita definit: Deliberatiuum est, quo positum in disceptatione ciuili habet in se sententiæ dictionem. Sensu tamen inter se non differunt. [Iudiciale est quod positum in controuersia, habet accusationem in se, aut petitionem cum defensione) In Rhetoricis de Inuentione definit hoc modo: Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem, & defensionem. aut petitionem, & recusationem. Ex his autem tribus causarum generibus, materia constat oratoris. Siquidem aut auscultator est rei, sententiæq; moderator, ita vt delectetur, quod demonstratiuũ genus est: aut ita, vt statuat aliquid. statuit autẽ de præteritis, vt iudex: hinc iudiciale. aut de futuris. vt senatus, hinc deliberatiuum genus appellatur. Quascunque enim res sibi proponit orator, eæ in his tribus generibus inueniuntur. Delectationem in exornatione, quæ demonstratiui est generis, in iudicio aut sæuitiam aut clementiã iudicis: in suasione, aut spem, aut reformidationem deliberantis habet. Itaque cum in his singulis rhetorica tota sit, quia, & inuentionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam vnumquodque horum desiderat. non fortassis absurde quidã genere ea tria Rhetorices dicere, quàm causarum maluerunt. [Oportet igitur in oratore esse inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronunciationem) Omnis orandi ratio, vt plurimi maximiq; auctores tradiderunt, quinque partibus constat inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, siue actione, vtroque enim modo dicitur. Omni vero sermo, quantumcunque habere vis, quo quidem voluntas nostra explicatur, habet rem, & verba, necesse est. At oratio longior, plura exigit nõ enim tantum refert quid aut quo modo dicat. sed etiam quo loco. Opus ergo est, & dispositione, sed neque omnia quæ res postulat dicere, neque suo quæque loco poterimus nisi adiuuante memoria. qua propter ea quoque pars quarta erit. Verum, & hæc cuncta, corrumpit, ac propemodum perdit. indecora, vel voce, vel gestu pronunciatio, huic ergo tribuendus fuit necessario quintus locus. His adiecęrunt quidam sextam partem, ita vt inuentioni iudicium subnecteret, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Sed quo pacto inuenisse quispiam dicetur, si contraria, communia, stulta, iudicio cuitare nescierit? Itaque sicut alii iudicium inuentioni subiiciunt, ita alii tribus permixtum partibus esse voluerunt, quod neque dispositio sine eo, neque elocutio aut pronunciatio sine iudicio esse possit. [Causa posita, genus causæ est considerandum. Genera causarum sunt quatuor, honestum turpe, dubium, humile) In libris de Inuentione, Sex inquit esse omnino partes orationis nobis videntur, Exordium, narratio partitio, confirmatio, reprehensio, conclusio, sed ab hac diuisione non differt. At subiungit. Genera causarum sunt, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. i. honestum humile, dubium vel anceps, admirabile, obscurum. Hic admirabile, quod, & obscurum, tacuit turpe autem adiecit. Hoc autẽ ideo fecit, quod diuersos sequebatur auctores, & vtraq; per generũ enumeratio ei probabilis visa est. Hermagoram enim in illis, in his iuniores secutus est Cic. Vnde, & illa vetera, & hæc noua à vulgaribus Rhetorica nominatur. Admirabile genus causæ vocant, quod est præter opinionem hominum constitutum. In ancipiti maxime beneuolũ iudicem, in obscuro docilem, in humili attentum parare debemus. Nam honestum est, quod ad conciliationem satis per se valet. admirabili, & turpi remediis opus est. Sed hic iam aliquibus succurrã oportet, qui quærent quid sit q supra Cic. dixit, genera causarum tria esse, demõstratiuum, deliberatiuum iudiciale, hic rursus genera causarum quinq; esse dicat. Hic victorinus. Res multæ, inquit, sine qua illa vna substantia, reliquæ accidunt. Itaque cum substãtiæ acciderit vna qualitas, potest, & alia accidere, sed quę non sit in eodẽ genere, in quo prima qualitas fuit. vtputa si dicas, foliorũ genera duo sunt, de membrana, & de carta. Hic solum substantia est, accessit ei vna qualitas, membrana, & carta. Potest tamẽ eidem substantiæ, vel folio, alia qualitas accidere, quę non sit in eodẽ genere. in quo prima qualitas, vt si dicas, foliorum genera sunt tria, est oblongũ, est latum, & est quadratum. Quare si circa primã qualitatẽ numerus diuisionis varietur, vitium est, sin autem in eadem substantia circa alias qualitate numerus diuisionis varietur. non est vitium, vt hic ait. Primum causarum tria genera sunt. Causa hic substantia est, accidit ei vna qualitas, vt sit demonstratiuum genus, deliberatiuum iudiciale. Deinde ait, quinq; causarum sunt genere. Licet eadẽ sit substantia, alia tamẽ ei qualitas accidit. In iudiciali enim sine alio quocunq; gñe causę, inuenitur, & honestũ causę genus, & admirabile, & humile, & anceps, & obscurũ. Sed victorinus id mihi non admodum, quid sit, aperuisse quidem videtur. Nã omnis causa aut in lite est, aut extra litem est. Si in lite iudicialis; si extra litem, aut in consultationẽ venit, quod est deliberationis. aut prout nobis libido fuerit laudamus vituperamusve, quod est generis demonstratiui. At illa alia siue quatuor, siue quinq; sint, non sunt nisi procemii, quę est vna pars, orationis nec cõmunia ambarum partium, velum tria illa, quę prius recensuimus.

censuimus. Est enim iudicialis cōmunis actoris, & rei, vt Milonis, & Clodianum, vtraque si quidem iudicialis nominatur. Similiter deliberatiua, ut Creandos ne sit Cos. Augustus, an non quia puer. Communis quoque demonstratiua, vbi Catonem Cicero laudat. C. Iulius Cæsar vituperat. At in exordio secus quodammodo fit, ut pro viro forti contra parricidam, causa erit iudicialis, & hæc tam ad parricidam, pertinet, quam ad virum fortē, ergo vna erit amborum. In procemio autem diuersa nam sua cuiusque erit, altera viri fortis altera parricidæ. Illa quidem honesta, quæ pro viro forti, & eo honestior, quod contra parricidam. hæc vero turpis, quod pro parricida, & eo turpior quod contra virum fortem. Sunt itaque duæ causæ, & iō ter se plurimum differentes, vt communes nullo modo esse possint. Nec vero hæc causæ honestas, aut turpitudo, ad causam illam quæ lis est, & controuersia, in qua iudicium pendet, aliquid pertinet. Sed quędam hominum habita opinio dē actoris parte, vel rei. quod partem hanc honestam esse existimant, illam turpem. ideo quod orator, cum intelligit partem quam tuetur laborare infamia, apud iudices ceteros vt expurgat infamiam, conciliatque eorum animos ad bene sperandum de ea sa quam acturus est. Et quātum fieri pōt, contrahit in exordio beneuolentiam sibi, & ab aduersario alienat, quo de probatio ne ipsius causæ, in qua iudicium omne pendet, de iure nostro bene, de aduersario male opinentur.

Oratoris officium) Quod Cicero officium, id Arist. ἔργον id est opus appellat. Sed longe amplius officium Arist. oratori assignauit, tradita definitione, ab affectibus & tiae, cum diceret, Rhetoricam esse vim quendā artificiosam per suadendi in vnaquaque re. Sed nos cum Halicarnasseo dicimus officium Rhetoris vel oratoris, vt hic a Cicerone definitū est esse maxime proprium, & principalissimū officium. Nam etsi philosophus artificiosa quadam facultate persuadet, id nun ut rhetor agit, sed ut philosophus. Tria sunt genera causarum. De horum differentia, post Fabium elegāter dissent Laur. Valla, in Apologia contra Raudensem. Liber tamen abiret. & aliud discrimen perelegans, à Græcis animaduersum addere. Aiunt, n. iudicialem speciem ex irascibili parte animæ prodiisse, cum, scilicet quilibet homo vel accusetur, vel excusetur. deliberatiuam ex appetibili, cum, scilicet deliberare volens de re aliqua vt plurimum in eam deliberationem feratur, quā mouent appetitus, persuasus à ratione demonstratiuam ex rationabili. cum videlicet quicunq; vtitur laude, vel vituperatione, afferat, de utroq; rationes. Sed, & ut singula hæc genera suos fines habent, iudiciale quidem equum, & iustum iudex. n. ad æquitatē respectum habens feder, & iudicat) deliberatiuum autem vtilitatem, demonstratiuum autem bonum, ita, & sua loca habet, prætorium iudicialis species, deliberatiua senatúm, demonstratiua theatrum vel ecclesiam. [Quod attribuitur, &c.] Attri buitur, inquit id, quod tota in attributis, hoc est, circumstantiis consistit eius transactio. [Oportet igitur] Traositio ad partes officii. [Accomodatio] id est commoda ordinatio. [Pronunciatio est, &c.] Pronunciationem videri poterat non satis perfecte definisse, cum id non solum agat, verum in proferendo, vt, & nomen testatur, tota propemodum consistat, nisi præcipuas in gestibus moderandis partes haberet. quare plerique omnia exemplaria, & Vocis io definitione addunt. [Quasque res habere conuenia] Alias, Oporteat. [Confutatio est contrariorum locorum dissolutio] Adducunt aliqui, Cum destructione ignorantes, & Græcis ἀναίρεσις, & Romanis dissoluere idem significare subinde quod destruere. [Genera causarum sunt quatuor] Et supra Cicero. genera causarum quędam recensuit, sed illa vt præcipuas materiam, & negociorum partes, hæc vero et partium illarum partes. Qua de re lege Victorinum. Quidam vero ut hanc amphibologiam fugiant, superiora ista non causarum, sed dicendi, & ciuilium quæstionum genera vocant.

ASCENSIVS.

Oratoris officium, &c.) Quia ut dicit D. Augustinus in præfatione quæstionum in heptatheucum. Nonnulla pars intentione est nosse quid quæras, ideo auctor conscripturus, quæ ad rationem dicendi faciant, scribito officium oratoris, ut eo cognito studeat adipisci, quæ ad id sint necessaria sine quibus frustra dare tot præcepta dicendi. Nam Rhetoris nō est docere quid loquaris, sed qui hoc est quomodo sicut Horatius in arte poetica. non docuit quid scribas, sed qui monuit tamen dicens. Rē tibi socraticæ poterunt ostendere cartæ. Prælibat præterea quæ in initiis scientiarū inquiri solent, videlicet quod rhetorices sint subiectum circa quod versetur, quod præcognitum quodammodo esse oportet, dicit itaque q̄ officium oratoris est, id est ad eum qui futurus est orator maxime spectat (dicitur enim officium, vel ab efficiendo eo q̄ quisq; quod officii sui est maxime facere debet, vel ab ob, & facio, ob autē dicit contra, & propter, vnde officio, id est noceo, quasi contra id quod facere debeam, facio, & tamē officium menm est propter quod faciendum factus sum. vt officium aratoris arare, scriptoris scribere, discipuli discere, rhetoris docere. [Orator vt hic dicit) Posse dicere, id est esse idoneum, & potentem ad dicendum. (Ad hoc aūt ut opus aliquod perficiatur ab opifice, tria concurrunt, velle, scire, & posse, quę interdū distracta sunt, ut si rusticus bonis cruribus saltare non didicerit, saltare quodam modo potest, & sæpe vult, sed nescit. Contra qui bonus erat saltator si crura fregerit, scie quidem, & forte velit sed nō potest. Sæpe autem bonus saltator potest, & scit saltare sed non saltat, quia non vult. Verum hoc loco posse dicere quodam modo ea tria includit, quia non videtur posse qui nescit artem dicendi, nec qui scit continuo potest si non habet facundiam, firmum latus memoriam, & cetera ad orationem necessaria, quia vero orator non semper orat, hoc est non semper dicit. ideo non dicit quod oratoris officium sit dicere, sed posse dicere, quasi dicat quando velit) de his rebus quæ res. (Signa puer modum loquendi antecedens videlicet sæpe a Cicero. cū relatiuo repeti, ut Valla etiam obseruauit) sunt constitutæ, id est simul statutæ, & comprobatæ moribus, idest laudata consuetudine, & legibus. (Ita enim solet iudicium ferri aut iuxta consuetudinem suæ cuiusq; ciuitatis. aut iuxta leges publicas) ad usum, id est vtilitatem ciuilem, id est ciuium simul commo rantium in vnis mœnibus, oportet ergo ut noscat consuetudinem leges, & priuilegia ciuitatis in qua orabit, aut causam dicet, neque id adhuc est officium plenum oratoris, immo insufficienti, vnde addit enim assensione. hoc est assensu auditorem quoad eius, id est quatenus id fieri potest. Quia sicut non est in medio semper releuetur, vt æger. Sic non est in oratore etiam perfecto, ut semper persuadeat, & ad assensum inducat quia interdum auditor male affectus est, interdum ab aduersario persuasus, interdum res non est persuasibilis. Norit puer idem esse assensum, & assentionem. Assentaria autem esse adulatons. Signet præter locutionem illam quod eius. Vnde sciat aduerbia sæpe pro nominum casum regere, ut eo temeritatis peruenit, id est ad id temeritatis, aut ad eam temeritatem, & quoad eius, id est quatenus id &c. Leges potetit non potuerunt. [Tria sunt, &c.) Proposuit subiectum in genere quod nūc diuidit per species dicens. Tria sunt genera causarum quæ genera orator debet recipere, scilicet ab litigatore vt à se tractanda (quia sunt, & alia a græcis illis superflue tradita quæ rei cere potest. Notabis quod Valla admonuit oratores in declaratione antecedēti rarissime ponere illas grammaticorum particulas. s. aut videlicet, ut hoc loco dicat grammaticus videlicet) Demonstratiuum quod dicitur a demonstrando quia. Demonstrat alicui messe laudem uel vituperium, vnde, & grammatici solent vocare regimen demonstrationis assentæ in his vir magnæ probitatis aut improbitatis detestandæ. Deliberatiuum quod a deliberando nomen sumpsit. Et iudiciale, quod à iudicio seu à iudicando deductum est. Vnde demonstratiuum est quod attribuitur, id est applicatur, in. i. ad laudem vel vituperium alicuius personæ certæ, id est singularis quia in deliberatiuo agitur etiam de laudando, aut vituperando statu publico vnde deliberatiuum est, quod positum in consultatione, id est deliberatione, & communi disquisitione expedientis an non expedientis habet in se suasionem, & dissuasionem. Suasionem si videatur in expediens de quo consultatur, dissuasionem, si expediens. Caue legas persuasionem, non enim penes oratorem est, vt semper persuadeat nam persuadere est inducere assensum. Iudiciale est quod positum in controuersia, id est disputatione, & deceptatione, habet in se accusationem, vt in causa criminali, & petitionem, vt in ea causa ciuili, & vtraque pertinet ad actionem cum defensione quæ pertinet ad reum. Nā omnis siue iuste, siue iniuste postulans, & vocās alium in ius, dicitur actor, omnis vocatus in ius licet innocens sit, aut nihil debet vocatur reus. [Nunc quas res, &c.) Dicit quinque esse partes oratori necessarias, quas quo ordine exerceat enumerat. Nam qui apte de re quapiam dicere vult oportet primo loco habeat inuentionem, id est vt inueniat, & excogitet dicenda. Deinde dispositionem vt ea debito ordine distribuat. Nam in principio fere locari solent grauia quæ auditorem excitent, & in fine ea reperi quæ maxime ad rem faciant in medio quæ minoris sint momenti. Tum elocutionem, id est elegantem ido-

neorum verborũ, & sententiarũ ad inuẽta accommodationẽ. Tum memoriam, qua præmeditata repetit. Demum pronũciationẽ cum gestibus debitis. has aũt partes graphice definit, vt eũ ordine patebit qui talis est Nũc.i.deinceps docebimus quas res aut res quas oporteat oratorem habere. Deinde ostẽdemus quo cõueniat has causas.i.quinq; partes officii oratori tractari.i.exerceri. Igitur continuatiua est vox.q.d.vt proximũ equamur oportet inuẽtionem dispositionem, elocutionem memoriam, & pronunciationem esse in oratore. Deinde describẽs eas dicit. Inuentio est excogitatio rerũ verarum aut verisimilium quæ reddant.i.efficiãt, causam.s.quã agimus, probabilem.i.verisimilem aut probabilẽ.seu apparuerõt veram. veruntamẽ si orator est vir bonus dicẽdi peritus vt à Catone describitur. Nõ excogitabit verisimilia quę tamen sciet non esse vera, ad decipiendum sed vt reus criminis absoluatur licitum videtur interdũ verbis plausibilibus vti. Dispositio est ordo, & distributio rerum.s.excogitarũ, aut inuentarũ, quæ.s.distributio aut dispositio demonstret quid quisq;.i.in singulis locis sit collocandũ, aut quid, & quibus locis sit locandum. Elocutio est accõmodatio.i.applicatio verborũ idoneorum, & sententiarum sup.idonearum, ad inuentionem.i.res inuentas, & excogitatas. Memoria est firma perceptio.i.cõprehensio.s.actiua animi, & passiua rerum.i.sententiarum, & verborũ dispositionis.i.quę per dispositionẽ prius erant distributa. Vbi notabis puer cum Valla Cic. sæpe genitiuos actiue, & passiue significantes simul date vni regenti. vt hoc loco perceptio animi est actiua, quia animus percipit. Perceptio rerum, & verborũ passiua, quia res, & verba ꝑcipiuntur. Pronũciatio est moderatio.i.tẽperatio, & modificatio cũ venustate.i.quæ sit decora, & venusta, vocis.s.pronũciãtis vt nunc sit aspera nunc lenis, & suo accentu enunciata, vultus vt nunc sit tristis, & seuerus, nunc lætus, & facilis, & gestus scilicet manuum, capitis, & ceterum membrorum. Hæc omnia, &c. quia difficile videtur tot res posse obseruare, & prius dixerat se non facturum more græcorum qui artem difficiliorem reddebant, dat vestra earum adipiscendi dicens, Nos potenmus assequi.i.adipisci, & obtinere hæc omnia. scilicet supradicta, tribus rebus, videlicet arte, imitatione, & exercitatione, quas describit addeos. Ars est præceptio.i.institutio, & doctrina quæ dat certam viam, quæ pro.i.rationem dicendi, vt quæ in hoc lib. traduntur, & à Quint. in lib. de institut. orat. Imitatio est qua impellimur diligendi ratione.i.consideratione vt valeamus esse similes aliquorum.s.quos nobis imitandos proposuerimus similes dico in dicendo.i.forma dicendi. Exercitatio est assiduus vsus, & consuetudo dicendi. Quæ tria etiam hoc ordine describuntur, nam primo dicere oportet aliquam artem, deinde deligere quem imitemur, & demonstratio nos exercitare in his quæ didicimus. non enim decenter possemus nos ponere quẽ imitemur sine arte, alioquin tam malum, quam bonum imitemur, nec excitare nos in arte, & imitatione nisi illis præhabitis. [Quoniam igitur demonstratum est.] Facto epilogo dictorum, diuidit inuentionem in sex partes, quas suo ordine positas definit. Nam qui perorare contendit sæpe vtitur exordio ad efficiẽdum auditorem beneuolum, docilem, & attentum. Deinde narratione rei gestæ aut perinde ac gestæ. Tum diuisione qua discernit quæ ad causam suã tractaturus sit, & quę non. Tum suorum confirmatione, rũ ab aduersario assumptorum aut assumendorum cõfutatione. Ac demum conclusione quam repetitis capitibus principalibus pro se iudicandum esse concludit. Ordo est. Igitur quoniam demonstratum est, quas causas oporteat oratorẽ recipere.i.vt orator recipiat, quia dictum est ꝙ demonstratiuam, deliberatiuam, & iudicialem, & quasque.i.quas (sunt enim quæ partes quasque) res conueniat oratorem habere quia demonstratum est ꝙ quinque inuentionem, dispositionem, &c. Videtur nunc dicendum quẽadmodum officia oratoris.s.inuenire disponere, &c. possint accõmodari ad orationem.i.applicari ad rationem dicendi, & exerceri, aut poni in executione. Inuẽtio consumitur.i.euacuatur in sex partes orationis.i.dũ sex partes orationis explentur, videlicet in exordium, narrationem, diuisionẽ, confirmationem, cõfutationem, & conclusionem. Exordium est principium orationis, per quod principium animus.i.affectus auditoris, vt in senatu, aut cõcione, aut iudicis, vt foro iudiciali, cõstituitur.i.disponitur afficitur, aut instruitur, aut apparatur.i.magnifice pręparatur ad audiendũ, quia beneuolũ, attentũ, & docile efficere solet. Narratio est expositio.i.clara recitatio, rer gestarũ.i.publice facturum, aut administratarum aut perinde.i.aut se habẽtiũ vt gestarum.i.tanquã sint gestæ, licet gestæ reuera non sint. Diuisio est per quam aperimus.i.manifestamus (nõ dicit quia ne fiat eiusdẽ uocale hiatus) quid conueniat.i.de quo consentiunt litigantes, & quid sit in controuersia.i.in dissensione, & per quam exponimus de quibus rebus sumus locuturi, quid declamatores seu prædicatores verbi diuini obseruare solẽt. frustra autem additur à quibusdam, & disconueniat. quia idem est in controuersia esse, & disconuenire. Verbi gratia, si aduersarius dicat Clodium a Milone occisum iniustissime aut iniquissime, poterit Milonis defensor postquam narrauerit rem gestam.i. cædem Clodii diuidere, & dicere, duo igitur aduersarius assumpsit. Clodium, videlicet occisum esse, & iniustissime, primum quidem infitiari nõ possum, neque id infectum nolim. Secundum autem pernego. Iustissime enim occisum assero quid post ea confirmationem probabit, & per confutationem seu refutationem aduersarii argumenta dissoluet. vnde confirmatio est ex expositio.i.declaratio nostrorum argumentorum.i.nostrarum probationum, aut nostrorum mediorum ad probãdum assumptorum cum asseueratione.i.assertione quòd vera sint. Cõfutatio est dissolutio.i.inualidatio & improbatio locorum contrariorum i.ab aduersario adductorum. Conclusio est terminus.i.finis artificiosus.i.ex arte factus, orationis.i.dicendi orationis.i.dicendi oratoriæ. Nunc quoniam &c. hinc sumendum. Putem initium tituli de quatuor generibus causarum. Nam certum est Cic. non sit distinxisse, ut distincta videmus capita. Ordo autem est. Nunc.i.deinceps, quoniam nos producti sumus, ut loqueremur de partibus orationis, vna.i.simul cum officiis oratoris, quo.i.vt res esset facilior cognitu.i.ad cognoscendum, aut vt cognoscatur, & producti.i.ad hoc perducti sumus, vt accommodaremus eas.s.partes orationis ad inuentionem, videtur dicendum supp. esse primo de exordio. Incipiens autem de exordio dicere, ait. Causa posita.i.postquam causa erit constituta. cõsiderandum est genus.i.qualitas, aut species causæ, quo.i.ideo, ut possimus exordiri, commodius, sed ferè in diem recidit. Genera causarum. Vt distinctius, & ita clarius institutum suum prosequatur diuidit rursus causas ꝑ aliam rationem, utpote per alia accidentia, quo circa non est inconueniens. si prius tria genera causarum posuerint, & nõ quatuor, quia non diuidit causam per eadem membra. sed per alia. sicut nõ est inueniens in grammatica si nomen diuidatur per qualitatem in proprium, & appellatiuum, & per figurã. in simplex. compositum, & decompositum unde in hæ quatuor mẽbra diuidi possunt singula tria prædictorum generũ, & econuerso singula horum quatuor in illa tria. Nam in demonstratiuo aliud est honestũ, aliud turpe, aliud humile, aliud dubiũ, & similiter in deliberatiuo, & iudiciali. Et econuerso in turpi genere aliud est demõstratiuum, aliud deliberatiuum, aliud iudiciale, & ita in reliquis. Vnde non est inconueniens eandem rem diuidere in plura, & in pauciora membra secundũ varios respectus. Sed videtur inconuenientius quod quam rem hic in quatuor diuidit alibi in quinque diuisit, nam aut hæc diuisio imminuta, aut illa superflua videtur. Verum sciemus omnem diuisionem, aut esse bimembrem primo loco, aut esse reducibilem ad bimembrem, aut (si detur medium) ad trimembrem. Verum quia oppositorum eadem est disciplina, satis est alterum eorum expressisse. Verbi gratia. Dicamus genera causarum esse tria, honestum, dubium, & humile, sub honesto intelligitur turpe, & sub humili admirabile, & ex vtriusq; rursum est anceps, aut dubiũ. vnde vt grammaticis satis faciamus: dicamus sic. Omne genus causę, aut honestatem includit, & dicitur honestum, aut turpitudinem, & dicitur turpæ, aut vtranq;, & dicitur dubium. anceps, seu mixtum. Et rursus. Omne genus causæ, aut includit rem sublimem, & admirabilem, & dicitur admirabile, aut humilem, & contemptam, & dicitur humile, aut vtraque constat, & diceretur dubium. sed raro reperitur. Sunt ergo in virtute, ut ita loquar duæ diuisiones, quarum prior trimembris, videlicet. Causarum, aliud honestum, aliud turpe, aliud dubium. Secunda potius bimembris, scilicet, Causarum aliud admirabile, aliud humile. Nam non facile inuenias hic dubium. In hac ergo diuisione sub humili comprehenditur admirabilę, quod alius ponit, & illic sub honesto cõprehenditur turpe, & sic vtrobique erunt quinque membra. Ordo est. Genera causarum sunt quatuor supple cum eorum oppositis, honestum, turpe, dubium, quæ vnam faciunt diuisionem, & humile supple, & admirabile cum dubio interea quæ faciunt secundam. Describens autem singula membra dicit. Genus causæ putatur honestum, cum, id est quando nos, aut defendimus (id est aliquis defendit, frequenter enim loquitur Cicer. in prima persona pro quamuis) id, quod videtur defendendum ab omnibus, aut oppugnamus, id quod videtur debere oppugnari ab omnibus,

omnibus. vt cum nos sup. oramus pro viro forti contra parricidam. i. occisorem patris, aut alterius liberi hominis, sed præcipue de parentela. vt aiunt. videtur. n. vir fortis ab omnibus defendendus, & parricida ab omnibus oppugnandus. Genus causæ intelligitur turpe, sup. tum cũ aut res honesta oppugnatur, aut defenditur turpis, vt si oremus pro parricida cõtra virum fortem. Genus causæ est dubium. i. mixtum, & anceps, ac incertum veri parti addicatur cum habet in se causam honestatis, & partem turpitudinis. vt si homo libertinus patronum suũ domicidam defenderit contra adulterum, honestum est, ꝙ patronum defendit, & ꝙ adulterum oppugnat, sed turpe est, ꝙ homicidam defendit Genus est humile, aut dicamus in singulis, vt verba iacent. Humile genus causæ est, cũ res contempta. i. vilis, & contẽptibilis antefert. i. extollitur, aut fertur ante auditorem, vt si pro re agraria, aut frumẽtaria, aut pro priuati hominis supellectili domestica orauerit. Et econtrario. Sublime ac admirabile genus causæ est dum res admirabilis antefertur, vt libertas pub. aut restitutio regis alicuius in regnum, aut quid simile. Difficile autem, vt dixi esset inuenire in quo sint admirabile, & humilo admixta, nisi respectu diuersorum, vt si pauperem contra regem defendas, aut controuerso. Cum hæc ita sint. i. cum constet quatuor, aut quinque esse genera causarũ, conueniet, id est, dicens, & conueniens erit rationem exordiorum accommodari. i. applicari, ad omne genus causæ, ita vt pro varietate generis causarum variè sumatur exordium.

DE EXORDIIS.



Xordiorum duo sunt genera, principiũ, quod Græce προοίμιον appellatur; & insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur. Principiũ est, cũ statim auditoris animũ nobis idoneum reddimus ad audiẽdũ. id ita sumitur, vt attẽtos, vt dociles, vt beneuolos auditores hr̃e possimus, Si genus causæ dubiũ habebimus, à beneuolẽtia principiũ cõstituemus, ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin humile erit genus causæ, faciemus attẽtos. Sin turpe causæ genus erit, insinuatione vtemur, de qua posterius dicemus, nisi q̃d nacti fuerimus, quare aduersarios criminãdo, beneuolẽtiã captare possimus. Sin honestũ causæ genus erit, licebit recte vel vti, vel nõ vti principio. Si vti volemus, aut id oportebit ostẽdere, quare causa sit honesta, aut br̃, qbus de reb. simus dicturi, exponere. Sin principio vti nolemus, à lege, à scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostræ causæ adiumento principium capere oportebit. Quoniam igitur docilem, beneuolum, attentum habere auditorem volumus, quo modo quidq; confici possit, aperiemus. Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. nam docilis est is, qui attente vult audire. Attentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis verba facturos. aut de ijs rebus, quæ ad remp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad deorum immortalium religionem; & si rogabimus, vt attẽte audiãt; & si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi sumus. Beneuolos auditores facere quatuor modis possumus, à nr̃a, ab aduersariorũ, ab auditorũ ꝑsona, & à rebus ipsis. A nostra ꝑsona beneuolẽtiã contrahemus, si nostrũ officium, sine arrogantia laudabimus, aut in rep. quales fuerimus, aut in parẽtes, aut in amicos, aut in eos ipsos, qui audiãt, aliquid referemus, dũmodo hæc oĩa ad eã ipsam rem, qua de agitur, sint accõmodata. Item si nr̃a incõmoda proferemus, inopiã, solitudinem, calamitatẽ; & si orabimus, vt nobis sint auxilio; & simul ostendemus, nos in alijs spem noluisse hr̃e. Ab aduersariorũ persona beneuolẽtia captabitur, si eos in odiũ, in inuidiã, in cõtemptionẽ adducemus. In odiũ rapiemus, si quid eorũ spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose factũ proferemus. In inuidiã trahemus, si vim, si potentiã, factionẽ, diuitias, incontinentiã, nobilitatẽ, cliẽtelas, hospitiũ, sodalitatẽ, affinitates aduersariorũ proferemus, & his adiumentis magis, q̃ veritati eos cõfidere aperiemus. In contẽptionem adducemus, si inertiam, ignauiã, desidiã, luxuriam aduersariorum proferemus. Ab auditorũ persona beneuolẽtiam colligetur, si res eorũ fortiter, sapienter, mãsuete, magnifice iudicatas ꝓferemus: & si, quæ de ijs existimatio, quæ iudicij expectatio sit, aperiemus. A rebus ipsis beneuolũ auditorem efficiemus, si nr̃am cãm laudando extollemus, aduersariorũ per contẽptionem deprimemus. Deinceps de insinuatione aperiendũ est. Tria sunt tp̃a, quibus principio vti nõ possumus: quæ diligenter sunt cõsideranda: aut cũ turpem causam habemus, hoc est, cũ ipsa res animum auditoris à nobis alienat: aut cũ aius auditoris persuasus videtur esse ab ijs, qui ante contradixerunt; aut cũ defessus est eos audiendo, qui ante dixerũt. Si causa turpitudinẽ habebit, exordiri poterimus his rõnibus: rem non hoĩem, aut hoĩem, non rẽ spectari oportere: non placere nobis ipsis, quæ facta dicantur ab aduersarijs, & esse indigna aut nefaria. Deinde cũ rem diu auxerimus, nihil simile à nobis factũ ostendemus aut aliquorũ iudiciũ de simili cã, aut de eadẽ, aut de minore, aut de maiore ꝓferemus. Deinde ad nr̃am causam pedetentim accedemus, & similitudinẽ cõferemus. Itẽ si negabimus nos de aduersarijs, aut de aliqua re eorũ dicturos, & tñ occulte dicemus interiectione verborũ. Si persuasus auditor fuerit. i. si oratio aduersariorũ auditoribus fidẽ fecerit: (neque. n. non facile scire poterimus; qm̃ non sumus nescij, quibus rebus fidei fieri solcat) ergo si fidẽ factam putabimus, his nos rebus insinuabimus ad cãm, si de eo, quod aduersarij firmissimũ sibi adiumentũ putauerint, primũ nos dicturos pollicebimur: aut ab aduersarij dicto exordiemur, & ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit: aut dubitatione vtemur, q̃d potissimũ dicamus, aut cui loco primum rñdeamus cũ admiratione. Si defessi erunt audiendo, ab aliqua re, q̃ risum mouere possit. exordiemur, ab apologo, à fabula verisimili, imitatiõe, de prauatione, inuersione, abiectione, ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exuperatione, collocatione, literarum mutatione: præterea expectatione, similitudine, nouitate, historia, versu: aut ab alicuius interpellatione, aut arrisione: & si pro miserimus, aliter, ac parati fuerimus, nos esse dicturos, nos nõ eodem modo, vt cæteri soleãt, verba facturos: quid alij soleant, quid nos facturi sumus, breuiter exponemus. Inter insinuationẽ, & principium hoc interest, ꝙ principiũ huiusmodi debet esse, vt statim aptis rõnibus, quos ꝑscripsimus,

mus, aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem; at insinuatio eiusmodi debet esse, vt occulte per dissimulationem eadē illa omnia conficiamus, vt ad eandem commoditatem in dicendo peruenire possimus. Verum hæ tres vtilitates tametsi in tota oratione sunt comparandæ, hoc est, vt auditores sese perpetuo nobis attētos, dociles, beneuolos præbeant: tamen id per exordium causæ maxime comparandum est. Nunc, ne quando vitioso exordio vtamur, quæ vitia vitāda sunt, docebo. In exordienda causa seruandum est, vt lenis sit sermo, & vsitata verborum cōsuetudo, vt non apparata oratio esse videatur. Vitiosum exordium est, quod in plures causas potest accommodari, quod vulgare dicitur. Item vitiosum est, quo nihilominus aduersarius pōt vti, quod commune appellatur. Item illud, quo aduersarius potest vti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est, aut nimis longum est, & quod non ex ipsa causa natum videtur, vt proprie cohæreat cum narratione; & quod neque beneuolum, neque docilem, neque attentum facit auditorem. De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transeamus.

CAPIDVRVS.



Xoandiorvm duo sunt gña) Quod princ. Latine vel exordium dr̄, maiore quadā rationem Græcos, προοίμιον nominasse. Quin. putat, ꝙ nostri initiū tantummodo significent, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum eius de quo dicendum est ostendant. Nam siue propterea, ꝙ οἴμη, cantus est, & κιθαρῳδοί, pauca illa quæ ante q̄ legitimum certamē inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, προοίμιον, cognominarūt, oratores quoque ea quæ priusquàm causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquūtur, eadem appellatione signarunt, siue quod οἶμον, viam Græci appellent, id quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum. Est etiam vbi προοίμιον, vniuscuiusque rei vocemus principium, Sic Iuu. in 1. Sat,

Misera cognosce proœmia rixæ,

Nam quod iam pene in omnibus legitur codicibus. Cognosce præmia rixæ, corruptum est, vt facile est lectu cognoscere. [Et insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur) Epos, vt in Arte poet. Horatii scripsimus, carmen dicitur heroicum, & declinatur sicut Chaos. Epodi autem dicuntur versus, quolibet metro scripti, & sequētes clausulas habentes particularum ipsorū versuum, quales sunt Epodi Horatii, in quibus singulis versibus singulæ clausulæ adiiciuntur: vt,

Nox erat, & cælo fulgebat luna sereno.

Deinde, Inter minora: &,

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas. Deinde,

Suis & ipsa Roma viribus ruit.

& quæcunque sunt similes. dictiq. epodi συνεκδοχικῶς, à partibus versuum, quæ legitimis versibus ἐπᾴδονται .i. accinūtur. Est etiam epodos, vt & Demetrius Triclinius exponit, cantus apud Græcos, vno in loco cōsistens, cū στροφὴ a dextro. ἀντιστροφὴ à sinistro fit. cuiusmodi est apud Pindarum. Epodos etiam insinuatio nominatur, ab ἐπί, ꝓpositione effectū anmē, quod est supra, & ᾠδή. cantus. si quidem penult. producta est. Nam si sit correpta, ἔφοδος diceretur. [Exordiorum duo sunt genera, principium, quod Grece προοίμιον appellatur, & insinuatio, quæ ἔφοδος nominatur) In præceptis de Inuentione inquit: Igitur exordium in duas partes diuiditur, in principium, & insinuationem. Principium est oratio, perspicue & protinus perficiens auditorem beneuolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est oratio, quędam dissimulatione, & circuitione obscure subiens auditoris animum. [Id ita sumitur, vt attentos, aut beneuolos, vt dociles auditores habere possimus) Principium, inquit, est vbi statim, quæ dicuntur, & ex personis sumūtur, & ex rebus ipsis. Rerum autem tria sunt genera, vt amice, vt intelligenter, vt attente audiamur. Quorum primus locus in personis nostris, disceptatorum, aduersariorum est, quibus initia beneuolentiæ cumulandæ causa comparantur, aut meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere virtutis, & maxime generalis officii, iustitiæ, fidei, contrariisq. rebus in aduersarios conferendis, & cum his, qui disceptant aliqua coniunctionis causa, aut spe significanda. & si in nos aliqua odia offensionis sint collata, ea tollendo, minuendo ue aut diluendo, aut extenuando, aut compensando, aut deprecando. Intelligenter autem, vt audiamur etiam attente, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillime auditor discit, & quid agatur intelligit, si complectare à principio genus naturamq. causæ, si diuidas, si definias, si neque prudentiam eius impedias confusione partium, nec memoriam multitudine. Vt attente etiam audiamur, trium rerum aliquam sequemur, nam aut magna quędam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta cum ipsis apud quos res agitur. Si genus causæ dubium habebimus, à beneuolentiam principium construemus, ne quid turpitudinis pars illa nobis obesse possit. Si humile erit genus causæ, faciemus attentos. Si turpe erit genus causæ, insinuatione vtendum est, de qua posterius dicemus, nisi quid nacti erimus, quare aduersarios criminando, beneuolentiam capere possimus. [Si honestum genus causæ erit, licebit recte vel vti, vel non vti principio) Vbi de Inuentione disserit, quinque illa genera ita tractat. In admirabili, inquit, genere causæ, si non omnino infesti auditores erunt, principio beneuolentiam comparare licebit. Sin erunt vehementer abalienati, confugere necesse erit ad insinuationem. nam ab iratis si perspicue pax & beneuolentia appetitur, nón modo ea non inuenitur, sed augetur atque inflammatur odium. In humili autem genere causæ, contemptionis tollendæ causa necesse est attētum efficere auditorem. Anceps genus est causæ, si dubiam iudicationem habebit, ab ipsa iudicatione exordiendum est, sin autem partem turpitudinis, partem honestatis habebit, beneuolentiam captare oportebit, vt in genus honestum causa translata videatur. Cum autē erit honestum causæ genus, vel præteriri principium poterit, vel si commodū fuerit, aut à narratione incipiemus, aut à lege, aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis sin vti principio placebit, beneuolentiæ partibus vtendum est, vt id, quod est honestum augeatur. In obscuro causæ genere, per principium dociles auditores efficere oportebit. [Dociles auditores habere poterimus si summam causę breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus. nam docilis est is qui attente vult audire) In libris de Inuētione. Dociles auditores, inquit, faciemus, si aperte, & breuiter summam causæ exponemus, hoc est in quo consistat controuersia. Nam & cum docilem velis facere, simul attentum facias oportet. Nam is est maxime docilis, qui attentissime est paratus audire. Dociles auditores facere poterimus, si summā causæ breuiter exponemus, & si attentos eos facimus. nam docilis est ille. (hoc est, ea in quibus consistit cōtrouersia. de qua dicturi sumus, quod poetæ etiam, tum docilitatis, tum attentionis causa obseruant. Hæc enim ratione, & Homerus in Iliade, & Odyss. & Virg. in Georg. & in Aeneid. ceteriq. poetæ insignes exordia composuerunt. Attentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis, verba facturos) In libris de Inuentione: Attentos, inquit, faciemus si demonstrabimus ea quæ dicturi erimus, magna, noua, incredibilia esse, aut ad omnes, aut ad eos, qui audient, aut ad aliquos illustres homines, aut ad deos immortales, aut ad summam reipublicæ pertinere, & si pollicebimur nos breui nostram causam demonstraturos, atque exponemus iudicationem, aut iudicationes, si plures erunt. [Attentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis) Vt Virg.

Maius opus moueo

[Nouis, inusitatis, verba facturos) Si noua, inquit, nos dicturos esse dicamus. Vt Virg.

Tentanda via est, qua me quoque possim.

Tollere humo, victorq. virum volitare per ora.

Et totus ille locus, qui sequitur. [Aut de rebus his, quæ ad rēp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audirent) Quod sæpe Cic. facit, vt dicat id de quo agatur, non solum ad reum, sed ad omnium fortunas pertinere. [Ad deorum immortalium religionem) Vt cum ipse Cic. dicit. Iudicio deorum immortalium, testimonio senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorum, beneficio diuino, immortaliq. vestro, maxime lætor Quirites. Ad deos enim pertinere, quòd tum expulsus esset, dicebat, [Aut si rogabimus vt attente audiant) Vt rursus Festus.

Inde

Inde facta tua sint mentis acumina Lector.
Sudorisq; mei patulo cape carmina vultu.

Et pulcherrime in 4. Georg. Virg.

Hanc etiam Mecænas aspice partem.
Admiranda tibi leuium spectacula rerum.
Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis.
Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

[Et si numero exponemus res, de quibus dicturi sumus) Vt in superiore Virgilii exemplo patet, vt & ipse quoque Cicer. in Cluent. cum inquit. Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. quarum altera mihi & magnopere confidere videbatur inuidia inueterata iudicii Iuniani altera, tantummodo consuetudinis causa timidæ, & diffidenter attingere rationem beneficii terminum. [Beneuolos auditores quatuor modis facere poterimus: a nostra, ab aduersariorum, ab auditorum persona, & a rebus ipsis) In libris de Inuentione: Beneuolentia, inquit, quatuor ex locis comparatur: à nostra, ab aduersariorum, à iudicum persona, ab ipsa causa: à nostra, si de nostris factis, & officiis sine arrogantia dicemus. si crimina illata, & aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus, si quę incommoda acciderint, aut quę instent difficultates, proferemus, si prece & obsecratione humili ac supplici vtemur. Ab aduersariorum aūt, si eos, aut in odiū aut inuidiam, aut in contemptionem adducemus. In odiū ducentur, si quod eorum spurce, superbe, crudeliter malitiose factū proferetur: inuidiam, si vis eorū, potentia, diuitiæ, cognatio, pecuniæ proferentur, atq; eorum vsus arrogans, & intollerabilis, vt his rebus magis videantur quam causæ confidere. In cōtemptionem adducentur, si eorum inertia, negligentia, ignauia, desidiosum studium, & luxuriosum ocium proferetur. Ab auditorum persona beneuolentia captabitur, si res ab his fortiter, sapienter, mansuete, gestę proferentur, vt neq; assentatio nimia significetur. & si de his, quam honesta existimatio, quantaq; eorum iudicii, & auctoritatis expectatio sit ostenditur. A rebus ipsis, si nostrā causam laudando extollemus, aduersariorum causam per cōtemptionem deprimemus. [Beneuolos auditores quatuor modis facere poterimus) Beneuolentiam, aut à personis ducimus, aut à causis accipimus. Sed personarū est, vt pleriq; crediderunt, triplex ratio, ex nobis ex aduersario ex iudice [A nostra persona beneuolentiam cōtrahemus si nostrum officiū, sine arrogantia laudabimus) Quare illud pro A. Licinio. Si quid est in me ingenii iudices, quod sentio quam sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua nō inficior mediocriter me esse versatum, aut si huiusmodi rei ratio aliqua, ab optimarum artiū studiis ac disciplinæ perfectæ, à qua ego nullum cōfiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, earum rerum omniū vel in primis hic A. Licinius fructū à me repetere proprio iure suo debet [Aut in remp. aut in parentes, aut in amicos, aut in eos ipsos qui audiūt) Quales fuerimus ostēdemus, dum hæc, quæ omnia nostro officio facta commemoramus, ad causam pertineant. Quale illud pro L. Flacco, cum in maximis periculis huius vrbis atq; Imperii grauissimo, atq; acerbissimo reip. casu socio neq; auditore consiliorū periculorumq. meorum L. Flacco, cædem à nobis coniugibus, liberis nostris, vastitatem a templis, delubris, vrbe, Italia depellabam, sperabam iudices honoris potius L. Flacci me auditurum futurum, quam miseriarū deprecatorem. Quod n. esset premiū dignitatis? quod P. R. cū huius maioribus, semper detulisset, huic denegaret. [Aut in remp. quales fuerimus) Quod nostra interfit & necessitate commotos, ad hanc rem accessisse dicamus. Vt pro C. Rabirio. Et si Quirites non est meæ consuetudinis, initio dicēdi rationem reddere, qua de causa quenque defendam, propterea quod cū omnibus ciuibus in eorū periculis semper satis mihi iustam causam necessitudinis esse duxi. tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarumq. omniū C. Rabirii, ponēda ratio videtur officii mei, propterea quod quæ iustissima causa est mihi, eadem vobis ad absoluendū videri debet. nam mecū amicitiæ vetustas, tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua consuetudo, ad C. Rabiriū defendendū est adhortata. At vero vt id facerem, salus reipublicæ, consulare officiū, consulatus deinde ipse mihi vna nobiscū cum salute reipublicæ cōmendatus, cogit. [Item si nostra incōmoda proferemus. inopiā solitudinem, calamitatem, &c.) Quibus per commiserationem beneuolentia captatur, quod tamen sine nimia amplificatione faciemus. In hoc enim exordiū ab oratione differt, quod quæ in exordio attinguntur, in oratione amplissime exaggerātur, idq. aut a persona alterius, quem defendimus, fiet, aut nostra, alterius persona. huiusmodi pro P. Sylla est exordium. Maxime vellem iudices vt P. Sylla & antea dignitatis suæ splendorem obtinuisset, & post calamitatem acceptam modestię fructū aliquem potuisset percipere. Sed quoniam ita tulit casus infestus. vt amplissimo in honore tum cōmuni ambitioni inuidia, tum singulari Antonii odio veteretur, & in his pristinę fortunę reliquiis miseris, & afflictis, tamen haberet quosdam, quorū animos ne supplicio quidem suo satiare posset, quanquam huius incommodis magnā animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facile patior oblatū mihi tempus, in quo boni viri lenitatem, misericordiamq. notam omnibus quondam, nunc quasi intermissam agnoscerent. [Et si orabimus, vt nobis sint auxilio, & simul ostendemus, nos in aliis spem noluisse habere) Quale illud Ciceronis exordium ad equites, antequam pelleretur in exilium, in quo etiam à persona sua beneuolentiam captat. Si quando inimicorum impetum propulsare, ac propellere cupistis, defendite nunc vniuersi vnum, qui ne omnes occideritis, ardore flammę conflagraretis, mei capitis periculo non dubitaui prouidere. nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cœlum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberorum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, qui catissimam vestram precationem sibi esse duxit. Est enim liberale officium, serere beneficium, vt metere possis fructum fidei. Conducit in loco debitum retribuere, illic enim animi voluntas propensa comprobatur, hic memoria collaudatur. Itaque si omnibus graue seruitutis iugum esse debet, in libertate educatis, sit is animis vestris acceptissimus, quia vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Et si maiores vestri eos Imperatores, qui militum virtute hostium fregerunt furorem iucundius, fructu libertatis reconciliato, non solum statuis dignos putauerunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt: tum vos eum consulem, qui non militum præsenti fortitudine, sed sua eximia animi virtute hostilem ciuilem mentem senatus auctoritate vindicauit. existimate vobis retinendum esse in ciuitate. Si quæ beneficia singulis ciuibus priuatimque dantur, ea solent his esse fructuosa a quibus sunt prefecta, iure & merito possum ego vos ad defensionem meæ salutis adhortari, quos conseruaui vniuersos. Ab aduersariorum persona beneuolentiam captabimus, si eos in odium, & inuidiam, in contemptionem adducemus. [In odium rapiemus, si quid eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus) Velut ipse in Salustium. Ea demum magna voluptas est tibi, Crispe Salusti æqualem ac parem verbis vitam agere, neque quidquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat, vt omnis oratio moribus consonet. Neque enim qui ita viuit, vt tu, aliter ac tu loqui potest, neque qui tam illoto sermone vtitur, vita honestior est. Quo me vertam P. C. vnde initium summā? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est vterque nostrum. Quod si autem de mea vita atque rebus nostris huic conuiciatori respondebo, inuidiam gloriam consequitur, aut si huius facta, mores, omnem ætatem nudauero. in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiecio. [In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, si factionem, diuitias, continentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitium, affinitatem aduersariorum proferemus) Quale illud pro P. Quintio. Quæ res in ciuitate quæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt hoc tempore summa gratia, & eloquentia. quarum alteram C. Aquili vereor, alteram metuo. eloquentia Q. Hortensiū, ne me dicendo impediat, non nihil vereor: gratia Sexti Neuii, ne Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimesco, nec hoc tantopere querendum videtur, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita res se habet, vt ego qui nec vsu satis, & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo compater, & P. Quintius, cuius tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. [In contemptionem adducemus, si ignauiam, inertiam, desidiam, luxuriam aduersariorum proferemus) Quale illud in Vatinium testem principium est. Si tua tantummodo. Vatini, quid indignitas postularet, spectare voluissem, fecissem id, quod his vehementer placebat, vt te, cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesq. domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. Nemo enim horum te refutandum, vt grauem aduersarium, aut ita rogandum, vt religiosum testem arbitrabatur. sed fui paulo in te intemperatior fortasse qua debui, odio enim tui, in quo &

si omnes propter tuum in me scelus superare debeo, tamen ab omnibus pene vincor, sic sum incitatus, ut cum te non minus contemnerem quam odissem, tñ vexatum potius quam despectum vellē, dimitterem.[Ab auditorum persona beneuolentia captatur, si res illorum fortiter, sapienter &c.) Quale Dari illud, apud Q.Curtium: Sic cum ignauis, & plurimis, qualemcunq; vitam honesta morte æstimantibus, fortuna iunxisset, ta cerem potius quā frustra verba cōsumerem. sed maiore quam vellem documento, & virtutem vestrā expertus, magis etiam cōniti debeo, vt dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestris similis adhuc sitis.[Si res eorum fortiter, sapiēter, mansuete, magnifice iudicatas proferemus) Vt ipse Cicero. Si P.C. vestris in me immortalibus, fratremq; meū liberosq; nostros meritis pauū vobis cumulare gratias egero, quæso obtestorq; ne vitię nostræ potius quam magnitudini vestrorū beneficiorum id tribuendum putetis. Quæ tanta enim potest existere vbertas ingenii? quę tanta dicendi copia? quod tam diuinum atque incredibile genus orationis? quo quisquam possit vestra in nos vniuersa promerita non dicā complecti orando, sed percensere enumerādo? qui mihi fratrem optatissimum, me fratri amantissimo, liberis nostris parentes, nobis liberos, qui dignitatem, qui ordinē, qui fortunas, qui amplissimam remp. qui patriam, qua nihil potest esse iucundius, qui deniq; nosmetipsos nobis reddidistis. Quod enim tempus erit vnquam, quo vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriātur? [Si quę de his existimatio, quę iudicii expectatio sit aperiemus) Quale Apuleii illud de Magia. Certus equidem eram, proque vero obtineam maxime, Claudi, quiq; in consilio estis, Siciniū Aemilianum sanè notissimę temeritatis accusationem nostri prius apud te cœptam, quam apud se cognitam, penuria criminum solis conuiciis implerurū, quippe insimulari quiuis innocens potest, reuinci nisi nocens non potest. Quo ego vno pręcipue cōfisus, gratulor mediusfidius, quod mihi copia, & facultas te iudice obtigit purgandę apud imperitos philosophię. [A rebus ipsis beneuolum faciemus auditorem, si causam nostram laudando extollemus, & aduersarium per contemptionem deprimemus) Quale quarti est huius libri totum omnino exordium.[Tria sunt tempora, quibus vti principio non possumus, quę diligenter sunt consideranda, aut cum turpem causam habemus, hoc est, cum ipsa res animum auditoris alienat à nobis, aut cum animus auditoris persuasus videtur ab his esse, qui ante contra dixerunt) In aliis preceptis Rhetoricis. Insinuatione igitur vtēdum, inquit est, cum admirabile genus causę est, hoc est, vt ante diximus, cū animus auditoris infestus est. Id autem tribus ex causis fit maxime. si aut inest in ipsa causa quędam turpitudo, aut ab his, qui ante dixerunt, iam quidā auditori persuasum videtur, aut eo tempore locus dicēdi non datur, cum iam illi quos audire oportet, defessi sunt audiendo. Nam ex hac quoque re non minus, quam ex primis duabus in oratore nonnunquam animus auditoris offenditur. Docuit supra Cicero, in principiis tria à nobis adhibenda esse, vt aut beneuolos, aut attentos, aut dociles faciamus auditores. Idem & in insinuatione faciendū est. sed secus, in principiis enim id aperte faciemus: in insinuatione autem occulte, & quibusdam circuitionis, nec in alio causę genere, nisi in admirabili. per qđ etiā turpe datur intelligi, vt supra ex eius interpretatione colligi satis potuit, & tunc cum audientiū animi erunt vehementer offensi, ostenditque quibus potissimam rebus offensos iudicū animos possimus agnoscere.[Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus, & quæ sequuntur) In aliis, præceptis: Si causæ, inquit, turpitudo contrahet offensionem aut pro eo homine in quo offenditur, alium hominē, qui diligitur interponi oportet: aut pro re in qua offenditur, aliā rem quæ probatur: aut pro re hominem, aut pro homine rem, vt ab eo quod odit ad id, quod diligit auditoris animus traducatur & dissimulare id te defensurū quod æstimaris. Deinde cum iam melior factus erit auditor, ingredi. Pedetētim in defensionem, & dicere ea quæ indignentur aduersarii, tibi quoq; indigna videri. Deinde cum leniteris eum, qui audiet, demonstrate nihil pertinere eorū ad te, & negare te quidquam de aduersariis esse dicturum, neque hoc, neq; illud, vt neque aperte lædas eos, qui diliguntur, & tamen id obscure faciens quoad possis alienes ab eis auditorū voluntatem, & aliquorum iudicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam. Deinde aut eandem, aut cōsimilem, aut maiorē, aut minorem agi re in præsenti demonstrare. Hic, Turpis aut res erit, inquit, aut persona. si persona turpis fuerit, aut alium hominem subucies, qui amatur aut rem pro persona. Denique si res turpis fuerit, aut aliā rem quæ honesta est subiicies, aut pro re homines. Illic vero dicit, si genus turpe sit, hominē non rem, aut rem non hominē spectari debere, dicendum nobis. Hæc igitur præcepta ab illis pene nihil in hoc differunt, sed nobis subaudiēdum est. si vtrunq; turpe fuerit, & res, & persona. commodum esse causas nō suscipere, tamē si quid leuiter turpe fuerit, posse suscipi. Deinde adiicere, ea quæ aduersariis displiceant, tibi etiā displicere, sed nihil horum ad tuum negocium pertinere, miranque te dicas, cur tam fœtida dicant, & occulte de aduersariis detrahendo rem amplificabimus. Deinde, inquit, de simili negocio aliquorum iudicium afferre oportebit exemplum, ne nouum id esse videatur. Animaduertendum hic est, vt in insinuatione quatuor locis præcepertit beneuolentiam comparari posse. i. ab ipsa causa, à nostra persona, ab aduersariorum, a iudicum. A causa dixit posse beneuolentiam comparari, vbi ait hominem non rem, aut rem non hominem spectari oportere. A nostra persona, cum ait: aut non placere nobis ipsis, quæ facta dicantur ab aduersarius, & esse indigna, aut nefaria. Deinde pedetentim eum rem auxerimus, nihil simile nobis factum esse ostendemus. Ab aduersariorum vero persona quemadmodum beneuolentiam comparemus ostendit, cum ait: Item si negabimus nos de aduersariis, aut de aliqua re dicturos, & tamen occulte dicemus interiectione verborum. Postremo docet, vt à iudicum persona beneuolentiam comparemus, cum ait: Aut aliquorum iudicium de simili causa aut de eadem, aut de minori, aut de maiori proferemus. Verum quod ait, ac simili causa, aut de minori, aut de maiori, imitatione dignum est, vt post exemplum facienda sit comparatio. Comparatio porro nunc à pari, nunc à maiori, nunc à minori fiat necesse est. His igitur rationibus ostendit, si per causę turpitudinem auditores offensi extitissent, quibus modis ab his possit beneuolentia comparari. Si persuasus auditor fuerit. i. si oratio aduersariorum auditoribus fidem fecerit: neque enim non facile scire poterimus, quoniam non sumus nescii quibus rebus fides fieri soleat. [Ergo si fidem factam putabimus, his nos rebus insinuabimus ad causam, de eo quod aduersarii firmissimum sibi adiumentum putarunt, primum nos dicturos pollicebimur, aut ab aduersarii dicto exordiemur, & ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit & quod sequitur) In aliis præceptis ita reliquit. Sin oratio aduersariorum fidem videbitur auditoribus fecisse, idque ei qui intelligit quibus rebus fides fiat, facile erit cognitu, oportet aut de eo quod aduersarii sibi firmissimum putarint, & maxime hi, qui audient probarint, primum te dicturum polliceri, aut ab aduersarii dicto exordiri ab eo potissimū, quod ille nuperrime dixerit, aut dubitatione vti, quid primum dicas, aut cui potissimum loco respondeas, cum admiratione. Nam auditor cum eum quem aduersarii perturbatum putant orationem, videt animo firmissimo contradicere paratum, plerunq; se potius temere assensisse, quam illum sine causa confidere arbitratur. Hoc dicit, si oratio aduersariorum dictis fidem fecerit, & ideo iudices videntur ab alienati, tribus modis beneuolentiam comparamus, si aut ab eo argumento quod sibi firmissimum crediderant aduersarii, te dictu unū esse promittas, aut si ab eo dicto exordio incipias, quod aduersarius nuper dixerit: aut si, inquit, cum admiratione dubites, cui potissimum respondeas quæstioni. nec enim, inquit, cognitu difficile erit, an persuasus iam sit auditor: aut, inquit, cum risu respondētes hominis admirabimur audaciam. Hic Ciceronianis verbis Quintiliani adiiciam sententiam. Par est, & quid in hac re summi scripserint senserintq. oratores, audiuntes nosq; mecum intelligant quod vtilissimum fore censuimus. Insinuatio, inquit, surrepit animis maxime, vbi frons causa non satis honesta est, vel quia res sit improba, vel quia hominibus parū probetur, aut facie quoq; ipsa præmitur, vel inuidiosa consistentis ex diuerso patroni aut patris, vel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidam, quibus aduersus hæc modis sit medendum, verbosina tradunt, materiasq. ipsi sibi fingunt, & morem actionum persequuntur. Sed hæc cum oriantur ex causis quarum species cōsequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehendantur, in infinitum sint extrahenda quare singulis cōsilium cum propria ratione nascetur. Aliis in vniuersum præceperimus, vt ab his quæ lædunt, ad ea quæ prosunt confugiamus si causa laborabimus, persona subueniat: si persona, causa: si nihil quod nos adiuuet, erit quæramus quid aduersarium lædat. nā vt optabile est: plus fauoris mereri: sic proximum, odii minus. In his, quæ negari non potuerint, elaborandum, vt aut minora, quam dictum est aut alia mente facta, aut nihil ad

præsentem quęstionem pertinere, aut emendari posse peniten tia, aut satis iam punita videantur. Idq. agere aduocato, q̃ litigatori facilius, quia & laudat sine arrogantiæ crimine, & aliquando etiã utiliter reprehendere potest. Nam se quisque mo nere interim finget, vt pro Rabirio Postumo Cicero, dũ aditus sibi ad aures faciat, & auctoritatem induat vera sentiẽtis, quo magis credatur, uel defendenti eadẽ, vt negãti. ideoq. hoc primum intuemor litigatoris an aduocati psona sit vtendũ, quo ties vtrunque fieri potest. His etiã de causis insinuatione vide tur opus esse si aduersarii actio iudicum animo: occupauerit. [Si defessi erunt audiendo, ab aliqua re quę risum mouere pos sit, exordiemur, & quæ sequũtur] In aliis præceptis ita relıqt: Sin auditoris studiũ defatigatio abalienabit à causa, te breuius q̃ paratus fueris esse dicturum, commodum est polliceri, non imitaturum aduersarium. Siu res dabit, non inutile est ab aliqua re noua, aut ridicula incipere, aut tempore quæ nata sit, quod genus strepito, acclamatione, aut iã parata, quæ vel apo logum, uel fabulã, vel aliquam contineat irrisionem, aut si rei dignitas adimet iocandi facultatem, aliquid triste, nouũ, horri bile, non incõmodum est statim inijcere. Nam vt cibi satietas, & fastidium, aut subamara aliqua re releuat, aut dulci mitiga tur, sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. Si forte iudices defatigati fuerint multos audiendo, primum, inquit, captare beneuolentiã oportebit, re bus nouis, uel rediculis, risum iudicibus mouentibus, sicut ab apologo, vel quacunque fabula, quæ proposito conducat no stro. Et hoc duplici modo, aut ex tempore, si forte clamor aut strepitus aliunde fuerit exortus, aut cogitatis paratisq. litera rum inuersione, & lominatione verborũ, ceterisq. rebus, quæ nouitate, aut iucunda inuentione animi quoque modo fulci tent audientes. Vrbanitas enim oportuna reficit animos, & vn decunque petita iudicis voluptas leuat tædiũ. Preterea si polli cebimur, nos breuius q̃ futuri eramus, esse dictoros, & aliter ac alii soleant. [Exordiemur ab apologo, fabola, uerisimili, imi tatione, depravatione, inuersione] Fabulæ sunt, quas ferè vide mus excitisse ex Phedris Medeis, Clytenestris, aliisq. similibus. Apologi sunt ex rebus humilibus compositæ quædã formę ac species ad viuendum, quales Aesopicæ fabulæ sunt, velut de mu re, & leone fabula. [Verisimili] Quia fuot, & nullo modo veri similes. [Imitatione] Si nos aliquem imitari aut non imitari aduersarium de restando dicemus. [Depravatione] Depravan do, quæ aduersariis dicta uel facta sunt. [Inuersione] Inuerte mus] Inuertemus uerba: vt, Pudicum ne uocem quem vos im pudicem nostris. [Ab ambiguo] Quod utroq. versus capi pos sit, ut, signis hic hodie factus est, nam ab hoc & clarum, & infame possimus annotare. [Suspicione] Vt si dicas, quor hic doli lateat abduce ostetis. [Irrisione] cum aduersarii obiecta irride mus. [Stultitia] Cum eosdem uideri stultos, quod minus pru denter quæ dixerint excogitarint, videri uolumus. Exuperatio ne) Cum quæ ipsi fecerint mala nostris antecedat, aut quæ di xerunt longe exuperent quæ facta sunt, ac per hoc falsa esse de prehendantur. [Collatione] Cum conterimus nostra cum ad uersariis. [Literarum mutatione] Vt, Beneficium re contulisse refert, quod huic grande veneficium fuit. [Præterea expectatio ne] Si expectauduin aliquantum esse. [Abiectione] Si quid abii ciendom, quod minus uerũ sit. [Similitudine] Si simile, quod dicimus, alicui cõtigisse dicamus. [Nouitate] Si nouum, & ino situtom, inauditumq. item dicas, quod aduersarii obiiciuot, aut quod poscant sibi. [Historia] Alicuius rei lepida narratio ne. [Versu] Vt pote in solora oratione insitato, neque noua, euigilanter erigetur auditor. [Aut ab alicuius interpellatione] Si quis lo quentem interruperit. [Aut irrisione] Si excitatati eo surgamus in aduersarium, illudq. plane renendũ in primis erit si negocii dignitas patietur, risum uel iocũ moueri oportere. Sic tale fuerit negocium, ut nec iocundum, nec ridendum sit, à re reliqua tristi se utraque sociperc commodissimum esse. nam ut cibi fastidium nunc dulci te nunc subamara releuatur, ita audiendi studium apud iudices nunc ridiculis rebus, nunc asperioribus redintegratus. sed iam quo insinuationis tracta tio clarior fiat, exemplis, vt de principiis fecimus, quo modo, id poterimus, illustremus, idq à principio ordiamur. Aut enim Cic. hominem non rẽm, aut rem non hominem, huiusmodi apud ipsum pro M. Cœlio est. Si quis iudices forte nunc adsit ignarus legum iudiciorum, consuetodinis nostræ, miratur pro fecto, quæ sit taota atrocitas huius causę, quod diebus festis, ludisque publicis omnibus negociis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tali facino ris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas stare non possit. idem cum audiat esse legem, quæ de seditiosis consceleratisque ciui bus, qui armati senatum obsederunt, magistratib. vim attule runt, rempub. oppugnarunt, quotidie quæri iubeat, legem non imploret: crimen quod versetur in iudicio requirat, cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudi cium nocari: sed adolescentem illustri ingenio, industria, gra tia accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium, & vocet & vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis. Hic licet ani maduertere ut à principio iudices occuparit, ne diebus festis, ludisq. publicis, turpe de aliquo fieri iudicium putent, & quã res turpis sit, tam honestum de quo diceretur uideri posse. de inde ut docilitatem cum attentione captet, cum & crimen, & criminis pondus explicet. Cum autem subiicit, Aut aliquotũ iudicium de simili causa: huius apud ipsum, exemplum pro L. Cornelio hoc lucolentissimum est si auctoritates patrono rum in iudiciis ualent ab amplissimis uiris: dicta L. Cornelii cã defensa est si vsus, aperitissimis uiris, si ingenia, ab eloquen tissimis, si studia, ab amicissimis, & enm beneficus cum L. Cor nelio, tum maxima familiaritate coniunctis. Quæ sunt igitur meæ partes auctoritatis tantæ, quanta uos in me esse volui stis: usus mediocris ingenii, minime voluntati parem, nam ce teris à quibus est defensus, hunc debere plurimum video. Ego quantum ei debeam, alio loco ostendam, principio orationis hoc oppono, me oibus, qui amici fuerunt saluti meæ, & digni tati, si minus ad sctendam gratiam satisfacere potuerimus, ad præ licandam, & habendam certe satis esse factutum. Quę fue rit hesterno die Co. Pompei grauitas in dicendo iudices, quæ facultas, quæ copia, non opinione tacita vestrorum animorũ, sed perspicua admiratione declarari videbatur, nihil enim un quam audiui quod mihi de iure subtilius dici videretur, nihil de memoria nihil de more, de exemplis acotius, nihil peritios de fœderibus, nihil de illustriore auctoritate, de bellis nihil de terpub. æraruus, nihil de se ipso modestius, nihil de causa crimi ne ornatus, ut iam mihi uerum videatur illud esse quod non nulli literari, ac studiis doctiosq. dediti, quasi quoddam in credibile dicere putabantur, ei qui oẽs aio virtutes copreheu disset, omnia quæ uellet facile tractaret. Quæ enim in L. Cras so potuit hoor ne nato ad dicendi singularem quandam facul tatem, si hanc causam ageret, maior esse vbertas, varietas, co pia, quàm fuit in eo, qui tantum impartire huic studio tempo ris, quantum ipse qui a pueritia vsq; ad hanc ætatem a conti nuis bellis, & victoriis conquieuit, quo mihi difficilior est hic perorandi locus. Etenim ei orationi, quæ non prætervecta fit aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit, vt plus voluptatis ex recordatione illios orationis, quàm quo modo est mea, sed ex cuiuscunque oratione capere posiris, sed mea est gerendus non modo Cornelio cuius ego uoluptati in eius periculis nullo modo deesse possum, sed & Cn. Põpeio, qui sui facti sui beneficii uoluit me esse vt apod eosdẽ uos iudices nu per alia causa fuerim, & prædicatorem, & auctorem. Longio res in horum exemplis exordiorũ fumus, quo quin intelligere mos, neminem qui præcepta det eloquentiæ, id profesqui: si quidem modo suum ostendare ingenium, satis esse fortassis ducunt, ceterorum curam linquentes discentibus, sed vt rudi bus adhuc hanc præceptionem oculis subiiciamus, & plus vti litatis, quam ostentionis affectamus, aut uoluptatis. Ex hoc. n. Ciceronis initio, ante causæ expositionem, quanta iudicum ex Pompeii laudibus attentio comparata sit, ut se quo male fecisse si eam, quam Pompeius, defendenda in causam comple ctatur facile cognosci potuit. [Item si negabimos, nos aduer sariis, aut de aliqua redicturos, & tamẽ occulte dicemus iote riectione uerborũ] Quale illud apud Q. Curtiũ od Alexandrũ. Tum Pœnus, Dii prohibeant, inquit, à nobis impias mentes, & profecto prohibent. idem animus est tuis, qui semper fuit, ire quo iusseris, pugnare, periclitari, sanguine nostro commen dare posteritati tuum nomen. Proinde si perseueras, inermes quoque, & nudi, & exangues utcunque orbi, cordi est, sequi mur, vel antecedimus. sed si audire uis non fictas tuorom mili tum uoces, uerum necessitate ultimas expressas, &c. hic Pœ nus uolle se contra Alexandri sententiam dicere professus, la tenter tamẽ id insinuat. [Aut ab aduersarii dicto exordiemur, aut ab eodem maxime, quod ille nopertime dixerit, aut du bitatione utemur quid potissimum dicamus] Tale Cicero nis pro Quinto Ligario exordium est. Nouum crimen, C. Cæsar, & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te, Quinto Tubero detulit, Quintum Ligarium in Africa fuisse, idque C. Pansa præstanti uir ingenio, fretus fortasse ea fami liaritate quæ est ei tecum, ausus est cofiteri, itaque quo me uertam

vertam nescio, paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires, neq; aliunde audire potuisse, vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer, sed quoniam diligētia inimici inuestigatum est. id quod latebat, confitendum est, vt opinor. presertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, ut id iam integrū non esset, omissaq. controuersia omnis, oratio ad misericordiā tuam conferenda est, qua plurimi sunt conseruati, cū à te non liberationem culpæ, sed errati veniam impetrauissem habes igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum, confitentē reum, sed hoc confitentem, se in ea parte fuisse, qua te virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto cōfiteamini necesse est, quàm Ligarii vllam culpam reprehēdatis. Videmus, quam se imparatum ad hanc causam accessisse Cicero dissimulauerit, & quod in causa potissimum fuit. primum sumpserint confutandū, precibusq, & miseratione diluendum ad dubitationes præmittens. [Ab aliqua re quę risum mouere possit incipiemus) Quale illud ipsius Ciceronis est, in Clodium. Hesterno die P.C. cum me & vestra dignitas, & frequentia equitum Romanorum, quibus senatus dabatur, magnopere cōmouisse. pacaui mihi reprimendam esse P. Clodii impudicans pudicitiam, cum is publicanorum causam stultissimis interrogationibus impediret, P. Tullioni Siro nauaret operam, atque ei se, cui totus uenierat, etiam uobis inspectantibus uendicaret. Itaq; hominē furentem exultamq. continui, simul ac periculum iudicii intendi duobus ineptiis verbis omnem impetum gladiatoris, ferocitatemq. compressi. Attamen ignarus ille, qui cōsules essent, exanguis atq; ęstuās, se ex curia repente proripuit. cū quibusdam fractis iam atque inanibus minis, & cū illis Pisoniani temporis Gabinianiq. terroribus, quem cum egredientem in se quod cepissem, cepi equidem fructum maximum, & ex cōsurrectione omnium. vestrū & ex comitatu publicanorū. Sed vecors repente, sine suo vultu, sine colore, sine uoce constiterat, deinde respexit, & simul ad Cn. Lentulum consulem aspexit, concidit in curiæ pene limine quanta arte, dum artem fugere videri vult. hæc enarrat, vulgari, eaq. humilitate compositionis, vt rem ipsam intueri nos quoque uideamur. [Irrisione, stultitia) Cuiusmodi illud, Iam ne sentis bellua, iam ne sentis quæ sit hominum querela frontis tuæ? nemo queritur, Syrum nescio, quē de grege nouitiorum factum esse consulem, non n. color iste seruilis, non pilosæ, non dentes putridi deceperunt, oculi, supercilia frons. vultus denique totus, qui sermo quiddā tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus, decepit hos fefellit. hic in fraudē induxit, pauci ista tua luculenta vitia noramus, pauci tarditatem ingenii, stuporem, debilitatēq. linguæ, nunquam erat audita uox in foro, nunquam periculū factum aut militiæ, aut domi. obrepsisti ad honores errore hominum, cōmendatione famosarum imaginum, quarū simile habes, nihil præter colorem. [Collatione) Vt illud. Si quantum in agris locisq. desertis audacia potest, tantum in foro atq; in iudiciis impudentia valeret. non minus in causa cederet A. Cęcina Sex. Ebutii impudentiæ, quantum in ui facienda cessit audaciæ. [Historia) Quale est. Cum multa, Pōtifices, à maioribus nostris diuinitus inuenta atque instituta sunt, tum nihil præclarius, quam ꝙ vos eosdem, & religionibus deorum immortalium, & summæ reip. præesse voluerunt, vt amplissimi, & clarissimi ciues remp. bene gerēdo. Pontifices religiones religionibus sapienter interpretando, remp. conseruarent. Quod si vllo tempore magna causa sacerdotū P.R. iudicio ac potestate versata est, hæc profecto tanta est, ut omnis reip. dignitas, omniū ciuiū salus, vita, libertas, aræ, fasces, dii penates bona fortunæ, domicilia vestræ sapientiæ fidei potestatiq. cōmissa creditaq. esse videātur. [Aut si pollicebimur aliter ac parati fuerimus, nos esse dicturos) Quale Ciceronis pro Ligario supra recensuimus exordium, quo præcepta de exordiendi rationibus clariora fierent, exepla non quidem omnium subiecimus. quod cum immensa res sit, fieri non potest, & si fieri etiā possit, hoc onus hic sumere non liceat. satis enim viuenique factū est, si inter commonstratum, cum perpetuo dux & pręuius esse nō possim. [Inter insinuationem, & principiū hoc interest) Hoc dicit. principium ab insinuatione hoc differt, quod per principium aperte beneuolentiā attentionemq. captamus, & docilem facimus auditorem, insinuatione autē hæc omnia occulte, & per dissimulationem, deniq; hæc tria in exordio fieri diximus, nō quin in tota oratione id fieri oporteat, sed ꝙ in exordio plus ceteris partibus desideretur [In exordienda causa est obseruandū, vt leuis sit sermo, vt vsitata verborū consuetudo, vt nō apparata oratio esse videatur) In aliis præceptis rhetoricis, inquit. Exordium sententiarū, & grauitatis plurimum debet habere, & omnino omnia, quæ pertinent ad dignitatem, in se cōtinere, propterea q. id optime faciēdum est, quod oratorem auditori maxime comendat. splendoris, & festiuitatis, & concinnitudinis minimum, propterea ꝙ ex his suspicio, quædam apparationis atq; artificiosę diligentię nascitur. quæ maxime orationi fidē, oratori adimit auctoritatē. In exordio, inquit, nihil splendidū, nihil diligenter accuratum habere debemus, ne ipsa dicēdi diligentia diffidentia negocii demonstremus. Veruntamē sententiarum grauitate refertum esse oportebit. Sed hic Quintiliani non præteribo sententiam, cum & ipse orator sit nō contemnendus, & dicendi magister eruditissimus, ac præceptionū acutissima diligentia sua tantum emineat, quantum fortasse ipse Cicero dicendi facultate antecedat. Multū, inquit, gratiæ exordio idest, quod ab actione diuersæ partis materiā trahit, hoc ipso, quod nō cōpositum domi, sed ibi atq; nunc natum, & facilitate famā ingenii auget, & facile simplicis sumptiq. ex proximo sermonis fidem quoque acquirit, adeo vt ēt si reliqua scripta atque elaborata sunt, tamē plerunq; videantur videatur tota esse tēporalis oratio, cuius initium nihil pręparatū habuisse manifestum est, frequētissime vero procemiū decebit, & sententiarum, & cōpositionis, & vocis, & vultus modestia. adeo vt in genere causæ etiā indubitabili fiducia seipsa nimium exerere non debeat, odit. n. iudex litigantis securitatem, cumq; ius suum intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Nec minus diligenter, ne suspecti simus vlla parte, vitandum est, propter qđ minima ostentari debet in principiis cura. qua videtur omnis ars docentis cōtra iudicē adhiberi, sed istud ipsum curare, summæ artis est. nam id sine dubio ad omnibus, & quamoptime præceptum est, uerum aliquatenus temporum cōditione mutatur quia iam quibusdam iudiciis, maximeq. capitalibus, aut apud centum uiros ipsi iudices exigunt solicitas & accuratas actiones, contemniq. se, nisi in dicēdo etiā diligentia appareat, credunt, nec doceri tantum, sed etiam delectari nolunt. & est difficilius huius rei moderatio, quæ tñ tentari ita potest, vt videamur accusare, non callide dicere. Illud ex præceptis veteribus monet, ne quod insolens verbum, nec audacius translatū ne ue aut obsoleta vetustate, aut poetica licentia sumptum in principio deprehendatur. [Vitium exordium est, quod in plures causas potest accōmodari, quod vulgare dicitur) Vitia, inquit, certissima exordiorū sunt, quæ summopere vitare oportebit, vulgare, commune, commutabile, apparatum, longum, separatum, translatum, contra præcepta. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, idq generale dicitur principium, & quod non vnius, sed omnium potest esse causarū. si sic incipias; Deum ego Optimum Maximumq. aut vellem, si fieri posset iudices. [Item vitiosum est quo nihilominus aduersarius potest vti, quod commune appellatur) Commune est, inquit, quod nihilominus in hanc quam aliam contrariam partē causæ potest conuenire. Inter vulgare, & commune hoc interest, ꝙ vulgare omnium controuersiarum est, commune in eadem controuersia utriusque partis itaque commune, vt pote species, includitur, vulgare, autem, generale est. [Item id, quo ea contratio leuiter commutato, aduersarius potest vti) Est, inquit, commutabile exordium, quod ab aduersariis commutato uerbo uel addito possit in parte cōtraria commutari. [Item uitiosum est, quod nimium apparate compositum est) De hoc longius supra disputatum. [Aut nimium est longum) Quod pluribus verbis aut sententiis, vltra quam satis est labitur, ne oratio in caput futreuisse videatur. [Et quod ex ipsa causa natum non videtur) Vt prope ne cohæreat cum narratione. Vitiosum, inquit, est, quod separatum nominatur, cum non propriis negocii, neq; eius causæ, de qua agit sit. Vt si homicida tibi accusandus sit, & tu ab adulterii facinoribus exordium sumas. [Aut quod neq; beneuolum, neq; docilem, neque attentum facit auditorē) Hoc duobus modis fieri potest. Primum, cum aliud cōficis, quam genus causa postulat. Vt si attentum facere uelis auditorem, & causa, primum beneuolentiā desideret, aut cum res insinuationē postulet, & exordio vtaris, idque translatum nominatur. Deinde cum omnino nec docilem, nec attentum, nec beneuolum facis auditorem, quod contra præcepta nominatur.

QVod græce προοίμιον) Gręcorum uocum οἴμην, & pro LONG.
prietatem exponit docte Fabius, cap. eod. [Si turpe genus) Vt si pro ebrietate dicatur. [Vel nō vti principio) Negant hoc oratorum pręcipui, qui non putāt ita nude irrumpendum ad orationes, sine præparatione auditorū, qđ & ignauiam dicentis, & confidentiam eius designet. In foro tamen & iudicis

iudiciis locum aliquem habere videtur, quoties tanta iudicis festinatio est, vt moram nullã patiatur, aut auditorum animi tales sunt, vel ira, vel odio, vt mox caput causæ audire se velle cõclament. In scholasticis autem disputationibus, & declamationibus secus fieri debet, quia auditores habemus dicto audientes. Sed & hoc admonendum duxi, in quo plerique omnes nostro seculo qui declamant, peccant, exordium non in principio, sed post reliquas partes absolutas esse conscribẽdum. Nam & Cic. quod primum esset dicendum, postremo solet cogitare, quo vteretur exordio. Qua de re longe doctissima quædam in 2. de Oratore. [Tria sunt tempora) Tria insinuationis tempora. [Si causa turpitudinem) Vt si pro stultitia dicamus. [Intersectione verborum) .i. ὑποσιγῇ, quæ vox clancularium, & quasi insidiatricem verborum rerumq. machinationem significat. [Tñ hoc per exordiũ &c.) addunt aliqui, & epilogum, quod vtriusque partis eadẽ sit intẽtio saltem quod ad beneuolentiã. [Item vitiosum est) Vide Lucianum, quo pacto scribere historiam oporteat. [In quo etiam translatum) De causa in causam.

ASCENSIVS.

EXordiorum duo sunt gña .i. qualitatis, videlicet principiũ quod appellat græce προοίμιον, à πρὸ .i. ante, & οἶμος, .i. cantilena, quasi proludium, seu præcẽtus, aut ab οἴμη .i. via, quasi præuium, seu præambulũ, & insinuatio, quæ nominatur (repete græce) ἔφοδος .i. accessus, impetus, incursus, insultus proprie insidiosus: nam, ἐφόδιον est adorior, nihil aũt ad rem facit, quod quidam ἔφοδος interpretantur. Nam significatio non congruit. at ne vox quidem, non n. fœminini est gñis, sicut ἔφοδος, & ὁδὸς, & ita nõ tam eleganter locutus esse Cic. quæ ἔφοδος, sicut quæ ἔφοδος, nominatur. Principium est cum vel quo reddimus statim .i. sine circuitu verborum, & ambagimus aĩum auditoribus idoneum nobis aut reddimus nobis statim animũ auditoris idoneum ad audiendum. Insinuationem alibi definit sic. Insinuatio est oratio quadam dissimulatione, & circuitione obscure subiens auditoris animum, sed nũc prosequitur narrationem de principio dicens. Id .s. principiũ sumitur, ita vt possimus habere auditoris attẽtos, beneuolos, & dociles. Si genus causæ &c. Docet exordio vti secundum gña, seu qualitates causarũ dicẽs. Si nos habemus genus causæ dubiũ .i. medium inter honestum, & turpe, nos constituemus principiũ à beneuolentia .i. statim in principio auditorem, sed iudice beneuolum efficiemus, ne illa pars turpitudinis, quæ .s. altera est in dubio, possit obesse .i. nocere, & afficere, quid .i. aliquid, aut in aliquo, nobis .i. causæ, quam defendimus, aut agimus. Si genus .s. causæ, erit humile .i. abiectum, & vile, vt de re leui aut modica, nos faciemus attentos, ostendendo, videlicet res paruas, non semper paruæ esse momẽti, & operæpretiu esse audire, quę de rebus quantumuis modicis dicturi sumus. alioquin languidum efficeremus auditorium, & ita frustra diceremus. Si aut sin .i. sed si) genus causæ erit turpe, quod tñ pro necessitate aliquando defendendum est, vtendũ est insinuatione, de qua .s. insinuatione nos dicemus .i. disputabimus, & determinabimus posterius .i. aliquanto post. Ideo aũt vtendum est insinuatione. Ne si manifeste statim in principio fateamur pro re turpi intercedere protinus contemnamur, nisi nacti erimus .i. acquisiuerimus, quid .i. aliquid, quare .i. quamobrẽ, aut per quod nos criminando .i. accusando criminis aduersarius possimus capere .i. captare beneuolentiã .s. auditorum, aut iudicis. Si genus causæ erit honestum, tunc sup. licebit. licitum erit, vti vel non vti principio. Cum .n. res sit honesta, poterimus de ea statim in principiu loqui, quia tñ de se cõmendata est, non opus fuerit prolixiore exordio. [Si vti &c.) Quia vti aut non vti principio possumus docẽt primo quid faciemus si vti volemus dicit sic. Si in causa honesta vti volemus principio .i. exordio aut oportebit .i. opportunum, & conueniens erit ostẽdere, quare causa sit honesta, aut exponere breuiter de quib. sumus dicturi. Deinde si vti noluerimus dicẽs. Si volemus vti principio .i. exordio, & procemio, oportebit capere principiũ .i. initiũ nostrę orationis (vnde æquiuoce sumit principium primo specialiter pro exordio, qđ Græci προοίμιον dñt, deinde generaliter pro quolibet initio, primo modo multæ sunt orationes, tunc principio scđo multę a lege .s. generali & promulgata, aut a scriptura .s. speciali, vt ab obligatione p pragmaticos, seu notarios. [Qm igitur) quia in principio, seu exordio solet auditur reddi docilis, attentus, & beneuolos, ideo quõ id efficiamus declarat auctor dicẽs. Igitur qm nos q causam dicimus aut oramus, volumus habere auditorẽ docilẽ, vt intelligat quæ dicamus, beneuolum vt nobis faueas, & attentũ, vt diligenter audiat nos aperiemus .i. manifestabimus, qũo quidq. cõm possit cõfici .i. ex toto & plene fieri, aut absolui. Prosequitur tñ aliter quam proposuit, nisi textus inuersus est, quia docet, quomodo attẽtum faciamus prius quam quomodo beneuolum, verum sciemus, quæ prima sunt in ꝓposito solere esse vltima in executione, & ideo auctores sępe aliter proponũt, pręsertim poëtę: vt, Arma viruq. cano &c. Præcipue autẽ petimus, vt auditor sit beneuolus, sed quia id fieri nequit p nos nisi fecerimus docilem, & attentum. Ideo eas partes prius declarat dicẽs. Nos poterimus habere auditores dociles si nos exponemus summã .i. totalem, & vltimã cõplexionem, & vt dicunt continentiam, seu tenorem causę .i. rei de qua contenditur, & si nos faciemus eos attentos. Nam ille est docilis .i. aptus vt doceatur, qui vult audire attente .i. cũ animaduersione. Nos habebimus attentos si pollicebimur .i. sponte promittemus, nos facturos verba .i. mentionem, hoc est dicturos, de rebus magnis, nouis inusitatis, aut si pollicebimus nos dicturos de his rebus, quæ pertineant ad rempub. aut ad eos ipsos, qui audiẽt, aut ad religionem deorum immortaliũ, aut ad pietatem .i. pium deorum, & parentum cultum. Et si rogabimus supp. eos vt audiant attente. Et si exponemus res numero .i. de quot rebus dicturi sumus, quia vnu inclubro auditio libẽter reliqua audimus dum scimus quot reliqua sint, & si exponemus, de quibus rebus sumus dicturi, q a prælibata materia festinamus ad eius cognitionẽ. [Beneuolos auditor &c.) Aperuit quomodo dociles, & attentos faciamus auditorem, nunc docet beneuolũ dicens, quod a quatuor, & primo a persona nostra, vt eum ordine aperietur. Ordo autem est. Nos possumus facere auditores beneuolos quatuor modis (omitti vt adnotauit Valla .s. & videlicet, sed nos addere possumus cũ significatio non refragetur scientes oratorem superfluum, & facile intellectu resecare, quod grãmaticus ordo reponit, dicamus ergo) .s. à persona nostra a persona aduersariorum, & à persona auditorum tres enim personæ ad contentionẽ necessario concurrunt, actor: reus, & iudex. Sed in concionibus agimus interdum contra absentem in genere demonstratiuo) & à rebus ipsis. Deinde declarat primum dicens. Nos contrahemus .i. acquiremus beneuolentiam à persona nostra, si laudabimus, sine arrogantia .i. modeste, & sine iactantia officiũ .i. beneficium, & debitum (vt aiunt) nostrum, aut referemus quales .i. quantum benefici, nam molestia sua nemo ostentat. fuerimus in .s. erga remp. cui prima in terris debetur caritas, in parentes quibus secũda, aut in amicus, quibus tertia aut si referemus .i. conferemus aliquid in eos ipsos, qui audiũt, siue sit iudex, siue senatus, siue populus. dummodo hæc omnia sint accõmodata ad eã ipsam rem, de qua agitur. Aliter .n. impertinentia censerentur. Item ad conciliandam misericordiam, si nos pręferemus nostra incõmoda .i. damna, & miserias vt inopiam .i. carẽtiam opis .i. rerum, & auxilii, solitudinem .i. destitutionem ab amicis, calamitatem .i. damnum illatum aut subortum, & si rogabimus, vt ipsi sint nobis auxilii, & ostendemus simul nos võluisse habere spem in aliis .s. quam in auditoribus. [Ab aduersariorum &c.) Docet quomodo ab aduersariorum persona captabimus beneuolentiam iudicis, & ceterorum auditorũ, idq. docet fieri posse per odii, inuidiæ & contemptionis eorum inductionem, & recte quidem, quia vt dicit Saluator noster Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Intelligit autem de dominis sic se habentibus, vt qđ vni placet, alteri sciamus displicere, alioqui possemus duobus inter se contrariis inseruire, vt si duo exercitus sitis cõficiantur, possemus vtrique potum subministrare, veruntamen licet sit gratum fecerimus vtrisque absolutæ. tamen propter respectum mutui odii gratiam amiseriamus. Quia itaque vsu venire solet, vt duorum contendentium, qui alterum oderit alteri beneuelit, benesuadet, vt aduersarios adducamus in odium iudicis, aut eorum ad quos dicimus. Ordo est. Nam exempla commentarii ceteri ponunt. Beneuolentia captabitur, scilicet à nobis persona aduersariorum, si nos adducemus eos in odium .s. iudicis, in inuidiam, in contemptionem .s. passiuam vnde licet idem sint contemptus, & contemptio, tamen cõtemptus plus sonat in actionem, & contemptio in passionem. Est autem asyndeton, id est sine coniunctione locutio. Nos rapiemus, id est etiam nolentes trahemus in odium, si proferemus, id est in conspectum mentalem afferemus quid .i. aliquid eorum factum spurce .i. immunde, & abominabiliter superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter .i. cum confidentia, quæ in malum sonat,

non cum fiducia quæ bona est. Maro tamen confudit dicens.

Tantane vos generis tenuit fiducia vestri.

& si quid proferemus factũ malitiose, aut sup. flagitiose.i.manifesta inculpatione dignum. Nos trahemus sup. aduersarios in inuidiam si referemus vim.i.violentiam, potentiam, factionem.i.à communi consensu discrepans facinus, diuitias incõtinentiam.i.petulãtem libidinem, nobilem.i.famę ex magistratibus gestis celebritatem, clientelas .i. clientum multitudinẽ hospitium.i.hospitium, qui se mutua beneuolentia, siue mercede accipiunt sodalitatẽ.i.sodalium, seu conuiuarum frequentiã, & affinitates.i.affinium cõtractorum multitudinem, & si nos aperiemus eos confidere magis his adiumentis, qua veritati .s. causæ suæ. Nos adducemus sup. aduersarios in contẽptionem .i. vilipensionem, si proferemus, inertiam.i.carentiã artis ignauiam.i.carentiã industriæ, desidiam.i.pigritiam, luxuriam.i.luxum, & superfluam in victu, & amictu, ac libidinosam vitã aduersariorum. Aduerte puer vt auctorem imiteris. quomodo diuersis vtatur verbis rapiemus trahemus, adducemus. Item alterum obliquorũ sæpe satis esse, vt hic, quia dixit aduersariorum non dixit aduersarios, quod si dixisset aduersariorũ non addidisset. [Ab auditorum persona) Tertio docet captare beneuolentiam à persona auditorum, quàm prudẽter captabimus ne assentari, aut adulari videamur, sed ꝙ res ita exigat nos dicere significemus. Omnes tamen, qui aliquid petituri sunt id penes eum esse ab equo petant ostẽdunt, vt in sanctis literis Propheta volens impetrare misericordiam à Deo dicit. *Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.* Et Iuno Virgiliana volens obtinere tempestatem, inquit Aeneid.1.

Aeole (namque tibi diuum pater atque hominum rex,
Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento)
Incute vim ventis &c.

Et Ilioneus ab Didone iustitiam sic orat.

O regina nouam cui condere Iupiter vrbem.
Iustitiaq. dedit gentes frenare superbas, &c.

Ordo est, beneuolentia colligetur à persona auditorum si nos proferemus.i.in medium afferemus res eorum indicatas fortiter, sine formidine potentiæ aduersariorum sapiẽter, sine errore iuris, mãsuete, sine proprio odio, & magnifice, sine suspicione auaritiæ contemptis, videlicet muneribus, quę magnifici respuunt. Et si nos aperimus.i.manifestabimus tãquam rem adhuc in mentibus hominum absconditam, quæ.s.qualis æstimatio xi.opinio, & quæ.i.qualis expectatio.s.totius populi, qui expectat actiuæ, & iudicii, quod expectatur passiue, sit de his.s. quæ nos agimus. [A rebus ipsis) Vltimo loco docet beneuolentiam captare à rebus ipsis de quibus agitur dicens. Nos efficiemus auditorem beneuolum à rebus ipsis.s.principalibus, vtpote de quibus agitur (nam ipse per emphasim solet primarium significare, vt Ioue missus ab ipso Aen. 4. q. d. summo. Notandum autẽ licet possemus dicere ab rebus ipsis non tñ necesse esse, quia Cic. dicit à rebus) si nos extollemus causam nostram laudando sup. eam, aut laudando, per laudationẽ, & deprimemus aduersariorum sup. causam per contemptionem.i. vilipensionem, vt Mancinellus recitat, sunt qui legant per contemptionem, quod vt idem sentit non absurdum est, non tamen exponam, legens cõtentionẽ.i.per cõparationem, sed potius per contentionẽ colorem rhetoricum.i. per sententiarum contrarietatem inter se quasi litigationẽ, veruntamen quia hoc loco videtur contentio color (cõtraria.n. sunt laudare causam nostram, & vituperare aduersarii) ideo quia dixit laudando, putem hic dixisse per contemptionem pro eo quod est vituperando. his dictis facit parasceuem.i. præparationem ad sequentia dicens. Aperiẽdum est deinceps de insinuatione. [Tria sunt tempora &c.) Docuit vbi, & qñ vti principio liceat, nunc docet quando non liceat, dicens, ꝙ in tribus temporibus. Primo, quando rem turpem habemus, talem, videlicet, quæ statim animum auditoris a nobis alienet. Secundo, quando animus auditoris uidetur ab aduersariis persuasus. Tertio, quando defessi sunt auditores alios, qui ante dixerunt audiendo. Et docet quid in singulis temporibus faciendum, vt suis locis aperiemus. Ordo est. Tria sunt tempora, quæ sunt consideranda diligenter. Posset videri superflua locutio, quia particulæ, quæ sunt vocare videntur tria tẽpora sunt diligenter consideranda, verum nõ vacare, sed vrgentius quiddam habere, quod agnosco quidem, sed vix exprimere possem, mihi videntur. Nã hoc dicere innuunt inter omnia tempora, sunt tria tempora, quæ sunt diligenter consideranda, quòd si non reperisset quæ sunt nõ videretur diffinire numerum, in quibus .s. temporibus non possumus vti .s. directe, principio .i. exordio, propriæ dicto, quod addo, quia dicturus est, si causa turpitudinẽ habebit exordiri poterimus, &c. Aut cum.i.quando habemus causam turpẽ.i.inhonestam.s. defendendã cum ipsa res .s. quæ accusatur, alienata nobis animũ auditoris. Aut cũ animus auditoris videtur esse persuasus.i.perductus ad assentiendum, ab his, qui ante.i.prius contradixerunt.i.oppositum dixerunt, hoc est ab accusatoribus. Aut cum.i.qñ.s.animus auditoris est defessus.i.penitus, aut plurimũ fessus audiendo eos, qui ante dixerunt.s.ante nos, siue sint aduersarii nostri, siue alii. Si causa turpitudinẽ habebit. Docet, quod faciendum erit, quãdo principio prædicto vti non poterimus. Et primo, qñ res turpitudinẽ habebit. tunc enim quia animus honesti hominis turpitudini obseruatur, & in principiis capienda est beneuolentia ab auditores, & non conuenit nihil dicere, opus est per insinuationẽ caute exordiri. Vnde turpitudo triplex est, aut rei, seu facti tãtum aut hominis tãtum, aut vtriusque. Si res turpis est, vtpote parricidiũ illius Horatii, vnius tergeminis qui sororem occiderat, quòd hoste interemptum cui desponsata fuerat fleuerat, cõfugiendũ est ad hoiem, ostendendo.n. patriæ libertatis vnicũ auctorem, & vnicam patri sic de patria merito relictam sobolẽ. Si cõtra res est honesta, sed persona turpis, vtpote leno, fur, sacrilegus, aut parricida, quia tyrannum occidit, aut vrbẽ ab insidiis defendit, aut ciuẽ conseruauit, aut proditionem vrbis iudicauit, aut alioqui dixerit præmium statutum petit, tunc omnia persona rẽ proferemus. Sin vtrunque turpe tam facinus, quam qui id fecit, quo tẽpe miserrima est defensoris cõditio, si tñ aut affinis, aut consanguineus. aut alioqui necessarius, aut amicus est bifariam poterit exordiri. Primo, alia honesta eius olim facinora prędicando, aut parentes, aut affines optime de reip. meritos, aut coniuges, & liberorum insontium desolationẽ. Secundo, magis turpia aduersariis obiiciendo, aut à simili turpitudine alios fuisse absolutos ostendemus, aut rem non ita turpem, vt tanto supplicio sit digna, vt futurũ suspendio, cum nulla fortunæ bona sint saluti hominis conferenda. Sed hæc ceteri commentarii quid id negocii receperunt aperiant nos ordinẽ prosequamur qui talis est. Si causa.s. nostra quam defendimus. (Nã accusantes liberius loqui possumus, calidem tñ Cicero aliquando præmonuit auditorum animos grauius interdum cõmoueri in eos qui turpia facta manifeste recitant, quã in eos qui ea cõmiserunt) habebit turpitudinem.s.annexã, aut rei, aut personæ, aut vtrique, nos poterimus exordiri.i.facere initium dicendi non tñ per principium, aut exordium proprię sumptum his rõnibus.i.viis, & modis dicendo, aut dicentes oportere hoiem.i.personam (si persona honesta est & res cõmissa turpis) expectari.i.euidenter inspici a iudice aut ceteris auditoribus, non rẽ.i.factum eius, aut sup. (si res est honesta quam petimus, & persona pro qua turpis) oportere rem & expectari non hoiem, vt quantum boni habeat tyrannicidium, non quis id commiserit, & quid boni conseruatio patriæ, non quantum honestatis leno. Notabit puer expectari hic accipi in propria significatione quæ est eminenter aut excellenter spectari. Nam extra, seu ex in cõpositione sæpe excellentiam importat, vt ex in excello, excedo, exupero. deponitur autem s, post x, vt notũ est, sed frequentius expectari accipitur trãslatiuæ pro eo quod est attendi, vt dicũr galli, quias quos attendimus expectamus, id est sæpe extra aspiciẽdo obseruamus an veniunt. Et si vtrunque turpe est tam factũ quam persona exordiri possumus dicendo aut dicentes, non placere nobis ipsis ea quæ dicantur facta ab aduersariis. Et ita sensus erit, quòd vt nostræ causæ, quã defendimus cõsulamus ab aduersariorum grauiore probo incipiamus, aut sic non placere nobis ipsis ea quæ dicantur ab aduersariis, facta .s. à nobis aut de parte nostra, & tunc sensus est, ꝙ si talia essent qualia ab illis dicuntur, nequaquam nobis placerent cum sint nefaria, sed nequaquam talia esse, aut nobis dolere quod talia sint, verũ prior sensus magis procedit, & sequentibus cohæret, dicamus ergo nõ placere nobis ipsis quibus tamen maxime possint cum inimicorũ sit gaudere de malis aduersariorum ea quæ dicantur .s. vulgo facta ab aduersariis) & esse indigna, aut nefaria.i.abominabilia, & talia quę nõ debeamus fari. Deinde cum auxerimus diu.i.per plusculũ temporis aut multa argumenta, rem.s.a nobis intentam .i. criminationem aduersariorum, ostendemus nihil simile esse factum à nobis.i.nostra parte, aut ꝓferemus.i.in medium adducemus aliquorum.i.quorumcunque iudicium.i.sententiã latam de simili causa, aut de eadem causa, aut de minore causa, aut de maiore. intellige conuenienter, vt dicamus de simili, aut eadem causa absolutos indemnes, de minore etiam in integrum restitutos, & de minore non magnopere multatos. commentarii

tamen aliter exponunt, vide eos. Deinde accedemus pedetentim.i.paulatim quasi nō cursim, sed per pedes singulos, ad causam nostram, & conferemus similitudinem.s.causarum de quibus ostendimus iudicium, & nostræ. Item repente ordiri poterimus si negabimus nos dicturos de aduersariis, aut de aliqua re eorum, & tñ dicemus supp. de eis occulte interiectione.i.per interiectionem verborū. [Si persuasus &c.) Docet secundo quid agendum nobis si auditor fuerit persuasus ab aduersariis dicēs ꝙ nos pollicebimur nos dicturos de eo quo aduersarii putauerunt sibi firmissimum adiumentum, eo enim modo putabit auditor se non plane intellexisse, & non recte fidem habuisse dictis aliorum. Aut exordiemur à dicto aduersarii illud improbando, aut si nihil quod merito refellamus primum occurrit ne nihil dicamus, aut ab iudice plane reiiciamur, & explodamur, vtemur dubitatione quid primum aut potissimum dicamus, perinde atque plurima dicenda habeamus. Ordo est. Si auditor fuerit persuasus.i.si oratio aduersariorum fecerit auditoribus fidem.i. credulitatem (vnde Valla vult eam virtutem theologicam quā fidē vocamus recte persuasionem posse dici) Enim, pro quia, q.d. id dico, quia neq; poterimus non facile.i. non difficulter. hoc est facile poterimus. (Duæ .n. negationes æquipollēt affirmationi) scire.i.percipere, an fidem fecerit, qm non sumus nescii.i.bene scimus, quibus rebus fides .i. credulitas soleat fieri. Ergo (cōtinuatiua est vox, q.d. si agitur) putabimus fidem.i.credulitatē factam ab aduersariis, nos insinuabimus.i.inducemus nos occulte ad causam his rebus.s.sequentibus, videlicet nos pollicebimur nos dicturos priuū de eo qđ aduersarii putauerunt sibi firmissimū adiumentum. Aut nos exordiemur ab dictos aduersarii.& maxime ab eo.s.dicto, qđ ille dixerit nuperrime.i.minimo ante. Aut nos vtemur dubitatione, hoc est significabimus nos dubitare quid dicamus potissimum.i.præcipue cum plurima habeamus dicenda, aut cui loco respōdeamus, primum dicemus cum admiratione. vt auditor attendat. [Si defessi &c.) Tertio loco ostendit quomodo exordiemur quando auditor erat defessus audiendo, docēs ꝙ tribus modis aut adducendo aliquid dictū facetum, & iocundum, quod delectet, & reficiat animum auditoris, vt pollicitando nos nouo modo dicturos, aut paucis quid dicturi sumus exponendo, Ordo est. Si sup. auditores erunt defessi.i.defatigati audiēdo, nos exordiemur ab aliqua re quæ possit mouere risum, vt ab apologo.i. fictæ rei sermone quales sunt fabulæ Aesopi, aut a fabula.i.figmēto poetico, aut ab imitatione verisimili.i. ad viuū effecta, quam aliū in dicēdo lepide imitemur, aut a deprauatione.s.vocabuli, vt si ꝓ tero dicatur mero, pro reo leo, aut quid simile, aut inuersione.s. propriæ locutionis, vt si dicas, bona esse aduersario voce ad dormiendū, aut bonū nasum ad pila ludēdū. Aut ab ambiguo dicto, vt sero interfectus est Clodius.i. aut hora serotina, aut nimis tarde. Aut à suspicione, hoc est a dicto quod ridicule suspicione habeat, vt ab irrisione.s.manifesta, aut a stultitia.s.aduersarii eam deridēdo. Aut exuperatione literarum, vt si non leo sed leno illi familiaris dicatur, aut collatione.s.literarū, vt si sinū lacte impledū dicas aduersario, similia.n.sunt in voce nō in quantitate sinū à nominatiuo sinus, & a nominatiuo sinum, cuius significatio est vas quoddā à quo situlam quidā deducunt, aut ab abiectione literarum, vt si non vera. sed æra aduersarium amare dixeris, aut mutatione literarum, vt si dignum dicas quid dicatur legis nō lator, sed latro. Possemus ista ēt distinguere, vt non omnia referantur ad literas, sed ad res, quia est exoperatio, collatio. & abiectio etiam in rebus. & videtur Cic. duntaxat vltimum ad literas applicasse, quia aliter dixisse abiectione literarum, aut in fine mutatione literarū. Præterea exordiemur ab expectatione fingētes auditorem expectare re magnam quā dicturi sumus, aut á similitudinē rei ante dictæ, aut a nouitate, vtraque.n. delectant & ante dictorum similia iocunde inducta, & penitus noua. Aut ab historia.i. re aliqua gesta quę mirifica sit. aut a versu.s.festiuo, & lepido alicuius poetæ, aut ab interpellatione.i.impeditione lepida alicuius inepti, siue facti, siue dicti, aut ab irrisione.i.affabili allocutione ad aliquē cū risu iocundo vnde recreari pōt animus defessus. Itē exordiemur conuenienter, si promiserimus nos esse dicturos aliter ac.i.quā fuerimus parati.i. instructi ad respondendum, si locus fuisset. Aut si promiserimus nos non esse facturos verba eodē modo, vt ceteri soleant, & sup. si exponemus breuiter, quid alii soleant supp. facere dum respondēt, & quid nos sumus facturi.s.in respondendo. [Inter insinuationem &c.) Ponit differentiam inter insinuationem, & principiū dicens. Hoc interest inter insinuationem, & principium, quia.i. quod, principium debet esse eiusmodi .i. tale, vt apertis rationibus.i.postquā aperuerimus ratione, quibus (intelligit Franciscus, quibus pro quas positum, quod mihi non placet, nam sensus est).i.per quas præscripsimus.i.præiudiciū fecimus, nos faciamus statim.i.sine verborum circuitione. auditorē, aut beneuolū, aut attentum. aut docilem. At.i. sed insinuatio debet esse eiusmodi, vt cōficiamus eadem omnia.i.faciamus auditorem, beneuolum, attentum, & docilem, occulte per dissimulationem.i.simulando nos aliud agere vt possumus uenire in opere dicendi ad eandem commoditatem.i. ad quam per principiū venitur hoc est ad faciēdum auditorē beneuolum &c. Verum.i.sed. hæ tres vtilitates, s. dictæ tametsi suus cōparandæ.i. acquirendæ. in tota oratione, quia vbique habendus est auditor beneuolus, attētus, & docilis, hoc est, vt auditores prębeāt nobis sese.i. seipsos perpetuo i.sine intermissione, attentos, dociles, beneuolos, tñ hoc est comparandum.i.acquirendum primum, per exordiū causæ. [Nunc ne quādo &c) Docturus exordium vitiosum vitare præscribit quali exordiu vtendum sit dicens. Nunc.i.deinceps ne quando.i.aliquando vtamur exordio vitioso.i.habente plurimum vitiorum, ego docebo. quæ vitia sunt vitanda. Verum, quia oppositorum eadem est disciplina præscribit quid seruandum sit dicens. Seruādum.i.oportet seruare in causa exordienda.i. quādo causa incipiet agi, aut defendi, ut sermo sit lenis.i. non asper nec clamosus, vt consuetudo verborum sit, aut videatur vsitata, & vt oratio nō videatur apparata.i. eminenter ornata, & instructa ad decipiendum, quia summum artis est artē ipsam occultare, & sic dicere, vt ars nulla inesse videatur. [Vitiosum) Prosequitur multa genera exordiorum vitiosorū dicens. Exordium vitiosum eo quod pōt accōmodari in plures causas, quod dicitur vulgare. Itē vitiosum est quo (licet nos eo in speciali causa vsi sumus) aduersarius si potest vti nihilominus ac non simus vsi, quod appellatur commune. Itē illud est sup. vitiosum quo aduersarius potest vti ex contrario, vt si sophista, qui pactus sit auditorem docere Rhetoricem precio decem aureorum vbi primum in causa vicerit, & statim discipulum postulans sic argumētetur. Decē aureos abs te peto iustissime, nā si sententia pro te dabitur, debebis ex pacto, sin contra te, ex iudicio. Discipulus respondeat, decem aureos tibi denego iustissime, nam si condemnor nihil adhuc debeam ex pacto, sin pro me datur sententia nihil debeam ex iudicio. Item vitiosum est, quod cōpositum est verbis apparatis nimis, quod est longū nimiū, & quod non videtur natum ex ipsa causa, quod uocatur separatum.i.impertinens, & alienū à negotio. In quo .s. separato, includitur etiam translatum.i. trāsumptum, vt cohæreat proprie cū narratione.i. quod si proprie capiatur impertinens sit. Et vitiosum est, quod neq; facit auditorem beneuolum. neque docilē, neque attentum. Satis dictum est de exordio. Transeamus deinceps ad narrationem.

DE NARRATIONE.

NARRATIONVM genera tria sunt. Vnum, quo exponimus rē gestā, & vnūquodque trahimus ad vtilitatem nostram vincendi causa: quod ptinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est. Alterum genus narrationis est, quod incurrit nonnunquam, aut fidei; aut criminationis, aut trāsitionis, aut alicuius apparitionis, vel laudationis causa. Tertium genus est id, quod à causa ciuili remotum est; in quo tñ exerceri conuenit, quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera, vnū quod in negociis, alterum quod in personis positū est. Id, quod in negociorū expositione positum est, tres habet partes, fabulā, historiā, argumentū. Fabula est, quæ neque veras, neq; verisimiles cōtinet res, vt eæ, quæ tragœdiis traditæ sunt. Historia, est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota. Argm, est ficta res, quæ tamen fieri potuit, velut argumenta comœdiarum. Illud ge-

nus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, misericordiam, rerum varietates, fortunæ cōmutationem, insperatū incommodum, subitam lætitiam, iucundum exitum rerum. verum hoc in exercendo transigitur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quo modo tractari conuenit, aperiemus. Tres conuenit res habere narrationem, vt breuis, vt dilucida, vt verisimilis sit: quæ qm̄ fieri oportere scimus, quemadmodū faciamus, cognoscendum est. Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit; & si non ab vltimo initio repetere volemus; & si summatim, nō particulatim narrabimus; & si non ad extremū, sed vsque eò, quò opus erit, prosequemur; & si trāsitionibus nullis vtemur; & si non deerrabimus ab eo, quod cœperimus exponere; & si exitus rerum ita exponemus, vt, ante quoque quæ facta sunt, sciri possint, tametsi nos reticuerimus. quod genus, si dicā me ex prouincia rediisse, profectū quoq; in prouinciā intelligatur. Et omnino non modo id, quod obest, sed etiā id, quod neque obest, neque adiuuat, satius est præterire. Et ne bis aut sæpius idē dicamus, cauendū est, etiam ne id, qđ semel supra diximus, deinceps dicamus, hoc modo: Athenis Megaram vesperi aduenit Simo; vbi aduenit Megarā, insidias fecit virgini: insidias postquam fecit, vim in loco attulit. Rē dilucide narrabimus, si vt quidque primū gestum erit, ita primū exponemus, & rerum ac temporum ordinem cōseruabimus, vt gestæ res erunt, aut vt potuisse geri videbūtur. Hic erit considerandū, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid noue dicamus; ne quā in aliam rē transeamus; ne ab vltimo repetamus; ne lōge persequamur; ne quid, qđ ad rē pertineat, prætereamus; & si persequemur ea, quæ de breuitate præcepta sunt. nam quo breuior, eo dilucidior, & cognitu facilior narratio fiet. Verisimilis narratio erit, si, vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus: si spatia tēporum, personarum dignitates, consiliorū rationes, locorum opportunitates constabunt: ne refelli possit, aut temporis parū fuisse, aut causam nullā, aut locum idoneū non fuisse, aut hoīes ipsos facere, aut pati nō potuisse. Si vera res erit, nihilominus hæc omnia narrando cōseruanda sunt. nā sæpe veritas, nisi hæc seruata sint, fidem facere non potest. Sin erit ficta, eo magis conseruanda erunt. De ijs rebus caute confligendum est, quibus in rebus tabulæ, aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus, nisi quia de insinuatione noua excogitauimus, quòd eā soli præter ceteros in tria tempora diuisimus, vt plane certam viam, & perspicuam rationem exordiorū haberemus. nunc, quod reliquū est, qm̄ de rerū inuētione disputandū est, in qua singulare cōsumitur oratoris officiū, dabimus operā, ut nihilominus industriæ, q̄ rei vtilitas postulabit, cōsuluisse videamur, si prius pauca de cæterū diuisione dixerimus.

CAPIDVRVS.



NARRATIONVM genera tria sunt) De Inuentione scribens, narratio, inquit, est rerum gestarum, aut vt gestarum expositio. Narrationum genera tria sunt. vnū genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersię continetur: alterum, in quo digressio aliqua extra causam, aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis nō alienæ ab eo negotio quo de agitur, aut amplificationis causa interponitur. Tertiū genus est, remotum à ciuilibus causis, quod delectationis causa non inutili cum exercitatione dicitur, & scribitur. Definit narrationem hoc modo: Narratio est rerum gestarū, aut vt gestarum expositio. Alii addunt, & dicunt. Narratio est rei factæ, aut vt factæ, vtilis ad persuadendum expositio. Apollodorus autem sic finit. Narratio est oratio, docens auditorem, qui in controuersia sit. Quintilianus narrationem diuidit, inquiens. Hæc est narratio in qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam, plura eius genera facientium. Non enim solum volunt illam esse negocii, de quo apud iudices quæritur, expositionem, sed personæ: vt, M. Acilius Palicanus humili loco natus, Picens, loquax magis quam facundus. Loci: vt, Oppidū est in Hellesponto Lampsacum, iudices. Temporis: vt, Vere nouo gelidus canis cū montibus humor liquitur. Causarum, quibus historici frequentissime vtuntur cū exponunt vnde bellum, cædes, pestilentia, præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas vocant: quod quis ignorat? Apollonius autem Tyaneus, qui pylosopus, fuit, quinque narrandi fecit species. Primam, quam philosophum esse refert: secundam, quam historicorum dicit: tertiam quæ in iudiciis adhibetur: quartam, quam epistolarem nominat, quintam, qua nos aliqua re ficta commoueri, & mortuus fieri ait. Hermogenes autem, præter eas quas Quintilianus decurrit, species alias, uel potius narrationum modos in præexercitamentis subiungit: nempe solere fieri narrationes per rectum indicatiuum, per indicatiuum inclinatiuum, per coniunctiuum, per dissolutum, per comparatiuum. Rectum indicatiuum: ut, Medea Oeetæ filia, quæ prodidit aureum vellus, secuta Iasonem est, & sequentia. Rectum autem indicatiuum nominatur, quod per totam pene narrationem casum seruat nominatiuum cum verbo indicatiuo. Indicatiua inclinatiua dicitur, in qua obliquis utimur casibus: ut, Medeam Oeetæ filiam Iasonem ferunt adamasse, & reliqua. vbi obliquos assumat casos. Coniunctiua vero figura est, qua arguentes utimur: vt, Quod enim non fecit Medea malum? hospitem turpiter adamauit, aureum vellus prodidit, fratrem occidit, & similia. Dissolutum autem hoc est, cum sine copulis incisa proferuntur: vt, Medea Oeetæ filia fuit, prodidit aureum vellus, Absyrtum interfecit: cum similiter cetera proferuntur. Comparatiuum hoc pacto fit: Medea Oeetæ filia, quæ seruare pudicitiam debuit, amoris turpitudine eam commaculauit, & quā æternæ salutis custodem esse oportuit, ea vltro ipsam crudeliter laniauit, & quę tutari domū debuit, aureum vellus tosidatori dedit, & quā patre iuuare oportuit, ea peregrino hospiti postposuit. Rectum quidem historiæ conuenire, quod sit planius. Inclinatiuum vero, magis rhetoricis controuersiis. Coniunctum quoque ad arguendum accōmodatius esse existimat, dissolutū vero, conclusionibus; quod affectus cōmoueat, quadi are melius putat Quintil. Adiciunt, inquit, & pręteritorum esse temporum narrationem, quæ est frequentissima: & præsentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum, pro Rosc. Chrysognus postquam est nominatus. & futurorum, quæ solis dari vaticinātibus potest. nam hypotyposis non est habenda narratio, sed iam ad Ciceronis diuisionem redeo. Tria, inquit, narrationum cum sint genera, vnum genus est, in quo res gestę, & omnis ratio controuersię continetur, ad eas pertinens causa, de quibus futura iudicatio est. Aliud genus narrationis est, quod extra causam est: sed ad causam facit: vt illud Virgilianum, Pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit, & totus ille locus, vbi institutum suum egreditur. Verum hæc narratio extra causam quinque modis fit, aut fidei aut criminationis, aut transitionis, aut alicuius apparatus, aut laudationis causa. Ad fidem faciendam, quale in Verrem illud: Non ne ita, vt omnibus nobis tacentibus ipsæ te tuæ tabulæ condemnare possent; cedo quæso codicem, circumfert, ostende. Videtis ne totū hoc nomen, coram vbi facit delatum esse in litura, quid fuit isthic antea scriptum; quod mendum ista litura correxit? quid à nobis iudices expectatis argumenta huius criminis; nihil di-

camus,

cimus, tabulæ sunt in medio, quę se corruptas, atq; interlitas esse clamant. Illud in Vatinium: Repente enim te tanquam serpens à latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. [Aut transitionis) Vt illud in Verrem. est consuetudo Siculorũ, singulorumq; Grecorũ, quod suos dies mensesq. congruere velint cum solis lunæq. ratione, vel nonnunquam, si quis discrepet, eximãt vnum aliquem diẽ, ad summum biduum ex mense, quos illi exheresimos dies nominant. item nonnunquam vno die longiorem mẽsem faciunt, aut biduo, & quæ sequũtur. [Alicuius apparatus) Vt pro Archia Cicero. Patiamini de studiis humanitatis ac literarum loqui liberius, & eiusmodi persona, quæ propter otium ac studiũ minime in iudiciis periculisq. tractata est, vti prope nouo quodam & inusitato gñe dicendi. Quod si mihi a vobis tribui cõcediq. sentiam, perficiam profecto, vt hunc A. Liciniũ non modo nõ segregandum, cum sit ciuis, à numero ciuium, verumetiã si nõ esset, putetis asciscendum fuisse. Nam vt primum à pueris excessit Archias. & quæ subiungit. [Aut laudationis causa) Velut hoc. Themistoclem ipsum summum virum Athenis dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret? Eius, inquit, a quo sua virtus optime prædicaretur. In præceptis autẽ de inuentione ait, narrationem extra causam quatuor modis fieri, aut criminationis causa, aut similitudinis, aut delectationis, aut amplificationis. De criminatione exemplum supra dedimus. similitudinis causa fit, vt est illud. si iste multo sceleratior, & nequior, quam ille Adrianus, aliqñ etiã infelicior fuit: Delectationis causa, vt si prata, si nemora, si fontes riuosq. & quibus aliud describas, & hãc ipsam descriptionem ad causam applices. vt in Verrem Cicero. capta Carthagine Himera deleta est, in qua erant signa ex ære complura, in his eximia pulchritudine ipsa Himera in muliebrem figurã habitumq formata, ex oppidi nomine, & fluminis. erat etiam Stesichori poëte statua, senilis, incurua, cum libro, summo, vt putãt, artificio facta. ab eo qui fuit Himera, sed est, & fuit tota in Grecia summo propter ingenium honore. & nomine. hæc iste ad insaniam concupierat. Erat etiã, quod pene præterii capella, quędam ea quidem mire, vt etiam nos, qui rudes earum rerum sumus intelligere possumus, scite facta, & venuste. In aliis descriptionibus, quanta vis cuiusuis sit eloquentię, ostenditur, cum rerum natura ita exprimitur, vt rem præsentẽ plerunq; videamur intueri. qualis est illa M. Celii in Antoniũ descriptio: Namq; ipsum offenderunt temulento sopore profligatum, totis pręcordiis stertentem, ructuosos spiritus geminare, præclarasq. contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim. quæ tñ exanimatæ terrore, hostium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebãt, blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam alia feriebat, quarum omnium cum voce tactuq. oscitaret proxime cuiusq; collum amplexu petebat, neq: dormire excitatus, neq; euigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus Centurionum concubinarumq. iactabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neq, vehementius exprobari, neque manifestius ostendi potest. [Amplificationis causa fit, Vt illud de Eriphile, quę visum ornamentum adamauit, amplificat crimen Verris, quod cum illa rem visam adamauerit, Verres multa etiã non visa concupiuerit. [Tertium genus est, id quod à causa ciuili remotum est, & quæ sequuntur) Tertium, inquit, narrãdi genus est, à causa ciuili remotum. est autem poetarũ, vt historiographorum. dat tñ cursim etiã in hanc narrationẽ pręcepta. Hæc, inquit, narratio remota a ciuilibus causis duas habet formas. nam aut propter negocia exponenda sumitur, quod est comędias, aut tragędias scribentiũ, vel propter personas, sed de hac posterius dicetur, est tñ viriere, poëmate esse, quæ mixta, vel communia dñr, vt in commentariis artis poeticæ Horatii diximus, in quibus vtrunq; inuenitur siquidem vt Virgilius Aeneæ, & mores, & facta describit, personasq. loquentes inducit, idem multi effecerunt. Hoc autẽ dicit, narratio quæ ad oratorem nõ attinet, in duo diuiditur. in negocia, & in personas. Verum illa narratio, quę in negociis est, tres habet partes, fabulã, historiam, argumentum. [Fabula est, quę res, neq. veras, neque verisimiles continet, vt hę quæ tragędiis traditæ sunt) In præceptis de Inuentione. Fabula, inquit, est, in qua nec verę, nec verisimiles res cõtinentur, cuiusmodi est. Angues ingentes aliter iuncti iugo. Est ergo fabula eiusmodi narratio, vt cu describitur Cadmus in anguẽ versus, vel quiduis aliud quod nec verũ, nec verisimile est, cuiusmodi tragędię scriptæ sunt, qualis illa Amphitryonis apud Plautum est, quã argumẽtum appellat tragędiæ. Amore captus Alcumenæ Iupiter, mutauit sese in formã eius coniugis, pro patria Amphitruo dum certat cũ hostibus, habitu Mercurius ei subseruit Sosiæ, & quod sequitur. [Historia est res gesta, sed ab ætatis nostræ memoria remota) Nã quæ nostra ætate quasi diaria referuntur, tum annales, tum cõmentaria nominantur. In præceptis de inuentione. Historia, inqt, est gesta res, ab ætatis nostræ memoria remota. quod genus, Appius indixit Carthaginensibus bellũ. Est autem historia narratio, vbi iam pridem præteritã rem enarraueris, vt si Annibalem venisse in Italiam scribas. & qualia contra Romanum imperium bella gesserit narres, & id genus alia. [Argumentũ est ficta res, quæ tamen fieri potuit, velut argumenta comędiarũ) In aliis libris Rhetoricis. Argumẽtum, inquit, est ficta res, quæ tamen fieri potuit. huiusmodi apud Terentium. Nam is postquam excessit ex ephebis. Sosia. Est igitur argumentum, fabulatis narratio, quæ tamen vera videri potest. cuiusmodi comędiarum sunt argumẽta, quale, ne sine exemplo quidquam doceamus. Plauti illud est: Captus est in pugna Aeginius filius alium quadrimum fugiens, seruos vendidit. Pater captiuos cõmercatur alios, tantum studens vt gnatum recuperet, & inibi emit olim amissum filium. Is suo cum domino veste versa, ac nomine, vt amittatur fecit, ipsis plectitur. Et is reduxit captũ. & fugitiuum simul, indicio cuius alium agnoscit filium agnoscit filium. Sed cui dubium videri potest, quid sit quod argumentum Cicer. dixerit non veram, licet verisimilem narrationem? cum Plautus, vt supra ostendimus argumentum tragœdiæ in Amphitryone esse protulerit? quod facile diluit. Etenim vero Plautus comœdiam scripturus Amphitryonem, quoniam, vt ipse in prologo profitetur, multos eam narrationem tragœdiæ locos vidit occupare, & rursum comœdiæ quoque multas habere partes animaduertit, mixtam ex tragœdia facturum comędiam pollicetur. quamobrem, & tragędiam nominauit, & rursum, argumentum comœdię, cum eã velle videri comœdiam, vellet, se proloquuntur diu. Nisi dicamus, raro nisi in comędiis argumenta fieri. [Illud genus narrationis, & quę sequuntur) In præceptis de inuentione. Illa autem, inquit narratio, quæ versatur in personis, & eiusmodi est, vt in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones, & animi perspici possint, hoc modo. Venit ad me sæpe clamitans, quid agis Mitio? cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris? vestitu nimio indulges; nimium ineptus es, nimium ipse durus es præter æquum, & bonũ. Hoc ergo dicit: Narratio, quæ versatur in personis exprimendis, talis esse debet, ut in narratione rerũ personæ agentis animos ostendat. & Terentii exemplo explicat. [Debet habere festiuitatem sermonis) Cuiusmodi infinita apud Plautum exempla sunt: sed nos quo quale id sit ostendamus, vno contenti erimus in Curculione, cum inquit: Date viam mihi noti atq; ignoti. dũ ego hic officium meum facio fugite omnes, abite, & de via secedite, ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu ita nunc subito, propere, & celebre obiectum est mihi negocium, nec quisquam fuerit tam opulentus, qui mihi obsistat in via: nec Strategus, nec Tyrannus quisquam, nec Agaranomus, nec Demarchus, nec Comarchus, nec cum tanta gloria, quin cadat, quin capite sistat in viã de semita: & deinde totus ille locus. [Animorum dissimilitudinem.) Vt idem in eadẽ. Quo te hoc noctis dicã proficisci foras cũ istoc ornatu, cumq. hac pompa Phedrome? Quo Venus Cupidoq. imperant, suadet que amor, si media nox est, siue est prima vespera si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen est eundum quo imperat ingratus. At tandem es odiosus mihi. Istuc quidem nec bellum est, nec memorabile. Tute tibi puer es lautus, luces cereum. & quæ sequuntur. Grauitatem. Quale illud in Captiuis: At scire memento, quãdo id quod voles habebis, nam ferẽ maxima pars morem hunc homines habent: quod sibi volunt dũ id impetrant, boni sunt: sed id vbi iam penes sese habent, ex bonis pessimi, & fraudulentissimi fiunt [Leuitatem) Vt in Amphitryone? Iup. Te uolo vxor alloqui. quo te auertisti? Alc. Ita ingenium meum est, inimicos osa sum semper obtuerier. Eia autem inimicos? Sic totus ille locus, in quo Iupiter. [Alcumenam mitigat? Spem) Vt in Captiuis Iupiter supreme seruas me, measque augeas opes, maximas opitumitates opiperasque offers mihi, lucrum, ludum, iocum, festiuitatem ferias, pompam, pœnum, potationes, saturitatem, gaudium nec cuiquam hominum supplicare nunc certum est mihi, nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere. ita hic dies amœnitate amœna amœnus onerarit me. sine sacris hereditatem suam adeptus offertissimam. nunc cursum ad senẽ ca-

pessam hunc Aegionem, cui boni tantum affero, quantum ipse a diis optat, atque etiam amplius nunc certa res est eodem pacto, ut comici serui solēt, coniiciam in collū pallium, primo ex me hanc rem ut audiat: speroque me ob hoc nunciū æternum adepturum cibum. [Metum) Vt in Casina, Nulla nulla sum, tota tota occidit, cor metu est mortuum, membra miseræ tremunt: nescio vnde auxilii præsidii, perfugii mihi, aut opū omne copiam comparem, aut expetam. tāta facta modo mira veris modis intus vidi, nouam atque integram audaciā Caue tibi Cleostrata, abscede ab ista obsecro ne quid in te mali faxit ira percita. eripite, quæso isti gladium, quæ sui est inops animi. [Suspicionem) Vt in Pseudolo. Peiorem ego hominem, magisq. versu te malum, nunquam ædepol quenquam vidi, quā hic est Simio. nimisque ego illum hominem metuo, & formido male, ne malus item erga me sit, vt erga illum fuit, ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua, si occasionem ceperit. nā cautio est, qui sit malus. [Desiderium) Vt in Epidico: Expectādo exedor miser atque exenterer, quo mihi Epidici blanda dicta eueniant, nimis dio maceror. sit ne quid, necne sit, scire cupio. [Dissimulationem) Vt in Bacchidibus: Chrysale ades dum has ego pellego quid me tibi adesse opus est? Volo vt quod iubeo facias, vt scias quæ hic scripta sint. Nihil moror, neque scire volo & totus ille locus, vbi Chrysalus dissimulanter omnia loquitur. [Errorem) Vt in eadem comœdia. Quinque vbi vbi sunt qui fuere, quique futuri sunt post hac stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, bleni, buccones, solus ego omnes ante eo stultitia, & moribus indoctis perii, pudet. hoccine ætatis ludum his factum esse indigne: quam magis id repeto, tam magis vror, meus quem filius ruebauit. perditus, atque etiam eradicatus sum omnibus exemplis crucior, omnia me mala cōsectantur, omnibus exitiis intereo Chrysalus me hodie lacerauit, Chrysalus me miserum spoliauit. in is me scelus auro vsque attondit doctis indoctum dolus, vt libitum est. [Misericordiam) Quale in captiuis illud. Dii vostram fidem, hominum ingenium liberale, vt lacrimas excutiunt mihi videas corde amare inter se. quantis laudibus suum herum seruus collaudauit? [Rerum varietates) Cuiusmodi luculentissime illud in Bacchidibus, prolatum est. Atridæ duo fratres dicūtur fecisse facinus maximum, cum Priami patriam Pergamum diuina mœnium manu, armis, equis, exercitu atque eximiis bellatoribus, mille cum numero nauium decimo anno post subegerunt. non Pelides termento fuit prout ego herum expugnabo meum, sine classe, si neque exercitu, & tanto numero militum. Cepi, expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre. nunc prius quam huc senex venit, libet lamentandum exeat, ò Troia, ò Patria, ò Pergamum, ò Priame, nunc periisti senex, qui misere male mulctare quadrigētis Philippis aureis. Nā ego has tabellas, obsignatas cōsignatas quas fero, nō sunt tabellæ, sed equus, quem misere Archiui ligneū. Epeius est Pistoclerus, ab eo hęc sumpta, Mnesilochus. Si non est relictus. ille non in busto Achillis, sed lecto accubat: Bacchidem habet secum. ille olim habuit ignem, qui signum daret. hunc ipsum exurrit, ego sum Vlysses, cuius consilio hæc gerūtur. tum quæ hic sunt scriptæ literæ, hoc in equo insunt milites armati, atque animati probe ita res successit, meliusque adhuc atque hic equus non in arcem, verum in arcam faciet impetum, & quæ sequuntur, tanto verborum cultu, vt ipsa Musa loqui videatur. iam mira rerum varietate, vt meliora aliunde exempla adhibere nō possumus. variam si quidem esse expositionem oportet, quo tædium effugiat, & mutationibus animum leuet, quando quidem ceteris caret lenociniis. & nisi hac venustate commendetur, iaceat necesse est. credit enim, & tractationes facilius iudex nescio quo pacto, quæ iucundæ sunt, & voluptate illectus ad fidem delabitur. Nolim tamen figuras poetarum more, quæ fidem tollant. purissimū si quidem sermonē esse oportet, nec vt consumantur affectus, sed velut primis lineis delineentur, vt qualis sit rei imago statim appareat. Sed ad hæc exornanda, loci, inquit Cicero, ex eloqutionis præceptis deposcentur. [Fortunæ commutationem) Vt in captiuis Aegio, nunc quando patriam, & libertatem perdidi, non ego istunc me potius quam te metuere æquum censeo, vis, hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles. memini cum dicto haud audeat, facto nunc lædat licet. Sed viden'? fortuna humana fingit, artatq. vt lubet. me qui liber fueram seruum è summo infimū qui imperare insuerā, nunc alterius imperio obsequor. [Insperatum incommodum) Vt in eadem comœdia. Quanto in pectore hanc meo magis rem voluto tanto mihi ægritudo auctior est in animo. ad illum modum sublitum os esse hodie mihi. neque id perspicere quiui: quod cum scribitur per vrbem irridebor, cum exemplo ad forum aduenero, omnes de me loquentur, hic ille est senex, ductus cui verba data sunt. [Subitam lætitiam) Vt in rudente illud. Proh dii immortales, quis me est fortunatior, qui ex improuiso filiam inueni meam? satin' si cui homini dei esse benefactum volent, aliquo illud pacto obtingit optatum pius? Ego quod hodie, neq; speraui, neque credidi, is improuiso filiam inuenit tamen, & eam de genere summo adolescenti dabo ingenuo, Atheniensi, & cognato meo. [Iocundum exitum rerum) Cuiusmodi in omnibus fieri comędiis solent. vt in Amphitryone, Bono animo es, adsum auxilium Amphitryo tibi, & tuis. nihil est quod timeas. ariolos, aruspices mitte omnes, quæ futura, & quæ facta, eloquar multo adeo melius, quam illi qui, sum. Iupiter, & quæ sequuntur. [Verum hæc) i. scribendo hæc consequemur. [Illud vero quod ad varietatem pertinet) Subaudi, vbi de elocutione conscribemus. [Tres res conuenit habere narrationē) In lib. de Inuentione: Oportet igitur, inquid, eam tres hēre virtutes, vt breuis, vt aperta, vt probabilis sit. Ad præceptum igitur narrationis illius reuertitur, quæ ipsam causam continet, & totius controuersiæ expositionem. Tres, inquit, res narrationem habere oportet, ac ita vt semper omnia sint nō vnum aliquod ex tribus, & licet aliis partibus orationis conueniant, tñ narrationis magis ꝓprie sunt. Sed ad Ciceronis præcepta Quintiliani aduciamus, qui de narratione loquens, inquit. Eam pleriq; scriptores, maximeq. qui sunt ab Isocrate, volunt esse lucidam, breuem, verisimilem. neque. n. refert, an pro lucida perspicuam, pro verisimili probabilem, credibilem ve dicamus. eā nobis placet diuisio. q̄q̄ & Aristoteles ab Isocrate parte in vna dissenserit, præceptum, breuitatis irridens, tanquam necesse sit longam aut breuem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodorei quoque scholæ solam relinquunt vltimam partem, quia nec breuiter vtique, nec dilucide semper sit vtile exponere, quo diligentius distinguenda sunt singula, vt quid quoq; loco prosit ostendam. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro aduersariis, aut mixta pro vtrisque. Docet autem paulo longius Quintilianus, quo pacto singula hæc spectanda tractandaque sint, quę hic mihi referre nunc non libet. Satis sit itaque, dubium locum vobis ostendisse, quo sibi quisq; subueniat, si quid dubitationis occurrerit. [Rē breuiter narrare poterimus, si tantum incipiemus narrare vnde necesse erit) Supra memorauit narrationem oratoriā tres habere virtutes debere, vt sit breuis, vt lucida, vt probabilis, nunc docet, quēadmodū breuis esse possit. Narratio breuis, inquit, erit, si à rebus necessariis sumas initium, hoc est, si inde ceperis eā exponere, vnde ad iudicē pertinet. [Aut si non ab vltimo initio repetere volemus) Verbi gratia cū velis Troianum bellum scribere, non à Læde compressa, sed ab Helena capta initium sumas. non. n. Liuius cum rēs gestæ Romanorum scripturus esset, à Troia cōdita potius q̄ Roma inchoauit. Cum ergo præcepta det Cicero, in breuē narrationē quæ initio narrationis, quę in fine, quæ in medio seruare debeamus, hæc initio præcepta fuere. [Aut si summatim, non particulatim narrabimus) Solet. n. vt verbis vtar Quintiliani, quędam esse partiū breuitas, quæ longam tñ efficit summam: vt, In portum veni, nauem perspexi, quanti veheret interrogaui, de precio cōuenit, conscendi, sublatæ sunt anchoræ. soluimus oram, profecti sumus. nihil horum dici celerius potest, sed tamen sufficit dicere è portu nauigaui. Possumus autē, & ab vltimo initio, hoc modo quo diximus enarrare. Sed quia, & aliis modis cōcisim id facere possumus non est idē cū superiori exemplū. [Aut si transitionibus nullis vtemur) Hoc est, si ipsius causæ neruos non egrediemur, licet etiam ad causam faciant. multa enim, quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, omittenda erunt. [Aut si nō deerrabimus ab eo quod cepetimus exponere) Hoc est si extra causam nihil dixerimus, quod ad causam non attineat quā cepetimus, id est breues erimus, si reciderimus omnia, quibus sublatis, neque cognitioni quidquam neque vtilitati subtrahatur. [Et si exitus rerum ita exponemus, vt ante quoque quæ facta sint, sciri possint tamen si ea nos reticuerimus, quod genus est, si dicā me ex prouincia rediisse, profectum quoque in prouinciam intelligatur.) Id est breues esse poterimus, si ita dicetur, vt nōnunquā ex eo quod dictum si, id quod non sit dictum intelligatur, vt si dicas, Inde eum reuersus essem è prouincia. cū enim dicis Reuersus, ostendisti te profectum in prouinciam, & peruenisse, postremo reuersum. [Et omnino non modo tam quod obest, sed etiam id, quod neque adiuuat, satius est præterire) Etenim, qui breuitati studet non modo illa in narratione præterire debet, quę obsunt, verum etiam illa quę nihil prosunt. Sanè Græci eam

narra-

narrationem σύντομον, id est concisam, cum necessaria deessent appellarũt, illam autem βραχῦν, id est breuem, vbi nec minus: nec plus dicatur quam oporteat. oportet igitur vt breuis, non tamen concisa sit. [Et ne bis aut sæpius idem dicamus) Vt non modo illa prætereantur quæ aut obstitura sunt, aut nihil profutura: verum & illa quæ prosunt, vt ne bis aut sæpius dicantur, & idẽ sensus reiterentur. hoc est vitãdæ ταυτολογίας, & περιττολογίας. [Cauendum est etiam, ne id, quod supra diximus, deinceps dicamus) Et si, inquit, non ab eo quo proxime desitũ erit, deinceps incipietur, & eadẽ repetẽtur verba, sed ne κλίμακα figuram, quæ à quibusdã gradatio appellata est, quæ sit, vt si dicat. Ex prudentia uirtutẽ, ex virtute dei dilectionem, ex dei dilectione cœlũ sibi comparauit, ne hanc in quam figuram dãnasse crederetur, exemplo quid intelligat illustrauit, hoc modo, Athenis Megaram vesperi aduenit Simo. vbi aduenit Megaram, insidias fecit virgini, insidias postquam fecit, vim in loco attulit. Cauenda tñ. vt etiam Quintil. docet, omnia corrũpens obscuritas, satiusque est narrationi superesse quam deesse. nam cum superuacua cum tædio dicantur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quare vitanda etiam illa Salustiana, quãquam in ipso virtutis obtinet locũ, breuitas, & abruptum sermonis genus. quod ociosum fortasse lectorẽ minus fallat, auditorem, transuolat. itaque media tenẽda via est, ne plus minus ve sit quam opus est. Nolim tamen breuitatem inornatã esse, alioqui esset indocta, cũ, & voluptas ipsa fallat, & minus longa quæ delectant esse videantur, vt amœnum ac molle iter, etiam si spatii amplioris est, minus fatigat quam durum aridumq. compendium. Simplex enim, & vndique concisa, non tam expositio vocari potest quam cõfusio. Partitio autem tædium leuat, vt quę longa sunt, breuiter dici plerunq; videãtur. Dicam, quæ acta sint ante ipsum rei contractũ, dicã quę in re ipsa dicam quæ postea. Ita tres potius breues videri poterunt narrationes, quam vna quę longa sit. Expediet quoque expositiones breuiter interẽdo, quod leuet prusequi hoc genus: Audistis quæ ante acta sunt, accipite nunc quæ insequuntur. Reficietur enim auditor priorum fine, & se rursus ad nouum initium præparabit. Et si longius ordo exierit non inutile erit in fine commonere, vt Cicero pro Ligario. Adhuc, Cæsar, Q. Ligarius omni culpa caret. domo est egressus non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspicionem. [Rẽ dilucide narrabimus, si id, quod primum gestum erit, ita primum exponemus, & rerum ac temporum ordinem seruabimus, vt res gestæ erunt, aut vt potuisse geri videbuntur) Dixit quemadmodum breuis narratio, nunc quemadmodum dilucida esse possit. Illud hic quoque perspicere, debemus, ordinẽ illum tenuisse Ciceronem, quem, & in breui tenuit. nam quid in principio dilucidæ narrationis, quid in fine, quid in medio facere debemus: ostendit. Hoc ergo nunc dicit, dilucida esse poterit narratio, si vt quidque primũ gestum erit, ita primum exponetur, ne peruerso narrandi ordine iudicibus in cognitione confusio fiat. Et rerum ac temporum ordo seruabitur, ne id primum narres, quod postea factum est. quod si facis, & in rerum, & in temporum ordine deliquisti. Huic tamen sententiæ non omnes accedunt, vt eo ordine quo quid actum sit narrandum existiment, sed potius narrandum quemadmodum expedit. nam aliquando excidisse simulamus, cum quid vlteriore loco redacturi sumus, & reliquum ordinẽ redacturos testamur. quod sic futura sit causa dilucidior. neque enim vnam defensionis legem esse, certumque præscriptum. Proinde vt res, vt tempus poscet, exponendum atque vt erit vulnus, ita vel curãdum protinus. vel si curatio differri potest, tantisper deligandum. Nec etiam sæpius narrare nefas esse putent, quod ipse Cic. pro Cluentio fecit. idque non concessum modo esse, sed aliquando in necessarium. Quin & quædam repetita narratio, est quam ἐπιδιήγησιν Græci vocãt: ideo reperta, vt quia narratio breuis debet esse fusius, & ornatius res possit exponi. quod fit vel inuidiæ gratia, vel miserationis. Id non raro faciendum, neq; sic vnquã. vt totus ordo repetaẽ. Ceterũ qui παράλειψιν vti velit, narrationis loco rem instigat, & contentus indicare quid facti sit, quo sit modo factum, plenius se loco suo expositurum esse promittat. Amentis igitur esse existimatur, superstitione præceptorum contra rationem causæ trahi. Narrationem. Neque tamen id non facere alias oportebit, vt sequamur ordinem quædam enim turpiter conuertuntur. vt si peperisse narres, deinde concepisse, decessisse aliquem, deinde filios aduocasse, vt testamento adsint. in quibus si id, quod posterius est dixeris, de priori tacere non erit inutile. Nec equidem dubito, quin Cicero dicere voluerit. Quod autem subiungit, aut vt potuisse geri videbuntur ita accipiendum, ac si dixisset, sunt plerunque, & falsæ expositiones, in quibus prima sit cura, vt quod singitur fieri potuerit, deinde vt, & personę, & loco, & tempori congruat, & credibilem rationẽ, & ordinem habeat. [Hic erit cõsiderandum, ne quid perturbate, ne quid ambigue dicamus, & quæ sequũtur) Sicut in præceptis breuis narrationis, primum pene perpetuo ostendit quid faciendũ esset, deinde quid non faciendum ita hic primo simul ostendit, quid omnino faciendum sit, tum quid non faciendum. Considerandum, inquid, erit ne quid perturbate dicatur, verum perturbate succenso aliquo in affectu animo. an certe perturbare, innolute, ne res obscura videatur. quod si fiat, dilucida nullo modo esse possit. Licet quidam in nonnullis causis obscurandum esse veritatem dixerint, quod ridiculum sibi videri dicit. Quintil. enim, Qui obscurare, inquid, vult, narrat falsa pro veris, & in his quæ narrat, debet laborare, vt videantur quam euidentissima. Deinde inquit M. Tullius, ne quid ambigue dicamus hoc est contorte, vt quo versus, quod dicimus, non intelligatur. [Neque in aliam rem transferamus) Ne omissis rebus ad præsens negocium pertinentibus, non narranda atq; aliena narremus. [Neque ab vltimo repetamus, neque longe prosequamur) Quæ inquid, cũ de breui narratione scripsimus, effugienda esse docuimus. verum quod inquit. Neq; in aliam rem transferamus. hoc in media narratione effugiendum, sicut in principio, cũ ait, Neque ab vltimo repetamus, & in fine, cum dicit. Neque lõge prosequamur denique, inquit, quo breuius fuerit modo non sit implexa, dilucidior vtique erit narratio. Sanè quam dilucidam velit Quintil. dic narrationem, ne quam quam summi viri iudicio fraudẽ, eius sententiam ad verbum referam? Erit autem, inquit, narratio aperta ac dilucida, si fuerit primum exposita propriis verbis, & id significantibus, & non sordidis quidem nec tamen exquisitis, & ab vsu remotis, tum distincta rebus, personis temporibus, locis, causis: ipsa ẽt pronunciatione in hunc accõmodata, vt iudex quæ dñr quam facillime accipiat. quæ quidem virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem dispositæ vel etiam forte circunfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silẽtium, nec sibi diserti videtur nisi omnia tumultu ac vociferatione cõcusserint. rem indicare, sermonis quotidiani, & in quęcunq; etiam indoctiorum cadentis existimant, cũ interim quod tanquã facile contemnunt, nescias præstare minus velint an possint. Neque. n. aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id, quod se dicturos fuisse omne putãt, postquam audierunt, quia non bona iudicant esse illa, sed vera. Tum autẽ optime dicit orator, cũ videtur vera dicere. Aut nunc velut campũ nacti expositionis, hic potissimũ, & vocem flectunt, & ceruicẽ reponunt. & brachium in latus iactant, totoq. & rerũ, & verborũ, & compositionis genere lasciuiunt. deniq; quod sit monstro simile, placet actio, causa nõ intelligitur. Nec adeo à me lõgius relata sunt, quo non minus effugienda esse, quã ipse reprehẽdat Quintil. intelligatur. [Verisimilis narratio erit, si vt mos vt opinio, vt natura postulat dicemus) In aliis de Inuẽtione p̄ceptis, Probabilis, inquit erit narratio, si in ea videbũtur inesse, quæ solent apparere in veritate, si personarũ dignitates seruabuntur, si causę factorum extabunt, si fuisse facultates faciendi videbuntur, si tẽpus idoneũ, si spatii satis, si locus opportunus ad eandẽ rem qua de re narrabitur fuisse ostẽdetur, si res & ad eorum qui agent naturam, & ad vulgi rumorẽ, & ad eorũ qui audient opinionem accommodabitur. ac veri quidẽ similis ex his rationibus esse poterit. In Partitionibus autem de narratione disserens, Probabilis autem, inquit, erit, si personis, si temporibus, si loco ea quæ narrabuntur consentient, si cuiusq; facti, & euenti causa ponetur, si testata dici videbũtur, si cũ hominum opinione, auctoritate, si cum lege, cum more, cũ religione iuncta, si probitas narrantis significabitur, si antiquitas, si memoria, si orationis veritas, & vitę fides. Sm ordinẽ igitur suæ diuisionis, postquã de breui, & dilucida narratione tractauit, nunc de narratione verisimili incipit disserere: Verisimilis, inqt, erit narratio, si vt mos postulat dicamus. vt si apud Romanos narres nõ contra iustitiã, & si apud Scythas Barbaros, nõ reprehẽdas eorum mores. [Vt opinio) Res enim multæ opinione verę esse credũtur, nam si velim Iudeum Christiano grauiter infensum, & lenonem penurũ ostendere, quis est qui non crediturus sit? cum sit iã idẽ opinione persuasum. & de ceteris id est intelligendum. [Vt natura postulat) Si id, quod dicimus, a nr̃a natura non abhorreat, vel eorũ pro quibus, vel contra quos agimus. Non. n. cõsentaneũ est vt de pudicitia agat leno, de castitate meretrix. quod si fiat, verisimilis non erit narratio. [Ca-

uendum

uendum itaque, ne quid naturæ dicamus aduersom. [Si spatia temporũ) Si tantum temporis spatiũ nactus fuerit, vt id efficere poterit. [Personarũ dignitates) Nõ honores, sed prout quęq; loqui aut agere credibile sit, hoc est si personas conuenientes his quæ facta credi solemus, constituerimus, vt furti reum, cupidum, adulterum, libidinosum, homicidam, temerarium, vel his contraria, si defendemus. [Consiliorum rationes) Vt, occasti, nam sæpe fueras commiratus hæreditatẽ expectabas, cum odio habebas. [Locorum opportunitates cõstabunt) quod in vasta solitudine index erit, vnde scelus perpetratum nullus scire posse videretur. [Ne refelli possit, aut temporis parum fuisse) Supra accusantis, nunc defendentis locos verisimilis narrationis posuit. Itaq; aut non tantum fuisse temporis dicemus, vt id fieri potuerit. [Aut causam nullã) Vt dicas, causam esse nullam, cur ea de reo suspicio habenda sit. i. [Aut locum idoneum non fuisse) Vt dicas, nõ fuisse locum eiusmodi vt id fieri potuerit. [Aut hoĩes ipsos facere aut pati non potuisse) Si vera res erit, nihilominus hæc omnia io narrando conseruanda sunt. nã sæpe veritas, nisi hæc seruata sint, fidem facere non potest. Aut homines eius fuisse prudentiæ, aut probitatis, vt nescisse, aut pati potuisse videri non possint. Deinde subdit, siue vera res, siue ficta, id esse obseruandum. Si quidem multa sæpe licet vera vix credi possunt, nisi his vtamur adminiculis, & quæ ficta sunt nisi hoc pacto adiuuentur, facile confurari poterunt. Itaque callide, inquit, in his rebus cum aduersario erit confligendum, & pręsertim in quibus aut tabulæ, aut firma alicuius scripti auctoritas, iam fides fecisse videbitur, quo minus possit confutari. Aliqua etiam naturaliter sequuntur, & cohęrent, vt si bene priora narraueris, iudex ipse quam postea sis narraturus expectet. Et licet narrationem hanc esse meminerimus, nõ probationem, nonnunquam tamen etiam argumento aliquo confirmabimus, proposuerimus, sed simplici breuiq. vt in veneficiis. sanus bibit statim concidit, liuor ac tumor confestim est insecutus. & denique quæ in probationibus tractantur, persona, factum, causa, locus, tempus, modus, facultas, opinio natura, indicium, mos, instrumentum, quibus si aliquando destituti simus, fatebimur vix esse credibile, sed tamen, verum, nesciieq. nos quomodo factum sit, aot quare, mirariq; sed probaturos: Optimæ autem probationes erunt, quæ latuerint vt à Ciceroo vsurpãtur. Sunt enim vtilissimæ prædicta omnia quibus Miloni Clodius, nõ Clodio Miloni insidiatus esse videatur plurimumq. facit illa calidissima simplicitatis imitatio. Milo autem cum in senatu eo die quo a senatu est dimissus, domũ venit, calceosq. & vestimenta mutauit, paulisper dum se vxor, vt fit, cõparat, commoratus est quàm nihil festinus, nihil properans fecisse videtur Milo? quod non solum rebus ipsis vir eloquentissimus, quibus moram, & lentum profectionis ordinẽ dicit sed ẽt verbis vulgaribus, & quotidianis, & occulta arte cõsecutus est. Hæc de verisimili de narratione dicta sint. His tribus narrandi virtutibus ipse Cicer. in partitionibus suauitatẽ adiicit. Suauem autem esse narrationem dicit quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, interpositos motus animorum, amicorum colloquia, personarum dolores, iracundias, metus lætitias, cupiditates. In topicis autem scripsit, narrationes oportere etiam esse videntes, moratas, & cum dignitate præterquã quod sit plana breuis, & credibilis, sed morata debet esse omnia, & cum dignitate, quæcunq; potuerint. Pleriq; etiam præter Cicer. euidentiam, quam Græci ἐνάργειαν vocant, narrationem dixere, quæ quidem virtus non inter minimas est, cum quid sit non dicendum modo, sed quodã modo ostendendum est. Alii autem perspicuitati euidentiã subiiciunt. Alii adduciũt magnificentiam, quã μεγαλοπρέπειαν illi vocant, quam respuunt alii quod nõ sit omnibus conuiuis iudiciis. Ac ne se supra modum tollat oratio, cauendum sit, veluti in proximo de Milone exemplo patet. Quare nõ magis proprium narrationis videri debet magnifice dicere, quã miserabiliter, inuidiose, grauiter vrbane. quæ cum suo loco laudabilia sint, nõ sunt tñ huic parti. ꝓpriæ assignata, & velot peculiaria. Diximus quid sit narratio, narrationũ gñra, & virtutes enumerauimus, & singularũ virtutum tractationes exposuimus. Nũc vero dicendum est, si narrandum, an vbiq; narrandum. & si nõ semper, quid faciendũ, & quo intelligatur id, quod dicitur narratio, & quo narrãdũ loco sit, & si ita narrandũ, vt causa postularit postremo, vnde narratio inchoanda, & vbi terminãda sit. ad quæ omnia explicanda in primis Ciceronẽ ex aliis quos in Rhetorica composuit libris, & Quintilianũ euocabo. Plerique igitur semper narrandũ putauerunt, qđ falsum esse a pluribus coarguitur. Obest si quidẽ narratio, cum ipsius rei gestæ expositio magnã excipit offensionem, quam argumentando, & causam agendo leniri oportebit qđ cum accidit, mẽbratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, & ad vnãquanque confestim rationem accõmodare, vt vulneri præsto medicamẽtum sit, & odium statim defensio mitiget. Nihil etiam prodest narratio tũ, cum aut ab aduersariis res exposita, nostra nihil interest iterũ aut alio modo narrare, aut ab his qui audiũt ita tenetur negocium, vt nostra nihil intersit, eos alio pacto docere quod cum accidit, omnino narratione supersedendum est. Præterea sunt quædam tam breues causæ, vt propositionẽ potius habeant quã narrationem. id accidit aliquando vtrique parti, cum vel nulla expositio est, vel de re constat, de iure quæritur. vt apud Cẽtumuiros, filius an frater debeat, esse intestati heres, pubertas annis an habitu corporis existimetur. Plerique ẽt fuere, qui non existimarunt, esse narrationem, cum reus qood obiicitur tantum negat. in qua opiniune est Cornelius Celsus. Non enim putant esse narrationis, nisi quod summam criminis, de quo iudicium est cõtinet, vt deinde fatetur ipse, pro Rabirio postumo narrasse Ciceronẽ, atque ille negauit, peruenisse ad Rabirium pecuniam, de re erat quæstio constituta, & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem, inquit Quintil. magnos alioqui secutus auctores, duas esse io iudiciis narrationem species existimo. alteram ipsius causæ, alterã rerum ad causam pertinentium. Non occidi hominem, nulla narratio est. Conueni, sed erit aliqua, & interim etiam longa contra argumẽta eius criminis de anteacta vita, de causis propter quas innocens, & periculum deducatur ab his, quo incredibile id, quod obiicitur, fiat. Neque. n. accusator tantum hoc dicit, Occidisti: sed quibus id probet, narrat vt in tragœdiis cũ Teucer Vlyssem reum faciat Aiacis occisi, dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici, cum gladio cruento Vlysses respondet, non esse id facinus admissum, & sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum. deinde subiungit, quomodo in eã solitudinem venerit, iacentem exanimem sit conspicatus, gladium è vulnere extraxerit. Hic confirmatio, & confutatio, coeuntibus vtrinque argumentis sobtexitur. hæc sunt duo oratioonum genera, quæ ad oratorẽ tantum attinere supra docuimus, quarum alteram, quæ nihil de obiecto crimine exponat, si orationi asciscamus, non erit sine narratione, vt Celsus voluit, dicenda oratio. Noo suo loco narratur, cum post exordium non collocatur narratio. Enim verò à veteribus quæsitum fuisse constat, an procemio subiicienda narratio sit. Nam cum prooemium iccirco comparatũ sit, vt auditor ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, intentior, & probatio nisi causa prius cognita non possit adhiberi, pronnus iudex rerum notitia instruẽdus vr M. Tullius tñ in oratione quam pro Milone scriptã reliquit, maluit differre narrationem, tribus præpositionis quæstionibus pro Vareno similiter postea narrauit, cũ obiecta diluit. quod fiet vtiliter, quoties aut non repetendum, aut si repetendum, quo facilius intelligatur, ordine meliore digerẽdum, si causa paulo obuolutior sit. Erunt præterea quædam causę, neque id raro, ne crimini quidem de quo cognitum erit faciles ad diluendum, sed multis ante actæ vitæ flagitiis, & grauibus oneratæ, quæ prius amouenda sunt, vt propitius iudex defensionem ipsius negocii, cuius propria quæstio est, audiat. Vt si defendendus sit M. Cęlius, nõ ne optime patronus occurrat prius conuiciis luxurię, petulantiæ, impudicitiæ, quã veneficii: in quibus solis omnis Cicero. versatur oratio. deinde totã explicet causam, quæ est ipsius actione defensa. Est ergo rei habenda ratio, ac prout causarum conditio poposcerit, mutãda narratio, vt posterius vbi de dispositione differit Cicero. explicabit. Non vt causa postulat narrandum est, cũ aut id, quod aduersario prodest, dilucide, & ornate exponitur, aut id, quod ipsum qood dicit adiuuat, obscure, dicitur, & negligenter quare vt hoc vitiũ vitetur, omnia torquenda sunt ad cõmodum suę causę, contraria quę prętereiri poterunt, prętereundo, quę illius erũt, leuiter attingẽdo, sua diligenter, & enodare narrando. Nec hoc quidem simpliciter accipiẽdum, quod pene prętericram, quod est à me positum, superuacuam esse narrationẽ rei quam iudex nouerit. quod sic intelligi volo, si nõ omnino factum quid sit sciet, sed factum etiam, vt nobis expedit opinabitur. Neque enim narratio in hoc reperta est, vt tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis vt consentiat. quare etiam si nõ erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum præparatione quadam, propter quod minus Homerum, aut Virgilium, vel quemuis alium egregium eloquẽtia poetã legere grauamur, licet eam omnem materiã sępe legerimus, quod dictionis qua

dam

dam voluptate à fastidio releuemur. Scire quidem in summa quid actum sit, iudicem dicemus, tamen ratione quoque facti cuiusque cognoscere ne grauetur, idq. nos propter aliquē in consilium adhibitum repetere simulemus. & vt rei quæ ex aduerso proponatur iniquitatē etiam omnes circunstātias intelligant. in quo plurimis figuris erit varianda nota expositio, ad fugiendū tædium audientis, sicut meministis, & fortasse fuerit superuacuū hic cōmorari. Sed, & quid ego diutius? cū optime noueritis, quale sit, & his similia. Sed hoc hactenus dictum sit. Initium narrationis quidam vtique faciendū à persona putāt, eamque, si nostra sit, ornandum si aliena, infamandam statim. Sed hæ quoq; cū suis accidentibus ponendæ, cū id pro futurū est: vt, A. Cluentius Habitus fuit pater huiusce iudices, homo non solū municipii Larinatis, ex quo erat. sed regionis illius, & vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Aliquando sine his: vt, Q. Ligarius cū esset. & quæ sequuntur. Frequēter vero à re sicut pro Tullio Cic. Fūdū habet in agro Turino M. Tullius paternū Demosthenes pro Ctesiphōte: τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι' ἐμὲ, οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε, ὥστε φωκέας μὲν βούλεσθαι σωθῆναι. Finē aūt narrationis perduci volūt quidam eo, vnde quæstio oritur. cuiusmodi est: His rebus ita gestis. P. Dolabella prætor interdixit, vt est cōsuetudo de vi hominibus armatis, sine vlla exceptione tantū vt vnde deiecisset restitueret, deinde restituisse dixit, sponsio facta est, hac spōsione vobis iudicandū est. Id ab accusatore semper fieri pōt, a defensore non semper. sed ad Cic. iā redeo. Quid dicit præcepta se dedisse, quæ ab aliis minime adhuc absoluantur, præterquā quod insinuatione, quo clarior fieret præceptio, in tria tempora diuisit, quod nullus antea vnquā fecerit, hunc se de Inuētione rerū disputaturū pollicet, si prius de causarū diuisione pauca memorauerit.

LONG. Vincendi causa quod pert.) Medium est nam, & accusator vincit, qui rerum peragit, & vincit defensor, qui causam aduersarii labefactat. Primum autem narrationis genus oratorium appellant. quod in causæ expositionem inuentum est. quod post exordium poni solet. Alterum apparatū, quod non est pars orationis. sed in confirmatione, aut confutatione interseritur, asseuerandi aut destruendi gratia, quod ipsum, & probatiuum appellarunt. Postremum, grammaticum vocarunt, quod rarius in oratoris vsurpatione veniat.

ASC. Narrationum genera, &c.) Prosequitur de narratione cuius ponit tria genera. Primum dicitur recta narratio. Secundum transgressiu. Tertium a causa ciuili alienatio. Ordo est: Tria sunt genera narrationem. vnum est cum exponimus, id est declaramus, & recitamus re gestam, & trahimus vnumquodque. s. gestorum, & expositorum a nobis ad vtilitatem nostram causa vincendi. s. aduersarium, & non oblectandi præcipue auditorem, quod. s. genus pertinet ad eas causas, de quibus iudicium est futurum aut dic: Et trahimus vnumquodque quod pertinet ad eas causas de quibus futurum est iudicium, ad vtilitatem nostram causa vincendi. Alterum. i. secundum genus narrationis est quod intercurrit. i. inter principalem materiam currit nonnunquam. i. aliquando, aut causa fidei. s. faciende, aut criminationis, aut transitionis. s. ad aliā materiam, aut alicuius apparationis, vel laudationis, hoc est quando inter narrando uolumus facere, ut nobis habeatur fides, aut petimus aliquem criminari, aut ad aliud transire, aut rem nostram apparare, aut aliquid laudare, facimus narrationē intercurrentem. [Tertiū genus) Prosequitur tertiū genus exordii vitiosi dicens. Tertiū genus est id, qd remotū est. i. alienum est à causa ciuili. i. quod non pertinet ad forum, in quo de causis ciuiliū agitur, in quo tn̄ conuenit exerceri. s. in declamādo, quo. i. ideo vt possimus tractare cōmodius illas narrationes superiores. i. de quibus prius locutus est, in causis, s. ciuilibus. Duo genera sunt eius. i. eiusmodi narrationis. vnū quod positum est in negociis, alterum quod positum est in personis, id quod positum est in expositione negotiorū, habet tres partes, fabula, historiā, argumentum. Fabula est quæ neq; continet res veras neq; verisimiles, ut hæ. s. res quæ traditæ. i. expositæ sunt auditoribus, & spectatoribus tragœdiis. i. in tragœdiis, aut quæ traditæ. i. cōmissæ sunt tragœdiis. Historia est res gesta, sed remota ab memoria nostræ ætatis, & tn̄ historia à videdo dicitur, verū animo quoque videmus, & ab iis qui uiderunt, & nobis aut aliis qui nobis recitauerunt dixerunt sæpe historiā scribimus. Argm̄ est res ficta quæ tn̄ potuit fieri. & ita verisimilis est, velut argumenta comœdiarum. Illud. s. prius tactum genus narrationis, quod est positum. i. cōstitutum in personis, debet hr̄e festiuitatem. i. plausibilitatem, & vt dicunt celebritatem sermonis, dissimilitudinem animorum, vtpote grauitatem lenitatē quę contraria sunt. spem metum quæ itē contrariantur, quia spes de bono futuro, metus de malo est futuro, suspicionem. desiderium, dissimulationem. s. eius quod est, misericordiam rerum miserandarum varietates rerum cum mutationem fortunæ, vtpote incommodum insperatum. i. quod contra aut præter spem euenit, lætitiā subitam. i. ex improuiso ortum, exitum rerū iucundū. Verū hæc transigendo in exercendo. i. hæc omnia comprobabimus exercitatione. Vero, pro sed, nos aperiemus quō conueniat illud quod pertinet ad veritatem tractarum. i. quomodo veras causas tractabimus. Cōuenit narrationem habere tres res. i. tres vt dicunt conditiones. videlicet ut sit breuis, vt sit dilucida, & vt sit verisimilis quæ. s. tria quoniam scimus oportere fieri, cognoscendum est. i. oportet nos cognoscere quemadmodum faciamus. i. exhibeamus ea. i. quomodo narrationem, breuē, dilucidam, & utilē faciamus, [Rē breuiter, &c.) Erudite docet quō breuiter narrare possimus dicens. Nos poterimus narrare rem breuiter, si nos incipiemus narrare inde. i. ab eo re, vnde. i. de qua necesse erit, & si non volemus repetere. s. narrationē ab initio vltimo. i. remotissimo a rebus præsentibus, hoc est a penitus primo, ut qui bellū Troianum a gemino ouo. i. ab natiuitate Helenes auspicari velit. Et si nos narrabimus summatim. i. per summas in generali, nō particulatim. i. per singulas particulas, ut si crudeliter occisum dicas, & nō explices, quo gestu, quibus armis, quot ictibus, &c. Et si non prosequemur narrationē ad extremum. i. penitus finalē recitationem, sed vsque eo. i. ad id, usque quo erit opus. s. ad intelligendum, Et si nullis. i. nō vllis nō utemur ullis transitionibus. i. digressionibus a materia incepta ad nouam. Et si non deerrabimus. i. per errorē decedemus ab eo quod cepetimus exponere. Et si ita ponemus exitus rerū, ut quoque. i. ea sciri possint, quę sint facta ante. i. si per ea quæ dicimus, intelligātur facta etiam quæ non dicimus, ut qui dicit postridie redisse, dicit abiisse, & noctē interfuisse, tametsi nos reticuerimus. i. ea nō diximus. Quod. i. quale genus est. dicā me redisse ex prouincia, intelligatur quoque. i. etiā supp. me profectum sup. esse in prouinciam. Non enim redire poteris ubi prius non fueris. Et omnino ad breuem narrationē satius est. i. conducibilius, & melius est, præterire. i. non dicere, nun modo. i. non solū id, quod obest. i. nocet dicenti, sed etiam id, quod neque obest, neq; adiuuat. i. prodest. Quia Valla qui hunc locū haud dubie legit, legat, & pro etiā apud Cic. reperiri legā hic non sed, & sed etiā. Et satius est, aut cauedum est, ne dicamus bis aut sæpius. s. quam bis, idē. i. eandē rem. Cauendum est, etiā ne dicamus deinceps. i. rursum, id, quod diximus semel supra hoc modo. Simo aduenit vesperi. i. tempore uespertino. Megarā Athenis. i. ab urbe Athenien. profectus ubi postquā aduenit Megaram fecit insidias virgini, & postquā fecit insidias attulit uim in loco. s. vbi enim reperit, id. n. breuius dici pōt. [Rem dilucide, &c.) Quia breuitati cohærere solet obscuritas, iuxta illud Flacci in Arte, Breuis esse laboro obscurus fio, nihilq. tam obest oratori quam non intelligi quid dictum uelit. conuenienter nunc docet Cic. quomodo modo cū breuitate dilucide dicamus dicens. Nos narrabimus rem dilucide, si ut quidque. i. quod licet facinus aut factum erit gestum primum, ita exponemus ipsum primū, & conseruabimus ordinē rerum ac temporum, vt. i. secundùm quem res erūt gestæ, aut vt. i. secundùm quē ordinem, aut secundùm qp uidebunt potuisse geri. i. verisimile erit sic gestas esse. Hic. i. in hac narratione dilucida considerandu erit, ne dicamus quid. i. aliquid perturbate. i. confusæ, & ordine turbato, aut animo consternato, ne quid dicamus contorte. i. uiolenter exactum ne quid ambiguæ quod possit trahi in contrarium sensum, aut quod difficile sit intellectu. ne quid dicamus nouę. i. inusitate, quæ res obscuritatē parere solet, nam licet noua interdum delectent, consueta tn̄ citius noscuntur. Nequam. i. & considerandum est, ne transeamus in aliquam aliam rem, & ita confundamus narrationē, & ne repetamus ab ultimo, quia tunc nō facile cōstaret saltē primo loco, de quo loqui paremus, & ne persequamur. s. narrationē, longe. i. vltra id, quod scitu necessarium erit. Ne prætereamus quid, id est aliquid, quod pertineat ad rē. Et rem dilucide dicemus. si persequemur. i. perfectæ sequemur ea quæ sunt præcepta. s. titulo superiore de breuitate. s. in narrando seruanda, Nam quo. i. quāto narratio erit breuior, eo. i. tāto fiet dilucidior, & facilior cognitu, intellige prioribus præceptis obseruatis ne quid perturbate, cōtorte, ambiguæ, nouæ dicamus. Sane quātum ad ordinem scies. quod commentarii quoque monent, alium esse poetis, alium oratæ. Nam de Poetico dicit Horat. in Arte: Ordinis hæc virtus erit, & venus aut

ego

ego fallor: Vt iam nunc dicat, iam nūc debeotia dici. Pleraque differat, & presens in tēpus omittat. Hoc est licet Poeta multas describat, quo ordine gesta sunt, plurima tamen ad oportonio tes locum reseruat. Vode poetæ plerūque à medio, aut a fioe rei gestæ narratiooē incipiunt, vt Hom. à decimo, & ita ab vlti mo anno absidionis Troiæ, & Virgilius à septimo, & ita ab vlti mo anno errorum Aeneæ: Et Terentius argumenta ferè à medio, aut noo citra medium deducere incipit. Orator vero vt hic præcipiatur, quo ordine res gestę suot eas narrabit. Quod, & historiographi ferè obseruāt. Si rationem differentiæ quæres, ea videtur quod orator semel duntaxat dicit, & ita conari debet, vt intelligatur. Poeta autē decies legi potest, & eo perlecto, tū demū satius est eius intelligi principium. Præterea orator prodesse vult salutem sibi. & suis, & ita aperte rē oarrat, Poeta delectare potius, & ita varietati studet. Adde quòd comodius poet transitum dicuntur à poeta res incipiēdo à fine, aut ab iis, quæ ad finem tendunt quā à principio, quia incipiendo à fine videtur, dūtaxat res pręsentes velle dicere, & præteritas percurrere, vt Virgilius excidium Troiæ Oratori aut nihil quod ad rem faciat prætermittendum est, quocirca vtile est filū re gestæ sequi quod sequendo auditorem facile doceat. Nouimus quidq. substantium esse quodque adiectiuum, & vtrūq; superlatiuo gaudere, vnde decenter (vt cetera omnia) dicit vt quidque primum gestum erit, ita primū, &c. quia vt, & ita consimiles efflagitant gradus. [Verisimiles, &c.) Docuit facere, narrationem breuē & diluendā, nunc docet qui verisimilem faciamus dicens. Narratio erit verisimilis. i. apparēs vera, si nos dicemus, vt mos postulat, vt natura. s. rerum postulat, si spatia tēporum cōstabuot. i. compossibilia (vt dñi) erunt. hoc est, si uero simile est tāto, aut eo tempore quanto, & quod dixerimus rē potuisse geri, & si dignitates persunarum cōstabunt. i. si uerisimilis erit tales personas, tales res fecisse, quales narrabimus, si rationes consiliorum constabunt. i. si verisimile erit, tali consilio inductos quale dicemus rem fecisse, & si opportunitates. i. conuenientiæ locorum cōstabant, ne possit refelli. i. reprobari aut redargui in refutatione dicendo, aut parum tēporis fuisse, aut nullam causam fuisse, aut locū oon fuisse idoneum, aut ipsos hoīes ooo potuisse sup. talia facere aut pati i. si personarum dignitates noo cōstabūt. [Si vera res erit) Quia docuit quid obseruādum sit io causa verisimili, ne putes idē ooo seruādum in vera causa subdit. Si res erit vera. i. non solum verisimilis, nihilominus. i. in nullo tamen minus sunt hæc oīa. s. prædicta conseruanda. i. simul obseruanda, narrando. i. dum narrare volumus. Nam veritas nō pōt sæpe facere fide. i. credulitate, hoc est persuadere se esse ueritatē, nisi hæc. s. prædicta de loco, tempore. personis, causis consilio sint seruata. Sin. i. sed si sup. res erit ficta. (Quidā legūt erūt, sed non placet. nam sin, & si ad nnum respiciunt) eo. i. tanto magis sup. prædicta erunt conseruanda. Confligendum. i. concertandum est caute de his rebus in quibus rebus. tabulæ. i. scripta authētica, vt ꝑ notarios iuratos, aut firma auctoritas. i. approbatio alicuius. s. fide digni, videtur interfuisse. Ego arbitror ea quæ dicta suot adhuc. i. ad hunc vsq; locum constare. i. coouenire mihi sine cōtrouersia cum ceteris scriptoribus. i. præceptoribus artis. s. rhetoricæ, nisi quia. i. excogitauimus noua de insinuationibus ꝙ. i. quia nuo soli pręter ceteros diuisimus eam. s. constitutionē (forte legendū est eas qui præmisit de iosinuationibus) in tria tēpora, vt haberemus viam certam, plane. i. omnino, & rationem exordiorum perspicuam. i. euidentem. Nunc. i. deinceps quod reliquū est. i. quod restat, qm̄ disputandum est de Inuentione rerū dabimus operam], vt videamus quæsisse. i. inquisisse, nihilominus industriæ. i. ingeniose, quam vtilitas res postulabit si dixerimus prius pauca de diuisione causarum.

DE DIVISIONE CAVSARVM.


AVSARVM diuisio in duas partes distributa est. Primum, perorata narratione, debemus aperire quid nobis conueniat cum aduersariis; si ea, quæ nobis vtilia erunt, conuenient, quid in controuersia relinquatur, hoc modo; Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis, iure fecerit, & licuerit ne facere, id est in controuersia. Item econtrario, Agamemnonem esse à Clytemnestra occisum confitentur: cum id ita sit, me vlcisci parentē negant oportuisse. Dein de cū hoc fecerimus, distributione vti debemus. Ea diuiditur in duas partes, enumerationem, & expositionem, Enumeratione utemur, cum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. Eam plus quàm trium partiū numero esse non oportet. Nam, & periculosum est, ne quando plus minus ue dicamus, & suspicionem afferat auditori meditationis, & artificij, quæ res fidem abrogat oratori. Expositio est, cum res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breuiter, & absolute. Nunc ad confirmationem transeamus.

DE CONFIRMATIONE ET CONFVTATIONE.


OTA spes vincendi, ratioq. persuadendi posita est in confirmatione, & confutatione. nam cum adiumēta nostra expoluerimus, contrariaq. dissoluerimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus. vtrunque igitur facere poterimus, si constitutionem causæ cognouerimus.

CAPIDVRVS.


AVSARVM diuisio in duas partes distributa est) Posteaqoam de narratione abunde supra dictum est, sequitur vt de partitione dicēdum sit si quidem recta habita in causa partitio, illustrem, & perspicuam totam efficit orationem. Eius autem partes, inquit, duæ sunt: Vna pars est, quæ quid cū aduersariis nobis conueniat, & quid in controuersia relinquatur, ostēdit, ex qua certum quiddam designat auditori, in quo animum debeat habere occupatum. In narratiooe igitur aperitur causa in partitiooe vero causa constituitur, vt, Quæstor Verres fuit legatus, prætor vrbanus, prætor Siciliensis. dū h. d. causam tm̄ aperit. at vero cū adiuogit, quare hæc erit quadripartita distributio totius accusatiooīs meæ, hoc est iam constituere cootrouersiam. Sed in duas, inquit, diuisio causarum partes distributā est vnam dicit esse, quę quid cū aduersariis conueniat, docet, & quid sit in controuersia. alteram, quæ distributiooem habet membrorum, quæ confirmanda confutandamue sunt. illa superior cum supposuerit species quid coouenit idipsum ad se inclinat quod pro se facit, si adoersarius cōfiteatur. vt pro M. T. C. fecit: Dica, inquit, vim factam à P. Fabu familia. hoc aduersariu oō negat. hoc pro ipso facit, cum aduersarii coofiteantur. Damoum datum esse M. Tullio, coocedis. iam voū vici. Subiungit alterū, Vi, hoībus armatis nō negas, & hoc vici. Post, qui io cootrouersia relinquatur, proponi. Dolo malo factū negas, de hoc futurum est iudicium. sed qm̄ non in omni oegocio ponitur qđ aduersarius fatearur vltima illa partitio adhibēda est, q̄ distributio oūcupatur, vbi totius causæ de quo cōtrouersia est, mēbra ponūtur. etsi ea mēbra in causa nō inueniat, ipse ingenio orator inuenit. & sibi ipse dicēda constituit, quę videt cam facere superiorē, & veris facta, q̄ verisimilia videantur cōmiscet. Aut nō mēbratim seçabit, sed qd sit vt sibi videbitur exponit, idq. argumentis oē cōꝓbabit, vnde, & coofirmatio partitione seqtur. Sed qm̄ prima pars exēplo explicata notissimo ipse eā loogius omittā interpretari. Verū qđ ait, secundā distributionē, si mēbratim feceris, eā plusquā triū partiū esse nō oportere, vt non periculū sit ne mēbrorum multitudinē nō memoria satis teneat, ac per hoc oē aut desit ex his aliquid, ac memoria elabat, aut sui oblitus, alia addat, ac oē in tā longa diuisione se artificio capi iudex metuat, & insidias effugiat oratoris: Quintil. displicuisse manifestū est, cū de partitione differēs, inqt rursus quidā, periculosum id oratori arbitrantur, duabus ex causis: Quod oonnunquā excidere soleant quæ promisimus, & si quæ in partiēdo pterimus, occurrere qđ quidem nemini accidet, nisi qui plane vel nullo fuerit ingenio, vel ad agēdum nihil cogitaτ præmeditatuq. detulerit, alioqui quę

tam

tam manifesta, & lucida ratio est, quam rectæ partitionis? Sequitur enim naturam ducem, adeo quoque ut memoriæ id maximum sit auxilium, via dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionem vetant ultra tres propositiones extendere, quæ sine dubio si nimium, si multiplex sit fugiet memoriam iudicis, & turbabit intentionem. Hæc alio tamen numero, veluti lege non est alliganda, cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis, propter quæ partitione non semper sit utendum. primo quia pleraque gratiora sunt, si inuenta subito, non domo allata, sed inter dicendum e re ipsa nata videantur. Vnde illa non inuenusta schemata, pene excidit mihi, & fugerat me, & recte admonet. [Expositio est, cum res de quibus dicturi sumus, exponimus breuiter, & absolute.] Nam omnis propositio quæ utiliter adhiberi velit, debet esse aperta, & lucida. Quid enim turpius est, quam id ipsum obscurum esse, quod in eo tum solum adhibetur usum, ne sint cetera obscura? Breuisque debet esse, hoc est, nullo superuacuo onerata verbo. Non enim quid dicamus, sed de quo dicturi sumus ostendimus. Obtinendum quoque, ne quid in ea desit, neque supersit. Superest autem sic fere, cum aut in species partimur, cum in genera partiri sit satis, aut genere posito, subiicitur species, & ipse alius præceptis Rhetoricis docet inquiens, quæ autem partitio rerum distributam continet expositionem, hæc habere debet breuitatem, absolutionem, paucitatem. Breuitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum. hæc in hoc genere ideo est, utilis quod rebus ipsis, & partibus causæ, non verbis neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est, per quam omnia quæ incidunt in causam genera de quibus dicendum est, amplectimur. In qua partitione videndum est, ne aut aliquod genus utile relinquatur, aut sero extra partitionem id, quod vitiosissimum aut turpissimum est inferatur. Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neque permixte cum partibus implicantur. Nam genus est, quod plures partes amplectitur, ut animal. pars est quæ subest generi, ut equus. Sed sæpe eadem res alii genus, alii pars est. nam hoc modo animalis pars est homo, Thebani aut Troiani genus. Hæc ideo diligentius inducitur præscriptio, ut aperte intellecta generali partitione, paucitas generum in partitione, seruari possit. Nam qui ita partitur. Ostendam propter cupiditatem, & audaciam, & auaritiam aduersariorum, omnia incommoda ad remp. peruenisse, is non intellexit, in partitione exposito genere partem se generis admiscuisse. nam genus est, omnium nimirum libidinum cupiditas. Eius autem generis sine dubio pars est auaritia. Hoc igitur vitandum est ne cuius genus posueris, eius secum aliquam diuersam ac dissimilem partem ponas in eadem partitione. Quod si idem in genus plures incident partes, id cum in prima causæ partitione erit simpliciter expositum, distribuetur tempore eo commodissime, cum ad ipsum ventum erit explicandum, in causæ dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatem, ne aut plura quam satis est demonstraturos nos esse dicamus hoc modo. Ostendam aduersarios quod arguimus, & potuisse facere, & voluisse, & fecisse, nam fecisse satis est ostendere. Aut cum in causa partitio nulla sit, & cum simplex quiddam agatur, tamen utamur distributione. atque perraro potest accidere. Ac sunt alia quoque partitionum præcepta, quæ ad hunc usum oratorium non tantopere pertineant, quæ versantur in philosophia, ex quibus hæc ipsa transtulimus. quæ conuenire videbantur, quorum nihil in ceteris artibus inueniebamus. Atque his de partitione præceptis in omni dictione meminisse oportebit. ut, & prima quæque pars exposita est in partitione sua, ordine transigatur. & omnibus explicatis perorata sit hoc modo, ut ne quid posterius præter conclusionem inferatur. partitur apud Terentium breuiter, & commode senex in Andria, quæ cognoscere libertum Velit: Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum cognosces, & quid facere in hac re te velim. Itaque quemadmodum in narratione proposuit, ita narrat primum gnati vitam. Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia. Deinde suum consilium, Et nunc id operam do. Deinde quid velit Sosiam facere. id quod extremum posuit in partitione, postremum dicit. Nunc tuum est officium: Quemadmodum igitur hic, & ad primam quamque partem primum accessit, & omnibus absolutis perorauit. Hæc in libro de Inuentione Cicero. Hic autem subiungit, quoniam in confirmatione confutationeque tota vincendi spes est, id procurare in primis oportet, quo, & confirmare nostra, & confutare aliena possimus. Quod si consequemur, nimirum munus oratorium conficiemus. Id autem efficere nequaquam speremus, nisi prius cognita causæ constitutione. De constitutione igitur prius dicendum, post quomodo confirmandum, confutandumque erit, docebitur.

PRimum perorata narratione) Sunt qui hoc ipsum non partem, sed figuram orationis esse contendant, quod, & alibi Cicero approbare videtur. [Cum dicemus numero) Id est aut breuiter, aut certo numero. ut Cicero pro S. Roscio. Tres sunt res, de quibus me arbitror dicere oportere. [Nam cum adiumenta) Alias, argumenta. LONG.

CAusarum) Ordo est. Diuisio causarum est distributa in duas partes. Primum narratione perorata, id est ad finem perducta debemus aperire quid conueniat nobis cum aduersariis, i. in quo consentimus, & quid relinquatur in controuersiis, id est dissensionibus. Si ea quæ erunt nobis utilia, conuenient utrique contendentium consentanea erunt, hoc modo. Conuenit mihi cum aduersariis matrem, s. Clitemnestram esse interfectam ab Oreste filio eius, sed supple. i. in controuersia, i. de eo contendimus, an fecerit Orestes iure, i. iuste propter vindictam patris a matre interfecti, & ne, id est an licuerit, s. Oresti facere. Non enim omnia quæ iure fierent unicuique facere licet, ut si auctoritatem non habeat. Item e contrario aduersarii accusatores Orestis confitentur Agamemnonem patrem Orestis esse occisum a Clitemnestra matre Orestis, tum id statuit, negant me, s. Orestem loquitur enim in eius persona, oportuisse ulcisci parentem, i. patrem actiue, & matrem passiue. Deinde cum fecerimus hoc, i. ostenderimus quid conueniat, & quid in controuersia sit, debemus uti distributione. Ea, s. distributio diuiditur in duas partes videlicet (sed id omittit) enumerationem, & dispositionem. [Enumeratione utemur) Prosequitur reliqua quæ ad diuisionem pertinent dicens. Nos utemur enumeratione cum dicemus numero, id est per numerum exprimentes, de quot rebus sumus dicturi, Non oportet, i. non est opportunum cum enumeratione continentur numero plusquam trium partium. Nam, & i. simul est periculosum ne quid dicamus plus uel pro uel minus. s. quam trium partium numero. Et pro ga affert auditori suspicionem meditationis, i. excogitationis præuiæ ad decipiendum excogitare, & artificii. s. dolosi, quæ res abrogat oratori fidem. i. facit. ut ei non credatur. Expositio est, cum. i. quomodo nos exponimus breuiter res de quibus rebus non sumus dicturi. Transeamus, nunc. i. deinceps ad confirmationem. i. dicamus de confirmatione. [Tota spes) Prosequitur narrationem de quarta, & quinta parte orationis oratoriæ, videlicet de confirmatione causæ nostræ, & de confutatione partis aduersæ dicens. Tota spes vincendi, & tota ratio persuadendi est posita, id est constituta in confirmatione, & in confutatione, Nam cum. i. ubi aut postquam nos exposuerimus adiumenta nostra. i. media probantia causam nostram, & dissoluerimus contraria. s. adiumenta, nimirum. i. haud dubie, fecerimus absolute. i. consummate, munus, id est officium oratorium. Igitur quia in eo tota spes vincendi est, nos poterimus facere utrumque si cognouerimus constitutionem causæ. A S C.

DE CAVSARVM CONSTITVTIONIBVS.

CAVSARVM constitutiones alii quatuor fecerunt, noster doctor Hermetes tres putauit esse, non ut de illorum quidquam detraheret inuentione, sed ut ostenderet, id, quod, oportuisset simpliciter, & singulari modo docere, illos distribuisse dupliciter, & bipertito. Constitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione coniuncta. Constitutiones itaque, ut diximus tres sunt, coniecturalis, legitima, iuridicialis. Coniecturalis est, cum de facto controuersia est, hoc modo: Aiax in silua, postquam resciuit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit, Vlisses interuenit, occisum conspicatur, e corpore telum cruentum educit. Teucer interuenit: cum fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis accersit. Hic, quoniam coniectura verum quæritur, de facto erit controuersia, & ex eo constitutio causæ coniecturalis nominatur. Legitima constitutio est, cum in scripto aut ex scriptis aliquid controuersiæ nascitur. Ea diuiditur in partes sex, scriptum,

& sententiã,contrarias leges,ambiguũ, definitionem,translationem,rõcinationem. Ex scripto, & sententia nascitur controuersia,cum vr̃ scriptoris voluntas cũ scripto ipso dissentire, hoc modo: Si lex sit,quæ iubeat eos, qui pp tẽpestatem nauim reliquerit,oĩa perdere; eorũ nauim cæteriq. esse, si nauis conseruata sit, qui remãserunt in naui.magnitudine tẽpestatis oẽs perteriti nauim reliquerunt,in scaphã cõscenderunt, præter unũ ægrotũ: is pp morbum exire,& fugere non potuit.casu,& fortuna nauis in portũ incolumis delata est. illam ægrotus, possidet, nauim petit ille, cuius fuerat. Hæc cõstitutio legitima est ex scripto,& sentẽtia. Ex contrariis legibus cõtrouersia constat, cũ alia lex iubet aut permittit, alia vetat quippiam fieri, hoc modo.Lex vetat eũ,qui de pecuniis repetundis dãnatus sit in cõcione orationẽ hr̃e. Altera lex iubet augurẽ,in demortui locũ q petat, in cõcione nominare.Augur quidã dãnatus de pecuniis repetundis,in demortui locũ qui petat, nominauit: petitur ab eo multa. Constitutio hæc est legitima ex cõtrariis legibus. Ex ambiguo cõtrouersia nascit, cũ scriptũ duas aut plures res significat,hoc modo: Paterfamilias cũ filiũ heredẽ faceret, testõ vãsa argenta vxori legauit. Tullius heres meus Terentiæ vxori meæ 30. pondo vasorũ argenteorum dato quæ valet. Post mortẽ eius, vasa pretiosa,& cælata magnifice illa petit. Tullius se, quæ velit ipse,30. põdo ei debere dicit. Cõstitutio est legitima ex ambiguo. Ex definitione cõstat cã,cũ in cõtrouersia est,quo noĩe factũ appellet. ea est hmõi: Cum L. Saturninus legẽ frumẽtariã de semissibus, & trientibus laturus esset,Q.Cæpio,qui p id tpis Quæstor vrbanus erat,docuit senatũ, ærarium pati nõ posse largitionẽ tantã,senatus decreuit,si eã legem ad populum ferat, aduersus remp. videri eũ facere. Saturnius ferre cœpit. collegæ intercedere. ille nihilo minus cistellã detulit. Cæpio,vt illum cõtra S.C.intercedẽtibus collegis.aduersus remp. vidit ferre.cũ viris bonis impetũ facit, pontes disturbat,cistas deiicit, impedimẽto est quo secius feratur lex:accersitur Cæpio maiestatis.Constitutio est legitima ex definitione. Vocabulũ.n.definitur ipsum,eũ quærit, qd sit minuere maiestate. Ex trãslatione cõtrouersia nascitur, cũ aut tps differendũ,aut accusatorẽ mutandũ; aut iudices cõmutandos reus dicit. Hac parte cõstitutionis Græci in iudiciis, nos in iure ciuili plerũq; vtimur. In hac parte nos iuris ciuilis sciẽtia iuuabit. In iudiciis tñ nõ nihil ea vtimur, vt hoc modo: Si quis peculatus accusat,q̃ vasa argẽtea publica de loco priuato dicat sustulisse; possit dicere, cũ definitione sit vsus, quid sit furtũ, quid peculatus; secũ furti agi,nõ peculatus oportere. Hæc partitio legitimæ cõstitutionis his de causis raro venit in iudiciũ, q in priuata actione ꝑtoriæ exceptiones fiũt,& cã cadit is,qui nõ,quemadmodũ oportet, egerit; & in publicis q̃õnibus cauet legibus, vt ante, si reo cõmodũ sit,iudiciũ de accusatore fiat, vtrũ illi liceat accusare nec ne. Ex rõcinatione controuersia constat,cũ res sine propria lege vanit in iudiciũ, quæ tñ ab aliis legib. similitudinẽ quandã aucupat. Ea est hmõi,Lex est,Si furiosus eaistet,agnatorũ gentiliũq. in eo,pecuniaq. eius ptãs esto. Et lex:Qui parentẽ necasse iudicatus erit, is obuolutus;& obligatus culeo deijciat in profluentẽ. Et Lex:Paterfamilias vti sup familia, pecunia ue sua legauerit,ita ius esto. Et Lex:Si pr̃familias intestato moritur,familia pecuniaq. eius agnatorũ gentiliũq. esto. Malleolus iudicatus est mr̃em necasse, ei dãnato statim folliculo lupino os obuolutũ est,& soleæ ligneæ pedibus inductæ sunt,& in carcerẽ ductus est. Qui defendebãt eũ,tabulas in carcerẽ afferunt,testõ ipso p̃sente cõscribunt,testes rite affuerunt,de illo suppliciũ paulo post sumitur. Ii, qui heredes erãt,testõ hereditatẽ adeũt. Frater minor Malleoli, qui eũ oppugnauerat in eius piculo,suã vocat hereditatẽ lege agnationis. Hic certa lex in rẽ nulla affertur,& tñ multæ afferũtur,ẽ quib. rõcinatio nascitur,quare potuerit, aut nõ potuerit iure testm̃ facere. Cõstitutio legitima est ex rõcinatione. Cuiusmodi partes essent legitimæ cõstitutionis,ostẽdimus: nũc de iuridiciali cõstitutione dicamus. Iuridicialis cõstitutio est,cũ factũ cõuenit,sed,iure an iniuria factũ sit,quæritur. Eius cõstitutionis partes sunt duæ,quarũ vna absoluta,altera assũptiua noĩatur. Absoluta est, cũ id ipsum, quod factũ est, vt aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est hmõi. Mimus quidam nominatim Acceium poetam cõpellauit in scena: cũ eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit,nisi licere nominari eũ, cuius noĩe scripta dentur agẽda. Assumptiua pars est,cũ per se defensio infirma est,sed assumpta extranea re cõprobatur. Assumptiuæ partes sunt quatuor, cõcessio remotio criminis, trãslatio criminis, cõparatio. Cõcessio est cũ reus postulat sibi ignosci. Ea diuiditur in purgationẽ,& deprecationẽ. Purgatio est, cũ cõsulto se negat reus fecisse. Ea diuidit in fortunã, imprudẽtiã, necessitatẽ. Fortunã, ut Cæpio ad Tribunos pl. de amissione exercitus. Imprudẽtiã, vt ille qui de eo seruo, qui dñm occiderat, supplicium sumpsit, cui frater esset, anteq̃ tabulas testamenti aperuerit, cũ is seruus manumissus testõ esset. Necessitudinẽ, vt ille qui ad diẽ cõmeatus nõ venit, q eũ aquæ interclusissent. Deprecatio est, cũ,& peccasse, & consulto fecisse confitetur & tñ postulat vt sui misereant. Hoc in iudicio non ferẽ põt vsu venire, nisi qñ pro eo dicimus; cuius multa recte facta cõstant. hoc modo in loco cõi p amplificationẽ intieiemus: Quòd si hoc fecisset, tñ ei pro pristinis beneficiis ignosci cõueniret: verũ nihil postulat ignosci. Ergo in iudiciũ non venit: at in senatũ, aut ante Imperatorẽ, & in consiliũ talis causa põt uenire. Ex translatione criminis cã constat, cũ fecisse nos non negamus. sed aliorũ peccatis coactos fecisse dicimus: vt Orestes, cũ se defendit, in mr̃em cõfert crimẽ. Ex remotione criminis causa cõstat, cũ à nobis nõ crimen, sed culpam ipsam amouemus, & vel in hominẽ trãsferimus, vel in rẽ q̃piam cõferimus, in hoiem transfertur. vt si accusetur is, qui P. Sulpitiũ se fateatur occidisse, & id iussu Consulũ defendat. & eos dicat nõ modo impetrasse, sed rõnem quoq; ostendisse quare id facere liceret. In rem confertur, vt, si quis, ea testõ quod facere iussus sit, ex plebiscito vetetur,

Ex comparatione criminis causa constat, cũ dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & id, qđ fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa hmōi est. C. Pompilius, cum à Gallis obsideretur, neq; effugere vllo modo posset, venit cũ hostium ducibus in collocutionem: ita discessit, vt impediméta relinqueret, exercitum educeret: satius esse duxit amittere impedimenta, q̃ exercitum: exercitum eduxit impedimenta reliquit: accersitur maiestatis. Quæ constitutiones, & quæ cõstitutionum partes sint satis videor ostendisse. nũc, quo modo eas, & qua via tractari conueniat, demonstrãdum est, si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò rõ oĩs totius orationis conferat. Constitutione igitur reperta, statim quærẽda est rõ. Ratio est, quæ causam facit, & continet defensionẽ, hoc modo: (vt docendi causa in hac potissimũ causa consistamus) Orestes cũ fatetur se occidisse matrẽ, nisi attulerit facti rõnem, peruertit defensionẽ: ergo affert eã, quæ nisi intercederet, ne causa quidẽ esset. Illa. n. inquit, patrẽ meum occiderat: Ergo, vt ostẽdi, rõ ea est, quæ cõtinet defensionẽ, sine qua ne parua quidem dubitatio põt remorari dãnationẽ. Inuenta rõne, firmamentũ quærendum est. i. qđ continet accusationẽ, quod affertur cõtra rõnem defensionis de qua ante dictũ est. Id cõstituetur hoc modo: Cũ vsus fuerit Orestes rõne hoc pacto, Iure occidi, illa. n. patrẽ meũ occiderat: vtetur accusator firmamẽto, hoc modo, Sed nõ abs te tñ occidi, neq; indamnatũ pœnas pẽdere oportuit. Ex rõne defensionis, & ex firmamẽto accusationis iudicij qõ nascatur oportet, q̃ nos iudicationẽ, Græci κρινόμενον appellant. Ea constituitur ex cõiunctione firmamẽti, & rõnis defensione hoc modo, Cũ dicat Orestes, se patris vlciscendi causa matrẽ occidisse, rectũ ne fuerit, à filio sine iudicio Clytemnestrã occidi. Ergo hac rõne iudicationẽ inueniri cõuenit. Inuenta iudicatione, omnẽ rationẽ totius orationis eò cõferri oportebit. In oĩbus constitutionibus, & partibus cõstitutionum hac via iudicationes reperientur, præterquã in cõiecturali cõstitutione. in ea. n. nec ratio quæritur, quare fecerit; fecisse. n. negatur: nec firmamentũ exquiritur, quoniã non subest ratio. quare ex intẽtione, & inficiatione iudicatio cõstituitur, hoc modo. Intẽtio, Occidisti Aiacem. Inficiatio, Nõ occidi. Iudicatio, Occiderit ne. Ratio omnis vtriusq; orationis, vt ante dictũ est, ad hãc iudicationẽ conferẽda est. Si plures erunt cõstitutiones, aut partes constitutionũ, iudicationes quoq; plures erũt in vna causa, sed oẽs simili rõnes reperiẽtur. Sedulo dedimus operã, vt breuiter, & dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. nunc, qm̃ satis huius voluminis magnitudo creuit, cõmodius est in altero libro de ceteris rebus deinceps exponere, ne qua pp multitudinẽ literarũ possit animũ tuũ defatigatio retardare. sed si quidẽ hæc tardius, q̃ studes, absoluẽtur, cũ rerũ magnitudini, tũ nostris quoq; occupationibus assignare debebis. veruntamẽ maturabimus, &, qđ negocio diminutũ fuerit exæquabimus ĩdustria; vt ꝑ tuo in nos officio, & nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuæ largiamus volũtati.

CAPIDVRVS.



AVSARVM constitutiones. alii quatuor fecerunt) Quam Cicer. constitutionem vocat, id quidem statum vocant, alii quæstionem, alii qđ ex quæstione appareat Theodorus caput. i. κεφάλαιον γενικώτατον ad quod referuntur omnia. quorum verborum eadem prope est mens, nec discentium interest quibus quodque nominibus appellatur. dum res manifesta sit. Fuerunt igitur qui duas facerent constitutiones, sicut Archidemus, coniecturalem, & finitiuum, exclusa qualitate. fuit, & alia huic diuersa sentententia, eorum, qui duos quidem status esse voluerunt: sed vnum inficialem, alterum iuridicialẽ. Inficialis est, quem dicimus coniecturalem, cui ab inficiando nomen alii in totum dederunt, alii in partem, qui accusatorẽ coniectura rerum inficiatione vt putauerunt. Iuridicialis est, qui Græce dicitur δικαιολογικός. Itaque quemadmodum ab Archidemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio est, qui eam iuridiciali subiecerunt. Quærendum enim inde, iustum sit nec ne, quid autem sit, non magni pendendum existimant: In qua opinione Pamphilius fuit. proinde qualitatem, hoc est iuridicialem, in plures partes partiti sunt. Plurimi autẽ status diuiserunt in rem de qua constet, & in rem de qua non cõstet. Idque verum est, nec aliter fieri potest, quam vt aut certum sit factum esse, aut non sit, si non est certum, vt reliquæ sint constitutiones. Sed quoniam longissimum esset cunctorum afferre opinionem, si quidẽ, & variæ aliis interpretati sunt, & nominibus alii discrepantes, alii addentes vsque ad summam constitutionum produxerunt, de partitione constitutionum hactenus dictum sit. Quidam in idem pene tãdem recidunt. Quin & ipse Ciceronis sibiipsi hoc pacto etiam diffidet, cum aliis in locis, tum in aliis præceptis Rhetoricis inquiens. Omnis res, quæ habet in se positam indictione aut disceptatione aliquã controuersiam, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis continet quæstionem Facti aut coniectura: nominis, vt finis, generis, vt qualitas, actionis, vt præscriptio. Hic autem eadẽ tres esse magis placuit. sed vt antea diximus, diuersos scentus auctores; varia sentire plerunque visus est. Hic igitur ait, Hermien doctorem suum ita constituisse tres, vt nihil tamen detraher ex eis quas alii plures constituissent. Sed ut ostenderet id, quod oportuisset simpliciter, ac singulari modo hoc est, vnica tantum appellatione complectendum, illos distribuisse dupliciter, & bipartito quod cum vnam coniecturalem & finitiuã satius fuerit appellare, diuiserint ita vt singulas per se posuetunt idem, vt Cicero dicit, Cornelius Celsus fecit, nisi quod duos fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subiecit finitionem quia quæratur, an sit sacrilegus, qui è templo pecuniã se sustulisse negat, priuatam confiteatur. Qualitatem deinde in rem, & scriptum diuisit. [Constitutio est prima deprecatio defensoris, & accusatoris, insimulatione coniuncta) Aliqui cõstitutionem ita definierũt, vt dicerent primam eius cum quo agerent depulsionem, cui rei præcipue repugnat Cornelius Celsus, dicens, non dipulsione sumi, sed ab eo qui propositionem suam cõfirmet, vt si hominem occisum reus negat, status ab accusatore nascatur. Hermagoras statum uocat, per quem subiecto res intelligatur, & ad quem probationes etiam partiũ referantur. Quintilianus vero. Nostra, inquit, opinio semper hæc fuit, cum essent frequenter in causa diuersi quæstionum status, in eo credere statum causæ, quod esset in ea potentissimum, & in quo maxime res versaretur. Id si quis generalem quæstionem vel caput generale dicere malit, cũ hoc mihi non erit pugna, non magis, quam si aliud adhuc quo idẽ intelligatur, eius rei nomen inuenit. Cicero autem multum à se differt. Etenim in aliis præceptis Rhetoricis, constitutio, inquit, est prima conflictio causarum, ex depulsione intensionis profecto, hoc modo. Fecisti, non feci, aut iure feci. Hic autem, quod ex accusatione depulsioneq; nascitur, constitutionem dici voluit. Inquit enim, constitutio est prima deprecatio defensoris, & accusatoris, in simulatione coniuncta. [Deprecatio) Id est refutatio. deprecor enim refuto significat, quidquid dicat Gellius Virgilius, Equidem merui, nec deprecor inquit Lucanus.

Non deprecor hosti.
Seruari, dum me seruet ceruice recisa. Statius.
Nec deprecor vmbram
Accipere. Ouid. in Fast.
Ille metu pauidus, mortem non deprecor, inquit,
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.

Est ergo sensus, constitutio est, quod primum à se defensor depellit, coniunctum cum accusatoris criminatione. Cõiecturalis constitutio. Et hæc in omnia potest tempora distribui, siue ad animum, siue ad rẽ pertineant: vt in Cõmentario Topicorum Ciceronis diuisse nos meminimus. Nam vt de re nunc dicamus, cum ad oratorẽ maxime pertineat, quid factũ sit potest quæri, hoc modo, Occiderit ne Aiacem Vlysses. & quid faciat, hoc modo: Bono ne animo, sint erga nos Veneti, & quid futurum sit, hoc modo. Si prouocatum vniuersam Italia ad arma Parthum reliquerimus incolumen, nunquid sit incõmodi ad rem Christianam peruenturum? [Capitis arcessit) Inueni etiã accessit, sine r. sed interest, quia accessare euocare intelligitur: arcessere antẽ propne accusare significat, & ab eo arceo nascitur. etenim alium accusare, a maleficiis arcere est. & cũ r, an te s, accerso accersi, inquit Donatus, dicitur. Arcessit igitur capitis, accusat. & quoniam se Vlysses nec asse, inficias it. coniecturis id ab eo factum nitemur cũprobare, vt quod diffitetur, fateri compellatur. [Legitima cõstitutio est, cũ de scripto, aut ex scriptis aliquid controuersiæ nascitur) Quã Cicero hic legitimam vocat constitutionem, eius genera quę separata sunt à constitutionibus, quinque sunt. Nam cum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tũ inter se due leges aut plures discrepare, tum id, quod scriptum est duas aut plures res significare. tum ex eo quod scriptum est, aliud quoq; quod non scriptum est inueniri, tum verbi quasi in definitiua cõstitutione in quo posita sit quæri. Quare primum genus de scripto, & sententia, sm ex contrariis positum sit quæ in legibus. tertium ambiguum, quartum ratiocinatiuum, quintum definitiuum nominamus. In Topicis autem nouos appellat status, & legitimas disceptationes, his verbis. Sed quoniam lege firmius in controuersiis disceptandis esse nihil debet, danda est opera, vt legem adiutricem, & testem adhibeamus. In qua re alii quasi status existunt noui, quæ appellãtur legitimæ disceptationes. Tu enim defendetur, non id legẽ dicere quod aduersarius velit, sed aliud. Id autem contingit, si scriptum ambiguũ est, aut duæ sententiæ differentes accipi possunt. tũ opponitur scripto voluntas scriptoris, vt quæratur verba ne plus an sententia valere debeant, tum legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera, quæ controuersiam in omni scripto facere possunt, ambiguum discrepantia scripti, & voluntatis, scriptura contraria. Hic autem ex tribus quas fecit constitutionibus hanc vocat legitimam. Sed iam id agamus, vt ostendamus Ciceronem sibi non esse contrarium. Primum sciamus, quadripartitam omnibus in causis esse rationem, quam primum debeat intueri qui acturus est. Longe fortissimam tuẽdi se rationem esse oportet, si negari potest quod commissum dicitur, vnde cõiecturalis nascitur status. Proximum est, si non id, quod obiicitur factum esse dicitur, quod quia diffinitione explicatur, diffinitiuus status nominatur. Sed ex iis duobus vnum hic ad Herennium statum facit quem coniecturalem vocat. Tertium genus est, quo recte factum defenditur. Id quoniam quale sit quæritur, qualis nominatur, vel generalis constitutio, quia de genere, hoc est qualitate controuersia est, eandem iuridicialem appellat, quod iure ne factum an iniuria, in controuersia positum sit. His si deficiamus, vltima quidem, sed iam sola superest salus, aliquo iuris adiumento a crimine elabendi, vt ab aliquo loco adminicula petere possimus. Hac de causa legitimam, quod legibus roboretur, constitutionem Cicero nominauit. Deinde intelligendum ex his illud etiam est, hos quatuor status in duo genera descendere, rationale, & legale. Rationale est, quod ipsius tantum naturæ contemplatione constat. legalium plures sunt species, propterea quod multę sunt leges, & varias habẽt formas. Licet enim tres species diximus, coniecturalem, finitiuam, & generalem, rationale genus conficere, tamen quoniam in naturæ contemplatione, & vi atque ingenio actoris sunt, vnum genus possunt appellari. Quæ autem in legum forma quæruntur, quoniam inter se diuersa sunt, plures vidẽtur habere formas. i. quod Cicero nouos status cõficere dixit, qđ extrinsecus ab Oratore ad causam adhibeãtur, nec ita sibi hereãt inter se, sicut superiores status. Rursum cum hæc velut simulacra ex illis tribus nascantur, aliquando simplicia, aliquando cum illis mixta esse videri voluit. nam scriptum, & voluntas, si recte pẽsitemus, sine dubio aut qualitate, aut coniectura contineri videbitur, & ratiocinationẽ qualitatis esse maxime inueniemus, legis contrariæ iisdem quibus scriptum, & voluntas est, vt liquido infra apparebit, cum hæc tractabimus. Amphibologia, autem, siue ambiguum malis dicere, semper coniectura explicatur. Finitio quoque vtrique generi quodq. rerum quodque scripti contemplatione constat, cõmunis est. Hæc omnia etsi in illos tres status veniunt, tñ quia vt dixit, habent aliquid velut proprium, discentibus demonstranda fuere, & permittendum ea dicere vel status legales, uel quæstiones, vel capita quędam minora, vel legitimas constitutiones, dum fateamur nihil ne in his quidem præter tria, quæ diximus quæri. Quando ergo expositum, vt opinor est, quid sit quod Cicero modo status hos per se ponit, modo status non esse, sed quæstiones quę ad status referantur scribat, ad ipsius verba interpretanda iam redeo. Inquit aũt legitima est constitutio, cum de scripto, hoc est, de eo aliquid quæritur, aut ex scripto cum ex eo quid eliciendum sit inuestigatur. in altera verba interpretamur, in altera non verba tantum, sed. & rationem quid intelligẽdum eius quod in quæstionem positum est. [Ea diuiditur in sex partes, scriptum & sententiam, contrarias leges, ambiguum, diffinitionem translationem, ratiocinationem) Hic translationem legitimæ constitutioni speciem subiicit, quam in Rhetoricis præceptis de inuentione actioni subiecit, inquiens: In quarta constitutione quam translatiuam nominamus, eius constitutionis controuersia, cum aut quẽ, aut qui cum, aut quo modo, aut apud quos, aut quo in re agere oporteat quæritur: aut omnino aliquid de commutatione, aut infirmatione actionis agitur. Huius constitutionis Hermagoras inuentor esse existimatur, non quod non vsi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animaduerterint artis scriptores eam superiores nec retulerit in numerum constitutionum. Post autem ab hoc inuentam multi reprehenderunt quos non tam imprudentia falli putamus res, enim perspicua est. quam inuidia, atque obtrectatione quadam impediri. Ante enim dixerat: Omnis res quæ habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquam controuersiam, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis cõtinet quæstionem. Deinde paulo post subiunxerat. Aut cũ causa ex eo pendet quod non aut is agere videtur quem oportet, aut non cum eo cum quo oportet, aut non apud quos, quo tẽpore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet. Translatiua dicitur constitutio: quod actio translationis, & commutationis indigere videtur. Manifestum igitur est, vt actionis constitutionem translationem appellari illic voluerit, cum transfertur crimen, cum aut pro alio nos accusari ostendimus quam debuerimus: aut non apud hos, sed illos: nec hac lege, sed illa, nõ hoc crimine, sed illo, non hac pœna, sed illa. quæ posterius ipse tractauit, & exemplo illustrauit. Manifestum vero fuit ex superioribus verbis Ciceronis, quæ retulimus. legitimas quæstiones, siue statu, libet appellare, quinque duntaxat ab eo numerari, non sex, vt hic. Sed Hermagoram secutus illic, translatiuã actioni subiecit constitutionem, quam inter legitimas hic constitutiones collocauit. Sed in his libris Ciceronis iudicium, in aliquibus non magnipendendum magnopere est. Sunt enim re gesta in nos commentarios, quæ adolescens olim didicerat, & si quæ in his culpa est, tradentis fuit. Nam his præclaros Oratore libros substituit, & Oratorem ad Brutum, & partitiones ad filium, ad Trebatium autem Topica, quibus iam senex iuueniles correxit errores. sicut, & alios libros, quosdam iam editos, alii postea scriptis damnare non dubitauit, velut etiam Hippocrates medicinæ clarissimus auctor honestissime fecisse videtur, cum quosdam errores suos, ne posteri errarent, confessus est, quandoquidem superuacuus in studiis fuisset labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis. Sed de hac re iam satis. [Ex scripto, & senẽtia controuersia nascitur, cum videtur scriptoris voluntas cum scripto dissentire) Lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit. Litem habet aut propter seipsam, aut propter altera quæstionem, aut in scripto, aut in voluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum, quod de legibus, idem Cicero in Topicis vult intelligi, de testamentis, pacti stipulationibus, & omni denique scripto, idem de voce intelligendum est. Cum igitur de scripto, & voluntate quæstio est, id tum accidit, cum est in lege aliqua obscuritas, in ea aut vterque suam interpretationem confirmat, aut aduersariis subuertit vt lex est, qui fur sit quadruplum soluat, duo surripuerunt pariter decẽ milia, petuntur ab vtroque quadragena, illi satis esse ducunt, vt vicena conferant. Nam, & actor dicit hoc esse quadruplum, quod lex velit, & ipse petant. contra reus, hoc quod offerant. Infinita huiusmodi exempla esse possunt. Sed quoniam posterius hæc genera Cicero longius tractat, hic satis sit, quo pacto, & scriptum, & sententia aliquando sibi occurrant, commonstrasse, quando, & Cicero ipse claro satis hoc illustrauit exemplo. Inquit enim, si sit lex quæ iubeat eos qui propter

tempe-

tempestatem nauim reliquerũt omnia perdere, eorum nauiũ ceteraque esse, si nauis conseruata, qui remansnerunt in naui. Hoc dictat iubetq. lex.] Magnitudine tempestatis omnes &c. Scaphæ sunt naviculæ, quæ maiores naues consequuntur, à σκάπτω fodio dictæ. hinc etiã scaphæ dictæ, quod parum de fossæ, exiguique fundi sint.]Præter vnum ægrotum) Cum aliis in scapha. [Casu, & fortuna)Est autem tam Aristotelico quam Platonico dogmate casus diffinitur, vt quæ rebus vel vita carentibus, vel sine ratione viuentibus animalibus accidunt, non ex natura vel arte, ea omnia casu facta dicantur. Itẽ quæ hominibus accidunt, vel fauentia negociis eorum, vel aduersantia, fortuita, & ex fortunę arbitrio putentur. Quod ergo nauis in portum incolumis tempestate deuecta sit, casu factũ est. quod ægrotus incolumitatem consecutus, quod minime opinabatur, fortuna est, etenim fautricem fortunam consecutus est. Non enim hic exigit locus, vt de casu fortunaque plura dicamus difficilis enim, & paulo longior est de hac re quæstio, sed consulto in aliud tempus tractandum dimittimus. [Illam ægrotus possidet)Legem quę id dicat, obiiciens. Aduersarius vero non verba legis, sed sensum esse attendendum contradicit, & quoniam id casu fortunaque factum est, multa ex casu fortunaque argumentabitur. & exemplis vim, & sensum legis extorquebit. Quæ ad casum fortunam quæ argumenta pertineant, in commentatu super Topicis Ciceronis à nobis abunde dicta sunt. Hæc, inquit Cicero, lex, scripti, & sententiæ cõstitutio nominabatur, quod ex scripto sententiaq. quæstio oriatur. Ex contrariis legibus controuersia)Postea quam scripti, & voluntatis constitutionem aperuit proximum fuit, vt de legibus diceret contrariis. cum igitur lex lege obsistit, & vtrinque contra scriptum dicitur, quæstio de voluntate est. Excutienda ergo scribentis est voluntas. manifestum si quidem omnibus videri debet, legem legi nunquam esse contrariam, iure ipso qa si diuersum iussissent, altero alterum abrogaretur. sed eas casu collidit, & euentu, velut in Cicero. exemplo, inquit autem, lex vetat eum qui de pecuniis repetundis damnatus sit, in concionem orationem habere. Repetundarum damnabitur pecuniarum, qui rationem sui magistratus reddere non poterat iustã, quod multa ex subditis iniuste extorsisset. Concio, quasi conuocatio dicta. quam δημηγορίαν Græci vocant, itaque vt Verrius Flaccus existimauit significat. Nam sicut senatum, & homines, & locum, & deliberationem ipsam dici voluit, ita, & locum, suggestumque vnde verba fierent, & homines, & oratoris actionem omnem, concionem voluit nominari. Hoc ergo dicit: Vetat lex, ne qui pecuniarum repetundarum damnatus sit, in concione orationem habeat, altera lex est quæ iubet, aut permittit augurem nominare eum in concione, qui mortui auguris locum sibi deposcat. augur itaque de pecuniis repetũdis iam damnatus in concione, eum qui auguris locum poscebat, mortuo eum esse sufficiendum oratione dixit, nominauitque qui nam is esset. petitur ab eo mulcta, cum orationem habere non debuerit. Mulcta, inquit Varro, à pecunia, quę à magistratu petebatur, dicta vt exigi posset ob peccatum a singulis. dicitur nomen habuisse quod mulctam olim vnum dicebant, sc hæ mulctæ mulctarum. Petitur ergo mulcta, petitur pecunia, vt hæc ei pœna irrogetur, vnde, & mulcto verbum, hæc cõstitutio est contrarius legibus nominatur. [Ex ambiguo controuersia nascitur, cum scriptum duas aut plures sententias significat) Quod Cicero ambiguũ Gręci amphibologiam nominant. Sed cum pluribus modis amphibologia intelligatur, id nunc dicere, supersedebimus, quando in secundo libro, vt id exponamus, locus videtur efflagitare. Exemplum autem ambigui scripti huiusmodi est. Terentiæ vxori meæ triginta pondo. id est triginta libras, & tantum pluraliter afferuntur. Vnum enim pondo non dici, sciamus, sed in libram afferri, si singulariter velimus enumerari. duo autem, & tria pondo, & deinceps obseruabimus, nec me fugit. Duapondo. & trepondo dicendum esse, placuisse Quintiliano, inquit enim Duapondo, & trepondo, ad nostram vsque ætatem ab omnibus: dictũ est, & recte dicit Messala confirmat. Est ergo amphibolon, vbi ait, Tullius heres meus Terentiæ vxori meæ triginta pondo vasorum argẽteorum dato, quæ volet. Dubium enim est an intelligendum, quæ ipse heres, an quam vxor volet. & quoniam id in controuersiam venit, quæriturque vtrius potior sit sententia, constitutio nascitur quæ ex ambiguo nominatur, [Ex definitione causa constat cum inde controuersio est, &c.)Definitionum duo sunt genera, vnum quod disputationis, & cognitionis tantum causa sumitur, alterum, quod litigationis & actionis gratia comparatur. Enumerarem hic multo definiendi modos, nisi in Comment. super Topicis Cicero. recensuissemus, etsi multum ad oratorem attinerent, & si non superflua audientibus videri possent, quę cum parui momenti, & in cauillationibus esse posita videam, siue ad verba obscura sensu in teriore interpretanda attineãt, vt quid sit anima, siue extrinsecus, quod à consuetudine remota sint, vt quis susque deque significet: siue dubia, cum plures habeãt significationes, quid potissimum significent, vt canis, siue controuersiam possint efficere, vt quid sit Pœnus, & quid littus esse dicatur. & huiusmodi alia, dicere prætermittam quando quidem ad oratoris causas cognoscendas tractandas ve nihil attinent. [Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus. &c.)L. Apuleius Saturninus tribunus plebis, cum Mario Consul fuit seditiosus. vt autem gratiam Marianorum militum sibi compararet, legem tulit, vt veteranis centena agri iugera in Africa diuiderentur, intercedentem Bebium collegam facta per populum lapidatione sum mouit: Glauciæ prætori, quod is eo die quo ipse concionem habebat, ius dicendo partem populi auocasset, sellam conscidit, vt magis popularis videretur Saturninus. rursum M. Mummio competitore interfecto, tribunus plebis refectus aurum, incertum dolo ac scelere Cepionis partum, ad emptionẽ agrorum conuertit, aqua, & igni interdixit ei qui in leges suas non iurasset. Huic legi nobiles multi abrogantes. cum cõuenisse, clamauit: Iam. inquid, nisi quiescitis grandinabit. Metellus Numidicus exulare quam iurare maluit, Saturnius tertio trib. pleb. refectus, vt satellitem suum Glauciam prætorem, Mummium competitorem eius in campo Martio necandum curauit, hominem integrum, ibique ab aliis Imperator, ab aliis Rex appellatus est. Marius senatusconsulto amatus, ne quid respublica detrimenti caperet, Saturninum, & Glauciam in Capitolium persecutus obsedit, maximoque questo affractis foribus in deditionem accepit. Nec deditis fides seruata est. Glaucia trucidatus est, Dolabella Saturnini fratre per forum olitorium fugiens est interfectus. Apuleius cum in curiam fugisset lapidibus, & tegulis desuper infulis obrutus interiit. caput eius Rabirius quidam senator per conuiuia in ludibrium circumtulit: Hæc de L. Saturnino Plin. & multi alii scribunt, verũ Cicero, hoc dicit, cum L. Saturninus legem frumentariam de semessibus, & trientibus laturus esset. Quod ita intelligendum arbitror, cum legem in populu laturus esset de frumento nouis coloniis, quas in Sicilia, Achaia, & Macedonia fecerat, tradendo, vt aliis semisses, alii trientes ex Romano Populo exoluerunt. Nisi velimus, fuisse edictum per legem, vt ex sensibus singulis singulos trientes exoluerent. quod nisi ita intelligatur, mihi quid sibi voluerit nõ liquet. Sed an voluerit hoc vel aliud, mihi non multum allaborandum est. modo quid hoc exemplo voluerit intelligam. Cœpio inquit Cicero qui per id tempus quæstor vrbanus erat, mouit senatum, vt Populus Romanus tanta elargiri haudquaquam posset. Senatus decreuit, si eam legem promulgaret, vt contra Rempublicam egisse videretur, ac pro hoc lueret pœnas. Cum igitur legem ferre Apuleius cœpisset, collegis non assentientibus, & ille tamen cistellam cum legibus in campum Martium deferret, Cœpio videñ nec illi collegas assentiri, & contra rempub. rem aggredi facinorosam, cum bonis viris impetum faciens medios disturbat pontes, ne in campum iret Martium, qui pontibus muniebatur. & arcis custos abiicit, impedimento est, quo lex ad populum non proferatur: accusatur læsæ maiestatis Cæpio, an læserit quæritur. diffiniendum enim est, quid sit maiestatem minuere. Constitutio igitur diffinitiua nominabitur, Semissibus. à semis. & as, Fuit autem ab libera à veteribus appellata, & tota constitit ex asse hereditas. As quoque numisma. Iuuenal, Vno partem colit asse Mineruam. Et erit nominatiuus semissis, vt decussis tressis, centussis. [Ex trientibus) Triena quatuor vnciæ dicuntur: Triens, calix. Persius: Callidumque trientem. Excutit è manibus. Triens, nummus, Iuuenalis. Non habet quem porrigat ore trientem. Hic semisses, & trientes nummorum species accipiendæ. [Cœpio per id tempus quæstor vrbanus erat)Quæstores, inquit Varro a quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia quæ triumuiri capitales nunc conquirunt, ab his qui postea quæstionum iudicia exercent, quæstores dicti [Docuit senatum ærarium non posse pati largitionem tantam) Aerariũ à fisco ita distinguitur, vt Pædianus inquit, vt pro censu priuato ærarium dicatur. quod, & Cicero. ad Augustum ostendit, cum inquit, publicam dilapidabat pecuniam ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat ciuitates, pro sacculo ipsi adiicit fiscus. vnde fiscus pecunia publica, & confiscare dici

solet. Hoc ergo dicit, cum Apuleius Saturninus ex populi priuata pecunia erogari hanc vellet pecuniam, & per quæstorem id fieri oporteret, quæstor Cæpio docuit senatum, vt Romanus Pont. tantam non posset pati largionem. [Saturninus ferre) Propter tribunitiam, quam consecutus fuerat, potestatem, quæ ad defensionem plebis in secessione Crustumeriam adhibita est. [Cistellam deferre) In qua leges seruabantur. [Quo secius) Quo minus, vt num. [Accessitur maiestatis læsæ) Maiestatis accusatur, quandoquidem vt quæstor tribuno plebis, vt potè summo magistratui obtēperare debuit. sed cū pro tutela Reipub. id effecisse, sed defendat, minuisse maiestatē non videtur. Diffinitione ergo opus est, vt quid nam sit minuere maiestatem intelligatur. [Ex translatione controuersia nascitur) Ita legitimam constitutionē supra Cicero diuiserat, vt translationem partem eius quintam faceret. sed cum translatio quæstionem non habeat, de qua contendat orator, sed propter quam contendat, constitutio esse nullo modo videtur. Nam occidisti hominem non occidi, quæstio, an occiderit, status est coniecturalis. Huic illud non simile est. Habeo ius actionis, non habes, vt quæstio sit, an habeat, & inde status. Accipiat enim actionē, nec ne, ad euentum pertinet, non ad causam. Simile aneē huic illi est. Puniendus es, non sum videbit iudex ipse an puniendus sit. Non ergo hic erit quæstio, quod si non sit quæstio, ne quidem status erit vllus. Erit autem status in hoc: Puniendus es, hominem occidisti, puniendus non sum, non occidi, an occiderit quæritur, & quæstionem, & statum habet. Melius ergo fecisse Quintilianus videtur, qui ex constitutionibus summouit trāslationem. Sed quale iudicium de his libris Ciceronis habuerit, supra retulimus. à Quinto fratre subinissitios dixit appellari. Hoc ergo dicit Cicero, quoties reos immutandam esse ducet actionem, & translationem controuersia nominatur. hac Græci, inquit, controuersia in iudiciis vtuntur, vt oratores de hac se sępe in iudiciis contendant, ac litigent. Nos autem num. de iure ciuili id facere possimus, contendimus. quod cum legibus probandum sit, iuris ciuilis scientia necessaria erit. aliquando tamen & de hac re iudicium effertur. [Vt si quis peculatus accusatur) Est autem peculatus, vt Festus Pompeius inquit, furtum publicum. dici autem ceptum ait á pecore, tunc cum Romani præter pecudes nihil haberent. hoc ergo dicit, si quis sic accusetur peculatus, quòd vasa argentea publica de loco priuato sustulerit, potest, inquit, vsus primo definitionem quid sit furtum, quid peculatus ostendere, & secum agendum furti, nō peculatus. Sed cur hæc definitiua constitutio nō vocetur, non video sicut cum furti sacrilegiiq. agitur, vtrunque definitur, nisi quod definitiua in eo quod definitur quæstionem, & constitutionem habet, hæc quam translatiuam vocat in hoc exēplo, post ipsam definitionem male secum agi de peculatu potius quam furto, nec quæstionem, nec statum habet, quod, & ipse Cicero pene confitētur, sed Hermen secus, eius sententiam referre compellitur. [Hęc partitio) Partitionem pro parte posuit. hoc dicit, raro hæc pars legitimæ cōstitutionis, quæ translatio nominatur, venit in iudicium, vt de ea litigari necesse sit. [Qđ in priuata (Scilicet quod hæc nascatur cum in dicendo quæ ad eos attinent. duntaxat tunc potissimum cum iam causa ipsa proferri cœpit, ad prætorem attineant, & ad eum deferantur, vt quæ velit ipse aut iubeat, aut permittat, aut coerceat. [Et à causa cadit) id est, amittit causam, qui hæc non obseruauerit. quod si ita fit, contentione non opus est, vbi persona, locus, tempus, & hoc genus cetera seruata non sunt, idque publicis cautum esse legibus asserit, vt contendere non sit opus. idq. debet reus obseruare, quia si ab accusatore rite nō sit seruatum, ante de ipso accusatore fiat quam de se iudicium, num licuerit accusare, an non, vt si seruus dominum in iudicium vocet, quęratq. qui accusatur, num id ab eo fieri iuste potuerit. & cetera quæ in id genus cadere possunt. [Ex ratiocinatione controuersia constat) In sex partes supra legitimam Cicero partitus constitutionem est: Scriptum & sententiam, quam Græci κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν, alii κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν, hoc est, contra dictum, & exceptionem nominarunt: contrarias leges, quā illi ἀντινομίαν dicunt, ambiguum, quod illi ἀμφιβολίαν: definitionem, quam illi ὁρισμόν, licet nonulli ὑπαλλακτικὴν nominarint translationem alii transumptiuam, alii transpositiuam, Græcorum alii μετάληψιν, alii ὑπαλλακτικὸς nominauerunt. Ratiocinationem vero Cicero vocat. alii ratiocinatiuum, alii collectiuum Græci vero συλλογισμόν, cum igitur de ceteris legitimæ constitutionis partibus dictum sit, de ratiocinatione vltimo loco concludendum est. [Ex ratiocinatione igitur controuersia, inquit, constat, cum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudine quadam occupatur) Cōtrouersia, inquit, ex ratiocinatione nasci dicitur, cum res de qua futurum iudicium est, propriam nō habet. quam ob causam veniat in iudicium, legē, sed eam similitudine ad aliam trahere necessarium sit, quod quoniam ratione colligitur ratiocinatiua constitutio nominatur: vt si sit lex, venefica capite puniatur, amatorium dedit mulier marito poculum eandem repudiauit, per propinquos rogata vt rediret, non est reuersa, suspendit se maritus, mulier veneficii rea est. si quid venenum, idq. amatorium poculum definiatur, definitiuus status nominabitur, si parū valebit, fiet syllogismus, & à similitudine puniendam esse mulierem probabimus, priore remissa, quæ diffinitionis fuit, contentione, vt perinde puniri debeat ea cuius amatorio poculo maritus perierit, ac si veneno necasset. Hic ergo status ducit ex eo quod scriptum est. Lex. n. est. vt venefica capite puniatur, at id incertum est, quod enim non scriptum, incertum de eo futurum videtur iudiciū. Sed syllogismo .i. ratiocinatione id fieri debere demonstratur. Constitutio igitur ratiocinatio erit. Non differt autem à scripto, & voluntate syllogismos, qđ in scripto, & voluntate pars semper altera scripto nititur, sicut in syllogismo: sed hoc interest, quod in scripto, & voluntate contra scriptum dicitur, in ratiocinatione supra scriptum adiicitur. quæ autem verba defendit in statu scripti, & sententię, hoc agit, vt fiat vtique quod scriptum est in ratiocinatione, nec aliud quam scriptum est. velut vtrunque iam exēplo manifestum fuit. Proxima etiam diffinitioni ratiocinatio est. quod si finitio parum firma sit, in syllogismum sæpe delabitur, vt proximo iam memorato exēplo ostendimus. Quamobrem, vt supra etiam diximus, si bene aduertimus legitimæ constitutionis partes, inueniemus omnes ad rationales referri status, vt non plures rationalibus esse videantur, an sit, quid sit, & quale sit. [Ea est huiusmodi lex: Si furiosus existat, agnatorum gentiliumq. in eo pecuniaq. eius ius est) Est, inquit lex, vt furiosus, & furiosi bona sint in potestate eius agnatorū, & gentilium. Agnati, qui ex eodem descendunt germine. [Gentilium) Gentiles ita Cicer. in Topicis diffinit: Gentiles, inquit, sunt inter se, qui eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorū nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Ergo qui furiosis consequi velint bona hæc omnia habuisse eos oportuit. [Et lex qui parētem necasse iudicatus erit, is obuolutus, & legatus corio) Subaudi bubulo. In culeo enim obuoluebatur, ligabaturque, qui parentem occiderat. [Deuehatur in profluentem) Hoc est, in decurrentem aquam iactetur. [Ex lex, pater familias, vti super familia pecunia ue sua legauerit, ius ita esto) Sit ius, ingt, vt paterfamilias toti familiæ, vel cui ex familia vsumfructum vel pecuniam legauerit, vel quid vis in familia statuerit, fiat. & adiungit. [Sit lex, si pater familias intestatus moritur, vt eius pecunia agnatorum gentiliumque sit) Non vt supra dixit, familiæ, in qua etiam serui, & ancillæ esse intelliguntur, nam, vt Festus inquit, famuli origo ab Oscis dependet, apud quos seruus Famel nominabatur, vnde, & familia vocata. Malleolus, ciuis Romanus alioqui enim malleolus in modum mallei planta est, rostrum habens aptus vt plantetur. & malleoli instrumenta etiam bellica sunt, velut sagittæ, & vbi adhæserint, quia ardentes veniunt vniuersa conflagrant. Hoc ergo dicit Malleolus, qui matrem necasse in iudicio conuictus erat, in eum animaduertitur. itaque damnatus: folliculoque obuolutum os lupino est. hoc est. hoc est, corio, lupi, vt tunc mos fuit. ligatus, & solæ ligneæ pedibus inductæ sunt id genus calceorum, quibus plantaruro calces tantum in fine teguntur, cetera prope nuda, & teretibus ligulis tanquam habenis iuncta soleas veteres dixerunt. nonnunquam voce græca crepidas, quodque à pedum digitis ad talum duobus quasi cornibus in modum lunæ porrigeretur, luna dicta, Iuuenal. in 3. Satyr. Lunam subtexit alutæ. Et lunata planta: Martialis, Lunata ligula planta Coccina non læsum pingit aluta pedem. In modum ergo solearum pedicas pedibus iniecerant, quæ vtcunque ita laxaret pedes, vt incederet: & vinciretur, ne se in pedes daret. [Ipso præsente) Ac testamentum, subaudiendum, faciente, [Testes rite affuerunt) Prout testamentorum mos exigit, testes aderant, alioqui testamentum vim nullam habere pōsse videretur. [De ipso supplicium paulo post sumitur) Hoc est, obuolutus in culeo in profluentem demittitur. heredes qui eum defenderant, sunt constituti testamento in carcere factū, quamobrem, & hereditatem adeunt. [Malleoli autem minor frater qui eum oppugnauerat) De cæde matris, iure agnationis suam esse oportere hereditatem dicit.

dicit. [Hic certa lex nulla affertur) Siquidem nec comici potest, vt furiosus Malleolus fuerit, quo iure agnationis ad fratrē cuncta bona debeant cōfluere, nec omnino sanæ mētis visus fuit. cum matrem occiderit. rursum vt paterfamilias videtur legare sua ceu vellet potuisse, damnatus fortassis non potuisse. si non potuit testari, perinde habebitur malleolus, ac si non fecisset testamentum. syllogismo ergo innitetur malleoli frater, vt ex vicino probet, quod quærit. vt dicat, si testamentum nullū fecisset malleolus, meum futurum erat qđ testamento legauit. Sed cum testari non potuerit, aut quia furiosus, aut quia vtrunq; fuit: perinde est ac si intestatus obiisset. hereditatē ergo meam esse oportet. Lex contra hoc est, quòd paterfamilias cui velit possit sua bona legare testamento. Nulla igitur lex hic certa est, inquit Cicero: multæ tamen afferuntur, vnde ratiocinatio nascatur, quare malleolus testamētum potuisse facere, & non potuisse, videatur. Hinc constitutio legitima ex ratiocinatione merito nominata est. [Iuridicialis cōstitutio est, cum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit quæritur) Eius constitutionis partes sunt duę, quam Latini absolutam, Hermagoras κατὰ διάνοιαν appellant, quam vero assumptiuam Latini, Græci κατατίθεσιν nominarunt. [Absoluta est, cum id ipsum quod factum est, vt nihil aliud foris assumatur recte factum esse dicemus) Hoc dicit, absoluta est, quæ in se continet iuris, & iniuriæ quæstionem, nihilq. extrinsecus petimus auxilii, sed intra sui ambitum tota concluditur, velut cum minus quidā in cœnaculo Accium tragœdiarum scriptorem proprio nomine appellauit: Accius autem nomine poëtæ debuisse vocari, & adiectio honoris vocabulo, vt publico aut quouis simili verbo nominari, non nominatim vt quiuis è plebe debuisse accusat. Minus se defendit, licuisse eum quidē nominare. cuius scripta in scenis dentur recitanda. Cum igitur hic extrinsecus nihil assumatur, assumptiua dicta est. Mimus græce is dicitur, qui ad imitandos humanos actus, ad poemata recitanda adhibetur, vnde, & nomen habet μιμέομαι enim. imitor significat. Cœnaculum, vt inquit Varro, vbi cœnabant, sicut vbi cubabant cubiculum vocitabant. hinc domus vniuersa cœnaculum dicta. [Assumptiua est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta est cōtraria re comprobatur) Assumptiua, inquit, quæ ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Hic vero illud debemus tenere cōpendium, quod in absoluta qualitate factum ipsum asserimus, in assumptiua vero qualitate non factum iustum, sed causam facti iustā fuisse contendimus. Itaque in absoluta qualitate æqui, & recti natura quæritur, in assumptiua vero præmii, & pęnæ ratio deposcitur. [Re extraria) i. extrinsecus petita, & aliena. Licet Festus Pompeius dicat, extrarium ab extraneo se distinguitur, quòd extrarius sit, qui extra focum, sacramentum, iusque sit, extraneus, ex altera terra, quasi extraneus. i. ex terra noua, externus autem alienus. [Assumptiuæ partes sunt quatuor, &c.) Singularum defensionum locum considerare debemus, primo innocentis est hominis, vt dicat, non feci, deinde, feci, sed non sic vocatur, tertio, Feci, & sic vocatur. sed iure feci. deinde hoc ipsum iure feci, aut licuisse sibi. debebit ostendere quæ, qualitas absoluta est. aut si nō licuit, debet sibi extrinsecus assumere aliquid, quo id probet quod iniuste factum videtur. Videamus nunc de his quatuor assumptionis partibus, quæ sit acrior. Primo dicet Feci, sed profuit, & probabit, plus se profuisse quam obfuisse: Deinde dicet, Feci quidem, sed vt facerem ante prouocatus sum, quæ est relatio criminis, aut Feci quidem, sed id facere ab alio coactus sum, quæ est remotio criminis. Quod si nec profuit, nec ab alio prouocatus aut impulsus est, cū nihil sit quo se defendat, factum fateri debebit, sed veniam postulare, hanc Cic. concessionem vocat. Concessio, inquit, est cum reus postulat sibi ignosci, ea diuiditur in purgationē, & deprecationem. [Purgatio est, cū consulto negat reus se fecisse, ea diuiditur in imprudētiam, fortunam, & necessitatem) Criminis, inquit, concessio in purgationem, & deprecationem diuisa est. Purgatio est, cum dedita opera se id cuius arguatur non fecisse dicit, sed imprudentiam causatur, ac se lapsum errore, non mentis flagitio, aut fortunam ita voluisse, se autem non fuisse in causa. vel factorum necessitate, in quib. loca à causis vt ab effectibus vberem argumentandi præbebunt copiam. [Fortunam, vt Scipio ostendit, ad trib. pl. de exercitus amissione) Nempe nō sua culpa factum, sed fortuna, vt amitteret exercitum, Imprudentia, vt ille qui de seruo qui dominum occideret supplicium sumpsit, cui frater esset, antequam tabulas testamenti aperuerit, cuius seruus testamento manumissus esset. Et per imprudentiam se fecisse defendet qui se de eo sumpsisse principium profitebitur, qui fratrem ei occidisset, seruum autem cum crediderat, de quo sumere impune poterat suppliciū, sed aperto testamento manumissus inuentus est. [Necessitudinem, vt ille qui ad diem cōmeatus non venit, quòd eum aquę interclusissent) Necessitate se addictum excusabit. qui ferens cōmeatum, quo fame laborātibus, suppetias occurreret, pleuis fluminibus torrentibusque, plene decurrentibus alueis, interclusum detentumque, quo minus ferre cōmeatus posset se defendet, aut certe cum miles ad cōmeatus diem non affuit dicit se fluminibus interclusum, aut valetudine aduersa, quo minus cū ceteris ire potuerit. [Deprecatio est, cum, & deprecasse se, & cōsulto fecisse reus confitetur, & tñ postulat vt sui misereatur) Deprecatio, inquit, est cum, & peccasse reus confitetur, & tamen vt sibi ignoscatur postulat. In purgatione factum conceditur, sed facientis animus excusatur. In deprecatione vero, & factum, & culpa conceditur, sed tamen veniam deprecatur reus. [Hoc in iudicio ferè non potest vsu venire, nisi in loco cōmuni per amplificationem iniciemus) Vt ipse Cic. pro Ligario, cum dicit, Causas egi Cæsar multas equidem tecū, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe nunquam, hoc modo, ignoscite iudices, errauit, lapsus est, nō putauit se vnquam post hac &c. [Nisi quando pro eo dicimus, cuius multa recte facta cōstant) Plane defendi poterit, si aut propter se, aut propter alios faciendum dicamus. Propter se, si innocens, si benemeritus, si spes in futurum innocenter victuri, & in aliquo vsu futuri. Præterea si vel aliis incommodis, vel præsenti periculo, vel pęnitentia videatur satis pœnarum dedisse. Propter alios, vt si ob nobilitatem, dignitatem, propinquos, amicos ei indulgēdum esse dicamus. [Verum nihil postulat ignosci) Cum dicit, si hoc fecisset, ob beneficia sibi ignosci conuenisset, nihil est quod sibi ignosci postulet, quod cum ita sit, in iudicium non venit, nō enim de hac re quidquam iudicandum iudicibus permittitur. [Aut in datum, ante Imperatorem) in senatu, inquit, & ante Imperatorem, & apud populum, & vbicunque iuris clementia est, habet locum deprecatio. [Ex translatione criminis causa cōstat) Relatio, inquit, criminis est, qđ ideo iure factum dicitur, quod aliquis ante iniuria lacesserit. Est relatio criminis, si id eo quod fecimus, vicem nos reddidisse dicamus, vt puta, Occidi, quia ille me volebat occidere. hoc ego feci, sed meruit vt facerem. vt Orestes, qui ideo se matrem occidisse dicebat, quod illa eius patrem maritum suum occidisset. [Ex remotione criminis causa constat cum à nobis crimen, sed culpam ipsam amouemus) Remotio criminis est, cum id crimen quod infertur, à se, & à sua culpa in alium reus remouere conatur. Et vel in hominem transferimus vel in rem quampiam. In hominem transfertur culpa, vt si accusetur is qui P. Sulpitium se fatetur occidisse, & id iussu consulum defendat, & dicat eos non modo imperasse, sed rationem quoque ostendisse. Criminis remotio dupliciter fieri poterit, si aut causa aut factum in alium trāsferatur. Causa trāsfertur, cum dicitur, aliena vi, & potestate factum, vt qui Sulpitium inquit, se occidisse confessus est, idq. iussu se consulum fecisse dicat, qui non modo id imperarunt, sicut poterāt, verum ē rationem reddiderunt cur id liceret facere. [In rem confertur, vt si quis ex testamento quod facere iussu sit, ex plebiscito vetetur) In rē factum crimen transfertur, vt si quis ex alicuius testamento quippiā facere compelletur, quod facere plebis sanctione aliqua prohiberetur. Hoc ergo dicit, assumptiuæ constitutionis pars quæ ex criminis translatione constat, quam Græci μετάθεσιν nominarunt, aut fit cum in hominem culpa relegatur, qui id, quod reus factum confitetur, mandare potuerit, aut in rem, vt si is qui testamentum quod iussus non fecerit, dicat per leges id fieri nō potuisse quippe quod iubeāt contra fieri, aut id fieri prohibebant. [Ex comparatione causa constat, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & id, qđ fecerimus satius fuisse facere) Inter comparationem, & cōcessionē hoc interest, quod in cōparatione de eadem re comparatio est, vt: Dissipasti muros, hostibus iter vrbem ingredi dedisti. Ille cōtra: Disturbaui quidem muros, sed hostes in fugam verti. Ecce in eodem est comparatio. Concessio autem criminis in diuersis rebus fiet, vt cum Verres multa signa, & vasa ex Sicilia sustulit vtitur hac defensione, quod a bellis tutā Siciliam reddiderit ac ob id sibi indulgendum, si quid deliquerit, cum multo maius sit in quo profuerit, nec poterit dicere, ideo signa sustuli vt prouinciam defenderem: Neque.n. propterea signa exportauit ex Sicilia, vt prouinciā defenderet. Itaq; assumptiua quidem, vtitur constitutione, sed concessione deprecationē. Ergo in comparatione id, quod intenditur, ideo à nobis factum dicere debemus, vt ex eo ipso bonum illud quod con-

tingit, fluxisse dicamus. [Ea causa huiusmodi est Cn. Pōpeius, inquit, cū à Gallis obsideretur, neq; fugere vllo modo posset, venit cum hostium ducib. in colloquiū, ita discessit, vt impedimenta linqueret, exercitū educere) Perquam idoneo exemplo vtitur. PōPeius, inquit, cum à Gallis obsessus effugere nusquā posset, in colloquium veniēs impetrauit, vt impedimēta relinquens tute abire posset, præstare id arbitratus, vt impedimēta, quam exercitum relinqueret. [Arcessitur). i. accusatur maiestatis, quod maiestatem tum suā qui esset imperator, tum populi R. qui eam dignitatem, nō vt effugeret, sed vt fortiter cū hoste confligeret, tradiderat, minuerit. & qm̄ in his omnibus memoratis quid denique faciēdum sit, aut apud populum, aut senatum, aut iudices quæritur, constitutiones exinde ex eis quæstionib. oriuntur, quas protulimus. [Quę cōstitutiones, & quę cōstitutionū partes sint, videor ostendisse, nūc quomodo eas, & qua via tractari conueniat, demonstrandū est) Posteaquam constitutionū, inquit, partes oēs, & quid esset cōstitutio ostendimus, superest vt quomodo eas, & qua ratione tractari cōueniat, dicamus. hoc est. constitutione inuenta, quo pacto argumētis vtrinque quod in quęstione positū fuerit probandū sit, si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, id quidem, inquit, faciemus. si prius qd in causa litigantibus, vtrique decerni oporteat ostenderemus. Destino. n. aliquando mitto significat, vt Iuuen. Destinat hoc monstrū cymbæ linique magister Pontifici summo. Aliquando decerno, velut idem: Laudo tamen vacuis quod sedem figere Cumis destinat. [Quo ratio omnis totius orationis conferatur) Ad quod referatur, & vnde tota pendeat oratio, quod paulo post docebitur. [Constitutione igitur reperta, statim quærēda est ratio) Constitutione inuenta Hermagorę quęrendum videtur, quid sit quæstio, ratio, iudicatio, & firmamentum. sed in libris de Inuentione, aliquando plura Ciceroni quærenda esse visa sunt. quippe qui inquit. Constitutione causæ reperta, statim placet considerare vtrum causa sit simplex, an coniuncta, & si coniuncta erit, vtrum sit ex pluribus quæstionibus iūcta, an ex aliqua comparatione. Simplex est, quæ absolutā in se continet vnam quæstionem, hoc modo: Corinthiis bellum indicamus an non? coniuncta ex pluribus quæstionibus, in qua plura quærūtur, hoc pacto, vtrum Carthago diruatur, an ex Carthaginensibus reddatur, an eo Colonia deducatur. Ex comparatione, in qua per contentationem, vtrum potius, aut quid potissimum sit quæritur, ad hunc modum, vtrum exercitus in Macedoniā contra Philippum mittatur, qui sociis sit auxilio, an teneatur in Italia, vt quæ maxime cōtra Anibalem copiæ sint. Deinde considerandū est, an in ratione, an in scripto sit controuersia. nam scripti controuersia est ea quæ ex scriptionis genere nascitur. Eius autem genera quæ separata sunt a constitutionibus, quinque sunt. Nam tum verba ipsa videntur cum sententia scriptoris dissidere, tum inter se duæ leges, aut plures discrepare tum id, quod scriptū est, duas aut plures res significare videtur. tum ex eo quod scriptum est, aliud quoque quod nō scriptum est inueniri. tum vis verbi quasi in definitiua cōstitutione. in quo posita sit, quæri. Quare primum genus de scripto, & sententia. Secundum ex contrariis legibus. Tertium ambiguū. Quartum ratiocinatium. Quintum diffinitiuum nominamus. Ac tū considerato genere causæ, & cognita constitutione, cum simplexne an cōiuncta sit intellexeris, & scripti an rationis habeat controuersiam videris, deinceps erit videndum, quæ quæstio, quæ ratio, quæ iudicatio, qđ firmamentum causæ sit quæ omnia à constitutione proficiscantur oportet, Quæstio est, ea quæ ex conflictione causarum gignitur, cōtrouersia, hoc modo: Non iure fecisti, iure feci. Causarum autem hæc est cōflictio, in qua constitutio constat. ex ea igitur nascitur controuersia quā quæstionem dicimus, hoc modo: Iure ne fecerit. Cum igitur quæstio latius intelligitur, omnis de qua in vtramque partem, vel in plures dici credibiliter possit, in iudiciali materia dupliciter est accipienda. vno quidem modo, quo dicimus multa quęstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes cōplectimur, altero quo significamus summam illam in qua causa vertimur, hāc Græci ζυτεμα nostri principalem quæstionē vocant, quod ex ea status nascatur, vt an matrem Orestes occiderit, qui cum se occidisse fatetur, quæritur an iuste occiderit. Ex hac constitutio nascitur. Cum igitur de iis inter se litigantes vidennus hoc pacto prius cum in quo consistatur videtimus, quærimus quid id sit in quo litigent, hanc est quæstio quam Cicero ante rationem in merito querendam dicit. [Ratio est, quę causam facit, & continet defensionem. hoc modo, vt docendi causa in hac potissimum causa consistamus) In ratione declaranda, pene Orestis omnes vtuntur exemplo, velut ipse in libris de Inuentione. Ratio est, quę cōtinet causam quæ si sublata sint, nihil in causa controuersiæ relinquetur, hoc modo, vt docendi causa in facili, & peruulgato exemplo cōsistamus? Orestes, si accusetur matricidii, nisi dicat Iure feci. illa enim patrem meum occiderat, non habet defensionē, qua sublata, omnis quoque controuersia sublata sit. Ergo eius causæ ratio est, quod illa Agamemnona occiderit. Nec non Quintilianus, inquiens: Ratio autē est qua quod factum esse constat, defenditur, & cur non vtamur, eodem, quo sunt vsi omnes ferè exēplo, Orestes matrem occidit, hoc constat, dicit se iuste fecisse, status erit qualitatis, quæstio, an iuste fecerit? Ratio, quia Clytemnestra Agamemnonem maritum suum, patrē Orestis occidit hoc αἴτιον dicitur. [Sine qua ne parua quidem dubitatio remorari potest damnationē) Hoc dicit. si factum fuisse cōstet, nec cur fecerit ratio in medium proferatur, licet an damnū sit, pusilla occurrerit dubitatio, sequetur tamē damnatio. [Remorari) Et remoro, & remoror, teste Donato dicimus. quod verbū retardo, & retineo significat. à remora pisce minutissimo, qui naues retinet, quem Græci ἐχεῖνον vocant. [Inuenta ratione, firmamentum quærendum est. i. quod accusationem continet, & quod affertur contra rationē defensionis, de qua antea dictum est) Quod Græci σύνεχον alii continens, alii firmamentum nominarunt, Sic in primo Rhetoricorum de Inuentione. Firmamentum est, inquit, firmissima argumentatio defensoris, & appositissime ad iudicationē, vt si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris fuisse in patrem suum, & in seipsum, & in sorores, in regnum, in famā generis, & familias, vt ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Quintilianus autem, Firmamentum inquit, quibusdam id esse videtur post qđ nihil quæritur, quibusdam id, quod ad iudicationem firmissimum affertur. Cicero autem secum in his multū dissentit. nam in præceptis Inuentionis. sicut supra dictum est, Hermagorā secutus, firmamentum defensoris esse dixit. in Topicis, ex statu confectā contentionem κρινόμενον, appellat, idq. Trebatio qui erat Iurisconsultus alludens, qua de re agitur appella, quibus id contineatur. cōtinentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. At in Partitionibus oratoriis, quod opponitur defensioni, quia primum quod ab accusatore afferatur, dicatur ratio, quod aūt ab accusatores secundo loco contra rationem afferatur, firmamētum nominetur. Idem hic sentit. inquit. n. cum vsus fuerit Orestes defensione hoc pacto, Vere occidi. illa. n. patrem meum occiderat, vtetur accusator firmamento, hoc modo. Sed non abs te occidi, neque indemnatam pœnas pendere oportuit. Sed Quintil. concludit, verius, & breuius sensisse. qui statum, & contioēs quod ab aliis firmamētum diximus appellari, & iudicationem idem esse volunt. Continens aūt id esse, quo sublato, lis esse non possit. [Ex ratione defensionis, & firmamento accusationis, iudiciū quæstio nascatur oportet, quam nos iudicationem, Greci κρινόμενον appellāt) Dictum est, constitutione inuenta quærēdam esse quæstionem, rationem, firmamentum, & iudicationem quę oīa exposita sunt. præter iudicationem, quam nunc dicit ex ratione defensionis nasci, & accusationis firmamēto, vt, Orestes iuste occidit matrem, status est qualitatis, an iuste occiderit, quæstio. rō aūt, quia patrē meū occiderat. Firmamentū vero, non tū abs te indemnatā interfici oportuit. Iudicatio, an oportuerit. Quot igitur erunt in causa constitutiones aut earū partes totidem necesse erit quæstiones, rōnes, firmamenta iudicationes reperiri. Veruntamen vnus erit principalis status, vna quæstio, vna rō, vnum firmamentum, vna iudicatio in vnaquaque causa, siue ea sit simplex, siue multiplex nā cū dicitur ēt si occidi, iuste occidi, prius an occiderit, erit excutiendum, vbi status coniecturalis oēm argumentationis vim primū sibi deposcet. sed qm̄ factum ne sit quæritur, nulla ratio est, & vbi nulla ratio, nullum firmamentum sit necesse est Sin autem occidisse quidē fateatur, sed iuste, omissa coniecturali qōne, illud potissimum quæritur, an iuste occiderit, vnde rō, firmamentum, & iudicatio nascantur oportet. Hoc modo, inquit Cicero cū dicat Orestes se patris vlciscendi causam matrem occidisse, rectū ne fuerit sine iudicio a filio Clytemnestram occidi: Sensus est, cum rationem suæ defensionis Orestes tulit, ideo occidi, quod meum illa occiderat, & accusator contra firmamēto innixus: dixit, Recte tamen non factum est, vt à te filio sine iudicio Clytemnestra mater occideretur, iudicatio inferatur oportet, rectum ne fuerit sine iudicio a filio Clytemnestram occidi. [Patris vlciscendi causa, puniendi matrem) Nam, vt etiam Asconius Pædianus, inquit, vlciscor, & punio, & vindico significat.

-cat. [Ergo hac ratione) Quam Orestis protulimus. [Iudicatio-nem) Cuius exemplum rationi subiecimus, reperire conuenit. [Reperta iudicatione omnem rationem totius orationis eo conferri oportebit) Inuenio, inquit, de quo in causa iudicandum sit, ad id omnem orationem accommodare oportebit. Vnde ipse supra inquit, Si prius aperuerimus quid oportet ab ambobus in causa destinati, quo ratio omnis totius orationis conferatur, sed tamen non id perpetua oratione intendimus, sed cupiditate laudis vel dicendi voluptate euagamur. Quandoquidem vberior semper extra causam materia est, quia intra causam haud sane multa sunt extra autem, pene infinita & in causa quæ accepimus dicenda, extra causam quæ volumus quod autem ad statum, quæstionum, firmamentum, & iudicationem attinet, sane breue est. & facilius quam vt vehementer intueri conueniat nec quisquam ferè tam stultus est, aut ab vsu dicendi ita remotus, quin faciat quod litem faciat, quod causa vel continens appellatur, & quæ inter se litigantes quæstio, ex qua oportet iudicari. [In omnibus constitutionibus & partibus constitutionū, hac via iudicationes reperientur) Subaudi, quæ iam exposita est. [Præterquam in coniecturali constitutione) Hoc dicit in ceteris quidem cōstitutionibus, modo quo diximus, iudicationes reperiuntur. In coniecturali autem constitutione, quia ratio non est, factum enim non conceditur non potest ex deductione rationis nasci iudicatio. quare necesse est eandem esse quæstionem, & iudicationem: vt, Clodium occidit Milo, non occidit, occiderit ne? quod dicit. [Ex intentione) .i. accusandi perseuerantia. [Et inficiatione) Hoc est, defensionis negatione, iudicatio cōstituitur. Ratio omnis vtriusque orationis) Hic ratio animaduersio nō quæ ex quæstione nascitur. [Vtriusq; orationis) Accusatoris, & defensoris. [Iudicationes quoque plures erunt in vna causa) Sed vna tamen, quæ caput nominatur, vnde lis nascitur. [Sedulo dedimus operam, vt breuiter & dilucide quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus) Hic primi libri concludens M. Tullius materiam, hactēnus illud inquit procurauimus, vt breuiter, & aperte que doceremus complecteremur. Nunc ne longius quam oportear primum librum produxisse videamur, cetera quæ dicenda nobis sunt, in secundum librum mittere mihi commodius esse vi. Ne qua propter multitudinē literarum possit animum nostrum defatigatio retardare. Ordo est. Ne qua defatigatio posit animum nostrum retardare, propter multitudinē literarum, sensus est. Ideo hic finē primo lib. volumus, ne si multā simul scripserā aggerimus, longitudine ipsa defatigati torqueamus, & describendi hoc munere deterreamur. Sed si quo tardius hæc quæ studes absoluentur, tum rerum magnitudini, tum nostris occupationibus assignare debebis. Sensus est, sed si in his præceptis paulo tardius, quā ipse affectes, & concupiscas, ero, tum rerum magnitudini quid .n. maius poterat Cicero quā præcepta rhetorica complecti, & velle dicēdo illustrare: tum nostris assignes occupationibus. Nā & supra in huius editionis principio, se detentū occupationibus, & quidquid ocii daretur in philosophia libentius consumere voluisse commonstrauit. [Veruntā maturabimus) Mire Herēnium sibi Cic. & conciliat, & attētum facit, cum ob negocia quidem detineatur, sed nihil prætermissurum polliceatur, siquidem si quid ex longiore detractum summa fuerit, se industria exequaturum (ac per hoc venustius & gratius se facturū quam ceteri, qui de ea re conscripserunt, dicat. Quamobrem & significatissimo eius rei verbo. Maturabimus est vsus. si quidem maturare, vt Nigidius inquit, est, neque citius, neque serius, sed medio quoniam quasi temperamento aliquid transigere, sicut in frugibus mutuæ dicuntur, quæ nec crudæ, & immites sunt, nec nimium caducæ, & decoctæ sed tempore suo adultæ ac maturæ. [Vt pro tuo in nos officio, &c.) Hoc dicit, Id certe efficiemus, quandoquidē, & tuum erga nos officium, quo tibi deuincti beneficio sumus, & nostrum erga te studium, quod sicut tu non præcipuum poscere, ita nos gratuitum reddere debere videbamur, poscit. Itaq; in tuam gratiam ita meus propensus animus est, vt quæ velis, accumulatissime de industria facere desideret.

LONG. NOster doctor Hermetes) In quibusdam antigraphis Hermagoras scribitur vt non dubitem, Hermagoras esse legendum. [Prima deprecatio) Non concessio, & per præces aduersio, sed aduersariorū illationis depulsio, qđ ipsum significat, & deprecor. [In demortui locum qui petat, &c.) Ob legis breuitatem obscurior redditur locutio, propter eclypsim reciproci pronominis. Eum qui petat .i. quicunque petierit sufficit se debere, &c. [De semissibus, &c.) .i. diuidundis .i. in capita omnium ciuium. [Pontes dilarbat) Pōtes ligneæ trabes transuersim positæ, & altius collocatæ, conrectæq. tabulis vnde a populo legislator videri posset. Cistellam autē, publicarum literarum scrinium denotat, in quo tabulæ legum cōtinebātur. [Prætoriæ exceptiones) Præter enim cum exposita illa cā esse, actionis formulam præscribebat, secundum quā agererut, vt in iure ciuili nusquam non occurrit. Causa autem cadere dicitur, qui rem admittit, & causam perdit vt vulgo dicimus. Culleo deueharur. Cicer. pro Roscio Amer. Quāto maiores nostri sapientius, qui cum intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non violaret aliquādo audacia, supplicium in parricidas excogitarunt, vt quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine pęnæ a maleficio summo arcerentur. In sui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumen deiici. O singularem sapientiam iudicum. Nō ne videntur hunc hominem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse, cui repente celum, solē, aquam, terramq. ademerunt, vt qui cum necasset, vnde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicūtur. Est autem culeus saccus coriaceus cui reus inuehebatur, simul intrusa vipera, & gallo gallinaceo. Hūc ipsum vocat, & folliculum lupinum paulo post. Vbi animaduertendum, quanta fuerit legis seueritas, qui non bouis, non equi, non ad supplicium vtebantur, sed, lupi bestiarum omnium rapacissimi. [Intestatis) Non condito testamento. [Statim folliculo lup.) Quod indignum iudicabant, qui solem, lunam, elementa, ceterosq; homines inspiceret. [Et soleæ ligneæ) Ne pedibus terrā contingeret. De Malleoli autem facinore scribit Eutropius, de bello Cymbrico. [Cum eo Accios iniuriam agit) Poetarum.n. auctoritate minui arbitrabantur, si scenicis adiunxissent. Itaque quoties in proscenium prodibant, personam inducere solebant. [Vt Cæpio ad Trib.) Qui Martem dicebat communem, & fortunam accusabat, quod subito aquis exercitū suum clausisset, irruentibus Cymbris. [Nisi quando pro eo dicimus, &c.) Vt Cicero pro Mil. [Aut ante Imperatorem) Ex hoc loco sunt qui cōuincere studeant, non esse Ciceronis hoc opus, quod posterius ad Imperatores iudicia peruenerunt. Sed hi ignorant, & Ciceronis temporibus Imperatores quoque fuisse, qui causas militū cognoscerent. Cum à nobis non crimen) Crimen, facinus, Culpa, facinoris causa: [Ex comparatione) Hæc est pars compensatiui status, quoties maiore incommodo maiori prospectum esse dicimus. [Nunc quomodo eas) Transitio ad constitutionis inuentionem. [Ratio est) αἴτιον proprius accusatoris locus. [Peruertit defensionem,) Id est, defensionis rationes omnes destruit, nec causam dat qua se defendat. [Firmamentum quærendum) συνέχον defensoris locus. [Græci κρινόμενον) κρινόμενον examinatio huius ipsius, quod ad defensionem reus attulit. Locus est communis, & accusatoris, & defensoris. [Intentione) Id quod prima parte proponitur, quod Græci κατάφασιν dicūt. [Inficiatione) Id, quod secunda parte respondetur. aliquid depulsionem, Græci ἀπόφασιν appellant. [Intentio, Occidisti Aiacem. Inficiatio, Non occidi. Sedulo dedimus operam) Epilogum, qui per breuem enumerationem rem tractat, in principium libri subsequentis differt. Sed hic transitione ad secundum librum viam sibi parat.

CAusarum constitutiones) Prosequens autem cōstitutiones causarum dicit. Alii .i. nonnulli fecerunt constitutiones causarum quatuor, sed sup. Hermetes doctor noster .i. qui nos docuit putauit tres cōstitutiones causarum esse non ideo tantum tres ponens, vt detraheret quidquā de inuentione illorum, qui ante eum quatuor posuerunt, sed vt ostēderet, illos distribuisse dupliciter, & bipartito, .i. in duas partes diuisione facta, id quod oportuisset docere simpliciter, & modo singulari, hoc est, qđ vnā rē in duas frustra diuiserunt. [Constitutio &c.) Definit primo constitutionem deinde prosequitur eius partes, seu species dicens: Cōstitutio est prima deprecatio .i. depulsio, quasi precādo nec culpa puteretur, aut ne crimini detur. Est.n. cōtraria deprecatio precationi. Nā qui precatur vult aliquid fieri, qui deprecatur (quando præpositio de contrariū significat, nā sæpe auget, vt deamo, demonstro) vult aliquid nō fieri, vt Ouid. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem, Id est, sæpe precor, vt mors mihi fiat, sæpe vt nō fiat. apud ecclesiasticos frequētius accipitur pro valde precari, aut oratores, & historiographos, pro cōtrario, aut diminutione eius qđ fieres, aut fieri posse videtur. Sicut decrescere est cōtrariū eius, quod est crescere, vt dedocere, & multa alia, qua ergo defensor precatur ne quid tale credatur, aut fiat quale actor. & accusator precatur est, ideo deprecatio est quasi depulsio, defensoris, cōiūcta cū insimulatione .i. occulta culpatione, & insimulatione accusatoris. Notabis pueri (quod & prænomen) Ciceronē solere A S C.

præpo-

prępositionem quam cõposuit & prępenere, seu apponere, vt coniuncta cũ &c. Itaque sicut igitur continuatiua est particula cõstitutiones, vt ante diximus, sunt tres coniecturalis. vbi facti ratio non constat. legitima, quæ ex lege aut ex scripto legitimo nascitur, & iuridicialis cũ de iure disputatur (Sanè dicãt iuridicialis, non iurisdicialis, licet dicatur iurisconsultus: Et ratio differentiæ, quia in illis cõpositis vbi altera pars alteram regit pars recte integra manere solet, vt iurisconsultus legisperitus &c. vbi vero altera alterã non recte regat manente prępositione solet fieri corruptio, vt iuridico. vnde iuridicus, & inde iuridicialis) Primo ergo definit coniecturalẽ dicens. Coniecturalis est cũ. i. qñ controuersia est de facto, hoc modo. Aiax incubuit. i. se demisit ad se interficiendum gladio. i. in gladium, in silua. i. luco silenti, & deserto postquam resciuit. i. cognouit, & percepit, quæ fecisset per insaniam. i. furorem cõtractum ex eo quod contra se datam sententiã de armis Achillis contra Vlyssem ferre nõ potuerit: Vlysses interuenit, & cõspicatur. i. intuetur, occisum. s. Aiacem, & educit corpore telum cruentũ, quo se occiderat, ergo & gladius telum est. Teucer frater Aiacis, ex alia tñ matre interuenit. s. iuter educẽdum telum, vbi videt fratrem. s. Aiacẽ occisum, & inimicũ fratris. s. Vlyssem cum gladio cruentato quem tenebat manu, accersit. i. postulat, & in ius vocat, ac reum facit capitis. i. criminis capitalis, hic. i. in hoc casu, qñ verũ. i. veritas rei, quæritur. i. inquiritur, coniectura (non n. constat per probationes legitimas) cõuersio erit de facto, & ex eo. i. ex ea re constitutio nominatur causæ coniecturalis. Legitima cõstitutio. Agit de altera specie cõstitutionis dicens. Constitutio legitima est cũ aliquid controuersia. i. litis & contẽtionis nascitur, aut ex scripto. s. vno aut ex scriptis. s. plurib. Ea. s. constitutio legitima diuiditur in partes sex, videlicet inscriptũ, & sententiam. s. viri autentici, in leges contrarias (. s. à nobis adductis cum tñ iuridici dicant, nihil in corpore iuris repugnans reperiri, verum dicunt leges abrogatas non esse amplius in corpore iuris, & multas, quæ in contrarium sonãt idẽ dicere) in ambiguum, in diffinitionem, & translationem, & inconcinnationem, de singulis aũt prosequitur vnde dicit. Controuersia nascitur ex scripto, & sententia, cum. i. qñ, voluntas scriptoris. i. legislatoris vĩ dissentire cum ipso scripto. i. cum eo quod scriptum est, hoc modo: Si sit. s. aliqua, lex quæ iubeat eos, qui reliquerunt nauim ꝓꝑ tẽpestatem perdere, omnia & sup. iubeat nauim & cetera esse eorũ remanserint in naui, si nauis sit cõseruata, & sup. oẽs, qui in aliqua naue fuerunt, perterriti magnitudine tempestatis, reliquerunt nauim, & cõscenderunt in scapham. i. nauiculã, quæ ad latus magnæ nauis cõplecti solet, pręter vnũ ægrotum, & is. s. ęgrotus non potuit exire. s. naui, & fugere in portum: Nauis est delata incolumis. i. salua, & seruata in portum, casu & fortuitu, per fortunã, & non per operã ęgroti. ęgrotus tñ possidet illã. s. nauim. Ille cuius fuerat nauis (aut quod per scapham saluus factus est, aut quod in naui nõ erat) petit nauim. Hæc constitutio. i. contentionis institutio est legitima ex scripto. i. innitens legi scriptæ, sed variæ intellectæ. [Ex contrariis legibus &c.) Prosequitur reliquas partes cõstitutionis legitimæ dicens. Controuersia constat ex legibus contrariis, cũ alia. i. vna ex multis, lex iubet, aut promittit quippiam fieri, alia vetat supp. idem fieri, hoc modo lex vetat eum, qui damnatus est de pecuniis repetundis. i. iuste repetẽdis. eo quod in administratione reip. alicuius prouinciæ iniquæ sublatę sue rint, habere orationem etiam ad defensionem sui, quæ lex iusta videtur, quia qui potuit prouinciales circumuenire, possit & iudicialibus imponere. Altera lex iubet, id est vult augurem nominare. i. decernere nominando, eum qui petat in concione, in locum demortui. i. defuncti, hoc est ponemus, ꝙ vna lex dicat, ꝙ repetundarum reus non habeat ius loquendi in concione, & altera lex dicat, quod in demortui locum augurem quem vult nominare possit, in concione. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, nominauit i. pronunciauit, & decreuit, qui petat sup. substitui in locum demortui, multa. i. pœna per legem constituta petitur ab eo, videlicet augure. & hæc constitutio est legitima ex legibus contrariis. [Ex ambiguo) Controuersia. i. contentio, & litigatio nascitur ex ambiguo. i. dubio dicto, cum. i. quando res scripta in vnam sententiam. i. vnum sensum eius, qui scripsit, aut dictauit, seu dixit significat duas aut plures sententias, hoc modo. Paterfamilias, cum faceret filium. s. suũ heredem, testamento. i. in suprema voluntate sua legitimis testibus comprobata, legauit. i. testando addixit vxori vasa argentea. s. ad 30. pondo, dicens. Tullius. s. filius heres meus. i. testamento comprobatus, dato. i. volo vt det, Terentiæ vxori meæ (non dicit matri suæ cum qua non esset honesta, aut licita contentio, sed innuit nouercam esse) Terentiæ etiam fuit nomen vxori Ciceronis 30. pondo. i. libras, vasorum argentorum, quæ volet (Ambiguum est de supposito, an quæ vxor volet, an quæ filius, & ideo) illa. s. vxor, petit post mortem eius, scilicet patris familias vasa preciosa, & celata, id est exculpta magnifice. i. magno artificio. & apparatu sumptuoso. Tullius. s. filius patris familias dicit se debere ei 30. põdo. s. vasorum argenteorum, quæ ipse. s. filius volet. s. ei dare. Et ita est constitutio legitima ex ambiguo. s. verbo volet, quod ad diuersa applicari potest. Vnde mater interpretatur sibi legata è vasis aureis 30. pondo quæ ipsa volet, filius contra quæ ipse non ipsa. Et si controuersia oritur, quo circa prospiciendũ est, ne quid ambiguum sit in testamento nostro si volumus heredes nostros sine lite succedere. Sanè non idem sunt pondo, & pondus. Pondo enim numero plurali, & genere neutro, sed indeclinabiliter dicuntur libra vna, põdus autem est onus quotnis librarum, vnde posset centum pondo dari pondus. In qua rem periti ores errare solent. Dicentes emi tria pondera plũbi, aut butiri pro eo quod dicant terga pondo, aut tres libras. Sũt qui argumententur ex hoc textu Ciceronianum esse præsens opus, eo quod illi filius fuit Tullius nomine, & vxor Terentia, solemus autem ferè de nostris exempla dare. Alii tamen contra sentiunt dicentis vxori, & filio Ciceronis non conuenire exemplum, cum illam dicant matrem Tulii, qui cum filius agere non possit. verum alius possit eius nomine agere, & exẽplorum non requiritur veritas. [Ex diffinitione) Declarat controuersiam quæ oritur, & constituitur ex diffinitione dicens. Causa constat ex definitione sup. sic, cum. i. quando est in controuersia. i. contenditur, & disceptatur quo nomine factum. s. de quo contenditur, & accusatus est quispiam, appelletur. i. debeat appellari. Ea. s. cõtrouersia ex definitione orta est hmõi. i. tali exẽplo declarabilis. Cum L. Saturninus esset laturus legem frumentariam. i. de frumento distribuendo (appellatione autẽ frumenti venit omne genus satorum quibus vescimur) de semissibus, & trientibus. i. quod per semisses. i. sex vncias mensuræ aut per triẽtes. i. quatuor vncias distribuerentur. [Semis. n. continet dimidium assis, triens tertiam partẽ, & ita cum duodecim sint in asse vnciæ triens quatuor continet vncias, & quadrans tres. Quo circa nolim exponere de semissibus, & trientibus. i. de sexta parte, & quarta. Nam semis non est sexta pars, sed altera duarum, Q. Cœpio, qui erat quæstor vrbanus. i. vt dicunt receptor rerum vrbanarum. i. pertinentium ad temp. Romanam colligendarum in vrbe, per id temporis. i. per idẽ tempus. docuit Senatũ. i. senatores, & primores Vrbis, qui Patres conscripti erant ærarium. i. thesaurum publicum, seu fiscum, vt nunc dicunt, non posse pati tantam largitionem, vt videlicet talis fieret frumenti distributio vitium. Senatus edoctus, & persuasus à Cępione, decreuit. i. sanxit, si Saturninus ferat eam legem. s. frumentariam, eum videri. i. quod videatur, & reputetur facere aduersus. i. contra rempublicam, hoc est in detrimentum reipublicæ, cuius intererat ærarium. i. non exhauriri per largitiones non necessarias. Saturninus cœpit ferre, s. legem. i. promulgare, collegæ. i. contribuni pleb. supp. cœperunt intercedere. i. intercedendo se opponere, & contradicere. Ille. s. Saturninus nihilominus, quamuis collegæ obstarent, tulit. i. attulit, cistellam. i. paruam cistam, in qua erat lex illa scripta Grece dicuntur κιστελλας, quomodo etiam Teutonice dicitur. Cœpio vt. i. postquam vidit illum. s. iam sæpe dictum Saturninũ, ferre contra senatusconsultum. i. consilium, & decretum (nam prius dixit decretum. Vnde videtur pro eodem accipiendum) senatorum, aduersus rempublicam. i. in detrimentum reip. & potissimum collegis intercedentibus. i. ad impedimentũ interuenientibus. (Vnde intercessio duplex est, altera, vt quid fiat, altera ne quid fiat, vnde precamur, vt sancti intercedant pro nobis apud Deum. i. vt per eorum suffragia nobis bona cõferantur, & mala quæ meruimus aut patimur auferantur:) facit impetum cum viris bonis. i. reip. fauentibus. (Alii legunt fecit, sed minus cohæreat cum ceteris verbis præsentis temporis) disturbat pontes. i. scalas quibus ascẽdebant in suggestum. i. locum editum, vnde lex promulgaretur, & ita curat in Saturninus libere ascendat ac descendat, & deiicit cistas, in quibus scripta continebatur lex. & est impedimento, quo. i. vt, secius. i. aliter lex feratur. s. quam ille volebat aut quo secius potuit pro vt non. Nam deiiciendo cistas impediuit penitus ne lex feratur. Cœpio. s. quæstor vrbanus, accersitur. i. vocatur in ius, & accusatur, maiestatis. i. vt is qui læserit maiestatem. s. tribunitiam, quam sanctam inuiolabilem plebs Romana habendam censuit. Et licet qęstor etiam magistratus esset, minor tamẽ erat

quam

quam tribunus, vnde videbatur minuisse maiestatem tribunitiã faciendo impetũ in tribunum pl. presertim vbi officio suo fungi vellet. Et ideo constitutio sup. fit legitima ex definitione, aut vt alii scribunt ex diffinitione. vtrunque autem scribi posse reor, definitio enim à de & finio dicitur, quasi finitio, & terminatio rei cũ sit discreta de aliis. [Diffinitio a dis & finio) Enim, pro quia, ipsum vocabulum diffinitur cum quæritur. i. inquiritur quid sit minuere maiestatem [Ex translatione &c.) Cõtrouersia nascitur ex translatione. s. officii aut temporis vnius in alterum, vt cũ reus dicit, aut tẽpus differendum supp. esse, quia nondũ expleta est conditio tẽporis adiecta in paciscendo, aut quia non quolibet tẽpora quælibet transigenda res est. Aut dicit accusatorẽ mutandum, vtpote si odio, aut ira, aut simultate in reum notatus sit, aut iudices mutãdos, vt si ad non suum iudicem quis vocatus fuerit. Græci sup. vtuntur hac parte constitutioni. s. per translationẽ, in iudiciis. s. criminalibus, nos vero vtimur plerunque in iure ciuili. i. vbi agitur causa ciuilis. Et ideo sciẽtia. i. peritia, iuris ciuilis iuuabit nos in hac parte. s. constitutionis legitimæ. quæ ad translationem pertinet, tamẽ nos vtimur non nihil. i. aliquãtulum ẽt hac parte in iudiciis. s. de criminibus, vt hoc modo. Si quis accusetur peculatus. i. furti reip. quod dicatur sustulisse vasa argentea publica de loco priuato. i. non publico. (Sicut nos dicimus sacrilegii teneri qui rem sacram etiam de non sacro sustulerit. Sanè signandum est vasa argentea publica sine vitio dici, licet non sit coniunctio, aut quia vasa argentea quasi pro vna re dicuntur. aut quia publica non plenum est adiectiuum) is supp. possit dicere oportere agi secũ furti non peculatus, cum. i. postquã vsus sit definitione quid sit furtũ, quid peculatus (vt si dicat furtũ esse, cuiuscunque rei de loco priuato, peculatũ tantum de loco publico) Hæc partitio. i. particula, vnde alii legunt hæc portio cõstitutionis legitimæ venit raro in iudiciũ. s. criminale his de causis. i. propterea, quod exceptiones prætoriæ, quæ translationem iuuant sunt in actione priuata, & non iudicio, & is cadit à causa qui non egerit quẽadmodũ oportet, & cauetur. i. caute præscribitur legib. si sit cõmodum. i. vtile reo iudicium fiat ante de accusatore vtrũ illi liceat accusare, nec ne. i. an nõ. [Ex ratiocinatione &c.) Prosequitur vltimam partem constitutionis legitimæ dicens. Controuersia constat. i. constituitur ex ratiocinatione. i. argumentatione per similitudinem vnius legis ad aliã, vtpote cum res venit in iudicium, sine lege propria. i. vt dicunt de ea specialiter expressa, quæ tñ res aucupatur. i. callide venatur piscatur, aut acquirit quãdam similitudinem. s. legis ab aliis legib. Ea. s. res est hmõi. Lex sup. est &c. Aut sic. Ea lex aqua res similitudinem aucupatur est huiusmodi. Si sup. aliquis existet furiosus, potestas in eo & in pecunia. i. rebus eius esto. i. volo, vt si agnatorũ. i. eorũ, qui ex paterna linea ad illum attinẽt, & gentiliũ. i. illorum, qui cũ illo sunt eiusdẽ gentis. i. gñis ac progeniei. Et lex supp. est huiusmodi. quæ dicit quod qui iudicatus. i. manifesto iudicio conuictus erit necasse parentẽ, vt is obuolutus, & obligatus corio. i. culleo qui saccus e corio est deuehatur in fluentum. i. aquam fluentem, & demergatur. Et lex supp. est ius esto ita vti. i. vt paterfam. legauerit. i. testamento constituerit, super. i. de familia ne pro vel pecunia sua. Et lex sup. est si paterfamilias moritur intestatus. i. priusquam testamentum fecerit, familia. i. serui, & ancillæ, & pecunia. i. possessio reliqua eius esto agnatorum, & gentilium. Malleolus ciuis ille Romanus iudicatus est necasse matrem, & os. i. caput eius totum obuolutum est statim ipsi damnato folliculo. i. sacculo ex corio lupino. i. facto de pelle lupina, seu lupi, & soleę ligneæ inductæ sunt pedibus. i. in pedes eius, & ita ipse inductus est in carcerem, ii qui defendebant eũ afferunt tabulas. i. instrumẽta in quę scribat testamẽtum, in carcerem, & conscribunt ipso presente testamentũ, & testes affuerunt recte. i. iure, & consuetudine legitima obseruata circa numerũ, & fidem eorum. Supplicium. i. vltimum sumitur de illo. s. Malleolo, hi. s. defensores. qui erãt heredes testamento adeunt hereditatẽ. Frater Malleoli, minor. s. natu, q oppugnauerat. i. qui contra eum contenderat in eius periculo vocat hereditatem suam lege agnationis. i. quæ erat, vt agnati, & gentiles ab intestato succederent. hic. i. in hoc casu, nulla certa lex affertur in rẽ. i. ad cõprobationem rei. & tñ multæ. s. leges afferuntur e quibus. s. legibus similibus ratiocinatio nascitur, qua. s. disquiritur. quare Malleolus potuerit in carcere facere testamentũ aut non potuerit facere testamentum. Et sup. in talibus est constitutio legitima ex ratiocinatione. Nos ostẽdimus cuiusmodi partes constitutionis legitimæ essent. Dicamus nũc. i. deinceps de constitutione iuridicialis. [Iuridicialis) Post legitimã agit de iuridiciali cõstitutione definiẽs eã primo sic. Constitutio iuridicialis est, cum. i. qñ factum conuenit. i. ab vtriusque asseritur sine controuersia, sed quæritur, an factũ sit, iure an iniuria. Duæ sunt partes constitutionis eius videlicet iuridicialis, quarũ s. partium vna nominatur absoluta, altera nominatur assumptiua. Absoluta est cũ nos dicemus idipsum, quod factũ est esse factũ recte. i. iure & decenter ita sup. vt nihil aliud assumatur, foris. i. ab extrinsecis rebus. Ea. i. constitutio iuridicialis absoluta est huiusmodi. Quidam Mimus. i. actor fabularum, qui gestu corporis personas, quas agit imitatur. Compellauit nominatim. i. sub proprio nomine vocauit. Acciũ. s. poetam comicum in cœnaculo, aut in proscenio, Accius. i. poeta agit iniuriarum. s. actione, in eo. s. facto Mimi, aut Mimo ipso, quia cautum est lege que quam viuẽtium in ludis publicis nominari. hic. s. minus iniuriatum accersitus, nihil aliud defendi. i. nihil aliud affert ad defensionem facti sui, nisi licere nominare eum, cuius nomine dantur. i. edantur scripta agenda. s. in scenis quod vulgo dicerent ludenda vbi absolutæ factum fatetur nec aliam causam affert pro defensione, quam idipsum quod in facto est, quia accusatur nomine proprio nominasse poetã, dicit decere eum nominare. vide & reliquos commentarios. [Assumptiua) Prosequitur reliquam partem constitutionis iuridicialis dicens. Pars s. constitutionis iuridicialis assumptiua. s. approbationis alicuius foris, est cum defensio est per se. i. propria virtute infirma. i. debilis, sed comprobatur ex re contraria assumpta. partes supp constitutionis iuridicialis assumptiuæ, sunt quatuor. Concessio s. facti, remotio. i. depulsio criminis, translatio criminis, & comparatio. Concessio est cum. i. quando reus. i. accusatus, confitens peccatum, postulat. i. præcatur suo iure, ignosci sibi. i. vt sibi agnoscatur. Ea. s. concessio, diuiditur in purgationem, & deprecationem. Purgatio est cũ reus negat se fecisse consulto. i. consilio præuio, & ex deliberatione ac composito. seu industria aut data opera, non tamen negat simpliciter se fecisse. Ea. s. purgatio diuiditur in fortunam, imprudentiam, & sup necessitatem. Fortunam i diuiditur in fortunam vt cœpro purgãs factum suum apud trib. pleb. de amissione exercitus excusat fortunã, hoc est dicit fortunam aduersam in culpa fuisse non se imprudẽtiam. i. diuiditur in prudentiam, vt ille sup. eam excuset, qui sumpsit supplicium de eo seruo, qui occiderat dominum, cui. s. domino ipse occiderat inquam antequam aperuerit tabulas testamenti, cũ is seruus esset manumissus testamẽto, & ita non licuerit indemnatum occidisse. Necessitudinẽ, vt ille qui non venit. i. non rediit ad diẽ cõmeatus. i. veniæ abeundi militia datæ ea spe, vt præfixo die rediret quod. i. quia, aquæ. s. subito ortæ interclusissent eum. [Deprecatio &c.) Prosequitur secũdam partem concessionis, quæ dicitur deprecatio, quam describit sic. Deprecatio est cũ reus confitetur, &. i. simul, peccasse, &. i. simul, fecisse cõsulto. i. à cõsilio, & deliberatione, & tamen. i. nihilominus postulat, vt. s. iudex, aut senatus misereatur sui, aut potius impersonaliter vt misereatur. i. misericordia fiat sui. Bene sui vtitur priuatiuo quia passiuę posito. hoc ferrè, nõ. i. quasi nunquam potest vsu venire. i. contingere commode. & ex vsu, in iudicio. i. foro iudiciali nisi quando nos dicimus pro reo, cuius constat multa esse facta recte. i. decenter & iuste. hoc modo. s. qñ eius benefacta euidentia sunt, nos iniiciemus in cõi loco, amplificationes de qua postea disputabitur quod si. i. q̃uis fecisset hoc, tñ cõuenit ignosci eo pro pristinis beneficiis. i. benefactis eius: Verbũ nihil postulat ignosci, quia, respectu benefactorũ non uidetur peccasse. Ergo talis causa. s. deprecatoria, non uenit in iudiciũ; i. nõ habet locum coram iudice criminali, qui cum sit iudicatus, non potest facile ignoscere, sed potest uenire, aut in senatum, aut ante imperatorẽ, & in consilium. i. concionem populi. [Ex translationis criminis &c.) Docet quomodo interdum crimen non negamus, sed culpam in alium transferimus dicẽs Causa. i. controuersia, aut defensio constat ex trãslationis criminis, cum. i. quando non negamus nos fecisse. s. quod nobis obiicitur, sed dicimus non fecisse coactos peccatis. i. per colpã aliorum. Vt Orestes cum defendit se de necematri illata, non negat se matrem occidisse. sed confert. i. transfert, crimẽ. i. culpam, in matrẽ docens, uidelicet eam adulterio, & patris sui nece metuisse ut occidatur. Causa constat ex remotione criminis, cum nos amouemus à nobis non crimen. i. facinus ipsum de quo criminamur, sed nos amouemus culpã ipsam, & trãsferimus. s. culpam in hominẽ, vel cõferimus eam in quam piam rem, vt in legem contrariam. Culpa supp. transfertur in hominem, vt si is qui fatetur se occidisse P. Sulpicium accusetur. s. homicidii, & defendat id. s. crimen, aut facinus, iussu cõsulum & dicat eos, videlicet consules nõ modo imperasse cædem Sulpitii,

pitii,

pitii, sed quoque.i. etiam ostẽdisse rationem, quare id liceret.i. quare licitum fuerit eum occidisse, Culpa sup. confertur in rẽ, vt si quis vetetur.i. prohibeatur ex plebiscito (quod quia publicum maioris est authoritatis quam testamentũ) sup. facere id, quod sit iussus facere ex testamento. Exemplum affert Franciscus satis euidens. [Ex comparatione, Declarat vltimam partem iuridicialis assumptiuæ dicens. Causa constat ex cõparatione, cum dicimus fuisse necesse facere alterutrum.i. vnum duorum, & dicimus illud quod fecerimus fuisse satius.i. melius, & cõuenientius facere. Ea.s. causa ex comparatione est huiusmodi. C. Pompilius cum obsideretur à Gallis, neque posset vllo modo effugere, venit cum ducibus hostium in collocutionem.i. colloquium, discessit.s. è collocutione, ita.i. eo pacto, vt relinqueret impedimenta.i. machinamenta bellica, quibus transferẽdis impediri solet exercitus, & sup. educere.s. ex obsidione, aut reduceret domum exercitum, cui præerat, & dixit, aut duxit esse satius, id est melius, & sanioris consilii amittere impedimenta.i. machinas bellicas, vt arietes, vallum, vineas, crates, vehicula &c. quã exercitũ.i. milites ipsos, & ita eduxit exercitum, & reliquit impedimenta, quo circa accersitur.s. in ius.i. postulatur, vt reus maiestatis.s. læsæ, quia contra maiestatis populi R. decus fecisse videbatur. Posset textus sic legi. Ita discessit, vt impedimenta relinqueret, exercitium educeret. Exercitum itaque eduxit, impedimenta reliquit, accersitur maiestatis. Satius esse dixit amittere impedimenta quam exercitum. Dixit inquam ad sui defensionem. vnde applicatur comparatio ad institutum. Quæ constitutiones, &c. Epilogo cõplectitur declarata, & parasceuen facit ad dicenda. Ordo est. Ergo videor ostendisse.i. declarasse, aut demonstrasse satis, quæ sint constitutiones, & quæ sint partes constitutionem. Vbi signabis puer interdum loco relatiui non inuenisse reperi dictionem, quæ esset antecedens, vt hoc loco dicere potuisset, & quæ earum partes sint, sed quia vis est in vocabulo maluit ipsum repetere. Nunc.i. deinceps est demonstrandum.i. demonstrare decet, aut oportet, aut conuenit, quomodo & qua via.i. ratione, & forma, conueniat eas tractari. Si nos aperuerimus.i. declarauerimus, & manifestauerimus prius.s. quam eas tractare doceamus, quid oporteat destinari.i. prætendi ab ambobus.s. litigatoribus, aut contendentibus, qui sunt actor, & reus in causa.i. lite, quo.i. quod omnis ratio totius orationis conferatur.i. simul dirigatur. [Constitutione igitur &c.) Declarat quid sit ratio, & quo ea vtamur dicẽs. Igitur, quia de ratione prius se dicturum dixit. Constitutione reperta.i. postquã constabit genus constitutionis ratio est quærenda statim vnde diffinit eam dicens. Ratio est, quæ facit causam, & continet defensionem, hoc modo (vt consistemus.i. vt liceat immorari potissimum in hac.s. ratione, causa docendi.i. vt eam exemplis docemus) Orestes filius Agamemnonis, cum fatetur se occidisse matrem, nisi attulerit rationem facti.i. cur id fecerit peruertit.i. destruit defensionẽ, ergo ne peruertat defensionem, affert eam.s. rationem, quæ.s. ratio nisi intercedẽret.i. interueniret, & statim adduceretur, nec causa quidem esset.i. tantum abesset vt legitima, aut iuridicialis censeatur causa, vt nullo modo putetur causa, quia qui fatetur se matrem occidisse, nec causam affert seseipsum condemnat. Affert igitur eam. Enim pro quia, ipse inquit, illa.s. Clytemnestra aut mater (sed multo opportunius dicitur illa quam mater cum nomen matris crimen aggrauet) occiderat, scilicet prius, patrẽ meum, scilicet Agamemnonem non vacat, quòd dicit meum ita ne putetur patrem suum, hoc est Clytemnestræ occidisse tum, quia iusta videtur filio patris vindicta. Ergo vt ostendi.i. vt iam dixi, ratio est ea quæ continet defensionem, sine qua.s. ratione non defensione, nec parua quidem.i. non modo non magna, sed ne parua quidem dubitatio, id est hæsitatio aut cunctatio potest remorari, id est in mora tenere damnationem, scilicet rei meo confitentis. Inuenta ratione.i. postquam ratio facti est inuenta, firmamentum.i. corroboramẽtum accusationis quærendum est.i. illud quod continet accusationem, & quod affertur contra rationem defensionis, de qua.s. ratione est ante dictum.i.d.s. firmamentum constituetur, hoc modo, cum.i. postquam Orestes fuerit vsus ratione.i. adduxerit in medium rationem, hoc pacto, occidi.s. matrem (quod tamen prudenter non addit) enim, pro quia illa occiderat patrem meum, accusator vtetur: hoc modo, firmamento. Sed licet (forte occidi potuit) non potuit occidi abs re, neque indemnatam.i. non cõuictam in iudicio. Oportet subaudi vt (quæ tamen particula solet venuste post oportet omitti) quæstio, id est inquisitio iudicii nascatur.i. oriatur ex ratione defensionis, & ex firmamento accusationis, quam.s. quæstionem, nos supp. appellamus iudicationem, & sup. quod Græci appellant κρινόμενον à κρίνομαι, quod est vocor in iudicium &c. Ea.s. iudicatio cõstituetur ex coniunctione firmamenti, & ratione defensionis, hoc modo. Cum dicat Orestes se occidisse matrem, causa vlciscẽdi patris, id est patrem ab ea interemptum vlciscatur, fuerit ne rectum, id est æquum, & iustum, Clytemnestram occidi à filio sine iudicio? Ergo conuenit.i. decens, & conueniens est reperire iudicationem hac ratione, id est via conferendi firmamentum cum ratione. Iudicatione reperta oportebit omnem rationem totius orationis conferri eo, id est ad eam. Et iudicationes reperientur in omnibus constitutionibus, & in omnibus partibus constitutionum, hac via, id est ratione prædicta, præter quam in constitutione coniecturali. Nam in ea nec quæritur ratio, quare fecerit. Enim pro quia, negatur fecisse, nec firmamentum.s. accusationis exquiritur.i. examinatur quale sit, quoniam ratio.s. facti non subest cum factum negetur, quare iudicatio constituitur in coniecturali ex intentione, id est instantia vrgenti qua contendimus factum esse, ex inficiatione, id est negatione facti, hoc modo. Intentio supp. est ò Vlysse occidisti Aiacem. Inficiatio, Non occidi. Iudicatione.i. an occiderit. Omnis ratio vtriusque orationis, vt ante dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes erunt quoque, id est etiam plures in vna causa, sed & omnes reperientur simili ratione.i. via, & modo. Concludens autem primum librum dicit nos sedulo, id est seorsum a dolo, hoc est studiose, & diligẽter dedimus operam, vt diceremus breuiter, & dilucide de rebus, de quibus dicendum fuit. Nunc quoniam magnitudo huius voluminis creuit satis, commodius est exponere in altero libro deinceps de ceteris rebus ne defatigatio propter multitudinem literarum.i. præceptorum scriptorum possit retardare animum tuum, ò Herenni. Sed si hæc absoluentur, quo.i. aliquo tardius, quàm studes.i. ardenter expetas, tu debebis assignare cum.s. ita sit, quòd magnitudini rerum, tuum supp. manifestum est, quod multo fortius, quoque.i. etiam occupationibus nostris. Veruntamen nos maturabimus.i. mature accelerabimus, & exæquabimus, id est supplebimus industria.i. artificio naturali, quod fuerit diminutum negocio.i. per occupationem, vt largiamur accumulatissime tuæ voluntati hoc munus pro officio tuo in me, & pro meo studio, id est beneuolentia diligenti in te.

M. TVLLII CICERONIS

RHETORICAE AD C. HERENNIVM.



LIBER SECVNDVS.



N primo libro Herenni breuiter exposuimus, quas causas recipere oratorē oporteret, & in quibus officiis artis elaborare conueniret, & ea officia qua ratione facillime consequi posset verum, quòd neq; de omnib. rebus simul dici poterat, & de maximis primū scribendum fuit, quo cetera tibi faciliora cognitu viderentur; ita nobis placitum est, vt ea, quæ difficillima essent, potissimum scriberemus. Causarum tria genera sunt, demōstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. multos difficillimum est iudiciale: ergo id primum absoluemus. hoc & priore libro egimus, cum de oratoris officiis tractabamus, quorum inuentio, & prima, & difficillima est. ea quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta: & paruam partē eius in tertium volumen trāsferemus. De sex partib. orationis primū scribere incepimus. In primo libro locuti sumus de exordio, narratione, diuisione, nec pluribus verbis, quàm necesse fuit, nec minus dilucide, q̄ te velle existimabamus. Deinde coniunctè de confirmatione, & confutatione dicendum fuit. quare genera constitutionum, & earum partes aperuimus: ex quo simul ostendebatur, quo modo constitutionem, & partes constitutionis, causa posita, reperiri oporteret. Deinde docuimus, iudicationem, quemadmodum quæri conueniret: qua inuenta, curandum vt omnis ratio totius orationis ad eam conferatur. Postea admonuimus esse causas complures, in quibus plures constitutiones, aut partes constitutionum accommodarētur. Reliquum videbatur esse, vt ostenderemus, quæ ratio posset inuentiones ad vnamquanque constitutionem, aut partem constitutionis accommodare; & item quales argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant, si qui, & quales vitari oporteret: quorum verunq; pertinet ad confirmationem, & confutationem. Deinde ad extremum docebimus, cuiusmodi cōclusionibus orationum vti oporteat, qui locus erat extremus de sex partibus orationis. Primum ergo quæremus, quemadmodum quanque causam tractari conueniat: & nimirum coniecturalem, quæ prima, & difficillima est, potissimum consideremus.

IN RHETORICAE AD HERENNIVM LIBRVM secundum, Hieronymi Capiduri Commentarius.



N primo libro Herenni breoiter exposuimus, qnas causas recipere oratorē oporteret, & in quibus officiis artis elaborare conuenirer Cicero quid primo libro complexus sit aperit paucis, qoidq. in secundo sit tradituτus. [Causarū tria sunt genera, demonstratiuū, deliberatiuū, iudiciale) Ita. n. apud oēs iam receptū est, vt neq; plura, neq; pauciora sint genera causarum, vel ipso simul docente, simulq. cōmonente. Quintiliano, & vbiq; Cicerooe, quod diuidendi genus ab Aristotile videtur sumpsisse initium. [Quas argumentationes, quæ Græci ἐπιχειρήματα appellant) Argiterc dixerunt veteres. ostendere, vnde & argumentum, dicitur ostensio. Argumentorum autem alia necessaria, vt mathematica, alia credibilia, vt reliquatum disciplinarum, sicut & nō repognaotia. Argumentatio autem, tanquam corpus est argumenti, sicut argm̄ animę vicem gerit. Format. n. argumentum, formatur vero argumentatio, quæ aut est syllogismus, aut inductio. De syllogismo emergit enthymema, & epicherema, sicut de inductiooe, exēplum, & similitudo. Quanquam pugna inter multos est. Epicherema. u. Valgius aggressiooem vocat, Celsus aūt iudicat Quintiliano teste, non oostram administrationē, sed ipsam rem quā aggredimur. i. argm̄, quo aliquid probatori sumus, etiam si nondum verbis explicatū, iam tñ mente cōceptum, epicherema dici. Aliis vr̄, non destinatam, vel inchoatam, sed perfectā probariooē, hoc oomen accipere, & vltimā speciem. Ideoq. propria eius appellatio, & maxime in vsu posita est, qua signatur certa quædam sniæ comprehēsio, quæ ex tribus partibus minime constat. Quidam epicherema rationem appellauerunt, Cic. melius ratiocinatiuum, quamquàm & ille nomē hoc duxisse magis è syllogismo videtur. Et qm̄ est quædam inter syllogismum, & epicherema vicinitas, pōt videri hoc nomine recte abusos, qm̄ syllogismus ἀπόδειξις est. i. euidēs, & quæ falli non pōt probatio, quæ apud mathematicos γραμμικὴ ἀπόδειξις appellatur. hāc ab epicherema te putat Cęcilius differre, solo gñe conclusionis. est. n. ἀπόδειξις imperfectum epicherema, eadē causa qua diximus enthymema, a syllogismo distare. Nā & epicherema syllogismi species est. Quidam inesse epichetemati apodixin putāt, & esse partem eius confirmantem, quod tñ apud mathematicos minime receptum est.

IN RHETORICAE AD HERENNIVM LIBRVM secundum, Giberti Longolij annotationes.



N primo libro Herenni) Quæ hactenus dixerit, breuiter recenset omnia. [Deinde docuimus, iudicatiooem &c.) Quæ facit, scilicet constitutionem, vnde à quibusdam tam ipsa, quam status ipse, caput causa, summa, orationis, scopus, & intentio vocatur. [Reliquum videbatur) Quæ deinceps dicturus sit, receoset.

IN primo libro &c.) Rursus noua præfatione facit Herennium, docilem, beneuolum, & attentuoi. Docilē ex ordioe & cōparatione. Beneuolum ex studio ipsius erudiendi, & attentū ex negocii difficultate. Quia difficillima quęque se potissimum scribere voluisse dicit vt cū ordine apertius esse. Is aūt A S C.

talis

talis est. O Herenni nos exposuimus .i. declarauimus breuiter (non afferendo videlicet quæ nihil ad artem facerent) in 1. lib. quas causas oporteret oratorem recipere, & in quib. officiis .i. studiosis exercitiis conueniret .i. deceret, perutile esset oratorē elaborare .i. eminente ac præter ceteros laborare, & exposuimus qua ratione .i. via & modo, orator posset consequi .i. obtinere. (Tractum volunt à canibus, qui dū prædam tenent, & ab ea reluctante trahuntur eam consequuntur) facillimè; Non tamē fieri pōt, vt faciliter, ergo interdum minus est superlatiuo per respectum posito, quā in absoluto. [Causarum tria sunt) Per epilogum enumerat prius dicta, & prælibat dicenda. Non autem vult hic de tribus causarum generibus tractare. sed per ordinem venit ad coniecturalem constitutionem dicendam, & de ceteris quæ in 1. libro dicta non sunt. Ordo est. Tria sunt genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuū, iudiciale, quorum sup. iudiciale est difficillimū multo .i. in multo gradu. Ergo nos absoluemus primū id. s. iudiciale genus, & nos egimus hoc in priore lib. cum tractaremus de 5. officiis oratoris, quorum .s. officiorum inuētio est, & prima, & difficillima (Aduerte lector priua dixit in 1. lib. & intelligit omnium, hic autem dicit in priore, & intelligit omnibus, aut priore .s. hoc secūdo, aut horum duorum) quoque i. etiam ea. videlicet inuentio erit absoluta propemodum .i. ferè tota nobis .i. à nobis, in hoc libro .s. secundo, sed transferemus paruam partem eius in tertium volumen .i. reseruabimus ad tractandam eam in 3. libro. Nos incipiemus primum scribere de sex partibus orationis. Nos locuti sumus in 1. lib. de exordio narratione, diuisione, nec sup. locuti sumus pluribus verbis quam fuit necesse, nec minus dilucide, quam existimabamus .i. iudicabamus te velle. Denique .i. tandem fuit dicendum cōiunctum .i. simul de cōfirmatione, & confutatione, quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Quare .i. quamobrem re occasione cuius rei, nos aperuimus .i. declarauimus genera cōstitutionum, & partes earum. Ex quo .i. post quod ostendebamus .s. a nobis, simul quō oporteret cōstitutionem, & partes constitutionis reperiri causa posita .i. post quam esset comperta. Deinde docuimus quemadmodum conueniret iudicationem quæri .s. ex ratione, & firmamento, qua .s. iudicatione inuenta, omnis ratio .i. consideratio, & propositum totius orationis conferatur .i. debeat conferri ad eandē .s. iudicationem, nos admonuimus postea causas esse cōplures (quidam scribunt quam plures, sed eos Valla satis improbat) in quibus .s. causis, plures constitutiones ac partes constitutionum accommodarentur .i. applicari possent, vt commentarii Francisci preserum illi docuerunt. Videbatur .s. nobis tunc, reliquum .i. restare vt ostēderemus quæ ratio .i. via, & modus tradendi posset accommodare inuētiones ad vnamquanque constitutionem, aut ad partem cōstitutionis. Item quas argumentationes (quas græci appellant ἐπιχειρήματα) .i. aggressiuas argumētationes, notandum aut prodicit, quas græci vocāt contra regulam Seruianam, quæ vult relatiuum hoc loco debere conformari sequenti, quia sequens quodammodo proprium est, vt sit quæ ἐπιχείρημα græci vocant &c. Sed vtrunque posse dici certum incertum est autē vtrum. Cic. scriptum reliquerit (oporteret seq. & quas oportet vitari) Vbi rursus signabis puer, sequi passiue accipi eo. q vitari capitur passiue, nā si impersonaliter dictū censeas iam illi accusatiuum a parte ante dedent, aut à parte post si sit ordo oporteret vitari argumētationes &c. Sed neutrum à grāmaticis recipitur, non. n. accusatiuū à parte ante requirunt impersonalia, sed ablatiuum vt oportet à me legi. A parte autem post negatur illis accusatiuua, ne passiua dicatur, vt dicendo, oportet a me legi Virgilium, quorum vtrunque .s. tam sequi quam vitari argumentationes pertinet ad confirmationem, & ad confutationem, de quibus suo loco tractabit. Deinde docebimus ad extremum .i. in fine, cuiusmodi conclusionibus oporteat vti in oratione. Qui locus .s. cōclusionis erat extremus .i. vltimus de sex partibus orationis .s. rhetoricæ, quas in 1. lib. enumerauit. Nos ergo quæremus primū, quemadmodum conueniat quamque .i. vnamquanque causam tractari, & nimirum .i. haud dubiæ, nos cōsideremus .s. merito, aut equum est, vt consideremus, aut legamus. considerabimus potissimam causam sup. aut constitutionem coniecturalem, quæ est prima .s. earum quæ restant declarandæ, aut cōsiderandæ, quæque .i. & quæ est nimirum .i. haud dubiæ difficillima. Prius enim pollicitus est difficillima, quæque potissimum, & primo loco declarare, vt ex eorum cognitione deueniamus in cognitionem minus difficillimum. quæque hoc loco duæ sunt partes, nam quæ nomen est relatiuum, q; coniunctio, connectens quæ bis positum, idem enim est ac si dicas, & quæ.

DE CAVSA CONIECTVRALI.



IN causa coniecturali, narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet, vt nihil actum, nihil dictū, nusquam ventū, aut abitū, nihil deniq; factum, sine causa putetur. Defensoris narratio simplicē, & dilucidam expositionem debet habere cū attenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa, probabile, collationē, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum vnumquodque quid valeat, aperiemus.

CAPIDVRVS.



IN causa coniecturali, narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet, vt nihil actum, nihil dictū, nusquam ventum, aut abitum, nihil deniq; factū, sine causa putetur. & quę sequūtur (Posteaquam supra in huius a. libri exordio, & quæ in primo docuerit, & quæ deinceps in hoc edocturus sit, ostendit Cic. à coniecturali constitutione confirmationis confutationisq. argumentationes inchoat, tum quod ex ordine prima est, tum q obscuritate ceteras antecedit. [In causa coniecturali. narratio accusatoris suspiciones interiectas, & dispersas habere debet, vt nihil actum, nihil dictum, nusquam ventum, aut abitum, nihil denique factum, sine causa putetur) Recte suspiciones, si quidem coniectura, & suspicione consequi accusatorem oportet, quidquid reus factū diffiteatur. vt nihil actum, nihil fecisse reum, nihil dictum, nihil dixisse, nusquam ventum, in nullum locum accessisse, aut abitum, aut abiisse. (Nihil denique factū, sine causa) Omnia simul ouncc cōplectitur. Debebit, inquit, accusator, modo possit, reū quidquid fecerit cogitare, vt visus fuerit ostendere nihil sine causa fecisse. [Defensoris narratio simplicem, & dilucidam expositionē debet habere cū attenuatione suspicionis) Ne se arte defendere velle videatur. Simplicem, non multis implexam sententiis, & dilucidam, nec quod dicetur iudicum aures effugiat. (Cum attenuatione suspicionis) Vt quidquid suspicionis fuerit iniectū, si non possit amouere, attenuet, & debile. & parui esse momenti ostendat. (Huius constitutionis ratio) Hoc est tractationis animaduersio, in sex partes est distributa, quas ex ordine cunctas prosequitur: à probabili, vt liquet, incipiens. Probabile est, quod probatur expedisse reo peccare. In præceptis Inuentionis, vbi argumētationis generaliter complectitur. Probabile autem, inquit, est id, quod ferè solet fieri, aut quod in opinione positum est. aut quod habet in se ad hęc quādam similitudinem, siue id falsum est, siue verum. Verum in eo genere quod ferè solet fieri, probabile huiusmodi est: Si mater est. diligit filium. Si auarus est. negligit iusiurandum. in eo autem quod in opinione positū est huiusmodi sunt probabilia. Impiis apud inferos pœnas esse preparatas, eos qui philosophiæ dent operā, nō arbitrari deos esse. Similitudo autem in contrariis, & paribus, & in his rebus, quæ sub eādem rationem cadunt, maxime spectatur. In contrariis, hoc modo. Nā si his, qui imprudentes læserint ignosci conuenit, his qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet. Ex pari sic. Nam vt locus, sine portu nauibus esse non potest tutus, sic animus, sine fide stabilis amicis non potest esse. In his rebus, quę sub eandem rationem cadunt, hoc modo probabile consideratur. Nam si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est cōducere. hæc tum vera sunt, hoc pacto, quoniam cicatrix est, fuit vulnus. tum verisimilia, hoc modo: si vulnus erat in calceis puluis, ex itinere eum venisse oportuit: Omne autem, vt certas quasdam in partes distribuamus, probabile quod sumitur ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit, & quidam significat, quod ex ipsa profectum videtur, quod aut ante ea fuerit, aut in ipso negocio, aut post sit consecutū, & tamen indiget testimonii, & grauioris cōfirmationis: vt, Cruor, fuga, pallor, puluis. & quæ his sunt similia. Signum est, quod sub sensum aliquē cadit. quinque sensus sunt in homine, visus, auditus, odoratus,

s.sapor,tactus.Credibile est,quod sine vllo teste auditoris
niooe firmatur.hoc modo:Nemo est,qui non liberos suos
lumes, & beatos esse cupiat. Iudicatum, est res assensione
auctoritate,aut iudicio alicuius,aut aliquorum cõproba-
tribus in generibus spectatur, religioso,cõmuni.appro-
o.Religiosum est,quod iurati legibus iudicarunt.Cõmune
quod omnes vulgo probarunt, & secuti sunt.huiusmodi,
maioribus natu assurgatur,vt supplicũ misereatur. Appro
m est,quod homines,cũ dubium esset.quale haberi opor
t,sua constituere auctoritate.Comprobabile aũt est,quod
bus diuersis similem aliquam rationem continet. Eius
s sunt tres: Imago,collatio,exemplum.Imago,est oratio
onstrans corporum,aut naturarum similitudinem.Colla
est oratio,rem cum re ex similitudine conferens.Exẽplum
uod rem auctoritate,aut casu alicuius hominis,aut nego-
onfirmat. Horum exempla, & descriptiones in praeceptis
utionis cognoscetur.

l causa coniecturali)Narratio in coniectura qualis esse de-
eat.

i causa coniecturali &c.) Quo facilius iudiciale genus , vt
ollicitus est absoluat,primo ostẽdit qualis narratio accusa
ons, & defensoris debeat esse in causa coniecturali.dicens.
ratio accusatoris debet habere in causa coniecturali suspi-
nes ex quibus qđ accusat cõuci possit interiectas.s.iter nar
lum,& dispersas.s.per narrationem ita sup.vt nihil putetur
m,nihil dictum, nusquam.i.ad nullũ locum ventum.i.itũ
aut accessum,& nusquã.n.à nullo loco abitum.i.recessum
denique.i.vt vno verbo, aut simul dicatur, nihil putetur fa-
ta vt facere omnia cõprehendat.nam qui loquitur,aut co
t non nihil facit,sine causa.s.ad accusationem pertinẽte.i.
ia quæ dixisse,aut fecisse aduersarius,hoc est accusatus di-
t,ad crimen quo illi obiicitur facere docebit.Deinde pro-
itur formam narrationis defensoris dicẽs Narratio defen
debet habere expositionem simplicẽ.i.non inuolutã am-
bus non fucatam,aut dolosam, & dilucidam.i claram,cũ
nuatione.i.inualidatione suspicionis.s. inductæ per ac-
torem.Post descriptionem narrationis diuidit constitutio
coniecturalem in sex partes dicens.Ratio huius cõstitutio
.coniecturalis. distributa.i diuisa est in sex partes . In pro-
lẽ,in collationem,in signum,in argumentum, in consecu
em,& in approbationem . Sæpe admonui auctorem non
onere in diuidendo ac declarando partes particulam.s.aut
icet,& coniunctionem præmittere.Nos aperiemus vnum
dque horum quid.i.in quo valeat.id est vtile sit.

DE PROBABILI.

PRobabile est,per quod proba
tur expedisse reo peccare,& à simi
li turpitudine hominem nunquã
ab fuisse. Id diuiditur in causam,&
in vitam. Causa est ea,quæ induxit
ad maleficium commodorum spe,
incommodorũ euitatione: vt cum quæritur,
a quod commodũ maleficio acquisierit , num
orem,num pecuniã,nũ dominationem , num
rã cupiditatem amoris,aut hominis libidinis
erit explere:aut num quod incõmodum vita
nimicitias,infamiam, dolorem , supplicium.
accusator in spe cõmodi,cupiditatem osten-
duersarij:in vitatione incõmodi, formidinẽ
bit. Defensor aũt negabit fuisse causam,si po
;aut eam vehementer extenuabit. Deinde ini
esse dicet,omnes,ad quos aliquid emolumen
aliqua re peruenerit,in suspicionẽ maleficij
ocari. Deinde vita hominis ex ante factis
tabitur. In quo primũ cõsiderabit accusator.
qñ simile quid fecerit. Si id nõ reperiet,quæ
um quando venerit in similẽ suspicionem: &
debebit esse occupatus,vt ad eã causam pec
quã paulo ante exposuerit,vita hoĩs possit ac
commodari,hoc modo:Si dicet pecuniæ causa fe
cisse,ostẽdet eum semper auarũ fuisse:si honoris,
ambitiosum. ita poterit animi vitium cum causa
peccati conglutinare.Si nõ poterit par vitium cũ
causa reperire,reperiat dispar.Si nõ poterit auarum demonstrare,demonstret corruptorẽ,vel perfidiosum,si quo modo poterit.Deniq; aliquo aut quamplurimis vitiis contaminabit personã:deinde qui illud fecerit tam nequiter,eundẽ hunc tam perperam fecisse non esse mirandum.Si vehementer castus,& integer existimabit, aduersarius dicet,facta nõ famã spectari oportere: illũ ante occultasse sua flagitia,se planũ facturũ ab eo maleficiũ non abesse.Defensor primũ demõstrabit vitã integrã,si poterit:id si non poterit , confugiet ad imprudentiam,stultitiam,adolescẽtiam, vim,persuasionẽ:quibus de rebus vituperatio eorũ , quæ extra id crimen erunt,nõ debeat assignari.Sin vehementer hominis turpitudine ĩpedietur, & infamia,prius dabit operã,vt falsos rumores dissipatos esse dicat de innocẽte, & vtetur loco cõi:Rumoribus credi non oportere.Si nihil horum fieri poterit,vtatur extrema defensione,& dicat, nõ se de moribus eius apud Censores, sed de criminibus aduersariorum apud iudices dicere.

CAPIDVRVS.

PRobabile est, per quod probatur expedisse reo peccare.& simili turpitudine hominẽ nunq̃ abfuisse)Probabile,inqt est,cum in coniecturali cõstitutione dicimus,ideo id nobis videri factũ à reo esse,quod id facere expedierit.& ostendemus,cum hominem à tali crimine nunquam absuisse.[Id diuiditur in causam,& in vitam)Hoc est personam,& factum,velut ipse alibi dixit.vel,ut alii,cõiectura omnis,aut de re,aut de animo est.Sed ad hæc omnia de causa ne prius, an de persona dicendum sit,quæsitum est, varieq. ab oratoribus factũ est , à Cic.prælatæ frequenter sunt causæ. Sed mihi,inquid Quintil.si sine vllo litis conuitio præponentur,secundum naturam videretur incipere à persona,nam,hoc magis generale est.[Causa est, quæ cum inducit ad maleficium , commodorum spe . & quæ sequuntur) In secundo de inuentione , coniecturalem tractaturus Cic.constitutionem,inquit,omnis igitur ex causa,ex persona,& facto ipso coniectura capiendã est.causa distribuitur in impulsionem.& ratiocinationem.Impulsio est,quæ sine cogitatione,per quandam affectionem,facere aliquid hortatur,vt amor,iracundia,ægritudo,violentia.& omnino omnia in quibus animus ita videtur affectus fuisse, vt rem perspicere cum consilio,& cura nõ potuerit,& id quod fecit,impetu quodam animi potius quam cognitione fecerit.Ratiocinatio est autẽ, diligens & considerata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio.ea dicitur interfuisse tum.cum aliquid faciendi,aut nõ faciendi certa de causa vitasse,aut secutus esse animus videtur si amicitiæ quid causa factum dicetur,si inimici vlciscendi , si metus,si gloriæ,si pecuniæ,si deniq; vt omnia generatim amplectamur,alicuius retinẽdi , augendi , adipiscendi commodi, aut contra reiiciendi , diminuendi , deuitandi ue incommodi causa.Nam horum in genus alterutrum illa quoque incident, in quibus aut accomodi aliquid maioris adipiscẽdi causa, aut maioris vitandi incommodi suscipitur,aut aliquid commodũ maiori adipiscẽdi commodi, aut maioris vitandi incommodi præteritur . Hic locus sicut aliquod fundamentum est huius constitutionis . nam nihil factum esse cuiquam probatur , nisi aliquid quare factum sit ostenditur.[Causa est,quæ induxit ad maleficium,commodorum spe , aut incommodorum euitatione) Hoc dicit , Quem accusatum sumus obiectum crimen inficiantem,causam afferimus cur eum deliquisse arbitremur, & aut cõmodorum spe illectum fuisse,aut quod incommoda subterfugere voluerit. commodum spe , vt si eum quempiã, qui ad hereditatem accedebat , sustulerit , incommodorum vitatione, si nouercam occiderit , ne dutã sub eius custodia

amplios præmeretur.[Nunquid commod um maleficio appetierit)Nunquid male quidquam egerit,quod ex eo commodũ speraret,aut honorem,aut pecuniam, aut dominationẽ.nam ob hęc plerunq; cædes fecisse multi inuenti sunt.[Num aliquã cupiditatem amoris) Veluti ob libidinis satiandæ appetitum pocula amatoria quæ phiItra vocant,data,& incantamenta facta,ceteraq. huiusmodi cõmisisse flagitia homines deprehensi sunt.[Num aliquam cupiditatem amoris)Sunt.n.multę amorum cupiditates . [Aut huiusmodi libidinis voluerit explere) Subaudiendum cupiditatem,hoc est siue amoris,siue cuiusuis libidinis.i.appetitus.nam cuiuslibet rei appetitum , libidinem tunc ferè dicimus semper , cũ cuius rei sit libido adiicitur . sin mihi adiicias, vitiũ significat , quo obscænę partes excitantur. [Aut nunquid incommodi vitauerit)Nam si cõmodum consequendi causa flagitium cõmittitur , par ẽt est,vt ob effugiẽda incõmoda scelera subeamus, id aut propter inimicitias euitandas,aut infamias.aut dolores,aut suppliciũ fieri solet.[Hic accusator in spe commodi ostendit cupiditatẽ aduersarii)In secundo aliorum Rhetoricorum præceptorũ : Accusator ergo, inquit,cum impulsione aliquid factum esse dicet.illũ impetũ, & quãdam commotionem animi,affectionemq. verbis, & sententiis amplificare debebit. & ostẽdere quãta vis amoris,quanta animi perturbatio ex iracundia fiat, aut ex aliqua causa earum qua impulsum aliquẽ id fecisset dicet.Hic & exemplorum cõmemoratione,qui simili impulsu aliquid cõmiserint , in similitudinẽ collatione , & ipsius animi affectionis explicatione curandũ est.vt nõ mirum videatur si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit.Eum autem non impulsione,verum ratiocinatione aliquem cõmisisse quid dicet, quid commodi secus si aut quid incõmodi fugerit demonstrabit, & id augebit quã maxime poterit vt quoad eius fieri possit,idonea quam maxime causa ad peccandum hortata videatur.Si gloriæ causa,quantam gloriam consecuturũ existimarit.Item si dominationis,si pecuniæ, si amicitiæ, si inimicitiarum,& omnino quidquid erit qđ causæ fuisse dicet id summe augere debebit.& hoc eũ magnopere considera oportebit,nõ quid in veritate modo,verum,etiam vehementius quid in opinione eius quem arguet fuerit. Nihil.n.refert non fuisse.aut nõ esse aliquid commodi,aut incommodi . si ostendi possit ei visum esse qui arguatur.nã opinio dupliciter fallit homines. cũ aut res aliusmodi est ac putatur , aut non is euentus est quem sunt arbitrati. Res aliusmodi est tum , cum aut id quod bonũ est,malum putant,aut contra quod malum est, bonum , aut quod nec bonum,nec malum est,malũ aut bonum, aut quod malum,aut bonum est,nec malum,nec bonũ.Hoc intellecto, si quis negabit esse vllam pecuniam via fratres,aut amici, aut deniq; officio suo antiquiorem aut suauiorem , non hoc erit accusatori negandum.nam in eum culpa,& summum odium transferetur,qui quod tam vere & pie dicetur negabit. Verum illud dicendum erit illi ita non esse visum , quod sumi oportet ex his,quę ad personã pertinent.de quo post dicendũ est.Euentus aũt tum fallit,cũ aliter accidit,atq; hi,qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur.vt si quis dicatur alium occidisset, ac noluerit quod aut similitudine,aut suspicione,aut demonstratione falsa deceptus sit,aut eũ necasse cuius testamento nõ sit heres quod eo testamento se heredem arbitratus sit. Non.n.ex euentu cogitationem expectari,sed qua cogitatione animus & spe ad maleficiũ sit considerare,quo animo quid quisq; faciat,nõ quo casu vtatur,ad rem pertinere . In hoc aũt loco caput erit,illud accusatori,si demonstrare poterit,alii nemini causam fuisse faciundi.secundarium, si tantam aut tam idoneam nemini. [Hic accusator in spe commodi,cupiditatem ostendet aduersarii in euitatione incõmodi,formidinem augebit)In probatione.n.causarũ maxime spectatur ira,odium,metus, cupiditas, spes.nam reliquæ in has species cadũt,quorum siquid in reum conuenerit,accusatori,est efficere , quidquid facere pro causa videtur,causasq. quę in argumentum sumet arguere,si minus illuc conferenda est oratio vt aut aliquas fortasse latẽtes fuisse,aut nihil ad rẽ pertinere dicas,cur fecerit,aut ẽt dignum esse odio scelus, quod non habuerit causam cur id faceret . In euitatione incommodi formidinẽ augebit, defensor aũt negabit, ostendet quanta ni id fecisset,imminetet formido.idq. per singula exemplis, & ceteris dicendi ornamẽtis amplificabit accusator. [Defensor autẽ negabit causam fuisse si poterit)In libris de Inuentione: Defensor aũt,inquit,ex contrario,primum impulsionẽ aut nullam fuisse dicet,aut si fuisse concedet,extenuabit,& paruulã quandam fuisse demonstrabit,aut non ex ea solere huiusmodi facta nasci docebit.quo erit in loco demonstrã dum,quę via,& natura eius sit affectionis qua impulsus aliquid reus commisisse dicetur.in quo, & exẽpla,& similitudines erunt proferendæ, & ipsa diligenter natura eius affectionis q̃ leuissime quietissimam ad partem explicanda , vt & res ipsa à facto crudeli,& turbulẽto ad quoddã mitius,& tranquillius traducatur, & oratio tñ ad animũ eius,qui audiet, & ad animi quędam intimum sensum accõmodetur . Ratiocinationis autẽ suspiciones infirmabit,si aut commodum nullum fuisse , aut paruum, aut aliis magis fuisse,aut nihilo sibi magis quam aliis,aut incõmodum sibi maius quã commodum dicet: vt nequaquam fuerit illius commodi,quod expetitum dicatur , magnitudo,aut cũ eo incommodi, quod acciderit , aut cũ illo periculo quod subeatur cõparanda qui omnes loci similiter incõmodi quoq; vitatione tractabuntur.Sin accusator dixerit,eum id esse secutũ quod ei visum sit commodum, aut id fugisse quod putarit esse commodum,quanquam in falsa fuerit opinione,demonstrandũ erit defensori,neminem tanta esse stultitia , qui tali in re veritatẽ possit ignorare.quod si id concedatur,illud non cõcessum iri , nec dubitasse quidem hunc , quod eius iuris esset, sed id quod falsum fuerit,sine vlla dubitatione pro falso,quod verum pro vero probasse. Quod si id dubitarit , summæ fuisse amentię,dubia spe impulsum certum in periculum se committere. Quemadmodũ autem accusator cum ab aliis culpam dimouebit,defensoris locis vtet.sic his,qui accusatori dati sunt, vtetur reus,cũ in alios ab se crimen volet transferre.[Defensor aũt negabit causam fuisse si poterit)Hoc est patronus quoties poterit,instabit his loci.vt cur factum ab re esse arguatur, causam fuisse nullam. aut falsam.[Aut causam vehementer extenuabit)Patronus,inquid,tenuet aut ignorã fuisse pro reo causam,si negare non poterit , dicet.si accusator sine causa scelus arguet factum,patronus contra,aut credibile esse,vt quidquã sine causa factum sit.Quod Cicero ipse multis,in orationibus vehementissime tractat , præcipue pro Vareno,qui omnibus malis præmebatur,nã & damnatus est . [Deinde iniquum esse dicet,omnes ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit,in suspicionem maleficii deuocari)Hoc dicit,si alia defecerint,nõ vtiq; spectandas esse causas dicit.nam quis põt,inquit, inueniri,qui nõ metuat,aut oderit suspecta, aut cupiditate aliqua moueatur,plurimos tñ saluos facit innocẽtia. Quamobrẽ iniquum esse , si ad quos emolumenta peruenerint , maleficii putabimus accusandos , [Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur) Quæ de vita hominis dicuntur, de habitu, de animo,de studio,de consilio intelligẽdum,ceterisq. subiiciuntur, hunc locum Cic.in a.Rhet.de inuentione tractaturus, inquit: Ex persona autem coniectura capietur, si res quæ personis attributæ sunt,diligenter cõsiderabuntur,quas omnes in primo libro exposuimus . Fuerunt autem,nomen,natura,virtus,fortuna,habitus,affectio,studia,consilia,facta , casus , orationes. Sed hęc infra à nobis abunde explicabuntur.interim ad ipsum Cic.redeo,qui subiungit.Nam & de nomine nonnunquam aliquid suspicionis nascitur Nomen autem cum dicimus,cognomen quoque intelligatur oportet, de hominis enim certo , & proprio vocabulo agitur. Vt si dicamus idcirco aliquem callidum vocari,quod temerario , & repẽtino consilio sit.aut si ea re hominibus grę cis imperitis verba dedisse,quod Clodius,aut Cæcilius,aut Mutius vocaretur. & huius an illius ciuitatis sit, quibus sit maioribus,quibus consanguineis, qua ætate , quo animo,quo corpore, quæ naturæ sunt attributa, ad aliquam coniecturam faciendam pertinebunt.Ex victu multę trahũtur suspiciones,cum quẽadmodum,& apud quos, & a q̃bus eductus,& eruditus sit quæritur,& quibus cum viuat, qua ratione vitæ.quo more domestico vtatur.Et ex fortuna sæpe argumentatio nascitur,eũ seruus,an liber,pecuniosus,an paupere, nobilis an ignobilis,felix an infelix,priuatus an in potestate sit aut fuerit,aut futurus sit , consideratur , aut denique aliquid eorum quæritur,quæ fortunæ esse attributa intelligitur.habitus aũt,quando in aliqua perfecta, & constanti animi,aut corporis absolutione consistit. quo in genere est virtus , scientiæ, & quæ cõtraria sunt,res ipsa causa posita docebit, & quid hic quoq; locus suspicionis ostendat.Nam affectionis quidem ratio perspicuam solet per se gerere coniecturam,vt, amor,iracundia,molestia,propterea quod & ipsorũ vis intelligitur , & quæ res harum aliquã rem consequatur, faciles cognitu sunt. studium autem,quoniã est assidua,& vehemens aliquã ad rem applicata magna cũ voluntate occupatio,facile ex eo ducetur argumentatio eius quod res ipsa desiderabit in causa.Item ex consilio sumetur aliquid suspicionis.nõ consilium est,aliquid faciendi non faciendi ue excogitata ratio . Iam facta,& casus

& ora-

orationes, quæ sunt omnia, vt in confirmationis præceptis
ctum est,in tria tempora distributa,facile erit videre,& quid
ferant ad confirmandã coniecturam suspicionis.Deinde post
paulum adiicit. Quare vitã eius quem arguit ex ante factis ac-
usator, improbare debebit , & ostendere, si quo in pari ante
eccato conuictus sit. si id non potuerit, si quam in similem
ante suspitionem venerit. Ac maxime si fieri poterit,simili ali-
uo in genere eiusmodi in causa aliqua commotum peccasse,
ut in æque magna re,aut in maiore,aut in minore. vt si qui-
em pecunia dicat inductum fecisse,possit demonstrare aliqua
re eius aliquod factum auarum . Item in omni causa natu-
m,aut victum,aut studiũ,aut fortunam,aut aliquid eorum
uæ personis attributa sunt,ad eam causam qua commotum
eccasse dicet adiungere debebit,atq; ex his pari quoq; genere
lparum,si ex pari sumenda facultas, non erit improbari ani
um aduersariis oportebit.si auaritia inductum arguas fecis-
& si auarũ eum quẽ accuses demõstrare non possit,aliis af-
em esse vitiis, doceat,& ex ea re non esse mirandum , qui in
re turpis,aut cupidus, aut petulans fuerit , hac quoq; in re
m reliquisse.Quantũ.n.de honestate,& auctoritate eius qui
guitur detractum est.tãtum de facultate totius est defensio
diminutũ.si nulli affinis poterit vitio reus ante admissio de
onstrari,locus inducetur ille.per qua hortandi iudices,erũt,
ueterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere. nã
m ante celasse. nunc manifesto teneri. quare non oportere
norem ex superiore vita spectari , sed superiorem vitam ex
re improbari,& aut potestatẽ ante peccandi nõ fuisse , aut
sam.aut si hęc dici non potuerunt,dicẽdum erit illud extre
, Non esse mirum si nunc primum deliquerit nam necesse
eum qui velit peccare,aliquando primum delinquere , sin
ante hac ignorabitur,hoc loco præterito,& cur prætereà-
demonstrato,argumentis accusationem cõfirmare statim
ortebit.[Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur)Ac
ator illud aget, inquid , vt vitam rei ante actum diligenter
sideret quæ si vitiosa fuerit,eam incesset. [Primum consi-
abit accusator, num quando simile quid fecerit. si nõ inde
riet,quæret num quando venerit similem suspicionem,&
o debebit esse occupatus)Hoc dicit , primum qui accusat,
siderabit,num tempus fuerit,cum similem quidquam fe-
t reus eius cuius arguatur, si simile fecisse dicere non pote
quæret num in suspicionem saltem venerit. vtrum autem
um poterit asserere, in eo debebit maxime esse occupatus.
uam vehementissime poterit accuset.[Idq. faciet,vt ad eã
am peccati,quam paulo ante exposuerit) Subaudi in nar-
hoc.nam expositionem orationis,quam narrationem no-
amus,diximus partitionem, deinde confirmationẽ sequi,
ua argumentationes,& causæ probationes adhibetur. Id
aciet,vt quare ita in narratione suspicatus sic,argumen-
ateactę vitæ possit ostendere,hoc modo.[Si dicet pecunię
a fecisse,Hoc est deliquisse,quod ad se peruentura ob eam
am crederet pecuniã, non mirum id cuiq̃ videri debere di
qũ & semper habitus sit auarus.[Si honoris)Subaudien-
ausa fecisse, aut deliquisse in narratione causæ diximus
quidem mirari debere quenquã , quando & ambitiosus
et habitus sit . [Hoc modo poterit animi vitium cũ causa
ta cõiungere)Poterit,inquit,accusator cum causa,quã
fuerit,eius insitum animo vitiũ coniungere,vt ostendat,
deliquerit,animi illud vitiũ fuisse in causa.[Et si non po
)Hoc est.nõ sit curę, si vitium quo aut infamatur quodã
um,aut in suspicione habitus,multo maius fuit . quã ꝙ
ur,aut minus,modo cũ peccasse possimus ostendere.[Si
oterit auarum) Quem pecuniæ causa dicet fecisse.[De-
tret eum corruptorẽ,vel perfidũ,si quoquo modo pote
nsus est:Si animi vitium cum causa,quam in narratione
lexus sit,coniugere non queat,nõ magni pendat,modo
rruptorem virginũ ve violatorem,aut qui pecunia quẽ
se ducere tentauerit,aut perfidum,hoc est qui datã viola
idem,aliquo pacto possit demonstrare.[Deniq; aliquo,
iam plurimis)Quotquot poterit,inquit , vitiis inquina-
personam accusator,quod genus etiam cõfirmationis
nnes si quidẽ res argumentando confirmantur, vt Cice-
bris de Inuentione docet, aut ex quod personis , aut ex
od negocio est attributum.Personis res attributas pura-
omẽ,naturã,victum,fortunam,habitum,affectionem,
consilia,facta, casus,orationes.Nomen est , quod vni-
ersonę tribuitur,quo suo queque proprio,& certo vo-
appellatur.Naturam ipsam diffinire difficile est.Partes
s enumerare, eas quarum indigemus ad hãc preceptio

tiem,facilius est.Et aut partim diuino, partim immortali genere versantur. Mortalium autem pars in hominum , pars in bestiarum genere numerantur, atque hominum genus,& in se xu consideratur, virile an muliebre sit,& narratione. patria in cognatione,ætate,natione,Gręcus an Barbarus : patria, Atheniensis an Lacedæmonius:cognatione,quibus maioribus,qui bus consanguineis.ætate,puer an adolescẽs,natu grandior an senex.Prætereà commoda, & incommoda considerantur , ab natura data animo ,aut corpori,hoc modo:Valens an imbecillis,lõgus an breuis,formosus an deformis,velox an tardus sit, acutus an hebetior sit memor an obliuionis,officiosus , prudens,patiens,an contra,& omnino quæ à natura dantur, animo & corpore considerabuntur in natura considerãda.nam quæ industria comparantur,ad habitum pertinent,de quo posterius de dicendum.In victu considerare oportet,apud quos,& quo more,ꝙ cuius arbitratu sit educatus, quos habuerit artium liberalium magistros,quos viuendi præceptores,quibus amicis vtatur,quo in negocio,quæstu, artificioso sit occupatus,quomodo rem familiarem administret,qua consuetudine domestica sit.In fortuna quæritur.Seruus sit an liber,pecuniosus ao tenuis , priuatus an cum in potestate.Si cum potestate, iure an iniuria,felix,clarus,an contra,liberos habeat, an non, aut si non de viuo quæretur,etiã quali morte sit affectus, erit considerandum.Habitum appellamus,animi aut corporis cõstãtem,& absolutã aliqua in re perfectionem, aut virtutis,aut artis alicuius perceptionem,aut quamuis scientiã,& item corporis aliquam cõmoditatem,non natura datam,sed studio,& industria partam.Affectio est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt,lętitia,cupiditas,metus,molestia,morbus,debilitas,& alia quæ genere in eodem inueniuntur.Studium autem est,animi assidua , & vehemens ad aliquã rem applicata,magna cum à uoluntate occupatio,vt philosophiæ,poeticæ,geometricæ,literarũ.Consilium est , aliquid faciendi non faciendi ne excogitata ratio.Facta autẽ,& casus,& orationes tribus ex temporibus considerabũtur, quid fecerit, aut quid ipsi acciderit , aut qd dixerit, & quid faciat,quid ipsi accidat,quid dicat,aut quid facturus sit,quid ipsi casurum sit quia sit vsurus oratione.Ac personis quidem hæc vñr attributa esse.[Vitiis contaminabit personam)Personã,quam pronominibus me te,illo exprimimus , esse intelligamus.[Deinde q illud fecerit tam nequiter)Sensus est:Qui accusabit, cum personã aliquibus vitiis contaminarit,adiiciat, non mirum vtiq; videri debere , si qui antea multa nequiter egerit, spurce vixerit,hoc vitio existimetur inquinatus. [Qui fecerit illud tam nequiter)Tam male egerit,q̃ egisse conuictus sit.[Eundem tam perperam fecisse)i.tam peruerse egisse,quam accusetur. Si vehementer castus,& integer existimabitur aduersarius,dicet facta,non famam spectari oportere &c.Ordo est, si uehementer existimabitur castus,& integer:Sensus est,si à cunctis,& continens,& nulla ex parte scelere obuolutus existimabitur , dicet accusator facta,non famã spectari oportere , aut famam quæ de eo suscitata sit,fictam esse eum autem sua,q̃ diu potuerit, occultasse flagitia,nunc se planum factum,hoc est liquido cognouisse,vt nullo modo possit dubitari,maleficium ab eo nõ abesse.[Vehementes castus,& integer)Castus à pudico differt ꝙ pudicus est turpium libidinũ liber,castus ab iis continens,& temorus prætereà religiosus, eunuchus. Vir.in a.Georg.Casta pudicitiam seruat domus.Integer , purus insonsque nominatur. Vt horat.io lib.Carm.

Integer vitæ scelerisque purus,
Non eget Mauri iaculis,nec arcu.

[Illũ occultasse ante sua flagitia.)A flagitio facinus distat , vt de doctrina Christiana dicit Augustinus , ꝙ indomita ad animũ corpusq. suum corrũpendum cupiditas,flagitiũ vocatur, quod autẽ agimus,vt alteri noceamus,facinus appellatur. Et hæc sunt duo genera omniũ peccatorum , sed flagitia priora sunt.quæ cum exinaniuerunt animum,in facinora prosiliunt. [Defensor primũ demonstrabit,& quę sequuntur)In a.autem de Inuentione.Defensor autem,inquit,primum,si poterit,debebit vitam eius,qui insimulabitur,quã honestissimã demonstrare. id faciet,si ostendet aliqua eius nota,& communia officia,quod genus in parentes,cognatos,amicos,affines,necessarios etiam,quæ magis rara, & eximia sunt,si ab eo cũ magno aliquid labore,aut periculo,aut cum vtraq; re,cum necesse nõ esset,officii causa aut in remp.aut in parentes,aut in aliquos eorum,qui modo expositi sunt,factũ esse dicet, deinde si nihil deliquisse , nulla cupiditate impeditũ ab officio recessisse,quod eo confirmatius erit,si cũ potestas impune aliquid faciẽdi,nu

nus honesta fuisse dicetur, voluntas faciendi demonstrabitur absuisse. Hoc autem ipsum genus erit eo firmius, si reo ipso in genere quo arguetur, integer antea fuisse demonstrabitur, vt si cum auaritiæ causa fecisse arguatur, minime omni in vita pecuniæ cupidus fuisse doceatur. Hic illa magna cum grauitate inducetur indignatio, cuncta conquestioni, per quam miserum facinus esse indignum demonstrabitur. Vt eum animus in vita fuerit omnia vitiis remotissimus, eam causam putare quæ homines audaces in fraudem rapere soleat, castissimum quoque hominem ad peccandum potuisse impellere, aut iniquũ esse, & optimo cuiq; perniciosissimũ, non vitam honeste actã tali in tempore q̃ plurimum prodesse, sed subdita rerum criminatione, quæ confingi facile possit non ex anteacta vita, quæ neque ad tempus fingi, neque vllo modo mutari possit, facere iudicium. Sin autem in anteacta vita aliquæ turpitudines erunt, aut falso venisse in eam existimationem dicentur, ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudentiæ necessitudine, aut persuasione adolescentiæ, aut aliqui non malitiosæ animi affectioni attribuentur, aut dissimili in genere vitiorum, vt animus non omnino integer, sed ab tali culpa remotus esse videatur. At si nullo modo vitæ turpitudo, aut infamia leniri poterit, oratione negare oportebit, de vita eius, & de moribus quæri, sed de eo crimine de quo arguaf, quare ante factus omissis illud quod instat agi oportere. [Defensor autem primum demonstrabit, vitam integram si poterit) quod in huiusmodi defensione potissimum erit. [Si id non poterit confugiet ad imprudẽtiam stultitiam, ad adolescentiã &c.) Proximum enim est, si obiectum crimen negare non possit, vt se imprudentia deceptũ dicat, & stultitia recuset crimen, aut adolescentiæ. [Vim persuasionem) Vt vi, & necessitate se fecisse compulsum dicat, aut cuiuspiam, cui fides videretur adhibenda persuasione. [Quibus de rebus viperatio eorum, quæ extra id crimen erunt &c.) Ordo & sensus est, patronus dicat, de quibus rebus, subaudi, quæ alias actæ, ad præsentem non attinent quæstionẽ. non debeat assignari vituperatio, non debeat assignari crimen, vituperetur eorum, qui extra id crimen erunt tam eius qui vocatus in iudicium est, quàm eorũ qui vi, aut persuasione olim peccare cõpulerunt, oec. n. attinet, vt qui extra hoc iudicium sint, in ius aduocentur, [Falsos rumores) Falsas calumnias, quæ rumore, hoc est vulgaris, & imperitæ multitudinis voce suscitare sint, a tuendo. n. rumor vulgi, de aliqua re recenti, repentina cũ voce, opinio nominatur. [Dissipatos esse dicat. [Dissipatos. i. abolitos. i. & erit sensus, vt dicat, Folsos rumores. i. q falso fuerant excitati, iã esse abolitos, aue vt dicat, rumores falso dissipatos. disperfos per vrbẽ, ac p hoc illis nõ esse credendũ, quoniam falsi fuerint. [Et vtetur loco cõmuni) Quo in omni causa vti possumus) Rumoribus) Hoc est, nonnæ & populatiũ famę credi non oportere.) Dicat se nõ de moribus eius apud censores, sed de criminibus aduersatiorum apud iudices dicere) Dicat locum illum nõ exigere, vt de moribus rei quidquam dicat quandoquidem apud iudices, nõ nisi de criminibus cõtendatur, apud censores vero, vel de moribus contẽdere cuiquam cõuenit, à moribus enumero Censor vt Varro inquit. iudex morum dictus. q ad eius censionẽ, id est arbitrium censerctur populus.

LONGOLIVS.

Causa est eo) Hoc loco meminisse oportet, causã esse duplicem, quod quamuis non aperte, satis tñ Cicer. hic expressit. Est. n. alia impulsiua, vt ira, odium, hanc Greci ὁρμητικὴν αἰτίαν vocant alia vero ratiocinatiua, vt luctum, hereditas, & hæc ipsa ab illis λογικὴ αἰτία appellatur. Reperiat dispar, Dispar hoc est, loquẽdi ratione, sed ab ipsa re quã quærimus parũ abludens. Non, n. facile quispiã corrumpitur, nec perfide agit, aut alium corrũpit, nisi pecuniæ gratia, quantulũ ergo hæc ab auaritia distat? Igitur dispar non re ipsa, sed nomi nus similitudine, & significatione. Stulti. n. foret, cũ pecuniæ gratia aliquem aliquid fecisse dicere intendat, cũ aut prodigũ, aut timidum dicere. [Vtatur extrema defensione) Hoc est translatione, qua iudicium differtur, non tamen aufertur.

ASCENSIVS.

Probabile est) Primum declarat causæ genus probabile. q & verisimile dici potest, dicens. Probabile. s. genus causæ est quo probabitur, aut quod probat peccare expedisse. i. vti e fuisse (saltem apparens) reo. i. accusato, vt si fratrem maiorem natu veneno sustulisse accusetur, fiet probabile si dicatur, per eam viam hereditatem assecutus, aut vt vero imperium (dico saltem apparens, quia vt in 3. Off. idem Cic. docet, nihil est re vera expediens, aut vtile quod non idẽ honestum: Veruntñ qui bona fortunæ & male acquisita bona censent bonũ quod non sit honestum pnoant necesse est) & quod pbat hominẽ, s. accusatum, nunq̃ absuisse à simili turpitudine. i. semper fuisse in simili turpitudine peccari. Quia. o. difficile est cõsueta relinquere, verisimile est eum, qui assuetus sit similia facere, id quoq; fecisse. id. s. genus causæ probabile diuiditur in causam, & in uitam. Causa ea quæ inducit ad maleficium spe cõmodorum, aut euitatione incommodorũ. Ita cum quæritur nunqd appetierit cõmodum meleficio, num sup. appetierit bonorem nũ appetierit pecuniam, num appetierit dñationem. i. tyrannidem, num voluerit explete. i. euacuatæ, aut plane exercere cupiditatem amoris, aut huiusmodi. s. vitiosæ libidinis. In quibus omnibus oũ, si dicantur pro accusatore, affirmatiuam postulat respõsionem sicut apud nos particula nonne, nũ & num quid fere ponimus, vbi negatiuam petimus, attñ hic affirmatiuam videtur accusator, exigere & nunquid vnde additur. Nunquid. i. nonne accusatus vitatit, pro virauerit per scelus commissum incõmodũ. s. aliquod vt inimicitias infamiã, dolorẽ, supplicium, qa si quis eum occidit qui cum grauis habiturus sit inimicitias, aut q occulti criminis iudex aut delator timebatur, & ira ab eo timuerit dolore, aut supplicium procurandum, uerisimile erit eũ ab eo occisum, hic. i. in hac parte accusator ostender in spe commodi. i. ubi dicit aduersariũ cõmodũ sperasse demonstrauit cupiditatẽ aduersari, & augebit in euitatione incommodi, fortitudinem. s. aduersari. i. vbi dicit eũ vt euitaret incommodum scelus perpetrasse ostendet eũ meticulosũ, ut uere simile sit multũ curasse incommodũ. Nã meticulosi sæpe vt minus incommodum cuitent maius incurrunt. Autẽ pro se defensor si potuerit negabit causã fuisse cur reus tale scelus posset committere, aut extenuabit eã. s. causam vehemẽter. Deinde postq̃ extenuauerit causam, dicet iniquũ esse, oẽs ad quos aliquid emolumenti. i. lucri peruenerit. i. peruenire poterit ex aliqua re deuocari. i. præter rõnem de integritate vitæ vocari in suspicionem malefícii. Deinde vita hominis, s. accusari, spectabitur. i. præbebit speciẽ & approbationem ex antefactis phea est. i. s. subunio, qnia vna est dictio. i. ex anteactis eius, in quo. i. qua spectatione anteactorũ accusator considerabit primũ. i. præcipue, nũ. i. nonne fecerit ante quid simile. s. eius, cuius accusatus est. Si non reperiret id, videlicet. q aliqñ f mile commiserit, quæret. i. inuestigabit onm. i. nonne venerit qñ. i. q̃que in suspicionem similem. i. similis facti, & debebit esse occupatus. i. sollicitus, in eo, vt vita homini. s. accusati, possit accõmodari ad eam causam peccati quã exposuit paulo ante, hoc modo, Si dicet eum fecisse. s. scelus causa pecuniæ ostendet eũ fuisse, semper auarum. Si causa honoris ostendet eũ fuisse ambitiosum, & ita poterit vitium animi cõglutinare. i. compingere cum causa peccati. Si non poterit reperire vitium animi par cum causa, reperiat dispar. Si non poterit demonstrare auarum, demonstret cum corruptorem vel perfidum, si poterit. s. id facere quoquo. i. quocunq; modo. Denique cõramina bit personã aliquo. s. vno uitio, aut per plurimis vitiis, deinde sup. dicet non esse mirum eum, qui fecit illud tam nequiter. i. luxuriosæ, eandẽ fecisse hoc. s. quod nouisse, refert tam perperam. i. tã peruersæ. Si aduersarius existimabitur vehementer castus & integer ipse accusator dicet oportere facta non famam eius spectari, & dicet illum occultasse ante. i. prius sua flagitia, & se facturũ planum. i. manifestarium maleficium non abesse ab eo. i. in eo esse. Defensor demonstrauit primũ vitam. s. defensi, integram si potent, & si non potent id. i. eã integram ostendere, ipse recurret ad imprudentiam, stultitiã, adolescentiam, vim. i. coactionem ab aliis, persuasionẽ, quibus de rebus. i. propter quas res, quia olim peccauit per imprudentiã, stultitiam &c. dicet, q vituperatio eorum, quæ erunt extra id crimen. i. de antefactis non debeat assignari. i. applicari. Si defensor impediet ur nehementer à turpitudine, & infamia hominis. s. defendendi prius. s. dispersa, ipse dabit operã, vt dicat falsos rumores esse dissipatos de innocente, & vtetur loco communi. i. quo in cuiuslibet criminis depulsione vti pòsiint, vtpote dicet non oportere credi rumoribus, & rumores forte sinistros esse dispersus, quòd crimen commiserit defendendus, verum rumoribus, quorum incertus sit auctor, nullam fidem à prudentibus viris esse adhibendam. Si nihil eorum fieri poterit. i. fine rumores quidem incertos esse, & talibus non credendum esse, honestæ dicere poterit, defensos vtatur extreme. i. infirma ad humillima

millima defensione,& dicat se non dicere de morib. apud censores s.morum.hoc est,quorũ est cognoscere de moribus,sed dicere de criminibus aduersariorum apud iudices s.causarum criminalium. q.d.ab eo sn re esse declinandũ,aut illic de moribus rei non esse inquirendum,sed duntaxat de crimine. Id autem dicet sit,vt videatur posse purgare obiecta,sed tolle,quia non sint obiecta coram suo iudice.

DE COLLATIONE.



OLLATIO est, cum accusator id, quod aduersarium fuisse criminatur,alii nemini, nisi reo,bono fuisse demonstrat,aut aliũ neminem potuisse perficere nisi aduersariũ,aut eũ ipsum alii rationibus,aut nõ potuisse,aut nõ æque commode potuisse , aut eũ effugisse alias rationes cõmodiores propter cupiditatẽ. Hoc loco defensor vt demonstret,oporteet alii quoq; bono fuisse,aut alios quoque id, quo de ipse insimuletur, facere potuisse.

CAPIDVRVS.



OLLATIO est, cum accusator id, quod aduersanũ fecisse criminatur,alii nemini,nisi reo,bono fuisse demonstrat) Coniectura omnis , aut ne re , aut de animo est. Veriusq; tempora tria sunt,præteritum,præsens,& futurum vtraque eidem aut in lite,aut extra litẽ sunt,quæ ad animum referuntur.& extra litem sunt , velut qua mente Origenes fuit , quo nostris potius quam extraris exemplis vtat,cum dixit Deum saluos oẽs nos futuros velle.hoc præteriti temporis.Presentis, qua mente Parthus Christianos inuadat.Futuri,quid sit idem cogitaturus,si inseparatas vires omnes senserint Italiæ.In lite, an parricidium cõmiserit Roscius!an Parthus summum Italię affectet imperium ? an tantum facinus cuncti Italiæ principes perficere permissuri sint.Ad rem pertinentes cõiecturas, & qui rem extra litem . Qualis in carne Christus fuerit , an Ioannes Euangelista adhuc viuat,quale mundi totius Christi futurum iudicium sit.Hæc autem quæ in lite versantur , præteriti temporis maxime valent , nemo enim accusat nisi quæ facta sunt. Nam quæ fiunt , & quæ futura sunt, ex præteritis colliguntur. Præteritorum igitur tria sunt genera. aut de facto , & auctore quęritur, velut cũ aut vtrunque pariter negatur,aut cum separatim,& factum sit nec ne.& si factum esse constet à quo factũ sit ambigatur. Et factum aliquando simplicem habet quæstionem,an homo perierit,aliquando duplicem,veneno an cruditate perierit . Alterum est genus de facto tantum , cum si id certum sit,non possit de auctori dubitari.Tertium est,cum de auctore tantum constet, sed à quo sit factum,in controuersiã venit.Sed ne id quidem simplex est.aut n.reus fecisse tantummodo se negat,aut alium fecisse dicit.Sed ne id alterum quidẽ transferendi criminis vna forma est . Interdum n.substituitur mutua accusatio,quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant,.nostrũ quidam concertatiuam interdum in aliquam personam, quæ extra discrimen iudicii est,transfertur & alias certam, alias incertam.Hic accusator,inquit Cic.demonstrabit, alii nemini ꝙ criminatur bonum esse potuisse , idq.genus collatio nominatur.ꝙ qui accusetur,cum aliis,an id fecisse potuerint,conferatur.i.comparetur:Aut alium neminem potuisse perficere,nisi aduersarium,si in certa persona proferatur. [Aut.n.ipsum aliis rationibus non potuisse) Si certam personã nominatie reus, quam deliquisset dicit . non se. Est.n.sensus , si in quempiam quod commisisse criminetur , reus transferat , accusator eum ipsum quem in crimine arguat,reus aliis rationibus nõ potuisse,aut non æque commode potuisse ostendet , aut cum fugisse alias rationes acommodiores,propter cupiditatem.Amphibologia in verbis est.est.n.verborũ ordo,& sensus,aut accusator dicet alias rationes commodiores,quę plus vtilitatis afferre possent,effigere eum,subaudi reum,quę ipse criminetur propter cupiditatem.hoc est,ita cupiditate effectum fuisse reũ,vt deliquerit.cum essent aliæ rationes commodiores,ob quas peccare nõ debuerat,sed eas rationes ipsum latuisse,vehementer af-

fectum.Hoc loco defensor demonstret oportet, si reum accusatũ iri velit. [Aut aliis quoque bonum fuisse) i.commodo cedere potuisse.[Aut alios quoq; id,quo de ipse insimuletur, facere potuisse)Hoc est,vt alii,de quo ipse accusetur,fecisse videri possint,quo minus ipse in culpa esset videatur.

ASC. COllatio est,&c.)Prosequitur secundam partem constitutionis coniecturalis,quæ collatio,i.comparatio, & parabolo dr̃,de qua dicit sic.Collatio est,cũ.i. qñ accusator demõstrat,id,quod criminatur.i.pro crimine accusat aduersarium fecisse,nemini.i.nulli alii fuisse bonũ.i.vtile saltem apparẽs,nisi reus, aut demonstrat neminẽ.i.nullũ,alium nisi aduersarium.s.quem accusat, potuisse perficere.i consumare,quod factũ criminatur,aut demõstrat eum ipsum.s.aduersariũ,quæ solum id fecisse demõstrauit nõ potuisse facere aliis rõnibus.i. viis, & mediis quam quibus eũ fecisse dicit , aut.s.saltem non potuisse sup.id facere æque cõmode.Aut eum.s.aduersariũ fugisse.i.vitauisse,alias rõnes cõmodiores.i.vtiliores,si expectare potuisset,sed non expectauisse p.p cupiditatem,quę sæpe ingenia hominum excedat.Quocirca quod nõ videretur verisimile in continente,& tẽperario,ac liberali homini videtur verisimile in cupido,& auaro . In hoc loco oportet vt defensor demonstret,aut bonum.i.vtile fuisse,quoque.i.etiam aliis,aut quoq; .i.etiam alios potuisse facere,id quod ipse.s.defensor insimuletur.i.per simulationem , & occultam inuidiã accusetur fuisse.

DE SIGNO.



IGNVM est, per quod ostenditur idonea perficiẽdi facultas esse quæsita.Id diuiditur in partes sex,locũ, tempus, spatium, occasionem,spẽ perficiendi, spem celandi. Locus quæritur,celebris an desertus:semper, an tum cũ id factum fit, fuerit in eo loco solitudo : sacer an profanus,publicus an priuatus fuerit: cuiusmodi loci attingant:num qui est passus, perspectus aut exauditus esse possit.Horum quid reo,quid accusatori conueniat,perscribere non grauaremur,nisi facile quiuis causa posita posset iudicare.initia enim inuentionis ab arte debent proficisci: cetera facile cõparabit exercitatio. Tempus ita quæritur,qua parte anni,noctu an interdiu,& qua die & qua noctis hora factũ esse dicatur, & cuiusmodi temporib.Spatium ita cõsideratur, satis ne longum fuerit ad eam rem transigendam;& potuerit ne scire, satis ad id perficiendũ spatii futurum. num parui refert , satis spatij fuisse ad perficiendũ,si id ante sciri,& ratione prouideri non potuerit. Occasio quæritur, idonea ne satis fuerit ad rẽ adoriẽdã,an alia melior,quæ aut præterita sit,aut non expectata. Spes perficiendi quæ fuerit, spectabitur hoc modo:Si quæ supra dicta sunt signa: concurrent:si præterea ex altera parte uires,pecunia,consilium,sciencia,apparatio ; ex altera parte imbecillitas,inopia,stultitia,imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse : per quas res scire poterimus,utrũ diffidendũ an cõsiderandum fuerit.Spes celãdi quæ fuerit, quærit ex cõscijs, arbitris;adiutoribus, liberis,aut seruis, aut vtrisque.

CAPIDVRVS.



IGNVM est per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita) Signum quod supra in diuisione rationum cõiecturalis cõstitutionis tertio loco positũ est, inquit , per quod ostenditur idonea quæsita esse ad aliquid perficiendũ facultas.[Id diuiditur in partes sex,locum,tempus,spatium,occasionem,spem perficiendi,spem celandi)Omnis , vt

supra diximus, coniectura, aut de animo, aut de re est. Quæ de re est, aut ad personam, aut ad negocium causam ue, aut ad coniunctum negocio attinet. Quæ ad personam referuntur, quæq; ad causam, abunde supra docente ipso Cic. protulimus. Quæ autem negocijs attributa sunt, vt idem in primo de Inuẽtione inquit, quærendum, Locus, tempus, modus, occasio, facultas. Locus consideratur, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quam videatur habuisse ad negocium administrandum, ea aũt opportunitas, quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, ꝓpinquitate, solitudine, celebritate, natura ipsius loci, & vicinitate totius regionis. ex his attributionibus, sacer an profanus, publicus an priuatus, alienus an ipsius, de quo agitur, locus sit, aut fuerit. Tempus autem est, id quo nunc vtimur (nã ipsum quidem generaliter diffinire difficile est) pars quædam æternitas, cũ alicuius annui, menstrui, diurni, nocturni ve spatii certa significatione. In hoc & quæ præterierint cõsiderantur, & eorum ipsorum, quę aut propter vetustatem obsoleuerunt, aut incredibilia videantur, vt iam in fabularum numero reponantur, & quę iã diu gesta, & memoria nostra remota, tñ faciant fidem vere tradita esse. quod eorum monumenta certa in literis extant, & quæ nuper gesta sint æque scire. plerique possint, & item quæ instent in præsentia, & quæ maxime fiant. & quæ consequantur is in quibus potest considerari, & quid serius futurum sit. Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda. Nam sępe oportet cõmetiri cum tempore negocium, & videre, potuerint ne, aut magnitudo negocii, aut multitudo rerum in eo transigi tẽpore. Consideratur autem tempus, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum. Occasio autem est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem. quare cum tempore hoc differt. Non genere quidem verum id esse intelligitur. verum in tempore spacium quodammodo declaratur, quod in annis, aut in anno, aut in aliqua anni parte spectatur. In occasione, ad spatium temporis, faciendi quædã opportunitas intelligitur adiuncta, quare cum genere idem sit, fit aliud parte quadam, & specie, vt diximus, differat. hæc distribuitur in tria genera, publicum, commune, singulare. Publicũ est, quod ciuitas vniuersa aliqua de causa frequentat: vt ludi, dies festus, bellum commune, quod accidit omnibus eodẽ fere tempore, vt messis, vindemia, calor, frigus. Singulare autem est, quod aliqua de causa priuatim alicui accidere solet: vt, Nuptiæ, sacrificium, funus, conuiuiũ. Modus est, in quo quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. Eius partes sunt, prudentia, & imprudentia. Prudentiæ autem ratio quæritur ex his, quę clam, palam, vi, persuasione fecerit. Imprudentia autem, in purgationem confertur, cuius partes sunt, scientia, casus, necessitudo, & in affectionem, hoc est molestiam, iracundia, amorem & cetera quæ in simili genere versantur. Facultates sunt aut quibus facilius fit, aut sine quibus aliquid confici non potest. Hic vero sex enumerat locũ, & tempus, hoc est deductum spatiũ. Tempori subiiciemus occasionem, spem perficiẽdi, quæ in modo finitur, spem celandi in facultate. Ergo nec plura, nec pauciora sunt quæ ad negocium, & coniecturam capiendam, generalia quasi elementa referantur. [Locus quærentur) In quæstionem venit. [Celebris, an desertus) An illic multi versari, vel nulli omnino cõsueuerint. [Semper desertus) Vt nemus, silua. [An tum cum id factum sit) Quia sunt loca, quæ bis, aut ter singulis annis, multa hominũ consuetudine celebrantur, velut aliqua in auiis locis templa, alioqui tamen deserta. [In eo loco solitudo fuerit) Quo nulli accesserant. [Profanus) Nullo modo sacer, quasi procul a fano. hoc est, quod longe à tẽplorum absit ceremoniis. [Cuiusmodi loci atting.) Subaudiẽdum longe animaduertendi. Sensus est: Considerandum quidem, quales sint qui rem ipsam attingant, & complectantur loci. quo cõiecturæ melius inde eliciantur. [Num qui est passus, perspectus, & exauditus esse possit) Nũ qui in huiusmodi locis quidquam perpessus est, visus sit, aut à quoquã clamitans audiri potuerit. Quia si locus sit frequens potuit videri, si in sublimi specula, audiri facile potuit à quopia. [Horũ quid reo, quid accusatori conueniat, præscribere non grauaremur, nisi facile quiuis causa posita posset iudicare) h. d. quod nã modis ex signis cõiectura capiatur. monstrauimus. nunc autem quid accusatori, quid ve defensori tenẽdũ, nos pręcepta dare nõ pigeat, nisi quis fortassis existimet causa exposita, quid possit, quid ve nõ possit, vel nec accusare, vel defendere, se facile intellecturum. Initia. n. inuentionis ab arte debent proficisci) Ordo verborum est: Nõ grauemur perscribere, quid horum reo, quid accusatori cõueniat. Initia enim inuẽtionis ab arte debent proficisci, nisi quis facile causa posita posset iudicare cetera facile comprobabit exercitatio. i. inuentionis quidẽ principia docere necesse est, nisi sit aliquis, qui causa posita id facile possit iudicare. nã cetera exercitatione facile poterunt cõparari. [Horũ quid accusatori conueniat, præscribere non grauemur) Præscribere, pręcipere. Cæs. in Comm. Non minus cõmode ipsi sibi pręscribere, quã ab aliis doceri poterant. Inde pręscripta, quę ludi magistri dabant pueris veteres appellant, & præscripta, quæuis præcepta. Cic. in Orat. Quid est quod præscriptũ aliquod, aut formulã exprimas, cũ in suo quodque genere præstet. Cæs. in Cõm. Atque Imperatoris alter agere ad præscriptũ, alter libere ad summam rerum consulere debet. [Non grauemur.) i. non grauiter feramus. nunc absolute positum est, aliquando transitiue, Grauor hanc rem: vt dicas, grauior aduentum tuum, grauor præsentiã tuam. i. grauiter fero, & grauior hac re. Virg.

Quid sit qua voce grauaris Mente Dares.

Quidquid dicat Seruius, qui hac elocutione nõ nisi per actiuũ nos vti voluit. Nam hæc res grauat me aliud verbum est alterum enim deponens, alterũ actiuum, & passiuũ est quale apud Curtium illud in octauo. Ceterum cum crus saucium penderet, & Cruore siccato frigescens vulnus aggrauaret dolorem. [Initia enim inuentionis ab arte debẽt proficisci) Multo enim commodius scribimus, si quæ nobis ex initia arte tradita sint, ad quæ exercitationẽ omnem accõmodemus, quam si prout casus tulerit, vsque vt ratio dictauerit scripserimus. [Cetera facile comprobabit exercitatio) Iudicium enim exercitatione firmatur magis, nec speremus non ex arte præceptoribusque consequi posse omnia. Facienda. n. est vnicuiq; vis sua, & exercendum ingenium, si quidem præceptor satis habet, cum artis præcepta posuit in medio. vt discipuli sit, inde scribendi sumere initium. [Noctu an interdiu) Vtraq; aduerbia sunt. [Et qua die) Festa ne, an pro festa, vel intercisa sit. [Et scient ne satis) Et si spatii satis fuerit, quo facinus potuerit transigere, non id scisse videatur. nõ. n. credendum videbitur id aggressum, quod transigere nõ posse crediderit. Aut prouideri non potuerit ratione, quo minus quod aggressus sit absoluerit. [Ad rem adoriendam) Aggrediendam, inchoandam. [Aut non expectata) Vt sequeretur. [Si quæ dicta sunt supra signa concurrunt) Si quæ supra signa memorauimus, locus, tempus, spatium, occasio, vel horum aliquæ partes concurrunt. [Ex altera parte) Ab accusatore. [Vires, pecunia, consiliũ) Hæc. n. spem perficiendi videri possunt. persuasisse reo, quæ sibi voluerit. [Et altera parte). i. a defensione, imbecillitas, inopia, imprudentia, stultitia in apparatu demonstrabitur fuisse, quæ omnia spem perficiendi habere non potuerunt. Quare scire potuerit, vtrum diffidendum. [Ex quibus rebus potuerit colligere, num sibi fuerit fidẽdum. si quę adsint, diffidendum autem, si absint. spes celandi quæ fuerit, quæritur ex conscijs, arbitris, adiutoribus, liberis aut seruis, aut vtrisque &c.) Hoc dicit, Nũquid occultãdi spem habuerit, ex eius conscijs scire poterimus, ceterisque qui cum eo aut fuerint, aut degerint perpetuo. [Argumentũ est, per quę res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma suspicione) Partitio illa ab Arist. tradita, consensum fere omnium meruit, alias esse probationes, quas extra dicendi rõnem acciperet orator, alias, quas ex causa traheret ipse, & quodãmodo gigneret. Ideo illas ἀτέχνους, i. inartificiales vocarunt. Ex illo priore gña sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandũ, testes, in quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Artificialis vero omnis probatio constat, aut signis, aut argumentis, aut exemplis, licet plerique signa partem argumentorum esse voluerit. Signum Græci σημεῖον vocant. hoc in duas species diuiditur, alia est eorum, quæ necessaria sunt, quæque aliter se habere non possunt. hæc Græci τεκμήρια vocant, quæ vix pertinere ad artis præcepta videntur, nam vbi sinũ aliquod inuiolabile, ibi necessitas quædam est. hoc genus pro omnia tẽpora perpendi solent, vt coiisse cum viro quæ peperit, quod est præteriti, & fluctus esse, cum magna vis venti in mare incubuit, quod est præsentis, & eum mori, cuius cor est vulneratũ, quod futuri est. Alia sunt signa nõ necessaria, quę Gręci εἰκότα vocant, quæ etiam si ad tollendam dubitationem sola nõ sufficiunt, tamẽ adiuncta ceteris primum valent. ea autem sunt, per quę aliæ res intelliguntur, vt per sanguinem cædes, aut sanguis vel ex cæsa belua respersisse vestem potest, vel è naribus profluxisse, ac non vtique qui vestem cruentam habuerit, is homicidium continuo fecerit, sed vt per se non sufficit, ita ceteris adiunctum, testimonii loco ducitur, si inimicus, si ante minatus, si eodem loco fuit. quibus signum cum accessit effi-

tat

it vt quæ suspecta erant, certa videantur. Sunt enim multa huiusmodi [illegible] utrique parti communia, vt liuores, tumores, quam videri possint veneficii, & cruditatis, & vulnus in pectore, sua manu, & alienæ percussisse. hæc iā firma habebuntur, quam extrinsecus adiuuabuntur. Quod Græci σημεῖον, Latini signum, [illegible] quiddam indicium, quidam vestigium nominarunt. Quambrem eorum in genere, quo signa quidem sunt, sed non necessaria, quidam pronostica, quod sint futurorum quædam indicia esse putauerunt: vt, Vento semper ruber aurea Phœbe: et Cornix plenam pluuiam vocat improba voce & cetera quæ ab Arato sumpsit Virg. Item futuræ alicuius mentis signa in hoc genere posuerunt velut cum Areopagitæ damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentē, quod aliud indicasse non visi sunt, quam id signum esse perniciosissimæ mentis, multis aliquādo futuræ malo, & credi si adolesceret. quare neutra inter argumenta vllo modo ponenda videntur. Illa quidem non necessaria signa cruenta vestis & clamor & liuor, & talia, sunt pene & in artificia[illegible]us, qualia sunt tabulæ, tumores, testes, nec ab oratore inuenti[illegible], vt argumenta dici possunt, sed ad eum in ipsa causa deferuntur. A te a quo [illegible] necessaria signa, si indubitata sunt, [illegible] possunt esse a[illegible]menta, cū vbi illa sunt, quæstio esse possit. Argumento [illegible] in re controuersia locus esse non potest siue dubio [illegible] argumenta non sunt sed [illegible]sa argu[illegible] egent. [illegible] vt demōstre[illegible]r Quæ [illegible] hic Cicero [illegible] signa vnde argumētanones fieri p[illegible] argumenta sunt. Quæ eo argu[illegible]nta ipse Cicero [illegible] dubito, nominat, quod sui ita ipsum docuerit præceptores.

Nam parum refert, satis sp[illegible]atum sumi. Quare recte dixit alibi, C[illegible] u[illegible] sp[illegible] consideratione at in deliberatione futuri te[illegible] consiste[illegible].

[Signum, &c.) Describit signum, & docet eius vsum dicens: Signū est supple id per quod facultas idonea perficiendi .i. criminis obiecti, ostenditur esse quæsita .s. ab accusato. Id .s. signum diuiditur in sex partes videlicet quod ostendit locum .s. idoneum, tempus idoneum, [illegible] actum idoneum, occasionē idoneam, spem perficiendi idonee, & spem celādi .i. occultandi idonee aut commode. Locus quæritur .i. inquiritur, vtrum videlicet fuerit celebris .i. frequentatus nobili frequentia, an desertus, & supple vtrū semper desertus, an solitudo .i. desertio fuerit in eo loco, tunc supp. duntaxat cum id sit factum. Et supple quæritur locus vtrum sie sacer .i. alicui numini consecratus, an prophanus .i. procul à phano .i. templo, & ita non sacer, quia locus sacer ferè phanum habere solet adiunctum. Et vtrum fuerit publicus an priuatus .i. non publicus, sed alicuius proprius. Et quæritur, cuiusmodi loci attingunt .s. illum locum .i. qui sint loca finitimes, aut contermini, seu vicini, vbi scies puer eu[illegible] pro spatiis terræ dici hos locos, vt attingere .i. deuenire locos, &c. Num .i. nunquid is qui est passus .i. cædem, aut vitium, aut similem iniuriam, possit esse perspectus .i. perfecte visus. & exauditus .i. manifeste auditus. (Non enim exaudire est de vi verbi idem quod orari) Nos non grauaremur perscribere, id est ad finem, & ... me scribere, quid horum conueniat reo, & quid conueniat accusatori, nisi quiuis, id est quilibet possit iudicare facile .i. facere quid huic, & quid illi conueniat, causa posita, id est constituta, quia res ipsa id docet. Enim pro quia, initia inuentionis debent proficisci .i. oriri, & deduci ab arte .i. ex præceptis rhetoricæ artis, sed supp. exercitatio, id est praxis, comparabit .i. acquiret facile cetera, scilicet quæ sequuntur tempus. Postquam ostendit quæ respiciunt locum idoneum docet, quæ respiciant tempus opportunum dicens. Tempus .s. an fuerit idoneum, quæritur .i. inquiritur ita, qua parte anni dicatur esse factum, qua hora .i. qua parte diei dicatur esse factum. An supp. dicatur esse factum noctu, an interdiu. (Vbi scies quod noctu, interdiu aduerbia sunt, noctu pro tempore nocturno interdiu pro tempore diurno, quasi inter diem, seu diei partes. Noctu autem, & die nomina sunt) qua die supple dicatur esse factum, & quota hora noctis, & eiusmodi tēporibus supple quæritur. Alii legūt, & eiusmodi temporibus .s. dicatur factum esse. Tertio agit de spatio idoneo dicens. Spatium .s. idoneū considerabitur ita, ne pro an, spatium fuerit satius longū ad transigendum .i. penitus peragendam eam rem .s. de qualis est. Et ne pro an, ipse scierit .i. nouerit satis spatii futurum ad id perficiendum. Nam refert .i. interest parum, satis spatii fuisse ad id perficiendum, si id non potuerit ante sciri, & prouideri pōt ratione considerationie, & discursu rationis: Quarto agit de occasione dicens. Occasio quæritur: ne pro an, fuerit idonea ad rem potiendam .i. inuadendam per insidias (vbi adoriot ostendit verbum cōmune esse) an alia .s. occasio, fuerit melior quæ .s. occasio, magis idonea, aut sit prætermissa, aut non expectata. Quinto deducit spem dicens. Spectabitur hoc modo quæ fuerit spes perficiēdi hæc .s. quæ dicta dicātur, si sup. ea signa quæ supradicta sunt concurrerint. Si præterea vires, pecunia, consiliū, scientia, apparatio videbit fuisse ex altera parte, & imbecillitas inopia stultitia, imprudentia, & inapparatio demōstrabitur fuisse ex altera parte. Item spectabitur, quæ spes fuerit, si demonstrabitur, quare potuerit scire, vtrum fuerit diffidendum an confidendū. Sexto, & vltimo loco declarat quando spes celandi decetur idonea, dicens. Quæritur .i. inquiritur, quæ spes celandi .s. facinoris fuerit .s. a tenui ex cōsciis, ex arbitriis .i. iis qui negocio interfuerunt, ex auditoribus liberis, aut seruis, aut vtrisque .s. tam liberis quam seruis .i. seruilis conditionibus hominibus.

DE ARGVMENTO.

ARGVMENTVM est, per quod res coarguitur certiorib. argumentis, & magis firma suspicione. Id diuiditur in tēpora tria, præteritum, instās, cōsequens. In præterito tempore oportet considerare vbi fuerit, vbi visus sit, qui cum visus sit, num quid appararit, num quē conuenerit, num quid dixerit, num quem habuerit de consciis, de adiutoribus, de adiumentis, nū quo in loco præter consuetudinem fuerit, aut alieno tpe. In instanti tempore quæritur, nū visus sit cum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit, aut denique nū quid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu. nā quiuis horum pōt conflare suspicionem. In consequenti tempore spectabitur, num quid re trāsacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficiū, aut à quo sit factū. Factū esse, hoc modo: Si tumore aut liuore decoloratū est corpus mortui, significat eū veneno necatum. A quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimētum, si quid eiusmodi relictum sit, aut si vestigium rei fuerit, aut si cruor in vestimentis, aut si in eo loco cōprehensus aut visus sit transacto negocio, quo in loco res gestæ dicatur.

CAPIDVRVS.

ARGVMENTVM est, per quod res coarguitur) Coarguitur .i. ostenditur. Arguere .n. veteres ostendere, vnde argumentum, præmonstrationem futurarum rerum, & illarum quę nō videntur significat. [Certioribus argumentis) Nunc propriè sumit argumentum, quod rei dubiæ facit fidem vnde magis firma suspicione, inquit. [Qui cum visus sit) Per anastrophē, quo cum, & quibus cum, sicut mecum, tecum, secum dicitur. [Num quid appararit) Non enim frustra videri debet factus apparatus. [Num quem habuerit de consciis) Nam quibus cum visus est. aliquem de his habuerit, qui ei fuere conscii. [De adiumentis) De his rebus quas sibi adiumento fore arbitrabatur. [Num quo in loco) .s. in quo suspectus erat. [Aut alieno tempore) Nunquid noctu, quod in die fieri posse commodius videbatur. [Num qui strepitus) Nullum ex iis verbum redundat, non enim est in idem strepitus, & crepitus est si quidem crepitus, sonitus violentus, a quo increpo venit, quod est eruptione vocis, & immani sonitu reprehendo. Persius.

Si increpuit cessas nugator, seruitium acre
Te nihil impellit.

Cymbala, tympanaque, tubæ, cornua, & similia, crepāt, & crepitant. vnde, & crepitus, ventris turpis sonus nominatur. Plautus. Curculione: Ex vnoquoque eorum eiciam crepitum polentarium. Hinc etiam crepitaculū. Strepitus propriè sonus est pedum ambulātis. Ponitur tamē aliqñ pro sonitus. vt Persius:

Atque

Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ.

Et pro pompa diuitum, à multorum commitantium pedum sonitu. Iuuen.

Et strepitu maioris viuere census.

Fremitus est, indignatis animalis stridor. Iuuen.

In caueam magno fremitu leo tollet alumnus.

Vel inter se corrixantium quasi clamor. Virg.

Quo tristis Erinnys.

Quo fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.

Fragor duorum est, aut plurium, collisorũ inter se corporum excussus sonitus, à frangendo dictus. Lucret.

Perflant dant sonitum frondes, ramiq; fragorem.

Sonus, qui è fidibus elicitur: Sonus, quasi tinnitus quidam longior. Lucret.

Sollicitæ porro, plenæq; sonoribus aures.

Sonitus, est aër quoquo modo verberatus, quem aures mente Perculsa suspiciant. Lucret.

Nec mirum cum plena animæ vesicula parua,
Sæpe ita dat paruum sonitum displosa repente
Fit etiam ratio, cum venti nubila perflant.
Vt sonitus faciant. Virg.
Concurrunt æthere in alto
Fit sonitus. Idem alibi.
Clarescunt sonitus armorumq; ingruit horror.
Stridor, vis quædam acrior est, & quasi sibilans collisio. Iuuen.
Qui suadet iuueni lætus stridere cathena.

[Nam quid horum sensuum potest conflare suspicionem) Conflare .i. conficere, aliter conflare. i. metallum quoduis in aliam quàm sit formam redigere. Virg.

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Et conflaui æs alienum dicimus. i. contraxi. idemq. est quod, sum debitor factus alienæ pecuniæ sicut dissoluo æs alienum, idem est quod æs alienum restituo, & exoluo quibus debeo. [Potest cõflare suspicionem) Quia quidquid sensu aliquo perceptum fuerit, facti facinoris habebit suspicionẽ. [Num quid re transacta relictum sit) Si inter transferendum aliquid aut exciderit imprudenti aut sit is oblitus, vnde manifesto deprehendatur in crimine, aut si quid etiam visum, per quod quæ præcesserint iudicari possint. [Aut si vestigium rei fuerit) Pedis signum, vt illo accessisse manifesto aliquis deprehendatur. [Quo in loco res gesta dicatur) Vt nunquid ex eo loco aliquid elici queat, quo magis fecisse argui possit.

LONG. ARgumentum est) Oportet hic argumentum intelligere pro status ratione quæ est coniecturalis alioqui semper est certa probatio. Nam quiuis horũ sensus potest conflare suspicionem) Recte autem scolastici rhetores dixerunt, gustus sensum nunquam incidere posse in instanti, nisi ac clamationibus vt cæci, & veneni.


ASC. ARgumentum est. per quod, &c.) Prosequitur quartam partem cõstitutionis coniecturalis dicens. Argũ est. per quod res coarguitur. i. comprobatur. Nam arguere significat ratione quandam probare, vt Aen. 4. Degeneres animos timor arguit. ideo coarguere est comprobare argumẽtis. i. medijs probatiuis certioribus. s. quàm sint cetera, aut multum certis, & suspicione magis firma quàm in ceteris temporibus. Id. s. argũ, diuiditur in tria tempora, in præteritum, in instans. i. tempus præsens, aut nunc, aut tunc cum res dicetur gesta, aut geri, aut gerenda, & in tempus. consequens. s. rem gestam. i. qđ post eius actionem secutum est. Oportet cõsiderare in tempore præterito vbi fuerit. s. accusatus, aut defendendus, vbi sit uisus, quia non satis est scire ab eo vbi fuerit, nisi sit illic visus, qa non possit, aut pro eo, aut citra eum si negauerit probari: quocum. i. cum quo sit visus. Nunquid. i. nonne aliquid apparauerit. Num. i. ante, conuenerit. i. aggressus sit colloquendi gratia, quem. i. aliquem. Num. i. an ne dixerit quid i. aliquid. Num. i. an ne habuerit. s. secũ, quem. i. aliquem de conscijs. s. sceleris cõmissi, de auditorib. de adiumentis. Num. i. an ne fecerit in loco: qd .i. aliquid. præter consuetudinẽ, quia perpetraturi aliquod facinus egregiũ solẽt immutare mores, & agitato spiritu ferri, aut nunquid fecerit t.pe alieno. i. nõ suo sed importuno. Queritur .s. a causidicis in t.pe instanti. Num. i. an ne sit visus: tum. i. tũc, cum. i. quando faciebat Nunquid strepitus. s. pedũ, clamor. s. oris, crepitus. s. armorũ, aut aliorũ corporum inanimorum, sit exauditus. i. manifeste auditus, aut deniq; quæretur. Num perceptũ sit aliquo sensu. vtpote, aspectu, auditu, tactu, odore, gustatu Nam quiuis. i. quilibet horũ sensuum, põt conflare suspicionem. Spectabitur. i. spectare oportebit in t.pe cõsequenti. s. rem perpetratam, & ita non esset in tẽpore quod est futurum, sed quod tũc erat futurum. Num. i. an, ne quid. i. aliquid quod iudicet, aut factũ esse maleficiũ, aut à quo sit factũ sit relictũ. s. ab incauto maleficio, re transacta. i. postquam rem trãsegerat. Factum esse indicet, aut inquiratur hoc modo. Si corpus mortui est decoloratum tumore. i. inflatione. aut liuore. i. plũbeo colore, tunc. n. significat eum. s. q mortuus est necatum veneno. A quo factum sit inquiratur hoc modo, aut prodet reum hoc modo. Si telum vt sica, aut mucro. aut alia inuasiua arma, si vestimẽtum. s capitis, aut quod facile reijci potest. & si quid eiusmodi sit relictum in loco cædis, aut si vestigiũ fuerit repertum. s. in loco cædis. Si cruor sup. sit relictus in vestimentis. s. occisoris. Nam de occiso nihil refert cum certum sit occisus esse licet ignotum sit abs quo Si accusatus sit visus, aut comprehensus. i. captus in eo loco, negocio trãsacto i. postquã facinus erat commissum in eo sup. loco in quo loco res dicitur gesta.

DE CONSECVTIONE.



ONSECVTIO est, cum quæritur. quæ signa nocentis, & innocentis cõsequi soleãt. Accusator dicet si poterit, aduersariũ, cum ad eũ ventum sit, erubuisset, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, cõcidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa consciẽtiæ sunt. Si reus horum nihel fecerit, accusator dicet, eum vsque adeo præmeditatum fuisse quid sibi esset vsu venturum, vt confidentissime resistens responderet: quæ signa confidẽtiæ, non innocentiæ sint. Defensor, si pertimuerit magnitudine periculi, non conscientia peccati commotum esse dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse commotum.

CAPIDVRVS.



ONSECVTIO est, cũ quæritur. quæ signa nocentis, & innocentis consequi soleant) Confingit sibi Cic. verba, prout res quam nominaturus est, poscit, velut hic cõsequentia. n. sunt, cũ quærimus præteriti signa, & quasi impressa facti vestigia. quæ quidẽ maximã suspicionem mouent, & sunt quasi tacita criminum testimonia, q facti crimen consequantur. Cõsecutionem vocat aliter in libro de Oratore, cum quocunque, quod rem aliquam consequatur, quærimus. si id ad rei alcuius attineat cognitionem, consecutionem nominare formidauit, cum in qui. Neque res est vlla quæ non aut ad cognoscendi, aut ad agendi vim rationemq. efferatur. Nam aut ipsa cognitio rei scientiaq. perquiritur. vt virtus suãne p.p dignitatem, an p.p fructus aliquos expetatur, aut agendi consilium exquiritur, vt sit ne sapienti capessenda Resp. Cognitionis aũt tres modi, coniectura, definitio, & vt ita dicam, consecutio. Deinde subiungit. Consecutio aũt tractatur, cum quidquam quod rem sequatur, acquiritur, vt illud, sit ne aliquando mentiri boni viri. Eadem pene igitur ratione hic consecutionem dixit. nam cum quæ signa nocentes, & innocentes sequantur, excutimus, id consecutionem nominauit. [Accusator dicet, si poterit, & quæ sequuntur) Accusatoris locos tractat consecutionis, hoc. n. dicit, Accusator apud iudices contra reum causam acturus dicet vt telum, vt vestigium, vt cruor, vt deprehensum aliquid quod ereptum ablatum vt videatur, vt responsum inconstanter, vt hæsitatum, vt titubatum, & cũ aliquo visus, ex quo visus, ex quo suspicio oriatur, vt eo ipso in loco visus, in quo facinus peractũ sit, vt pallor, vt tremor scriptum aut obsignatum, aut depositum quippiam [Inconstãter locutum esse) Vt quæ dixerit, non sibi conueniat. [Cõcidisse) Præ metu lapsum in terram dicat. [Si reus nihil horum fecerit, & cetera quæ sequuntur) Hoc dicit, si nihil horum accusator in reo poterit arguere, dicet ipsum præmeditatum, quid futurum voluntati esset, ac confidentissime locutum, vt innoxius videretur. [Si non pertimuerit). i. exhorruerit magnitudinem periculi, quod immineat, si noxius iudicetur. [Fretum innocentia) Quod esset innocens, periculum non formidine dicet.

Con-

C Onsecutio) Declarat quotam partem quæ dicitur consecutio quod ea considerat, quæ rem consecuta dicantur. de qua dicit sic. Consecutio est cum quæritur. i. inquiritur, & scrutatur à causidico quæ signa nocentis. i. per quæ videatur quis nocens, & innocentis. i. per quæ videatur. s. innocens: soleant consequi. s. factum aliquid. Accusator dicet. si poterit. s. verisimiliter. & probabiliter dicere (aperto enim mendacio non est nitendum) vnde addit si poterit. quasi non videatur posse. quod per honestatem facere nequeas aduersariũ erubuisse cum ventum sit ad eum. s. aduersarium id autem verecundiæ signum est, & expalluisse. quod formidinis est indiciũ, et titubasse. i. in sermone vacillasse, quod perplexi, & in scelere deprehensi testimonium est locutum esse inconstanter. hoc est nõ firmiter, nec cũ fiducia. aut perpetuo tenore, sed variasse verba, & sententiam. Concidisse. s. in terram præ timore, & esse pollicitum aliquid. s. ne comprehendatur, quæ omnia sunt signa conscientiæ. s. consciæ sceleris. Si reus nihil horum fecerit, accusator dicet eum fuisse vsque adeo præmeditatum quid esset sibi futurum vsui. i. vtilitati ad scelus tegendum, vt ipse reus respondeat confidentissime, quæ signa sunt confidentiæ. i. malitiosæ confidentis animi, & non innocentiæ. Defensor si pertimuerit reus multum, & eminenter timuisse visus sit dicet. s. defensionem suum, se commotum esse non conscientia peccati, sed timore periculi, quia non omnis qui innocens est eo ipso absoluitur. Si non pertimuerit, negabit se esse commotum, id est dicet se non fuisse commotum, fretum, id est munitum conscientia, scilicet bona.

DE APPROBATIONE.



A Pprobatio est, qua vtimur ad extremũ confirmata suspicione. Ea habet locos proprios atq; cões. Proprii sunt ii, quibus nisi accusator, nemo põt vti; & ii, quibus nisi defensor. Cões sunt, qui alia in cã ab alia ab accusatore tractantur. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, cũ dicit malorũ misereri non oportere, & cum auget peccati atrocitatẽ. Defensoris proprius locus est, cum misericordiã captat, & cũ accusatorẽ calumniari criminatur. Cões loci sunt, tũ accusatoris, tum defensoris, à testibus, contra testes; à qõnibus, contra qõnes; ab argumẽtis, cõtra argumẽta; à rumoribus, contra rumores. A testib. dicemus secundũ auctoritatẽ, & vitã testium, & constantiã testimoniorum. Contra testes, vitæ turpitudinẽ, testimoniorũ inconstantiã; si aut nõ fieri potuisse dicemus, aut nõ factũ esse qd dicant, aut scire illos nõ potuisse, aut cupide dicere, & argumẽtari. hæc, & ad improbationẽ, & approbationẽ testiũ pertinebunt. A qõnibus dicemus, cũ demõstrabimus, maiores, veri inueniendi causa, tormentis, & cruciatibus voluisse quæri, & summo dolore hoĩes cogi, vt, quidquid sciant, dicãt. Et præterea cõfirmatior hæc erit disputatio, si, quæ dicta erũt argumentando, iisdem locis, quibus oĩs coniectura tractatur, trahemus ad verisimilẽ suspicionẽ: idemq. hoc in testimoniis facere oportebit. Cõtra qõnes hoc mõ dicemus: primũ, maiores voluisse certis in rebus interponi qõnes, vt q̃ vere dicerent, seruari; quæ falso in qõne pronunciarent, refelli possent: hoc modo: Quo loco quid positũ sit, & si quid esset simile, quod videri; aut aliquo simili signo percipi posset: deinde dolori credi nõ oportere, q̃ alius alio recẽtior in dolore, q̃ ingeniosior ad cõminiscendum, & quod sæpe scire aut suspicari possit, quid quæsitor velit audire: qd cũ dixerit, intelligat sibi finem doloris futurũ. Hæc disputatio cõprobabitur, si rectissimus quæ in qõnib. erũt dicta probabili argumẽtatione: idq. partib. coniecturæ, quas ante exposuimus, facere oportebit. Ab argumentis, & signis, & ceteris locis, quib. augetur suspicio, dicere hoc modo cõuenit: Cũ multa concurrant argumenta, & signa, quæ inter se consentiant, rẽ perspicuã, non suspiciosam videri oportere. Itẽ plus oportere signis, & argumẽtis credi, quàm testibus; hæc, n. eo modo exponi, quo modo re vera sunt gesta; testes corrumpi posse vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate. Cõtra argumẽta, & signa, & ceteras suspiciones dicemus hoc modo, si demõstrabimus nullã rẽ esse, quã non suspicionibus quiuis posit criminari: deinde vnãquanq; suspicionẽ extenuabimus, & dabimus operã, ostendamus, nihilo magis in nos eã, quàm in aliũ quempiã conuenire: indignũ facinus esse, sine testibus coniecturã, & suspicionẽ firmamenti satis hĩe. A rumoribus dicemus, si negabimus temere famam nasci solere, quin subsit aliquid: & si dicemus causam nõ fuisse, quare quispiã confingere, & comminisceretur. Et præterea si ceteri falsi soleant esse, argumentabimur hunc esse verũ. Cõtra rumores dicemus primũ, si docebimus multos esse falsos rumores, & exẽplis vtemur, de quib. falsa fama fuerit: & aut inimicos nr̃os, aut hoĩes natura malevolos, & maledicos cõfinxisse, dicemus: & aliq̃ aut fictã fabulã ĩ aduersarios afferemus, q̃ dicamus omnib. in ore esse: aut verũ rumorẽ proferemus, quis illis aliquid turpitudinis afferat: neq; tñ ei rumori nos fidẽ hr̃e dicemus, ideo q̃ quiuis homo possit q̃uis turpẽ de quolibet rumorẽ pferre, & cõfictã fabulã dissipare. Veruntñ si rumor vehemẽter probabilis esse videbit̃, argumentãdo famæ fidem poterimus abrogare. Quod, & difficillima tractatu est cõstitutio cõiecturalis, & ĩ veris causis sæpissime tractãda est, eo diligẽtius oẽs eius partes pscrutari sumus, vt ne paruula quidẽ titubatiõe aut offensione impediremur, si ad hanc rõnẽ pceptionis, assiduitatẽ exercitationis accõmodaremus. Nũc ad legitimæ cõstitutionis partes trãseamus.

CAPIDVRVS.



A Pprobatio est, qua vtimur ad extremũ cõfirmata suspicione) Supra quomodo suspicionem multifariam confirmare conueniat, docuit Cicer. nunc quoniam pacto iniecta in mentem audientium suspicione approbare possimus, docet, quodq. suspicionem habitam probet, approbationem nominauit. (Et habet locos proprios atq; communes) Locus, vt Cicero diffinit, ab Aristotele sumens, sedes est argumenti, Locorum qui in coniecturali constitutione tractantur, alii sunt proprii, alii communes. Proprii sunt, quibus nisi accusator nemo vti põt. & in præceptis de Inuẽtione hos discernit locos, inquiẽs. Nunc exponemus in cõiecturali cõstitutione, qui loci cões, suspicionibus credi oportere, & non oportere, rumoribus credi oportere, & nõ oportere, testib. credi oportere, & nõ oportere, qõnibus credi oportere, & nõ oportere, vitã ante actuam spectari oportere, & non oportere, eiusdẽ esse qui in illa re peccarit, & hoc quoq; admisisse, & nõ esse eiusdem causæ: maxime spectari causam oportere, & non oportere, atque hi quidem, & si qui huiusmodi ex proprio argumento communes loci nascuntur, in contrarias partes deducũtur. Certus autem locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem, & alter, per quem negat, malorũ misereri oportere, defensoris, per quem calũnia accusatorum cum indignatione ostenditur, & per quem cũ cõquestione misericordia captatur.

Hic

Hic, & ceteri loci omnes cōmunes, ex iisdem præceptis sumuntur, quibus ceteræ argumētationes. sed illę tenuius, & subtilius, & acutius tractantur, in his autem grauius, & ornatius, & cum verbis, tum etiam sentētiis, excellentibus. in illis enim finis est, vt id, quod dicitur, verum esse videatur, in his, tametsi hoc quoque videri oportet tamen finis est amplitudo. [In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, cum dicit malorum misereri non oportere) Ideo proprius locus accusatoris, quia in omni causa, solus eo, vti accusator potest. Locus est, vbi locatum quid esse potest, vt nunc dicimus, collocatum. Ex hoc argumentorum sedes loci quoque dicti. nam sicut in terra non omni generantur omnia, nec autem aut feram reperias vbique nasci aut morari, & piscium quoque genera alia aliis gaudent locis. nec omnibus locis omnes arbores arbusta aut herbæ nascitur, ita non omne argumētum vndique veniet, ideo non passim quęrendum est. multus alioqui error esset, & in vehementi labore. quod enim oratione scrutabimur, inuenire nō poterimus, nisi causa cognita. At si sciremus vbi quæque nascantur, cum ad locum ventum erit, facile quod in eo est, videbimus. hic autem locus dupliciter accipitur, aut maxima dicitē propositio, quæ nullius indigeat probatione, aut ab imparibus si imparia demas, q̄ restant sunt paria, aut propositionis maxima differentia, vt, definitio, genus, species, dfia, proprium, & similia, quæ alibi longe vberius tractauimus. Cum igitur omnis locus sit argumenti sedes, & argumentum fidem faciat eius quod in quæstione positum est, si de quo quæritur approbare volumus, locos nosse necesse est. Quæstionum autem duo sunt genera, alterum infinitum, definitum alterum. Definitum Græci ὑπόθεσιν, Cicero in causam, infinitum θέσιν, illi Cicero propositum nominauit. Infinitū genus quæstionis est sine vllo personarum, temporum, locorum, & similium complexu. Definitiuum autem est è diuerso, personarum, locorum, & eiusdem generis aliorū complexu. Infiniti generis quæstionis loci ab Aristotele, à Theophrasto à Themistio, & à Cicerone in Topicis latissime explicati sunt, sicut, & à ceteris ēt philosophis. at definiti generis quæstionis, loci à Rhetoricis. Sūt enim oratorū proprii. hos Græci περιστάσεις, nostri circunstantias nominatum. Hi autem in proprios, & cōmunes diuiduntur locos, qui cuiuscunq; sint constitutionis, infinitæ q̄ōnis quæ thesis nominatur, subiiciuntur locis, qui q̄m pacto inter se differāt, vnius exemplo aperiamus. In causa coniecturali, inquit Cicero, prius locus accusatoris est, cū dicit malorum misereri non oportere. Hic locus ab infinitæ q̄ōnis loco, qui à contrariis ducitur, profluit. Misereri enim oportere, & nō misereri oportere, inter se cōtraria sunt. Distant autem, qui tantum in causa adhibentur, à theticis. hoc est, & indefinitis, quod thetici sūt ex vtraque parte tractatus, & in contrarium suggerunt nobis argumenta hi autem vnius tantūmodo partis sunt, & aut indignationē solam, aut solam exprimūt conquestionē, vel id genus aliud. Quod autem dicit, malorū misereri nō oportere, sine complexu personarum est, id ita esse necesse est. Non enim aliter locus est, nisi generaliter enūcietur, vnde multa profluere argumenta possint. sed eo inde personam in approbatione complectimur, vt si dicas: Malorum misereri non oportet, Verum malum esse hominem iam. ostendimus, quid ergo eū damnare dubitatis? Deinde subiungit, & cū auget peccati atrocitatem, hoc enim distant à theticis, hoc est, philosophorum, argumentationibus, quod hic sola veritas quæritur. In causa aūt licet veritas asseratur, tamen quod est illorū proprium, rei prolatæ amplitudo captanda est. [Cum misericordiam captat) Hoc est, cum dicit vnumquenque hominem alii misericordiam esse oportere. [Cum accusatorem criminatur) Incusat. [Calumniari) Quod calumnietur, callide ea quæ dicat inueniat nā calleo, omni astu aliquid inuenio, est callus callirom, vnde calumnia, Albino teste. [Communes loci sunt, tum accusatoris, tum defensoris) Et ob id communes dicuntur loci, quod tam defensori quam accusatori conueniant. [A testibus, contra testes) Supra suspicionum captandarum rationes Cicero aperuit, quæ si velimus recte intueri loco thetico subiiciuntur, qui ab adiunctis à Cicerone in Topicis nominantur, sicut à testibus, contra testes, & quæ sequuntur. Ex his esse quos assumi extrinsecus idem dixit, quod non inquit, ab argumentis contra argumenta supra abunde docuimus, ea signa potius quam argumenta nominari debuisse. [A testibus dicemus, secundum auctoritatem) A loco communi testium dicemus, si auctoritatem eius adhibendam ostenderimus, vt pro Archia. Ipse ad est vir summa auctoritate, & religione ac fide, M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire, nō audiuisse, sed vidisse, nō interfuisse, sed egisse dicit. ad sunt Heraclienses legati, nobilissimi homines. [Et constantiam) Si non inter dicendum titubasse visi sunt. [Aut cupide dicere) Quod vellent. [Factum esse) Non vt fuerit dicant, & argumentationibus vtantur calumniosis. [Hæc, & ad improbationem) Contra testes. [Et probationem testium pertinebunt) Quæ à testibus dicta sunt referri posse. [Inueniendi causa) Dicendi veri causa ab his, qui se id fecisse, cuius accusarentur, irent inficias. [Tormentis, & cruciatu) τὸ αὐτὸ, aut tormentis, & cruciatu, instrumentis ad incruciandum. nam, & bellica sunt tormenta, vt machinę. balistæ, arietes, & similia. [Confirmatior erit hæc disputatio) Hoc est, indubitatius erit, quod in controuersia positum cōfirmabitur, aut refelletur. [Eisdem viis quibus omnis cōiectura tractatur) Hoc est eodem modo, quo supra diximus, suspicionem aliquam posse suscitari. [Id in testimoniis fieri oportebit) Vt ea aut probemus, aut improbemus. vt aliqua causa antecedente, quod habuerit odio quem accuset, cū ipso teste, si titubet cum dicat, quod post eum sequatur, quod sibi peruenturum aliquod est hoc speret emolumentorum, & similia. [Contra quæstiones) Cōtra id, quod per suspiciones, an sit verum, quæritur. [Certis in rebus) De quibus, an essent facta, nulla dubitatio possit oriri, vt si mortuum fuisset constitisset aliquē, & suspicio haberetur, quod signa essent in corpore veneni dati nō statim torsissent eum qui suspectus habitus esset, potius quam diligētius vidissent, an venenum datum esset. item, nō qui suspectus habitus esset, sed qui certo dedisse venenum sciretur torqueretur autē quod id se fecisse diffiteretur. Hæc contra quæstiones dicet defensor. [Quæ vere dicerentur) Tam ab accusatore quam defensore. [Quæ falso in quæstione pronunciarentur) Aut quæ insimulasset accusator, aut reus falso inficiaretur. [Quod in loco quid positum sit) Vt si cruentus inuentus sit gladius, aut quiduis aliud eius suspicionis arguatur alicuius manifesto occisi, vel quiduis simile. [Dolori credi non oportere) Si quid sit reus per tormenta fassus. [Alius alio recentior in dolore) Ad sufferendos dolores vegetior viridiorque. [Ingeniosior ad comminiscendum). i. ad fingendum, cuius præteritum, commentus sum. vnde commenta, figmenta. est autem proprie comminiscor, mēte voluto, ac per hoc recordor aliquando significat, vt apud Plautum in Amph. fac sis commeatus. Inde à commentor cōmentarii dicti, in quib. aliqua breuius, quam vt narrari potuerunt, cōtinentur, & aliquorum librorum interpretamenta, cōmentarios, & cōmenta nominamus. sicut in vsu clarorum auctorū inuenimus. [Ad comminiscendum) Quod denique scire aut suspicari posse. sensus est: Dicet defensor, adeo reum, qui insimuletur, accusatori fassum ex ordine omnia, quod putauerit quæsitorem hæc ab eo scire cupiuisse, & in hac re multa finxisse, quod protinus cruciatibus exulceretur. [Quæ in quæstionibus sunt dicta) Quænam confessus fuerit. dum ab eo quæritur, reus. [Idq. partibus coniecturæ) Quæ tribus distinguitur t̄pibus, aut certe, quæ in sex partes supra diuisa est. quorū si singula cōteplabimur, multa quæ nobis suffragabuntur inueniemus. [Plus oportere signis, & argumētis credi quā testibus) Plus, inquiet accusator, si testes eius sententiæ aduersabuntur, & signis & argumentis esse credendū, quam testib. modo signa, & argumēta referre sibi conferentia possit. [Quā in alium quępiam conuenire) Dicet defensor. quæ protulerit signa, & argumenta accusator, tā posse sunt in alio quouis, quam in hoc quem accusat inueniri. [Indignum facinus, Factū detestabile esse [Siue testib. coniecturam, & suspicionē firmamēti satis habere) Subaudiendum, quenq̄ credere. Vt sit ordo. Indignū facinus esse dicet defensor. quenquam credere coniectura, & suspiciones sine testibus habere satis firmamēti. [Ita temere) Sine causa. [Quin subsit aliquid) Vt si quod dicitur, etiam verū sit, aliqd tñ subesse negari minime queat. [Confingeret) Apud alios. [Et comminisceretur) Intra se prius vero cōfingeret protulit, quod prius rem non confictam intueamur, deinde intra se qui cōfinxerit ea meditatur. [Hunc verum esse Subaudi, rumorē. [Et exemplis vtemur de quibus falsa fama fuerit) Quæ infinita sunt. ostendet igitur, se non solum fuisse. de quo rumor falsus sit per aliquos suscitatus maleuolus ac inuidos, sed plerosque id ēt fuisse passos. [Et aliquam fictam fabulam afferemus, quā dicemus omnibus in ore esse) Hoc dicit, nouissimum aliquod exēplum, siue fabula, siue historia sit, quæ in aduersariorum opprobriū vētura sit, velut illud apud Apuleium. Verum enimuero, & coruus, & psitacus, nihil aliud quam quod didicerunt pronunciant, si cōuitia docueris, conuitiabitur, diebus ac noctibus perstrepens maledictis, hoc illi carmen est, hanc putat concionem, vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit. Denuo repetit eandem cantilenam, si caret conuitio velis, lingua excidenda est, aut quamprimum

uum in filuas fuas remittendus eft. Poterit ergo hoc in aduerfa ios dicere, affuetos quidem eo modo ad maledicendum effe, t laudatum iri tunc demum fe arbitrentur, cum in quēquam quælibet confinxerint. & hanc malorum hominum naturã ef- t, vt in quem vis etiam optimum dicant. Fictam ergo fabulã, ermonem quem fibi ipfe cõfingent. fic Iuuen. It noua, nec tri- us, per cũctas fabula coenas. i. fermo. Aut certe fictam ab alus, quoniam fequitur, Quam dicemus omnibus in ore effe, vt fa- ulam intelligere poffimus, quæ olim ab aliquo iam poeta fi- ta fit, eamque ad quoquo modo eludendos aduerfarios pro- eremus. [Confictam fabulam diffipare). i. fictum fermonē dif- eminare. [Argumentando fanæ fidem poterimus abrogare) Argumentando rationes quas poterimus afferendo. [Poteri- nus abrogare) infirmare. [Fidem) Firmam perfuafionem. [Fa næ) Quæ de fama rei habita fit, & eft cafus datiuus.

QVid quæfitor velit audire) Quefitor, qui in crimina in- quirit, & in tormentis de maleficiis cognofcit. Sic Virg. Quæfitor Minos vrnam mouet. [Quòd, & difficillima ractatu eft conftitutio coniecturalis) Tranfitio ad aliam confti utionem,

APprobatio, &c.) Profequitur fextam partem, quę dicitur probatio, ea autem vltima declaratur, quia vltima vfus eft, de qua dicit fic. Approbatio eft qua vtimur ad extre- mũ, fufpicione confirmata. i. corroborata, hoc eft poftquã fu- picio validioribus argumentis ftabilita eft. Et. f. approbatio ha er locos proprios, atque communes. i. habet fedes argumen- ationum duplices, proprias, & communes. Proprii. f. loci, funt i, quibus nemo poteft vti nifi accufator, & hi quibus nemo õt vt nifi defenfor. hoc eft qui aut foli accufatori, aut foli de nfori congruũt, vt qui conueniunt accufatori non fubferuiũt efenfori nec contra. Cõmunes funt qui tractantur alia caufa reo, & alia ab accufatore, & ita ab vtrifq; tractãtur. Declarat utem primo locos proprios dicens. Locus proprius accufato s in caufa coniecturali eft cum dicit nõ oportere mifereri ma orum, & cũ auget atrocitatem peccati. Locus proprius defen- ris eft, cum. i. quando captat mifericordiam, & com crimina ur. i. pro crimine, & iniquitate accufat, & contendit accufato- em calumniari. i. calumniofe agere potius ex fimultate, & dio, quã ex rei veritate, aut iuftitiæ amore, cum nimis auide cti atrocitatem augeat. Hi aũt loci funt proprii, quia nihil eft am alienum ab accufatore quam mifericordiam captare. aut ccufandi auiditatem reprimere. Et contra nihil tam diffidet à efenfore quam mifericordiam prohibere, aut facti atrocita- m exaggerare. Poftquã autem defcripfit, aut exemplis decla- uit locos proprios declarat communes dicens. Loci commu es tum accufatoris, tum defenforis. i. quibus tam accufator uam defenfor vti põt, funt. f. primo a teftibus. i. fumpti ab ac- fatore per confirmationem teftim, & fup. contra teftes. i. per probationem teftium, a defenfore. Secundo fupp. funt à quę ionibus. i. inquifitionibus per torturas adductis per accufato m, & fup. contra quæftiones. improbatas videlicet à defenfo . Tertio funt ab argumenta. f. accufatoris & contra argumen per defenforem. Quarta rumoribus adductis, & approbatis er accufatorem, & contra rumores improbatos per defenfo- em, vt de fingulis declarat. [A teftibus) Primo declarat lo- um communem à teftibus dicens. Nos dicemus in loco com unum à teftibus, fecundum auctoritatem, & vitam teftium, & onftantiam teftimoniorum. Maxime enim attendendũ eft, an eftes cõftanter affirmauerint fine hęfitatione, aut variatione ententiarum. Et dicemus pro defendendo in loco cõi, cõtra te es turpitudinē vitæ. f. eorũ, in conftantiã teftimoniorum, & icemus, aut nõ potuiffe fieri quod dicant, aut nõ effe factum ur illos non potuiffe fcire, vtpote cũ illic non fuerint, fed alibi fi, aut dicemus eos dicere cupide. i. nimis affectãter, vt videã- ur nõ ad veritatis comprobationē, fed ad odii fui, aut fimula s occultę exaturationem dicere. Tũc. n. tefti pręcipua fides ad ibetur, cum nõ plus quam interrogatus fit dixerit, & id quafi uitus vifus fit dicere, vt pp facramentũ, feu iuramentũ, quo ftrictus eft verũ dicere quatenus fciuerit. Et argumẽtari hęc. f. uę dicta funt. i. adducere per accufatorem integram teftiũ vi- am, & teftimoniorum conftantiã, & per defenforem eorundē urpitudinem, aut nequitiam vitę, & in conteftando inconftã- iam, aut auiditatem, & properationē, pertinebũt ad improba onē teftium. f. pro reo, & ad probationē teftiũ pro accufato e. vbi ordo mutatur. [A qõnibus) Deducit locum cõmunē à uęftionibus, & contra quęftiones docēs primo quęftionibus, d eft. inquifitionibus veritatis per tormẽta, feu torturam vti offe, cum a maioribus fint inftitutę: deinde non femper, neq; omni criminatione vtendum effe, nam graphice accufantis, & defendentis partes perfcribit dicens. Nos dicemus à quæftio- nibus, id eft, inquifitionibus factis per torturam, cum demon- ftrantibus maiores noftros. i. pro genitores, & qui nos in reip. adminiftratione antecefferint voluiffe queri. i. inquiri, & qõnē fieri, tormentis, & cruciatu, caufa veri inueniendi. i. vt verũ in- ueniatur, & dicemus eos voluiffe, homines cogi fummo dolo- re, vt dicant. quidqd fciant, & præterea hæc difputatio eo con firmatior. id eft, magis cõfirmata, & ftabilita, fi nos trahemus ea quæ dicta erunt. f. tortis, & cruciatis, ad fufpicionem verifi- milē argumentãdo iifdem viis i. rationibus omnis coniectura tractantur, id eft, agitur, & difputatur, & oportebit, hoc idem facere in teftimoniis. i. trahere omnia ad verifimilem fufpicio- nem. imitando videlicet fidem quam ipfi teftificando fecerint verifimili coniectura. Contra qõnes. docet quid defenfor con- tra quæftiones faciet dicens. Nos f. defendentes, dicemus con- tra quæftiones. i. inquifitiones factas, aut fieri petitas ab aduer fario per tormenta, aut rei, aut feruorum eius, hoc modo. f. fe- quenti. Primum fupp. dicemus maiores noftros noluiffe quæ- ftiones interponi. f. ad veri inquifitionem nifi in certis rebus, de quibus alii cõmentarii fatis difputat, & ipfe fubdens, cum. f. ea quæ dicerentur vere poffent fciri. i. aperte cognofci per quæ ftionem, & ea quæ pronunciarentur falfo. i. mendaciter in quę ftione. i. in tormẽti, poffent refelli. i. redargui, & reprobari, hoc modo vt. f. per quæftionem fciatur, in quo loco fit quid. i. ali- quid pofitum, vt fi illi inueniatur aut res fublata, aut inftrumẽ tum fcelis. tunc cõfeffioni credatur, & fi quid effet fimile, quod poffit videri, aut percipi aliquo figno fimili. Deinde fupp. dicę mus non oportere credi dolori. i. conceffioni factæ per dolorē, & cruciatum, quia alius fit in dolore. f. deferendo recentior, & ita firmior alio. i quam alius, & quod alius fit ingeniofior ad cõminifcendum. i. fingendum animo, & excogitandũ aliquid quo euadat, quod deniq; is qui eft in tormentis & quæftione, poffi fcire. f. certo, aut fufpicari quid quæfitor. i. faciens quæ- ftionē velit audire, quod cum. i. poftquã dixerit, intelligat finē dolorum futurum fibi. Hæc difputatio. f. cõtra quæftiones, cõ pbabitur. i. probabilior fiet, fi refellemus argumẽtatione pro- babili ea quæ dicta erunt in quæftionibus. Idq; id eft & id, & oportebit facere id. f. refellere quæ in quæftione dicta erunt ar gumẽtatione ne probabili partibus coniecturæ, quas expofui mus ante. i. quas prius docuimus ad verifimilitudinem facien- dam feruandas. [Ab argumentis) Profequitur locum commu- nem ab argumenti dicens. Conuenit dicere ab argumentis & fignis, & ceteris locis quibus fufpicio augetur, hoc modo, hoc eft dicemus fic, Cum multa argumenta. i media ad probandũ, & figna videlicet euidentia, quę confentiant inter fe. i. quæ nul lam difcrepantiam habeat. concurrant. f. ad approbationem, oportet rem videri. i. apparere perfpicuã. i. ita claram, & euidē tē, vt veritas quafi per medium eius videri poffit, nõ fufpicio fam. i. de qua tantum coniectura, aut fufpicio dicatur haberi. Item fupple dicemus oportere plus credi fignis. & argumentis quam teftibus, enim pro quia, dicemus fupp. hæc. f. argumẽta figna, & exponi. i. obiici confpectui, & declarari eo modo quo modo gefta funt reuera, teftes autē poffe corrũpi, vel precio fi fint auari, vel gratia. f. fint affines, aut cõfanguinei, aut fami liares, vel metu, fi pars aduerfa fit potēs aut cõfcia criminis, vel fimultate. i. occulto odio, & latente inuidia alterius partis. Et nos dicemus cõtra argumẽta & figna, & ceteras fufpiciones, hoc modo. Si demõftrabimus nullã rē effe quàm quiuis. i. qui libet nõ poffit criminati. inculpate fufpicionibus. i. p fufpicio- nes. Deinde. i. poft generalem extenuationem, extenuabimus vnamquanq; fufpicionem, & dabimus operam. i. adnitemur, vt oftēdamus eam. f. fufpicionē, quæ ab aduerfario allata fint, nihilo. i. in nullo conuenire. i. conuenienter afferri magis, in. i. contra nos, quam in quempiam. i. quemlibet, aut quemcunq; alium, & fup. dicemus, coniecturam, & fufpicionē habere fatis firmamenti. i. corroboramenti ad perfuadendũ fine teftibus. i. cũ nulli adfint teftes, effe facinus indignum. i. bona rep. aut bo nis iudicibus, aut indignandum, & deteftandũ ac improbãdũ, cum fufpiciones, & figna atq; id genus argumenta multis mo dis fallant nihilq. fit indignius quam innocẽtes damnari. A ru moribus. Declarat locum communē à rumoribus, & cõtra ru mores dicens. Nos dicemus à rumoribus. i. fumendo locum, & fedem argumenti noftri à rumoribus, fi negabimus famã fole re nafci. i. oriri, temere. i. abfque caufa quin fubfit aliquid. f. rei vnde vt folet dici. Quod cõmunis fama diuulgat nõ omnino deperditur. Et iam dicemus à rumoribus fi dicemus non fuiffe caufam. f. aliq̃, quare quifpiam confingeret, & cõminifceretur

talem

talem.s.de aliquo infamiam, & præterea si.i.tñ si ceteri.s.rumores soleant esse falsi.i.deceptorii, & nõ veri, nos argumẽtabimur hunc esse verũ. Et contrario nõ dicemus contra rumores, primũ si docebimus.s.rationibus multos rumores esse falsos, & vtemur exẽplis de quibus fama fuerit falsa. & dicemus aut inimicos nr̃os, aut homines maliuolos, & maledictos, nã.i.per naturã confinxisse.s.talẽ rumorem. & aut afferemus in aduersarios aliquã fabulam fictam.s.à nobis quam dicemus esse omnibus in ore, aut proferemus verũ rumorem qui afferat illis.s.aduersariis nostris aliquid turpitudinis. & tñ dicemus nos non habere fidem ei rumori, ideo q quiuis homo possit proferre, quemuis rumorẽ turpem.i.diffamatorium, de quolibet.s.homine, & possit dissipare.i.spargere fabulam confictã. Verum tñ si rumor videbitur esse vehementer probabilis nos poterimus abrogare.i.auferre famę fidem.i.credulitatẽ, argumentando.i.per argumentationem nostram. Deinde epilogo, concludens hunc tractatũ dicit. Eo q constitutio coniecturalis est difficillima tractatu.i.ad tractandũ: & est tractanda sępissime in veris causis: eo ioquã.i.propterea perscrutati sumus.i. inquisiuimus diligentius.i.multũ diligenter, ut eo.i.tanto diligentius quo difficilior est, omnes partes eius ita vt supple cõstitutio coniecturalis ne quidẽ vlla.i.non ẽt minima titubatione.i.vacillatione impediretur, aut si est legendũ impediremur ordo est.ita vt nos ne ulla quidẽ titubatione impediremur, si accommodassemus assiduitatem exercitationis ad hanc præceptionem. Nunc transeamus ad partẽ constitutionis legitimæ.

CONSTITVTIONIS LEGITIMAE PARTES.



VM voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur, si a scripto dicemus, his locis vtemur secundũ narrationẽ: Primũ scriptoris collaudatione: Deinde scripti recitatione: Deinde percũctatione, scirent ne aduersarij id scriptũ in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, qđ ad candẽ rem pertineat. Deinde collatione quid scriptũ sit, quid aduersarii se fecisse dicant, quid iudice sequi cõueniat, vtrũ id quod diligenter perscriptũ sit, an id qđ acute sit excogitatum. Deinde ea sententia, quæ ab aduersariis sit excogitata, & scripto attributa, contemnetur, & infirmabitur. Deinde quæretur, quid ei obfuerit, si id voluisset scribere, vt non potuerit pscribere. Deinde à nobis sentẽtia reperietur, & causa pferetur, quare id scriptor senserit qđ perscripsit: & demõstrabitur, scriptũ illud esse dilucide, br., commode, pfecte, certe cũ rõne. Deinde exẽpla proferẽtur, quæ res, cũ ab aduersarijs sentẽtia, & volũtas afferretur, a scripto potius iudicatæ sint. Deinde ostẽdetur, q̃ piculosum sit a scripto recedere. Locus cõmunis est cõtra eũ, qui cũ fateatur se cõtra id, qđ legibus sancitũ est, aut testamento perscriptũ sit fecisse: tñ facti quærat defensionẽ. A sententia sit dicemus, Primũ laudabimus scriptoris cõmoditatem atq; breuitatẽ, q tantũ scripserit, quod necesse fuerit; illud, qđ sine scripto intelligi potuerit, nõ necessario scribendũ putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officiũ, verba, & literas sequi, negligere voluntatẽ. Deinde id, qđ scriptũ sit, aut nõ posse fieri, aut nõ lege, nõ more nõ natura, non æquo, & bono posse fieri: quæ oĩa scriptorẽ voluisse quã rectissime fieri, nemo dubitet: at ea, quæ a nobis facta sint, iustissime facta. Deinde contrariã sententiã aut nullã esse, aut stultam, aut iniustã, aut non posse fieri, aut nõ cõstare cũ superioribus, & inferioribus sentẽtijs, aut cũ iure cõmuni, aut cũ alijs legibus cõmunibus, aut cũ rebus iudicatis dissentire. Deinde exẽplorũ à voluntate, & cõtra scriptum iudicatorũ enumeratione vtemur. Deinde legũ, & stipulationũ breuiter exscriptarũ, in quibus intelligatur scriptorum voluntas. Locus cõmunis contra eũ, qui scriptum recitet, & scriptoris voluntatẽ non interpretetur.

CAPIDVRVS.



VM voluntas scriptoris cũ scripto dissidere videbitur) Legitimam constitutionem in primo libro ita diuisit, vt sex ei tribuerit partes. quarum prima scriptum fuit, & sententia. In hac igitur quibus vti possimus argumẽtis docet, deinceps in ordine cetera expositurus. Hoc ergo dicit, cum voluntas scriptoris cum scripto non conuenire videbitur, si scriptum defendamus, aliis, aliis, si sententiam, vti debere videmur locis. [Secundum narrationem) Pro vt poposcerit narratio. [His locis vtemur) Ex quibus pro scripto argumentationes eliciemus. Primum scriptoris collaudatione verba defendat, vt dicat scriptori neque ingenium, neque operam, neque vllam facultatem defuisse, quo minus aperte posset perscribere id, quod cogitaret. non fuisse ei graue aut difficile eam causam excipere, quam aduersarii proferant, si quidquam excipiendum putasset. consuesse eos qui lege scribant, exceptionibus vti. deinde vt leges recitentur, cum exceptionibus scriptæ, vt apud eundem legislatorem, num sit aliqua exceptio. [Scriptores collaudatione) Laus est, quam ob bene gesta promeremur, laudatio vero, quæ verbis habetur alicuius. est tamen aliquando, vbi laus pro laudatione ponatur. [Deinde scripti recitatione) Quo vehementius, & significantius quidquid interpretaturus est, dicere videatur. [Deinde per cunctatione, scirent, ne aduersarij id scriptum fuisse, in lege aut testamento, aut stipulatione, aut quolibet scripto, quod ad eam rem pertinebit) Deinde qui scriptum, inquit, defendet, percunctabitur, nunquid aduersarii eam quam proferant sententiam, quæ nusquam scripta apparet in lege, legerint, aut testamento, aut stipulatione, aut in alio quocunque scripto, quod ad id negocium iudiciumq; attineat. [Percunctatione) Et per contantum, inquit Donatus in Hecyra. & percunctatum scribitur. si percontatum à conto dicitur, quo nautæ innituntur ad loca nauibus oportuna. si vero percunctatum, ab eo quod à cunctis perquiratur, dicitur. Nonius Marcellus autem de doctorum virorum indagine: Percontari, inquit, diligenter inquirere. Et est proprietas verbi, quòd vada in fluminibus contis exquirant nautæ. Nec me præterit, in eruditos quosdam grammatistas hæc differre inter se voluisse, cum per o, ante t, & cum u, ante ct, scriberetur, sed nihil mihi cum illis. plana sunt. Sciscitur, rogo interrogo, percunctor. sed ex his alia inter se nonnihil, alia nihil prorsus differre videntur. Nam rogo, interrogo, & sciscitor, inter se nihil differunt nisi dicamus sciscitari esse, vt sciamus idem sæpe potius exquirere quam interrogare, rogare verba nulla vel pauca antecessisse significat, vt Plautus in Curculione, Rogant serui quo eam, dico me ire quo saturi solent. interrogo autẽ inter multa verba, sciscitor, & exquiro, vt apud Iuoc Bene haber, nil plus interrogo, pusilla tamen hæc differentia est. Maior autem est multo inter percunctor, & interrogo differentia. vel quã voluit Quint. vt interrogare nos dicat sciendi aliquid causa, & percunctari, arguendi. Quid enim tam commune, inquit quam interrogare, vel percunctari? nam vtroque vtimur indifferenter, quorum cum alterum noscendi, alterũ, arguẽdi gratia videtur adhiberi. Velut Augustinus in lib. quem de doctrina Christiana inscripsit qui ita reliquit: Inter percunctationem, & interrogationem hoc veteres interesse dixerunt, quòd ad percunctationẽ multa responderi possunt, ad interrogationẽ vero aut nõ, aut etiam pronunciabitur. Ergo ita vt post percunctationem, qua dicimus, quis accusabit aduersus electos dei? illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur: Deus qui iustificat? vt tacite respondeatur, non, & iterum percunctamur, quis est qui cõdẽnat? rursusque interrogemus, Christus Iesus qui mortuus est? magis adhuc qui resurrexit? qui est in dextera Dei? qui interpellat pro nobis? vt vbique tacite respondeatur, non. Aut cũ dicit Cicer. Deinde percunctatione scirent, ne aduersarij ea significatio,

io, q̃ voluit in percunctor verbo esse Quintilianus, hic magis
onuenit. est tamen inueniri, vbi percunctor ad rerum attineat
ognitu rem, Horat;

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos.

Deinde collatione quid scriptum sit) Id est, si aduersarii scri
tum aliquod proferentis cōferatur, hoc est, compasetur illud
de quo cōtrouersia est. [Quid aduersarii se fecisse dicāt) Sub
audiendum, percunctēmur, hoc est posteaquā si protulerunt
riptum viderimus, exquiramus nūquid quod se fecisse faten
r aduersarii. co scripto collatur quod esse poterit, vt minime
it. [Quid iudices sequi conueniat, vtrum id quod diligenter
æscriptum sit, an id quod accurate sit excogitatum) Hoc di-
t, qui defendit scriptum, quod acurate, inquiet, scriptum est
conditore legis, non oporter aliter quàm scriptum sit inter-
etari, quod si accipiatur, nihil aliud erit quàm legem tolle-
. Nihil. n. attinere dicat, causam ex lege considerare. quippe
æ in lege scripta non sit, si prout libuerit quisque interpre-
bitur. quare iudices, sicut scriptum est, iudicare debere. [Quę
scripto attributa) Prout libido tulerit, non vt nos interpre
bamur. [Aut non potuerit scribi) Quod contra fas iustum, &
quum esset. Amentiam enim esse, si eius qui peccarit potius
iam legis ipsius verba cognoscentur. [Scriptum illud esse di
cide) Aperte. [Breuiter) Non pluribus qoā conueniret. [Cum
ode) Vt vtilitatē communem omnium spectauerit. [Perfe-
c) Cui in ea sentētia nihil admodum deesset. [Cum ratione)
erta, nō vt quisque, pro ut libido tulerit, possit interpretari.
Deinde exempla proferentur) Subaudiendum earum rerum.
Quæ res) Ordo est, quæ ab scripto potius iudicarę sunt. [Cum
aduersariis sententia redderetur & voluntas afferetur. Sen-
est, eademque aduersarii, cum sententiam plerunque non
rba spectāda esse dicerent exempla proferemus, sed ipsis vo
ntatem, nobis verba ipsa id dicere videre asseremus. [Dein-
ostenderet) Hoc dicit si ex ingenio delinquētis inquiet, qui
iptum defendit, qui contra lege fecerit excusatur, non ex le-
peccandi cuilibet potestas vulgo dabitur. deinde adiicier, ex
is iudicibus iudicādi, & ceteris ciuilium viuendi rationes per
rbatum iri, si semel a legibus recessum est, nam, & iudices ne
ie quid sequantur habituros, si ab eo quod scriptum si rece
t, neq; quo pacto alios improbare possit, quod contra legē
dicarint, & ceteros ciues quid agāt ignoraturos, ex suo, quis
e consilio, & ex ea ratione quę in mentem aut in libidinem
nerit, non ex communi præscripto ciuitatis vnamquamq;
n administrabit. [Locus communis est, contra eū qui quod
m fateatur se contra id quod legibus sancitum aut testamē
præscriptum sit, fecisse, tñ facti quęrat defensionem) Locus
s qui à scripto dicet, erit, inquit ipse in secundo de Inuen-
one, leges ex se oō eius qui contra commiserit, vtilitate spe-
ri oportere, & legibus antiquius haberi nihil oportere. Lo-
s hic, ingt, scripto cōis erit, vt dicat, fecisse te contra id quod
e sancitum est, & testamēto præscriptū fateris, & tñ facti hu
modi quæris defensionē, at qui cōtra legis sanctionem præ
iptum ue testamēti fecerit, puniendus est. igit delicti pœnā
subire oportebit. Itaq; ab hoc loco deducetur argm̃. [Quod
gibus sancitum) Veteres grāmatici vna oēs sancio verbū san
mittere præteritum, & supinum sanctū, volunt, licet priscæ
guæ secus protulisse auctores dicant. Sed mihi pace erudis-
torum virorū dicere diceat, cur nō potius sanciui dicemus,
sancitum? eū Cic. Romanæ eloquentiæ auctor eminentissi
us ita locutus sit, sicut, & multi alii, ut Pōponius ad Trāseā:
ncierat. inquit, & in passiuo Cassius Seuerus, Lege Sancitū
ait. & Lucretius, quandoquidē sancitū extat, quin, & ipsi iu
consulti sancitum, appellationem non participiū esse volue
. quippe qui à sanguinibus herbis sanctū fluxisse dicāt, quas
aō deferētes, se sanctos. i. inuiolabiles esse facile ostēderent.
on ego tamen saxi sanctum dici negauerim, sed mallē ipsum
ceronem sequi. [A sententia si dicemus, primū laudabimus
iptoris commoditatem atque breuitatē) Commoditatem
ta præscriptis, sic vt ei vtilitate, & honestum iustumque esse
ebatur. [Breuitatem) Vt non plura complexus sit, quam
us esset. [Dicemus deinde calumniatoris esse officiū verba,
iteras sequi, negligere voluntates) Dicemus illū non vide-
nobis habere quid dicat, qui verba, & notas elementorum se
l malit, & sententiam nihil pēdere. Leges. n. charas esse opor
e, non ꝑꝑ literas, quæ tenues, & obscuræ notę sint volun-
is, se ꝑꝑ earū rerum, quibus describuntur, vtilitatē, & corū
cripserint sapientiā, & diligentiam, vt quid sit lex describat,
o videat in sentētuia, non in verbis cnosistere, & iudex is vi-
atur legi obtemperare, qui sententiā eius, noo qui scripturā

sequatur. Enim vero si voluntas tacitis nobis intelligi possit,
verbis omnino nō vteremur quia nō pōt, verba reperta sunt,
non quæ impedirēt, sed quę indicarent, voluntatē. [Deinde id
quod scriptum sit, aut nō posse fieri) Subaudi aut his rōnibus
quæ sequuntur, aut quibuscunque aliis. [Non lege) Quod de
ea nulla sit lex. [Non more) Quod id facere moris non sit.
[Non natura) Quod naturæ leges huic repugnent sniæ. [Non
æquo, & bono posse fieri) Contra scriptum qui dicet, primum
eum locum iudicet, per quem æquitas suę causæ demonstrēt,
& ostēder quo animo, quo cōsilio, qua causa fecerit. Dicit igi
tur, contra æquum, & bonum facturū, quicunq; secus agerit.
quæ omnia rectissime fieri, & sanctissime à scriptore legis, oēs
affirmabunt. Aut non posse fieri. Si æquū bonumq; velimus
inspicere. [Aut non constare) Quippe quod sententiis illis re-
pugent. Aut cum iure cōi. quo nos vtuntur populi. [Aut cum
aliis legibus) Differunt leges, & iura, quod leges sunt aut prin-
cipis, aut liberi populi, quæ à rege conduntur, alterius consen
sum non requirunt, quæ ad populū feruntur sine eius iussu ra
tæ non sunt. & quoniam rogari. i. interogari populus de his so
lebat, rogationes dictæ. Iura autem magis generalia suot. Ius
aliud gentium, aliud ciuile dicitur. Ius ciuile dicimus tā leges,
quam plebiscita, senatusconsulta, decreta principium, respon
saprudentiū, &c. quæ in Topicis sumus interpretati, quæ sunt
legunt cōmuoium interpretamenta quædā. [Aut cum rebus)
Cuiusmodi sunt respōsa prudentium. [Et stipulationum) Sti-
pulatio per interrogationem sponsio est. Br exceptarum. Hoc
ad vtrunq; refertur. [In quibus intelligatur) vt scriptarō. [Vo-
luntatem probemus interpretando, non quod dicant verba,
spectandum locus cōis) Sēsu est, Locus cōis contra eū qui scri
pto innitetur erit, vt dicas eū scriptū recitare, & scriptoris vo-
luntatem negligere, quod utiq; stultum sit. perinde ac si dicas,
stulte eum agere qui scripta cuiusquā suspiciat, qui sit sensus
verborum negligat. In secuodo autem de inuentione idē. Con
tra scriptum, inquit, leges in cōsilio scriptoris, & utilitate cōi.
non iti uerbis consistere, quod indignum sit ęquitate literis ve
geri, quæ uoluntatem eius qui scripserit defendat.

DEinde dicemus, &c. oegligere voluntatem) Quæ sane vo
luntas tribus modis cōsideratur. Primo, qoādo eum le-
gis scripto aut verbis apparet, eā impossibile esse serua-
ri. vt lex est: Qui parentes non aluerit, vinciat, certum est iuxta
hanc legem liberos infantes, aut debiles altere nō posse. Secun-
do consideratur, cum certū est, vel omnibus ex verbis legis in
telligi aliud voluisse latorem eius, vt qui nocte cū ferro depre
hensus fuerit, vinciatur, annulum ferreum vir ferens noctu in-
uentus, à magistratu cædis alligat. Hic sane apparet, legislato-
rem de telo, non de annullo intellexisse. Postremo cū exemplo
multatum legū probamos præsentis quoq; legis voluntatem
talem, qualem nos defendimus, vt Cic. pro A. Cæcina fecit. OLN.

CVm voluntas, &c.) Pertractat constitutinoem legitimā, & A S C.
primo ea quæ ex scripto sumitur dicens. Cū. i. quando vo-
luntas scriptoris. i. eius qui aut legē, aut testamentum, aut ali-
quid aliud legitime scribendū dictauit, videbitur dissidere. i. dis
conuenire, & dissenore cum scripto. i. cū eo, qđ scripta sonāt,
tūc sup. vtemur his locis secundū. i. statim post narrationem. s.
rei pro nobis faciētis, primum collaudatione scriptoris, vt pru
denter, & laudabiliter scripsisse, & cōstituisse cedeatur, deinde
vtemur recitatione scripti. s. pro nobis faciētia. deinde vtemur
percūctationes. i. interrogatione inquisitoria, ne ꝑ an, aduersa
rii sciuerint id. s. ꝙ recitauimus fuisse scriptum in lege) quasi
dicamus, si sciuerint non debuisse contra legē tantasse, si nescie
rint nunc debere resistere) & fuisse scriptū, & in testamēto, aot
iu stipulatione. i. pactione per mutuū consensum interrogan-
tis, & respondentis facta, aut in quolibet alio scripto quod per
tineat ad rem. s. quā agimus. Deinde vtemur sup. collatione. s.
comparatione, ostēdentes sup. quid sit scriptū, & quod aduer
sarii dicant se fecisse an. s. respondeant scripto, & quidē conue-
nait. i. æquum, & conueniēs sit iudices sequi verū id qđ sit per
scriptū. i. perfecte scriptum, diligēter. i. cū diligētia, vt dicemus,
an sup. cōueniat eos sequi id, quod sit excogitatū acute. i. calli
de, & vafre ab aduersariis in callumniā scripti. Deinde sentēoa
i. interpretatio scripti, q̃ sit excogitata ab aduersariis contēne
tur, & infirmabit à nobis. Deiode q̄retur. s. à nobis. i. nos quæ
remus quod obfuerit. i. obstiterit, & impedimēto, aut nocumē
to fuerit scribenti si voluisset perscribere, . i. cōsumate scribere,
aot vt alii legunt perscribere, id est sancire, & statuere, id vide-
licet ꝙ aduersarii dictitant adiiciendum fuisse, vt mens scriben
tis intelligatur, an supple id non potuerit perscribi? quasi di-
camus si scriptor, aut dictator scripti voluisset aliquid adiicien

ctum, ipsum id potuisse addere, quo circa eũ non addiderit, scriptũ vt sonat intelligendũ censuisse videtur. Deinde sentẽtia.s. scriptoris rei nostræ accõmodata, reperietur à nobis, & causa quare scriptor scripserit id qđ scripserit, videlicet sine limitatione, aut restrictione per adiectione plurium verborũ proferetur à nobis, & illud demonstrabitur esse scriptũ dilucide, breuiter, cõmode, & perfecte, cum ratione videlicet approbante singulas particulas, vtpote qđ scriptũ sit dilucide, quod breuiter quod cõmode, &c. Deinde exẽpla proferũtur, hoc est per exẽpla ostẽdimus, quę res sint iudicatæ potius à scripto.i. secũdũ quod scriptũ sonabat. cum sententia redderẽ ab aduersariis.i. cum aduersarii aliter interpretarẽtur ipsum, & cũ volũtas scribentis afferetur.s. ab aduersariis ſm eorum interpretationem. Deinde ostendetur quã i. quantum periculosum sit recedere à scripto. Quia si id permitteretur nulla lex satis firma sit cũ cui libet aliquid addi, & aliter ĩterpretari possit, & sup. id ostẽdere est locus cõis.i. ad plurimas causa contra cũ qui cũ.i. quamuis fateatur se fecisse contra id quod sancitũ est legibus, aut quod perscriptum est testamento, tñ quærat defensionẽ facti.i. sui: p alia interpretationẽ, aut cauillationem scripti. [A sentẽtia sic dicemus) Hoc est cũ vtemur cõstitutione legitima à sentẽtia.i. mente scriptoris ad nostrũ cõmodum intellecta, nos laudabimus primam cõmoditatẽ.i. vtilitatẽ, & opportunitatẽ scriptoris, ꝙ videlicet vtilia, & vtiliter scripserit, atq; laudabimus eius breuitatem, ꝙ.i. quia scripserit tñ.i. dũtaxat, id quod fuerit necesse, & ꝙ putarit illud qđ potuerit intelligi sine scripto non scribendum necessario. Deinde dicemus officiũ calumniatoris esse sequi verba, & literas, & negligere voluntatẽ.i. mentem, & sententiam scribentis. Vnde hæc omnia sunt contra eum qui à scripto procedit. Deinde dicemus id, qđ scriptum est, vt verba sonant, aut non posse fieri lege, id est, secundùm legem, non maiore, non natura.i. per naturam aut dictamen rõnis, quæ lex naturalis est, non bono.s. cõi, & æquo.i. per fas, & licitum quod omnes æquum sentiant, quæ omnia sup. dicemus, ꝙ nemo dubitaret scriptorẽ voluisse fieri ꝗ rectissime.i. maxime recte, & decẽter, ac dicemus ea quæ facta sunt à nobis esse facta iustissime. Deinde dicemus sententiã contrariam, aut esse nullam.i. nullius momenti, aut valoris, aut potius nullã esse.i. falsam, & fictitiam, & ita nihil esse, cũ falsum nihil sit. Bonũ.n. verum, & ens conuertuntur, aut dicemus eam esse stultam, cum sit contra mores, & naturam, aut iniustam, cum sit cõtra ęquitatem, aut dicemus eam non posse fieri, aut non constare.i. nõ esse (vt nunc dicunt) compossibilẽ cum inferioribus, & superioribus sententiis.s. eiusdẽ scribentis, aut si parum scripserit, ita vt in scriptis ab eo nihil reperiatur sentẽtiæ aduersariorum repugnans dicemus non constare, cum iure cõmuni, aut cum aliis legibus omnibus, aut dissentire cum iudicatis. i. cum illis, quæ in rem iudicatam transierunt, & de quibus iam constat iudicium latum, cuius simile in re simili deceat fieri. Deinde vtemur, sup. enumeratione exemplorum iudicatorum à voluntate.s. scribentis: vt vero simile erat eum voluisse, & iudicatorũ contra scriptum: deinde supp. vtemur breuiter enumeratione legum, & stipulationum exceptarum.i. exclusarum à consecutione eius: quod verba sonarent, in quibus.s. legibus, & stipulationibus exceptis voluntas, & expositio scriptoris intelligitur. Qui sup. locus est locus cõmunis contra eũ qui recitat.i. recitaret velit scriptum, & non interpretetur voluntatem scriptoris. Ideo aut dicitur locus communis, quia vti exemplis tam cõuenit volenti scriptum sequi quam voluntatem scriptoris, vterque enim pro se exempla adducere potest.

DE CONTRARIIS LEGIBVS.



Vm duæ leges inter se discrepãt, videndum est primũ, num ꝗ obrogatio aut derogatio sit. Deinde vtrum leges ita dissentiãt vt altera iubeat, altera vetet; an ita, vt altera cogat, altera permittat. Infirma.n. erit eius defensio, ꝗ negabit se fecisse, qđ cogeretur, cum altera lex permitteret. plus.n. valet sanctio permissione. Itẽ illa defensio tenuis est, cum ostendiẽ id factũ esse, quod ea lex sanciat, cui legi obrogatũ, vel derogatũ sit; id, quod posteriori lege sancitũ sit, esse neglectũ. Cũ hæc erunt considerata, statim nostræ legis expositione, recitatione, collaudatione vtemur. Deinde cõtrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Deinde de iuridiciali absoluta sumemus rationem iuris, & quæremus partem iuris, vtrum, cum ea facit: de qua parte posterius differemus.

CAPIDVRVS.

CVm duæ leges inter se discrepãt) In s. de Inuentione. Ex contrariis autem inquit, legibus controuersia nascitur, cum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare, hoc modo: Lex est, qui tyrannũ occiderit. Olympiorum præmiũ capito, & quam volet sibi rem à magistratu deposcito, & magistratus ei concedito. & altera lex. Tyranno occiso quinque eius proximos cognitionẽ magistratus necato. Alexandrum, qui apud Phereos in Thessalia tyrannidem occuparat, vxor sua, cui nomen Thebe fuit, nocte cum simul cubaret, occidit. hæc filium suum quem ex tyranno habeat, sibi in pręmii loco deposcit. Sunt qui ex lege puerũ occidi dicãt oportere res in iudicio est. In hoc genere iidem loci, atque eadẽ præcepta conuenienti, ideo quod vterque suam legem confirmare, contrariam infirmare debebit. Primum igitur oportet contendere, considerando vtra lex ad maiores, hoc est ad vtiliores ad honestiores, ac magis necessarias res pertineat, ex quo conficitur vt si duæ leges, aut plures, aut quotquot erũt, conseruari non possint, quia discrepent inter se, ea maxime cõseruanda putatur. quæ ad maximas res pertinere videatur. Deinde vtra lex posterius lata sit, nã postrema quæq; grauissima est. Deinde, vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. nã id quod imperaẽ necessarium, illud quod permittitur, voluntarium est. Deinde in vtra lege, si non obtẽperatũ sit, pœna afficiatur, aut in vtra maior pœna statuatur, nam maxime conseruanda est ea, quæ diligentissima, & sancta est. Deinde, vtra lex iubeat, vtra vetet, nam sæpe ea quæ vetat, quasi exceptione corrigere videtur illam, quę iubet. Deinde, vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra cõmuniter in plurimus, vtra in aliquam certam rem scripta, promptius ad causam accedere videatur, & ad iudicium magis pertinere. Deinde ex lege, vtrum statim fieri necesse sit, vtrum habeat aliquam morã, & sustentationẽ nam id quod statim faciendum sit, perfici prius oportet, deinde operã dare, vt sua lex ipso scripto videatur vti. Contraria autem aut per ambiguum, aut per ratiocinationem, aut per diffinitionem iudicii sanctius, & firmius quod apertius scriptũ sit id esse videatur, deinde suæ legi ad scriptum, ipsam sentẽtiã quoq; adiungere, contrariam legẽ item ad aliam sententiam transducere vt si fieri poterit, ne discrepare quidẽ videantur inter se postremo facere, si eam facultatẽ dabit, vt nostra rõne vtraq; lex conseruari videatur aduersariorum ratione altera sit necessario negligenda Locos aũt communes, & quos ipsa causa det, videre oportebit, & ex vtilitatis, & ex honestatis amplissimus partibus sumere demonstrantem per amplificationem ad vtrã potius legẽ accedere oporteat. [Videndum est primũ, num quę obrogatio aut derogatio sit) Rogare, precari, rogare inter rogare. rogare, accumulare significat. Vnde rogus, strues nominatur ab hoc cõposita, abrogo, & derogo. Derogari, est in calũniam, & vituperationem venire, Abrogari, est totã penitus legem tolli. Aut ergo derogatur, aut abrogaẽ, aut aliqua parte cõmutatur, & vertitur. infirma enim erit defensio. Negabit se ideo quod facere cogeretur non fecisse, quoniã alia lex permittebat, quo minus ne faceret verendum erat. [Plus.n. valet sanctio permissione) Sanctio, qua facere cogebaẽ, à sancio, sancis, facta concisione, factum videri põt, ab eo quod est sancitũ sanctum, inde sanctio, nisi à sancio sanxi, factum esse velimus. [Id quod posteriori) Cum longe præponi debuerit, qđ primũ abrogatum derogatũ ve fuerat. [Trahemus ad nostrę causæ cõmodũ) Vt non verba, sicut nostri aduersarii, sequamur, sed sententiã, quæ nobis conferet. [De iuridiciali absoluta sumemus rationẽ) Iuridicialis constitutiones supra ita diuisimus, vt eius partes assumptiuam, & absolutã faceremus. Ab absoluta itaq; parte sumemus pro sententia adminiculum. vt iure factu esse dicamus, quidquid à nobis factum sit, & cetera, quæ posterius in iuridiciali absoluta applicabuntur.

REcitatione) Non est idẽ quod expositio, recitatio, neo etiã simplex propositio, cum ita pręcedere deberet. Sed recita- LONG.

tionem

ionem intelligo, exemplorum subiectionem, aut rerum iudi-
atarum per legem, & approbatarum enumerationem,

ASCENSIVS.

CVm duæ leges) Prosequitur constitutionem legitimam
à contrariis legibus de qua quia, & copiose, & diserte
commentus est Franciscus : ne aut eadem, aut minus
ommendandam cogar dicere, duntaxat ordinem colligam,
oc modo. Cum, idest quando duæ leges discrepant inter
e. quod olim potius quam nunc vsu venit, quia negant io
orpore iuris quidquam quod repugnet reperiri, interdum
amen discrepantia videtur saltem in verbis, & tunc viden-
um est primum, ouuquid aut nunqua, id est anne aliqua
sunt qui legant nunque, quod nisi diuisis vocibus non pro-
edit. Nam nunqua non nunquæ dicimus in nominatiuo sin-
ulari fœminini generis, & nominatiuo, & accusatiuo pluri-
us neutri) abrogatiuo .s. totius iuris : aut de rogatio partis
ius sit supplecta. Deinde videbitur vtrum leges dissentiant,
a vt altera iubeat, altera vetet: quæ penitus sint contrariæ,
ɛ eiusdem ferè vigoris, an ita.s. dissentiant, vt altera cogat.s. fa
ere, altera permittat.s. facere. & non facere. Enim pro quia,
efensio eius qui negabit se fecisse quod cogeretur, scilicet
er aliquam legẽ facere cum altera lex permitteret se supple
acere, aut non facere. Enim pro quia, sanctio.i. firma constitu
in, & iussio adiecta pœna in transgressorem, aut non facien-
em valet plus ꝑmissione.i. q̃ lex, quæ solũ permittit: & ẽ illa
efensio est tenuis. cũ ostenditur id factũ esse quod ea lex san
iat.i. constituat, & iubeat cui legi.s. sanciẽdi. sit abrogatũ.s. ex
oto, vel derogatũ.s. pro parte. & ostenditur id esse neglectũ,
uod sit sancitũ lege posteriori.s. abrogante aut derogante re
pectu prioris: cũ id est postquam hæc erunt considerata. nos
temur statim expositione nr̃æ legi, & recitatione, ac collau-
atione eius. Deinde nos enodabimus, id est explicabimus vo
untatẽ legis cõtrariæ, & trahemus eã ad cõmodũ nostræ cãæ.
Deinde sumemus rõnẽ iuris.s. dicendi, à iuridiciali.s. constitu
ione absoluta. Et quæremus partẽ iuris verũ pars iuris faciat
um ea.s. iuridiciali absoluta, de qua parte (inquit Cicero) nos
lisseremus postea, aut vt alii legũt posterius, id est paulo post.

DE AMBIGVO.



I ambiguum esse scriptum putabi
tur, quod in duas aut plures sen-
tentias trahi posſit, hoc modo tra
ctandum est. Primum, sit ne am-
biguum, quærendum est, Dein-
e, quo modo scriptum esset, si id, quod aduer-
arij interpretantur, scriptor fieri voluisset, osten
endum est. Deinde id, quod nos interpretemur,
ɛ fieri posse, & honeste, recte, lege, more, na-
ura, æquo, & bono fieri posse: quod aduersarij
nterpretantur, à cõtrario: nec esse ambigue scrip
um, cum intelligatur vera sententia vera sit. Sunt
qui arbitrentur ad hanc causam tractandum vehe
nenter pertinere cognitionem amphibologia-
um eam, quæ à dialecticis profertur. nos vero
rbitramur, non modo nullo adiumento esse, sed
otius maximo impedimento. omnes enim illi
mphibologias aucupantur, eas etiam, quæ ex al
era parte sententiam nullam possunt interpreta-
i. itaque, & alieni sermonis molesti interpellato-
es, & scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes
unt: & dum caute, & expedite loqui volunt, in
antisſimi reperiuntur. ita dum metuunt in dicen
lo ne quid ambiguum dicant, nomen suũ pronun
iare non possunt. verum horum pueriles opinio
nes rectisſimis rationibus, cum volles, refelle-
nus. in præsentia hæc interserere non alienum
uit, vt huius infantiæ garrulam disciplinam con
emneremus,



I ambiguum esse scriptum puta CAP.
bitur. quod in duas aut plures
sn̄ias trahi possit, hoc modo; Vt
si fieri poterit, demonstrandum
est non esse ambigue scriptum,
propterea quod omnes in cõsue
tudine sermonis, sic vti soleant
eo verbo vno pluribus ue, in ea
sn̄ia, in qua is qui dicet accipien
dum esse demonstrabit. Deinde
quo modo scriptum est, etsi id
quod aduersarii. Vt pro Cæcina Cicero, cum sn̄iam cõtra scri-
ptũ defendit. Non ne si verbũ, inquit, sequi volumus, hoc intel
ligamus necesse est, eũ detrudi, cui manus afferatur? necesse est
inquã, si ad verbũ rē volumus attingere, neminem statu detru
sum, qui non adhibita, vi manu demotus, & actus p̃ceps intelli
gatur deiectus vero qui p̄t esse quisquam, nisi in inferiorẽ locũ
de superiore motus? p̄t pulsus, fugatus eiectus deniq;. Illud ve
ro nullo mō p̄t, deiectus esse quisquam, non mō qui tactus nõ
sit, sed ne æquo quidẽ, & plano loco. Id quoq; superiore. Cic.
exemplo legitimæ cõstitutionis diuisione esse manifestum p̄t.
Nam cum Tullios hæres meus, inquit, Terentiæ vxori. Vxori
meæ triginta pondo vasorum argenteorum dato, q̃ volet. Hic
enim poterit mulier dicere, nihil attinuisse ascribi quæ volet, si
hæredis voluntati permitteret. Eo enim adscripto, nihil inesse
dubitationis, quin hæres, q̃ ipse vellet daret. Amentiam igitur
fuisse, cum heredi vellet cauere id ad scribere, quo non abscri-
pto, nihil omnibus heredi caueretur. quare ex isto verbo sn̄ia
scriptoris maxime perspicitur. Necesse ambigue scriptum, cũ
intelligatur vera sn̄ia vera sit) Adiicietur, illud ambiguũ videri
debere, cuius sn̄ia an vera sit dubitatur. hoc aũt, qñ sn̄ia vera es
se deprehendatur, non esse ambiguũ. Postremo in 2. de Inuent.
ipse, inquit, ex deliberationis partibus, quid vtilius, & q̄d hone
stius, & illi ascribendũ, & his ad comprobandũ, sit demonstran
dum, & ex his si quid amplificationis dabitur, cõibus vtrunq;
locis vti oportebit. [Sunt qui arbitrant̃ ad hac causam tractan
dam vehementer pertinere cognitionem amphibologiarũ, tã
quæ à dialecticis proferetur) Sex modis dubium nasci posse ser
monem, in primo ἐλέγχων docet Arist. Cum pluribus rebus
eadem appellatio est, quod Græci ὁμώνυμον dicunt, in latinũ
aũt trasferentes, aliqui æquiuocum nominare nõ timuerunt,
cum id q̄d ab ipso proprio noie amphibologia nuncupatur, à
nostris ambiguum incidit. Per compositionem, per diuisionẽ,
per accentum, ꝑ figuram dictionis ambiguũ igitur in nomini
bus est, vt Taurus, vtrum.n. brutum significes animal, an viri
nomen propriũ. an montem, an sidus, an radicem, incertũ est.
Simile huic est Gallus, quo vtrum gentem, an auis nomen, an
corporis fortunã, aut fluuiũ voces, dubiũ videri p̄t. & in nomi
nibus proprii tantum, vt Aiax Telamonius ne an Oilei filius?
Et Eurymedon. Agamemnonis ne an Nestoris auriga, Euryba
tes, p̄co ne. Vlyssis an Agamemnonis intelligat̃. Verba quoq;
quædã diuersos intellectus hñt, vt cerno, vtrum video an cer
to significet. In verborum diuersorũ diuersis tẽporibus, vt pu-
tes, an à puteo secunda p̄sentis indicatiui ꝑsona sit, vel subiun
ctiui modi, à puto deflexa. p̄t dubitari, nisi q̄d alterum primã
producit, alterum eandẽ corripit. In omnium quoq; casibus
eadẽ solet esse dĩa. Velut Cato, an vltimam h̃eat cõnem, hoc
est sit nomen viri proprium, an eande producat, vt si datiuus,
vel ablatiuus. Et similiter desinentibus casibus diuersis tñ, vt si
dicas, flentes illos vidimus. Eadẽ rursus differentia inter noia,
& verba quoq; plerunq; est, vt lege, sit ne imperatiui modi à
lego inflexu, an ab eo quod est lex, casus ablatiuus, quantitate
discernitur. Sunt quæ sola significatione discernant̃. vt armis.
datiuus.n. ne sit, vel ablatiuus ab eo quod est, armus armi, an
ab eo quod arma dicimus, discerni non poterit, nisi ab eo q̄d
sequit̃ aut antecedit. Est vbi aliqd, vtra magis duarum appel-
lationum vocetur, in certum est velut apud iurisconsultos, q̃
pro Muræna Cic. ipse posuit, inquiens, Iã illud mihi quidẽ mi-
rum videri solet, vt homines ingeniosos, per tot annos etiam
nunc statuere non potuisse, vtrum diem tertium an perendi-
num iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. Nasci
tur ab integritate, & composito verbo aliquando dubium, vt
si dicas, ingenua hodie in foro ea cecidit mulier. Nam ab eo
quod est ingenus ingenua, & ab eo quod est genu adiecta præ
positione, in intelligi poterit. & apud Græcos αὐλητρὶς si sit
vnum verbum, tibicinam, sin duo, αὐλὴ aulam, & τρὶς ter si-
gnificat. Quæri igitur potest, si dicatur αὐλητρὶς concidisse,
vtrum debeat publicari aula quæ ter cecidit. an tibicina dẽat
publicari. hæc, & similia sunt quæ sub eadem appellatione es-

re videntur. Quę autem proprio nomine amphibologia nominatur, i eisdē casibus fieri solet, vt, Dico te Aeacida Romanos vincere posse. & Audiui Lachetem percussisse Demeā & illud, quidam testamēto iossit poni statuam aureā hastam tenentē. Quæri potest, an statua hastā tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua. & in pro nomine possessiuo tertię personę sui, cum à tertia in tertiam fieri personā retransitio videtur, in dubium venit possessio, ad quem potius eorū pertineat: vt, rogat Cic. Varronē, vt suum erudiat filiū. & obsecrat Pompeius Cæs. ne suo noceat filio. Ambiguū enim est, cuius filio, Cæsaris ne an Pompeii, & quę Quint. annotauit. Heres meus dare illi damnatus esto omnia sua. in quod genus incidit Cic. in Bruto, loquens de C. Fannio Is soceri instituto, quē quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodū diligat, presertim cū ille quidē Scæuolam sibi minorem natu generū pretulisset. nam sibi, vt ipse inquit Quintil. ad socerū referri & ad Fannium potest. At si dixisse, cum ille quidē quintum Scęuolā illi, vel ei, vel ipsi, de Fannio vtiq; locutus intelligeret. Solet illud esse ambiguū, cū possessio, quę pluribus accōmodari, pōt, absolute proferet, quare illud. Perdet Crœsus Halyn trāsgressus maxima regna. In ablatiuo ēt naturalis quędā inuenit amphibologia: vt, Celo decurrit aperto. verum per apertū cęlū, an cum apertum esset. Per cōpositionem vero, & diuisionē, velut si dicas, Arist. inquit, quenq̄ sedentē ambulare. & scribentē nō scribere. nā si ea simul posita intelligas, id fieri impossibile, sin aūt per se, id posse fieri manifestum est. nam, & is q sedet, pōe ambulare si velit, & qui scribit, non scribere. Et illud, quinquaginta virorum centum occidit diuus Achille, dubium. n. est, an ex quinquaginta viris dicatur centum Achilles, occidisse, quod factu impossibile esse quisque videt, aut ex cētū viris quinquaginta occidisse, quod verum esse potuit. Respiratione igitur suspendenda est omnes oratio, quoties per compositionem diuisionemve dubia intercidit oratio, sicut, & illo Virgiliano, de Troilo.

Fertur equis, curruq;, heret resupinus inani,
Lora tenens tamen: huic ceruixq; comeq; trahuntur.
Per terram.

Hic enim vtrum quod teneat tantum lora, an quanuis teneat ceruix, & comæ tamen trahantur per terram, quæri potest. Accentuū amphibologia a Dialecticis. vt Arist. inquit, explosa est. vt si dicas, falso hic se verba dedisse autumat, videri ambiguum potest, vtrum falso homini dedisse verba, an autumet falso. itaq; accentu distingui poterit. nam si sit nomen, acuetur in prima, sin aduerbium, in vltimo circunflectetur. Per figuram dictionis dubitatio oriri poterit, velut immutato genere. vt, Præneste sub ipsa Strati: Scelus est quem hic laudat. nam, & sub ipsa videt ad aliud aliquid quam ad Præneste quod generis est neutri referendum. Licet Seruius ex Prenestis fœminino etiam genere dici crediderit. & quem referre aliud quam scelus videtur. cum genere discrepent. Idem de ceteris mutationibus intelligendum. quæ aut numerorum, aut temporum, vel quibuscunque aliis varietatibus lectionem reddāt ambiguam, quam ambiguo colligi sermone diximus. [Cognitionem amphibologiarum) Idem. n. est amphibologia, quòd ambiguus sermo. i. qui. vtroque versus vel multis modis accipi potest. [Ea quæ à dialecticis profertur) De quibus quātum Aristoteles tractauit, diximus. (A dialecticis) Dialecticem in latinum vertentes, artem disserendi nominauerunt. [Sed maxime potius impedimento) Quod nullus in scripto vllo eis vtat, dialectici autem eas ideo ponant, quod eos cū quibus disputemus, plerunque inuolutę orationes, quas nobis arguēdi causa confiximus, fallant. [Amphibologias aucupantur) Sermones conquirunt dedita opera ambiguos. Translatio ab iis, qui in insidiis auiculas captant, ab auibus, & capio. fictū verbū. [Eas etiam quæ parte) Eas, inquit, amphibologias sibi aliquando cōfinxerant, quæ parte altera significent. altera quidquā significare non queant, hoc est, vt verus aliquis sensus elici nō possit velut, nil. n. probibet eodem vt nos exemplo, illud quo vsi supra sumus, quinquaginta virorū cētū Achilles occidit. [Alieni sermonis) Cū amphibologias inuenerint, eas in aliena scripta afferūt, vt eo modo velint interpretari. [Molesti interpellatores). i. interruptores. Interpello, ab interpolo distat, quod interpellare sit, interrumpere. & sese ingerere vbi nō opus sit. vt apud Plautū in Amphitryone, Ne interpella. Interpolare est interponere, ad nouam formam auertere fingere. Marcus Tullius in Verrem actione secunda: Aliquid demendo, mutando interpolandu. Et est tractū ab arte fullonica, quæ poliēdo diligenter vetera queq;, quasi in nouam speciē morat. Proinde dubium videri pōt, interpellatores ne, an interpolatores legendū sit. [Et scripti cuiuscunque) Siue legis, siue testamēti, siue cuiusuis alterius rei. [Tum obscuri interpretes) Quod quæ longissime veniunt, ad scriptū poscant. [Tum odiosi) Quod quæ necessaria nō sunt, conquirant. [Et dū caute) Vt singula pensitare videantur. (Ex expedite) Vt quidquam inuolutum. [Infantissimi reperiuntur) Qui nullo modo loqui scire videātur. quod sæpissime illis accidit, qui in singulis volūt verbis immorari. [Nomen suum pronunciare non possunt) Quod cum aliqua de causa positū videri potest. aliter tamen inter loquendum accipi posse videatur quale apud Martialem illud t

Sota filia Clinici Labulla,
Defer o sequeris Clitum marito,
Et donas, & amas, ἔχεις ἄποτος. & rursum illud,
a *Digna tuo cur sit, indignaq; nomine dicam:*
Frigida es, & nigra es: non es, & es Chione.

Aut certe nomen suum pronunciare nō possunt, quādo, & alii eo fuere non appellati. & ne dubium sit an præter sequendā alium dicant, cū ambiguum sit nomē, vt supra diximus, quod multis simili appellatione imponit, vt Cato Censorius, Cato Porcius, Cato Vectius, & Cornelius Cato, malūt silere, quam nomen suum pronunciare. [Hoc interdicere) Vt dum de ambiguo disputamus, non fuit alienū inserere. [Huius infantię) elocutionis inscitiæ, qd qui de his minutissimis disputant, fari pene nesciant. [Garrulā disciplinam) Sermonē inanem, quę dum omnia dicere videri vult nihil dicit. Sane γαρυν Græci dicunt, vt Pindarus in primo Olympion hymno. εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν ἔλδεαι φίλον ἦτορ. Ab hoc, verso y, in u, Latini garrulum deduxerunt.


SVnt qui arbitrantur) Confutat quorundam opinionem, qui ambiguitatē verborum edisceendam præcipiebant, sed eam quę a dialecticis profertur, hoc est, superstitiose curiosis, & cauillationibus, secus autem iudicandum de proprietate, & differentia vocum, quæ à grammaticis docetur. LONG.

SI ambiguum) Prosequitur tertium membrum constitutionis legitimæ quod ambiguum vocat dicens. Si scriptum siue publicum, siue priuatum dummodo autenticum sit, de quo cōtrouersia agitur, putabit esse ambiguum, vtpote quod possit trahi in duas, aut in plures sententias, ipsum sup. est tractandū. i. in litigando exercendū hoc modo. Quærendum. i. inquirendum est primū, ne pro an sit ambiguum. i. est dubiū, & incertum, deinde quęrendū est quando. i. quo tēpore scriptum est. (Sunt qui legant quomodo scriptū est, sed minus pcedit, quia si ambiguum, est certum est q ambigue scriptū est, vt etium sensus est, q inquirere oporteat, quo tempore scriptum est, quia sæpe ex tempore cognoscitur animus, seu voluntas scribentis, vt si quo tempore iratus fuerit in filium scripserit. Vxor filio meo perdito dato quæ volet. certum erit q quæ vxor volet. non quæ filius intelligetur. Sin vero iratus sit testans sic. Filius matri licet male de me merito dato quæ volet, intelligetur de voluntate filii, & ita in consimilibus) Est, ostendendum est si scriptor voluisset fieri. i. vtrum verisimile sit cū voluisse fieri. i. quod aduersarij interpretantur. s. eum voluisse. Deinde ostendendū est, id quod nos interpretamur: &, id est simul potuisse fieri, honeste, id est salua honestate, recte, id est salua iustitia, more, idest iuxta consuetudinem laudabilem, lege, id est secundum legem scriptam, natura, id est secundum legem naturalem bono, & æquo. i. ex humana æquitate. E contrario hoc est ostendendum est, id quod aduersarij interpretantur. s. de scripto ambiguo non fieri posse, aut non honeste, nec recte, nec more lege, natura, bono, & æquo. Nec. i. & nō, & ostendetur non esse ambigue scriptū cum intelligatur vtra, id est, quæ duarum sit vera Sunt. s. nonnulli qui arbitrantur eam cognitionem amphibologiarum quæ profertur à dialecticis (vt in libris elenchorum) pertinere vehementer ad hanc causam tractandam. s. ex ambiguo ortam, nos autem arbitramur eam cognitionem nonmodo non esse adiumento, sed potius maximo detrimento. Causam paradoxi affert. Enim pro quia, omnes illi dialectici aucupantur. i. captant, & iactantur eam eas amphibologias, quæ nullam sententiam possunt interpretari. i. interpretando assignare ex altera parte. hoc est, dialectici cauillosi etiam minime dubia, & simplicites dicta cauillantur, & confusi suis griphis, & argumentationibus insolubilibus, aut communibus, aut alioqui captiosis, omnibus præter rem obstrepunt. Vnde addit. Itaque dialectici sunt: & id est simul. molesti interpellatores sermonis alieni qa neminem sinunt perorare, sed obstrepunt ad quolibet etiā bene dictū, & sunt interpretes. i. expositores scripti sui, tum, id est pariter odiosi. i. molesti, & digni, qui odio habeantur, cum sic scribant, vt intelligi nolint, tum. i. pariter obscuri, & dum volunt

lunt

tuur loqui caute,& expedite,tunc sup.reperiunt infantissimi.i. mutissimi.hoc est minime,quod ad rem faciat dicentes.Infans enim à non fando dicitur.Itaq; dum dialectici metuunt ne dicant quid.i.aliquid ambiguum,non possunt pronunciare nomē suum,quia verent ambigue loqui,aut capi ab instructo similibus griphis.Quocirca nocet futuro oratori argutiis dialecticis nimis imbutum esse,multo tñ magis nostro tēpore.quo pene ad suppositiones,& terminos ars ipsa de se optima redacta est.Verū,inquit Cic.nos refellemus.i.improbabimus pueriles opiniones horū.s.qui dialecticā necessariā putant ad oratoriam,rationibus rectissimis:cum.i,qñ voles ò Herenni,sed sup.nos fuit alienum.i.impertinens ad institutum nostrum:impresentiarū.i.hoc loco,& tempore,interdicere.i.inter cetera dicere,hoc quasi trāseunt potius quam sic interdicere.s.tibi:hoc,scilicet errore,vt cōsenocremus disciplinā garrulam.i.verbosam.si verba,attenderimus huius infamię.i.mutitatis,& carentiæ loquelæ si ad res,aut rerum pondera respexerimus,cum tales sibi leges dialectici effinxerint,vt ne nomen quidem suum sine formidine reprehensionis audeant pronunciare.

DE DEFINITIONE.



VM definitione vtemur,primū afferemus breuem vocabuli definitionem,hoc modo:Maiestatē is minuit,qui ea tollit,ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat:quæ sunt ea,quæ capiut suffragia populi,& magistratus consilia.nempe igit tu,& populum suffragio,& magistratum consilio priuasti,cum pontes disturbasti.Item ex contrario:Maiestatem is minuit,qui amplitudinē ciuitatis detrimento afficit.ego nō affeci,sed prohibui detrimento.ærarium enim conseruaui,libidini malorum restituti,maiestatem omnem interire non passus sum.Primum igitur vocabuli sentētia breuiter,& ad vtilitatem accōmodatam causæ describetur.Deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur.Deinde contrariæ descriptionis ratio refelletur,si aut falsa erit,aut inutilis,aut turpis,aut iniuriosa.In quoque ex iuris partibus sumetur de iuridiciali absoluta;de qua iam loquemur.

CAPIDVRVS.



VM definitione vtemur)Definitionum genera in Topicis Ciceronis abunde exposuimus.[Primum afferemus breuem vocabuli definitionē) Primus,inquit,ipse in secondo de Inuentione vbi deffinitiuam tractat constitutionem,accusatoris locus eius nominis,cuius de vi quæritur.breuis,& aperta ex opinione hominum definitio,hoc modo,Maiestatem minuere est,de dignitate,aut amplitudine,aut potestate populi,aut eorū quibus potestatē populus dedit,derogare.hoc sit breuiter expositum,pluribus verbis est,& rationibus confirmandum,& ita esse vt descripseris ostendendū postea ad id;quod definieris,factum eius qui accusabitur adiungere oportebit,& ex eo quod ostenderis esse,verbi causa,maiestatē minuisse,& hunc totum locum cōmuni loco confirmare,per quē ipsius facti atrocitas,aut indignitas,aut omnino culpa cū indignatione augeatur.Post erit infirmanda aduersariorum descriptio.ea autem infirmabitur si falsa demonstrabitur.hoc ex opinione hominum sumetur.cum quemadmodum,& quibus in rebus homines in consuetudine scribendi,aut sermocinandi eo verbo vti soleant,considerabitur.Item infirmabitur,si turpis,aut si inutilis esse ostendetur eius descriptionis approbatio,& quę incommoda consecutura sint.eo concesso ostendetur.id aūt ex honestatis,& ex vtilitatis partibus sumetur,de qbus in deliberationis præceptis exponemus.Et si cū definitione nostra aduersariorum definitionē cōferemus,& nostrā verā,honestā,vtilem esse demonstrabimus,illorum contra.Inde post paulū subiungit.Locus aūt cōis in eius malitiā,qui non modo rerū.

verum etiam verborū potestatem sibi arrogare conetur,vt & faciat quod velit.& id,qđ fecerit,quo velit nomine appellet.[Qui ea tollit)Tollit,aufert.[Hæc sunt ea,quæ capiunt suffragia)Ordo est,& sensus,Quæ,subaudiendum ex quibus ciuitatis constat amplitudo,sunt ea suffagia.i.fauores,quæ populi capiunt,cum legi promulgandæ assentiuntur,aut non assentiuntur,vel cum ad dignitatem quem velint prouehunt.[Et consilia)Magistratus,subaudiendum est,id quo ciuitatis constat amplitudo.[Igitur tu,& populū suffragio)Exemplum,qđ in 1.lib.de L.Apuleio Saturnino posuit tractat.[Populum suffragio)Quod cum populum nolis quas velit ipse leges approbare,suo priues suffragio.[Et magistratum consilio priuasti) Qui quam L.Saturninus suo cōsilio legem laturus erat in magistratu constitutus,quippe qui Trib.pl.erat promulgare non siuisti,cum pontes deieceris,suo igitur eū consilio priuasti.vt si ita texas argumentationem.Quicunque ciuitatis amplitudinem,quæ ex populi suffragio magistratusq; consilio constat,aufert,is maiestatem minuit.Atqui tu populū suffragio quippe quod quas volebat leges comprobare nō permisisti,& magistratum.cōsilio quod scripserat ne ederet,prohibuisti,maiestatē igitur minuisti.[Item ex cōtrario),i.ab ipso defensore cōtradicētur.In 2.de Inuent.defensoris,inquit,primus est locus.Item nominis breuis,& apta ex opinione hominū descriptio,hoc modo.Maiestatem minuere est,aliquid de prima cum potestatem non habeas administrare,postea sui facti ab illa definitione separatio.Deinde locus communis per quem facti vtilitas,& honestas adaugetur deinde sequitur,aduersariorū definitionis reprehensio.Locus autem erit defēsoris,per quem indignabitur,accusatorē sui periculi causa non res solum conuertere,verumetiam verba cōmutare conari.[Qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit) Qui ciuitatis splendorem aliqua ex parte minuit.Differt autem,vt inquit Pæd ab intertrimento detrimentum,quod detrimentum vel vnius partis dici pōt,dantis.intertrimentū vero.ad vtriusq; partis spectat,dantis,& accipientis.Cic.in Verrem,Prætores,nisi decreuerit de hac te minus laborant,sine vllo intertrimento.Varrò autem.Detrimentum,inquit,à detritu,quod ea quæ detrita,minoris sint precii.ab eadem mēte intertrimentū,ab eo qđ duo quæ inter se sint,& diminuta.damnum,à demptione,cum minus re factum est,quam quanti constat.[Ego non affeci)Ordo est,Ego non affeci detrimento,sed prohibui,subaudiendum,detrimentum fieri.[Aerarium enim conseruaui)Hoc supra in 1.lib. expositum est.[Vocabuli sententia)Quid sit maiestas.[Deinde factum nostrum)Quod nos fecerimus.[Cū verbi descriptionis)Interpretatione.[Contrariæ)Quæ ab aduersariis illata sit.[Si aut falsa erit)Quod aliter vulgo accipiatur,&c.[Aut inutilis)Quod ea expositio,nulla in parte vtilitatem præstet.[Aut turpis)Quæ turpitudinē ciuitati afferat.[Aut iniuriosa)Quod si ita accipiatur,de ea multi conqueri possint.

ITem ex contrario)Quam vocant ἀντιθετικὴν definitionē,qua non tantum crimen negamus,verumetiam commodum aliquod afferimus. LONG.

CVm definitione,&c.)Perscribit locum à definitione,& docet quomodo eo vtendum sit.Dicens.Cum.i.quādo,nus vtemur definitione,nos afferemus primum breuē definitionem.i.descriptionem vocabuli,hoc modo.s.definientes quid sit maiestatem minuere.Maiestatem is minuit.s.magistratus,aut principatus Romani,qui tollit.i.aufert ea.i.eas res.ex quibus rebus amplitudo.i.maiestas,& ampla dignitas,ciuitatis.s.Romanæ.(Nam de ea loquitur.Bene tamen non exprimit,vt ad quamlibet possit applicari)Constat.i.constituitur.Hæc.s.quibus amplitudo ciuitatis constat,sunt ea,quæ capiunt.i.complectuntur suffragia.i.libera vota,& liberas(vt dicunt)voces ad creandos nouos magistratus populi.s.Romani,& consilium magistratus.s.iam creati.Nempe igitur tu ò Cepio priuasti,&.i.simul,populum suffragio,quia Saturninū Tribunum pl.creauerat,cuius maiestatem læsisti,& auctoritatem minuisti,& magistratum,videlicet Saturninum Tribunū pl.Consilio.s.suo,quo semissibus,& trientibus frumētum populo diuidere decreuerat,priuasti dico tunc cum.i.quando disturbasti pontes.i.scalas,& gradus quibus ascendere parabat in suggestum ad promulgandam legem.Item ex contrario,vel econtrario defensor Cepionis,aut Cæpio ipse vtetur definitione sic.Is minuit maiestatē,qui efficit detrimento.i.damno.& incommodo amplitudinem ciuitatis.ego non affeci,videlicet,amplitudinem ciuitatis detrimento,sed prohibui detrimenta.quia ærarium quod tantam largitionem pati nō poterat conseruari.& restiti libidini.i.inordinatæ,& perniciosæ voluntati malorum non dicit Tribuni pl.quasi id non tentauerit ASC.

vt agiſtratus, ſed vt pernicioſus ciuis, & non ſum paſſus omnem maieſtatem interire, quæ interiiſſet ſi pecuniæ publicæ quæ nerui ſunt belli, & cuſtodiæ vrbium exauſte fuiſſent. Igitur quod intelligendum reliquit, non minui maieſtatem. Et eſt locus à definitione qui concludit tam negatiue, quam affirmatiue. vt homo non eſt animal rationale, ergo non eſt homo, & hoc eſt animal rationale, ergo eſt homo, &c. Igitur vt bene vtamur definitionis: ſententia. i. interpretatio vocabuli, deſcribetur primum breuiter, & accommodata, vel accommodate ad vtilitatē cauſæ. ſ. noſtræ deſcribendum. Deinde contrariæ deſcriptionis ratio refelletur. i. reprobatur, ſi aut falſa erit, aut inutilis, aut turpis. aut iniurioſa. Id quoque. i. etiam, id. ſ. docere aut noſſe qualis ſit deſcriptio ſumetur ex partibus iuris de iuridiciali abſoluta; de qua loquemur iam. i. ſtatim.

DE TRANSLATIONE.



VAERITVR in tranſlationibus primum, num aliquis eius rei actionem petitionem, aut executionem habeat, quem non oporteat: num alio modo, tempore, loco: num alia lege, num alio quærente, aut agente. Hæc legibus, & moribus, æquo & bono reperlentur; de quibus dicetur in iuridiciali abſoluta.

CAPIDVRVS.



VAERITVR in traſlatinnibut primū) In ſecū do de Inuentione, tranſlatiuam conſtitutionē tractans. In omni autem, inquit, cauſa. ab vtroque quæri oportebit, à quo, & p quos, & quo modo, & quo tēpore. aut agi, aut iudicari, aut quid ſtarui de ea re conueniat. Id ex partibus iuris, de quibus poſt dicendum eſt, ſumi oportebit, & ratiocinari quid in ſimilibus rebus fieri ſoleat. Et videtur, vtrum malitia quidē aliud agatur, aliud ſimuletur, an ſtultitia, an neceſſitudine, qđ alio modo agi non poſſit, an occaſione agendi, ſic ſit iudicium aut actio conſtituta. Locus autem communis contra eum qui trāſlationem inducet fugere iudicium ac pœnam, quia cauſæ diſſidat à tranſlatione autem omnium fore perturbationem, ſi non ita res agantur, & in iudicium veniant, quo pacto oporteat, hoc eſt, ſi aut cū eo agatur qui cum nō oporteat, aut alia pœna, illo crimine, alio tempore atque hanc rationem ad perturbationem iudiciorum omnium pertinere. [Nū aliqs eius rei) De qua controuerſia. hoc eſt de ea ius dicere. [Petitionē) Vt præmium dari, aut pœnā inferri alicui poſcat. [Aut executionem habeat) vt exequi. i. tranſigere, quod in controuerſia ſit, pro altera parte poſſit, hoc eſt vt ſit, aut patronus, aut aduocatus, aut procurator. aut cognitor, qui inter ſe ita differūt vt Aſconius Pæd. inquit, vt quicunq; alterum in iudicio defendit, aut patronus dicatur, ſi orator eſt, aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico, aut procurator, ſi negocium ſuſcipit, aut cognitor, ſi præſentis cām nouit, & ſic tuetur vt ſuā q familiariſſimus defenſor ſit. [Modo) Nunquid non ea actione. [Tempore) Nunquid alio quam eo tempore, vel quo feriæ ſint, vel ſimile aliquid. [Num alia lege) Nūquid ea lex, qua protulerit, cōtra ſe nō faciat. [Nū alio quærente) Nunquid eā cām alius quęrere debuerit. [Aut agente) Nunquid eam agere alium oportuerit, quorum ſi quid factum eſſe inuenietur qui ita accuſarit, cadet à cauſa. Hæc legibus, & moribus, æquo, & bono reperientur, de quibus dicet) Hæc, inquit, omnia his rebus poterunt inueniri, male acta eſſe, quas in abſoluta conſtitutione iuridiciali iam tractabimus.

LONG. NVm alio modo) Abbi negat modi eſſe præſcriptionē, ſeu tranſlationem. Sed hic modum pro re accipiamus.


A S C. QVeritur, &c.) Proſequitur quintam legitimæ conſtitutionis dicens. [Quæritur. ſ. ab oratoribus, eſt. n. imperſonale verbum) in tranſlationibus. i. cōmutationibus, ſ. actionis, aut iudicis, aut fori. aut teſtium, aut contendentiū. Primum. i. primo loco. num. i. an ne aliquis habeat actionem, petitionem, aut executionem eius rei, q̃ non oporteat. ſ. habere aut ſi legatur quem, dic. Num aliquis quem nō oporteat habere, habeat actionem, &c. Num ſup. oporteat agere, aut petere, aut exequi, alio modo, alio tēpore, alio loco. Num. i. an ne alia lege. Num. i. an ne alio quærente. i. petente. ſ. rem, aut agēte. ſ. in perſonam. Hæc. ſ. quæ quærenda, & conſideranda dixit reperiuntur legibus, & moribus de bono, & æquo: & de quibus dicetur in iuridiciali. ſ. conſtitutione abſoluta, de qua ſtatim agetur, titulo videlicet XV.

DE CAVSA RATIONALI.



IN cauſa rationali primum quæretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut ſimilibus ſimiliter ſcriptum, aut iudicatum ſit. Deinde, vtrum ea res ſimilis ſit ei rei, de qua agitur, an diſsimilis. Deinde vtrum conſulto de ea re ſcriptum non ſit ꝙ nuluerit cauere, an ꝙ ſatis cautum putarit, propter ceterorum ſimilitudinem. De partibus legitimæ conſtitutionis ſatis dictum eſt: nunc ad iuridicialem reuertamur.

CAPIDVRVS.



IN cauſa rationali) In ſecundo de Inuentione, ratiocinationis exemplum tractans. Locos autem cōes, inquit, in hoc, genere argumentandi hos, huiuſmodi, quoſdam eſſe arbitramur. primum eius ſcripti quod profers, laudationem, & confirmationem, rei de qua quęratur. tum eo de quo conſtat collationem eiuſmodi, vt id de quo quæritur, rei de qua conſtet ſimile eſſe videatur, poſtea admirationem per contemptionē, qui fieri poſſit, vt qui hoc æquum eſſe concedat illud neget, quod aut æquius, aut eodē ſit in genere deinde iccirco de hac re nihil eſſe ſcriptum; quod cum de illa eſſet ſcriptum, de hac is qui ſcribat dubitaturum neminem arbitratus ſit. Poſtea multis in legibus, multa præterita eſſe, quæ iccirco prætermiſſa nemo arbitretur, quod ex ceteris de quibus ſcriptum ſit intelligī poſſit. Deinde æquitas rei demonſtranda eſt, vt in negociali abſoluta. Contra aūt qui dicet, infirmare debebit quod faciet, ſi demonſtrabit illud quod conferatur ab eo cui conferatur diuerſum eſſe genere, natura, vi, magnitudine, tempore loco, perſona, & quo in loco illud cuius cauſa affertur, opinione, ſi quo in numero illud quod per ſimilitudinem affertur, conueniat, oſtendatur, deinde quod res cum re differat, demonſtrabitur, vt non idem de vtraque exiſtimari oportere videatur. ac ſi ipſe quoque poterit ratiocinationibus vti, iiſdem ratiocinationibus, quibus ante prædictum eſt, vtetur. Si non poterit negabit oportere quidquam, niſi quod ſcriptum ſit, conſiderare, multis de ſimilibus rebus in vnamquanque rem tantum eſſe, ſingulas leges omnia poſſe inter ſe, vel ſimilia demonſtrat locus communes à ratiocinatione oportere coniectura ex eo quod ſcriptum ſit, ad id, quod non ſit ſcriptum peruenire, & neminem poſſe omnes res per ſcripturam amplecti ſed eum cōmodiſſime ſcribere, qui curet vt quædam ex quibuſdam intelligātur. Contra ratiocinationem, huiuſmodi coniecturam diuinationē eſſe. & ſtulti ſcriptoris eſſe, non poſſe de omnibus rebus cauere quibus velit. [Quæret, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut ſimilibus ſimiliter ſcriptum aut iudicatum ſit) Quæretur ſubaudi, aut ab eo qui ratiocinatione innitetur, aut ab eo qui ratiocinationem infirmabit, ſed quo pacto ſuis vterque locis vtatur, ipſo Cicero. docente iam oſtendimus. [Deinde, vtrum ea res ſimilis ſi ei rei, de qua agitur, an diſſimilis) Quod ſi is qui ratiocinationi locum nullum dat, inſpiciat ſi ſimile videat, num id aliqua lege ſancitū, ſin diſſimile, an aliquo ex his quæ iam memorauimus, differre videatur, quo validius id poſſit infirmare. [Vtrum conſulto) Vtrum dedita opera prætermiſerit. quod intelligi per ſe poterat, an quod cauere, hoc eſt prouidere de ea re factu idoneum nō ſatis cenſuerit, & qui defendat ratiocinationem, & qui eam infirmabit, hoc ad ſuæ cauſæ commodum reuocabit. [Quòd ſatis cautum putarit, propter ceterorum ſcriptorū ſimilitudinem) Hoc qui ratiocinationem, inducet, affirmabit, vt dicat nō opus fuiſſe de ea re quenquā ſcribere, quandoquidē ceterorū multitudo ſcribentiū hoc dixiſſe, ob ea quæ ſcripſit, ſatis viſa ſit. Sane inter oēs ſtatus legitimos, præter trāſlationē, quā ſtatum nō eſſe ſupra oſtēdimus, quædam cognatio eſt. Nam, & in diffinitione quæ

ſi

st voluntas nominis quæritur, & in ratiocinatione quid sibi voluerit spectitur, & ex contrariis legibus duos esse scripti, & voluntatis status apparet. Rursum, & diffinitio quodammodo est ambiguum, quæ amphibologia nominatur, cum in duas partes intellectus nominibus deducatur. Scriptum, & voluntas habet in verbis vocis quæstionem quod idem in contrariis legibus quæritur. Ob hanc causam non defuerunt, qui omnia hæc scriptum, & voluntatem esse dicerent, alii in scripto à voluntate amphibologiam esse, sed distincta sunt. aliud. n. est obscurum ius, aliud ambiguum. Definitio igitur in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, & cotum quæ circa causam esse possunt, scriptum & voluntas de eo disputat verbo quod non est in lege, at ratiocinatio, de eo quod non est. Amphibologiæ lis in diuersum trahitur legũ contrariarũ ex diuerso pugna est. Hæc à doctissimis, neq; immerito, recepta differentia est, & apud plurimos, & prudentissimos etiam durat.

IN causa rationali) Causam rationalem Græci συλλογισμὸν appellant, quo quidam Latini vertentes, collectionẽ, & statum collectiuum interpretati sunt. Fit modis quinque. A simili. Qui patrem pulsat, rapitur ad pœnam. Quidam matrem pulsauit reus fit facti. A consequenti. Adulteros deprehensos liceat cæcare quidam deprehensus cæcatus est, postea per famulum ad adulteram reductus cæcatus famulus est minister adulterii: consequens enim est, vt eius oculi eruantur cuius ministerio adulterium perpetratum est. A contrario. Desertor capite plectatur. Desertor quidam fortior fecit, petit præmiũ, & contradicitur. A maiori ad minus. Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. quidam exulem deprehensum tantum vulnerauit, & petitur ad pœnam. A minori ad maius. Qui commilitonem in acie protexit, petat præmium. Ipsum imperatorem quidam protexit, petit præmium, & contradicitur.

IN causa rationali.) Tractat vltimam legitimæ constitutionis partem, dicens. Quæretur primum in causa rationali. i. vbi ratiocinatione cõtenditur quid sit scriptum aut iudicatũ similiter, in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus. Deinde sup. quæretur verũ ea res similis sit ei rei de qua agit, an dissimilis. Deinde. i. tertio loco, pro quo Valla docet dicẽdũ iam, verum non sit scriptum de ea re. id sup. quod voluerit cauere. i. vetare, aut caute decernere, cõsulto. i. ex cõsilio, & deliberatione præuia, q. l. quia, aut eo, q. s. legislator putarit satis cautum sup. esse de ea re propter cęterorũ scriptorũ similitudinem. Et hoc dicto cõcludens hunc tractatũ dicit. Satis dictũ est de partibus constitutionis legitimæ, reuertamur nunc ad iuridicialem. i. plenam determinationem de iuridiciali cõstitutione, quàm tantum prælibaui, aut reuertamur pro conuertamur dixit, quod in re particula auctore Valla frequens sit.

DE IVRIDICIALI ABSOLVTA.

ABSOLVTA iuridiciali constitutione vtemur, cum ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine vlla assumptione extrariæ defensionis. In ea quare conuenit, iure ne factum sit. De eo causa posita dicere poterimus. si, ex quibus partibus ius constet, cognouerimus. Constat igitur ius ex his partibus, natura, lege, consuetudine, iudicato, æquo & bono, & pacto. Natura ius est, quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur: quo iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur. Lege ius est, id quod populi iussu sancitum est: quod genus, vt in ius eas cú voceris. Consuetudine ius est id, quod sine lege, æque ac si legitimum sit, vsitatũ est: quod genus id, quod argentario obtuleris expẽsum, à socio eius recte repetere possis, Iudicatum est id, de quo sentẽtia lata est, aut decretum interpositum. Ea sæpe diuersa sunt, vt aliud alii iudici, aut Prætori, aut Cõsuli, aut Tribuno pl. placitum sit: & fit, vt de eadẽ re sæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit: qđ genus: M. Drusus Prætor vrbanus, quo cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sex. Iulius non reddidit. Item C. Cœlius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim læserat: P. Mutius eum, q L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. Ergo quia possunt res simili de cã dissimiliter iudicatæ proferri, cum id vsu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tẽpore, numerum cum numero iudiciorum conferemus. Ex æquo, & bono ius constat, quod ad veritatem, & vtilitatem communem videtur pertinere: quod genus, vt maior annis LX, & cui morbus causa est, cognitorem det. Ex eo nouum ius constitui conuenit ex tempore, & ex hominis dignitate. Ex pacto ius est, si quid inter se pepigerunt, si quid inter quos cõuenit. Pacta sunt quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo: Rẽ vbi pagunt, oratione pagunt. In comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito. Sunt item pacta quæ sine legibus obseruantur ex conuentu, quæ iuri præstare dicunt. His igitur partibus iniuriã demonstrari, ius confirmari conuenit, idq́ue in absoluta iuridiciali faciendum videtur.

CAPIDVRVS.



ABSOLVTA iuridiciali constitutione vtemur.) Iuridicialis est vt ipse in secundo de Inuentione, inquit, in qua æqui, & iniq natura, & præmii aut pœnæ ratio quæritur. Huius partes sunt duæ, quarum alteram absolutam, alteram assumptiuam nominamus. Absoluta est, quæ ipsa in se recti, & non recti quæstionem continet. Ea est huiusmodi Cum Thebani Lacedæmonios bello superauissent, & ferè mos esset Graiis, cum inter se bellum gessissent, vt hi qui vicissent, trophæum aliquod in finibus statuerent victoriæ in præsentia declarandæ causa, nõ vt in perpetuum belli memoria maneret, æneum statuerunt trophæũ accusantur apud Amphictyonas. i. apud cõe Gręcię concilium. intẽtio est, non oportuit. depulsio est, oportuit quæstio est, oportuerit ne? Ratio est: Eam. n. ex bello gloriam virtute peperimus, vt eius æterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est, attamen æternum inimicitiarum monumentum, Graios de Graiis statuere non oportet. Iudicatio est, cum summæ virtutis concelebrandæ causa, Graiis simul æternum inimicitiarum monumentum statuerint, recte ne an secus fecerint. Hanc ideo rationẽ subiecimus, vt hoc causæ genus ipsum de quo agitur cognosceretur. Nã si eam supposuissemus, qua fortasse vsi sunt, non enim iuste, neque pie bellum gessistis, in rationem criminis delaberemur. de qua post loquemur. Inde post paulum subiongit. Locos autem communes, & ex causa ipsa. si quid inerit indignantis aut conquestioni, & ex iuris vtilitate, & natura multos, & graues sumere licebit, & oportebit, si causæ dignitas videbitur postulare. [Sine vlla assumptione) Cõtrariæ defensionis, vt extrinsecus nihil assumas quo tua cã probabilior fiat. vt si dicas, licuit Miloni Clodium occidere, quando & Clodius ei parauit insidias. [Constat igitur ius ex his partibus, natura) Naturæ ius esse veteres, referente Cicero. dixerunt, quod nobis non opinio, sed quædam natura vis afferat. vt religionem, pietatem, gratiam, vindicatione. n, obseruantiã veritatem, religionem eam quæ in metu, & in ceremoniis deorum fuerit, appellarunt pietatem, quæ erga patriam, aut parẽtes, aut alios sanguine coniunctos, officium conseruare moneat, gratiam, quæ in memoria, & remuneratione officiorũ, & honoris, & amicitiarum obseruantiã teneat. vendicationẽ, per quam vim, & contumeliam defendendo, aut vlciscendo, propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chari esse debent, & per quam peccata punimus. obseruantiam, per quã ætate, aut sapiẽtia, aut honore, aut aliqua dignitate antecuntes veremur, & colimus. veritatem, per quam damus operam, ne quid aliter quam confirmauerimus fiat, aut factum, aut futurũ sit. Ac naturæ quidem iura minus ipsa quæruntur ad hanc controuersiam, quod neque in hoc ciuili iure versantur, & à vulgari intelligentia remotiora sunt, ad similitudinem vero aliquam,

aliquam aut ad rem amplificandam sæpe sunt hæc inserenda. [Lege) Iura legitima legibus constant, leges sunt, quæ populi iussu sancitæ sunt, ex legibus igitur iura legitima cognoscere oportebit. [Consuetudine, iudicato, æquo, & bono, pacto. Natura ius est, quod) Consuetudinis autem ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit, in ea autem quædam sunt iura ipsa iam certa propter vetustatē quo in genere multa sunt, & eorum multo maxima pars, vt inquit, ipse quam prætores edicere consueuerunt. Quædam aūt genera iuris iam certa consuetudine facta sunt, quod genus iudicatum, par, pactum. Iudicatum est, de quo iam ante sententiam alicuius, aut aliquorum constitutum est. Par, quod hic æquum, & bonum Cic. vocat, est quod in omnes æquabile est. Pactum est quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iure præstare dicatur. Initium ergo iuris, ab ipsa natura profluxisse manifestum est. Quædam autem ex vtilitatis ratione, aut perspicua nobis, aut obscura aliquando à natura quodammodo longius in consuetudinem venisse videtur. Post approbata quędam à consuetudine, aut à vero ipso vtilia visa, legibus firmata esse perhibentur. Constat igitur ius omne his tribus, natura deinde consuetudine, quæ naturam sequitur ducem, postremo lege, quæ iam consuetudine aut vero firmatur, sed ipsam consuetudinem ita diuisit, vt eius partes, iudicatum, æquum, & bonum, & pactum esse dixerit. [Cognationis, aut pietatis causa obseruatur) Cognationis, affinitatis, pietatis, quam erga deum, & parentes habemus. [Aeque ac si legitimum sit) Perinde ac si legibus sancitū sit, vsurpatum est. [Quod genus) In quo genere exemplum est. [Id, quod argentario obtuleris expensum) Quod dinumeratum argentario dederis. nam expendebant omnem veteres pecuniam potiusquā dinumerabant, vnde libera, assis, talentum, & militum stipēdia. hoc est stipes ponderandæ, vt Plin. inquit. appellarunt, & pensatores libripendes dicti. [A socio eius recte repetere possis) Hoc est nihil obstat, quin quam expensam argentario pecuniā dederis, si is cui dinumeraueris eam pecuniam nominatur, aut quoquo modo absit, tibi reddi reposcas ab illo qui tum eius fuerit socius cum ea concredidisti pecuniam. [Aut decretum) Vt id, de quo cum in controuersia esset, iam lata sententia sit. [Interpositum) Quod insertum ad supplementum alicuius scripti est. de quo quæreretur, ne amplius in quæstionem veniat. [Iudici, aut prætori) Veteres, vt tam Varro quam Asconius Pæd. dicit, omnē magistratum cui pareret exercitus, prætorem à præeundo appellauerunt. Vnde Lucilius, prætor est, ergo præire oportet. Vnde & prætorium, & præfectus prætorio. [Aut Consuli) Consul nominatus, quod consuleret populum, & senatū, cum quippiam transacturus esset, vnde Accius in Bruto, qui recte consuluerat. [Aut Tribuno pl.) Quia & tribuni erant militum, Tribuni, quod iura tribuerent plebi, i. plebem defenderent. Nam cum ob truculentissimas olim inter patricios, & plebeios seditiones plebs armata, maximo cum terrore nobiliū in Auentinum, & vt aliis placet in Sacrum collem secessisset, inde prius abduci non potuit, quam ad fauorem sui Tribuni pl. primi crearentur. [Decreuerit) Quod lite cauerit. [Aut iudicauerit) Quod in controuersiam venerit. [M. Drusus Prætor vrbanus, quo cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit) Reddidit in heredem contra heredem iudicium mandati parentis, aut alterius, cuius fuerat heredes, hoc est cum herede sibi constituto quidam in testamento mandasset qui fieri vellet, & heres facere recusaret, contra ipsum Drusus iudicauit, quod Sex. Iulius Cęsar consul in bello sociali designatus facere noluit. [In scena vbi poemata publice recitabantur nominatim) Nomine suo compellando, non prænomine aliquo eū honorando. [Iudicem cum iudice) Vter eorū sit clarior. [Tempus cum tempore) Quod alio tempore licuisse poterit, alio nomine. [Numerum cum numero iudiciorum) Vtri plura iudicia adiecta sint proferemus. [Ad veritatem, & vtilitatem cōmunem) Quod ęqualiter apud omnes vere, & vtiliter enunciari potest. [Vt maior annis lx. & cui morbus causa est, cognitorem det) Sensus est, vt qui sexaginta annos iam excesserit, si aduersa valetudine correptus sit, in exitu iudicii familiarissimum aliquem, quem cognitorē dicimus, vt paulo ante ostendimus, pro se dare possit, qui causæ suę pręsit. [Nouum ius constitui conuenit) Si id antea cautum non sit. [Ex tempore) Sine temporis vlla mora, vel certe ex eo tempore, quo id fieri conuenit. [Et ex hominis dignitate) Vt hominis dignitatis ratio habeatur. [Si quid inter se pepigerunt) Pepigi non minus anomalum esse, quam memini, odi, & cœpi, quidam sicut Phocas, putauere grammatici, quod pango, vt Diomedes, inquit, pepigi, & panxi pręteritum mittat, paciscor autem, pactus sum. Quintilianus igitur positionē huius verbi primam Pago fuisse putat, vnde secundum analogiam pepigi præteritum, qui ita reliquit: Memoria repeto coniunctos a me qui reprehenderant, qui hoc verbo vsus essem pepigi, nam id quidem dixisse summos auctores confitebantur, rationem tamen negabāt permittere, qa prima positio paciscor, cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito pactus sum, nos præter auctoritatē oratorū, atq; historicorum, analogia quoq; dictū tuebamur Nam cum legerimus in 12. tabulis, Ni ita pagunt, inueniebamus, simile huic cadunt. Inde prima positio ēt si vetustate exoluerat, apparebat Paco, vt cado, vnde non erat dubiū, nos pepigi sic dicere, vt cecidi. Si quid inter se pepigerint. Legimus, & cū ablatiuo, vt si dicas, Pepigi hac re. Catullus:

Quo pepigere viri, pepigerunt ante parentes.

Et cum accusatiuo, & ablatiuo, vt pepigi hanc rem decem nummis Plaut. in Bacch. Ducentis Philippis rem pepigi. & paciscor vt in eadem comœdia. Pacisci cum illo paula pecunia potes Hemilia, paciscere si potes, perge obsecro paciscere quiduis. [Rem vbi pagunt, oratione pagunt) Hoc est, vbi rem pactis firmant, orationem quoq; inter se pactis roborant, vt, quoties dixeris, aut scripseris, hoc vel illud faciam, modo iubeas, vel simile alius. [In conuitio aut in foro ante meridiem causam coniicito) Et hoc pactum est. Comitium, vt Varro inquit, ab eo quod illic coibat populus, aut creandarum dignitatum, aut litium causa. Hinc Plautus in Curculione: Qui periurium conuenire vult hominem, mitto in comitium. [Aut in foro) Forum, vt idem inquit, quo conferent suas controuersias, & quo quæ vendere vellent, ferrent, forum appellarunt. Nec nos præteri. Festum Pomp. sex modis accipi forum posse scripsisse. [Causam coniicito) Iudicato coniectura quid tenendum sit consequitur, ac inde iudicato, hoc modo somniorum coniectores nominamus, qui quid somnia portendant, coniectura consequestres diiudicant. [Sunt item pacta, quæ siue legibus obseruantur ex conuentu, quæ iuri præstare dr̄) Sensus est, sunt initia inter aliquos ex solo conuentu pacta, quę licet nullis sint legibus obnoxia obseruantur tamen, & dicuntur iure ipso valere vt nunc loquimur. [Ex cōuentu) Conuentus, inquit Festus Pomp. quatuor modis intelligitur. Primo, cū quēlibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Secundo, cū significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locū. Tertio, cum à magistratibus iudicii causa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis, aut gratulationis causa colligitur. Sed hic. Ex conuentu, ex mentis verborumq; conuenientia quadam, & vt ita dicam, concordantia. [Præstare) Vt nunc vulgus loquitur, valere dicuntur. [His igitur partibus iniuriam demonstrari) Si contra ius naturæ, legis, aut cōsuetudinis fecerimus. [Ius confirmari) Si ab his partibus, quas memorauimus non sit alienum. Denique in Rhet. de Inuent. Locorum autem, inquit, communium, quoniam duo genera sunt, quorum alterum dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationem, quid ipsa causa det, & quid augeri per communem locum possit, & oporteat, considerabitur. Nam certi, qui in omnes incidant, loci perscribi non possunt. In plerisque fortasse, ab auctoritate iurisconsultorum, & contra auctoritatē dici oportebit. Attendendum autem, & in hac, & in omnibus num quos locos communes præter eos quos nos exposuimus, ipse res ostendat.

NAtura ius est) Sciendum autē longe latius hoc naturæ ius patere, quam hic exemplis declarauit. quare ad eam rem cognoscendam inspiciantur iurisperitorum commentarii. [Quod cum herede mandati ageretur) Cum herede mandati agere, est actionem intendere in eius heredem, cui mandaueras vt hoc vel illud perficeret, venderet, expediret quod quia ab eo factū non est eo discedente, in heredes actionem producis. [Cognitorem det) Cognitorem dare est, substituere aliquē qui in iudicio vices tuas suppleat, quem alias procuratorem vocat, nempe quod causam tuam omnem cognitam habeat per tuam instructionem, non de causa cognoscat, quod est iudicis tantū. [Rem vbi pagunt) Lex est ex Tab. 12. huc allata ex cuius forma pacta fiebant, hoc modo. Verbis pepigi cum aduocato meo, vt causam meam differret in comitio aut foro, & illic ante meridiem adesset. Assensit ille, nec adfuit. Ago cum illo de pactis, & hinc crescit status. LONG.

ABsoluta iuridiciali constitutione &c.) Incipit determinare de iuridiciali quæ duplex est absoluta, & assumptiua, & prius de absoluta, quam de assumptiua dicens. Nos vtemur constitutione iuridiciali absoluta (vbi priusquam pergamus notabit grammatista, quando ex adiectiuo, & sub- A S G.

antino circumloquimur definitũ aliquod quod vnico voca
ulo cũ desit exprimere nequimus tunc possumus illi addere
lterum adiectiuũ etiam perfectum, sine coniunctione media
o quod prius complexum pro substãtiuo positum intelligit.
t hoc loco, cõstitutio iuridicialis ponit pro vna specie consti
tionis vnico vocabulo nõdum appellata, quo circa si per si
ionem vocetur à tunc licite dicã à absolutum, vel vtemur à
bsoluto, vnde hic recte dicit vtemur cõstitutione iuridiciali
bsoluta, nec decẽter addatur, & absoluta, vna. n. res est (sup.
unc. cũ. i. quãdo nos dicemus, sine vlla assumptione diffinino
s externe rem quã cõfitemur nos fuisse factũ, sup. esse iure. i.
ste, & saluo iure, & ideo q a nihil assumitur, non assumptiua,
d absoluta dicitur.) Quæri cõuenit, id est. inuestigari in ea. s.
onstitutione iuridiciali absoluta, ne pro an factũ sit iure. Nos
atem poterimus dicere de eo. s. iure, aut an factũ sit iure. cau-
posita. i. constituta. si, ex quibus partibus ius constet, cogno
erimus. Igitur vt id cognoscamus. Ius constat, ex his partibus
delicet. Natura, lege, cõsuetudine, iudicato, ęquo, & bono, &
p. pacto. Ius est natura. i. per naturam, quod obseruat causa
gnationis, aut pietatis, quo iure parentes coluntur à liberis,
tamen & diuina, & humana lex id cõfirmat, diuina, honora
tem, &c. humana. liberi parentes alant, aut vitiantur, & libe
i. legitimæ nati coluntur, quia aluntur. louentur, & ad hono
s promouentur à parẽtibus (id aũt cautum negant. lege diui
, quia insitum est à natura, eo quod carnẽ suã nemo vnquã
lio habuit, & ideo, vt idem dicit Apostolus. Si quis suorum,
maxime domesticorum curã nõ habet, fidem negabit, & est
fideli deterior. Propter hãc descriptionem iuris naturalis im
obat Valla illã quę in institutionibus Iustiniani posita est.
s naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Non n.
od bruta per naturam faciunt, id iure facere dicentur, Lege
s est. i. per legem. s. scriptam. id, quod sancitum est. i. cõfirma
m. iussu populi, quod genus. i. eiusmodi est. vt in ius eas cũ
ceris, lex. n. vult vt pareas. Consuetudine ius est id. quod si-
lege. s. lata, & promulgata. æque ac si legitimum sit, vsitatũ
. i. iuxta leges edictum obseruatũ, quod genus. i. cuius gene-
aut cuiusmodi est, aut qđ genu iuris est, vt supp. quod ob-
leria. i. deposito aut alio pacto crediderit. argentario. i. publi
campson appensum. i. ad pondus redactum, possit id repe-
re recte. i. iuridice. à socio eius quia æquale ius videtur in so
os, & quod vnus in eo negocio in quo socii sunt fecerit, al-
quoque fecisse censetur. [Iudicatum &c.] Prosequitur alias
rtes iuridicialis absolutæ dicens. Iudicatum est id, de quo
at ẽtia lata est, aut de quo decretum. s. senatus interpositũ. i.
od senatus auctoritas approbauit. Ea. s. iudicata, sunt sæ-
diuersa, vt. s. secundum aliud sit placitum. alii iudici. s. in lo-
iudiciali aut Prætori, aut Consuli, aut Tribuno pl, qui om-
s dum iudicãt iudices sunt, sed specialiter is qui soli iudicio,
ndo vacat iudex vocatur. Et fit. i. contingit, vt alius decerne
, aut iudicauerit, sæpe aliud de eadem re, quod genus. i. cu-
s generis. exemplũ est: M. Drusus prætor vrbanus reddidit. i.
lit. iudicium. i. iudicauit, quod ageretur cum herede. man
ti sup. actione. hoc est, si quis sese heredem gerat eius qui te
batur mandati. eo ꝙ mandati executionem susceperat vi-
ns iudicauit eum debere mandatum exequi, & nolentẽ actio
mandati postulari. Sex. Iulius non reddidit. s. iudicium man
ti. i. non iudicauit, ꝙ si testator ex mandato quid peragen-
m susceperat heres ius teneatur, propterea mandati. Item
Cœlius iudex absoluit iniuriarum. i. ab actione, aut debito
iuriarum eum, qui læserat Lucilium poetam nominatim. i.
minando eum proprio nomine in scena. s. in publico loco,
i fabulæ interdum diffamatoriæ, sed defunctorum ageban-
r. P. autem Mutius condemnauit. s. iniuriarum eum, qui no-
inauerat. s. in scena L. Accium poetã. Ergo quia possunt res
nuli de causa dissimiliter iudicatæ proferri, cum id vsu venie
. i. cõtingerit: tunc sup. proferemus. i. in mediũ conferemus.
dicẽ cum iudice ostendẽdo si possumus, iudicẽ nostrum, aut
udentiorem, aut æquiorem, aut maioris fuisse auctoritatis.
m, tempus cum tempore, ostendentes videlicet posterius iu
ciũ prius abrogasse, aut olim vtile visum fuisse, quod postea
utile compertũ sit. & numerum iudiciorum. s. pro nobis fa-
nnum: cum numero iudiciorum facientium pro aduersario
tendẽte plura pro nobis, q̃ pro illo facere. [Ex ęquo &c.] Pro
quitur continuo tractu reliqua. quæ ad cognitionem iuridi-
alis absolutæ pertinẽre dicens. Ius cõstat ex bono, & æquo. i.
vtilitate communi, & iudicio bonæ conscientię, quod vide-
ur pertinere ad veritatẽ, & ad vtilitatem communem. quod
enus. i. cuius generis, exemplum est. vt maior, i. grandior, &
ntiquior, annis L X. & cui morbus causa est. s. quod in ꝓpria

persona, vt dicunt, num compareat, cũ tamen lex sanciat, vt in ius eas cum voceris. cognitorem det. i. patronum talem, qui totam causam, & ius eius, cognoscat, & defendat. Conuenit ex eo. s. ęquo, & bono, aut eo genere iam adducto, nouũ genus. s. defensionis constitui ex tempore. s. importuno, & ex hominis dignitate. hoc est, quia, bonũ, & ęquũ videtur, vt quis propter sensum excusetur quominus in propria persona õ pareat, etiã æquum videtur vt propter tempestatem importunam, aut horam indebitam excusetur, & si propter morbum, etiã propter dignitatẽ, quia quod pie ægrotandi conceditur deberet honorifice dignitati exhiberi, vt si princeps de re leui à plebeio aliquo vocetur, cognitorẽ aut procuratorẽ det. [Ex pacto] Prosequitur reliqua dicens. Ius est ex pacto. i. ex conuento, & conditionibus contractu semel vtriusq; placitis, & firmatis, si ipsi litigantes pepigerunt. quid. i. aliquid, inter se, & si quid conuenit. i. sine controuersia, & dissensione est inter æquos. Pacta sunt, quę legibus obseruanda sunt, hoc modo. Vbi, quo loco, & tempore aliqui pagunt. i. paciscuntur, & communi consensu contrahunt rem. s. aliquam, ipsi pagunt. i. pactum aperiunt, oratione. s. pactum exprimente, tu signator (notarius nunc dicitur) conicio. i. introducas, aut potius simul cum pacto referas causam. s. pacti. In comitio aut in foro. i. loco publico, quo plures conueniunt, vt pacta constent, & ita rata habeantur, ante meridiem. s. quo tempore causæ dicendæ erant. Sunt item, pacta quæ obseruantur sine legibus, hoc est. non ideo quod leges id iubeant, sed ex conuentu, hoc est, quia pangentibus, aut paciscentibus ita placitum est. quæ dicitur prestare. i. meliora, & firmiora esse. iure, quia ius sæpe fertur in inuitum, pactum non nisi in volentem nihil autem iustius videtur quam, vt id patiaris quod ipse in te constitueris. Concludens autem hanc partem dicit. Conuenit igitur iniuriam, demonstrari, & ius confirmari his partibus. s. antedictis, & id videtur seruandum sup. esse, in iuridiciali sup. constitutione absoluta.

DE COMPARATIONE.

Cum ex cõparatione quæreretur, vtrum satius fuerit agere id, quod reus dicat se fecisse, aut id quod accusator dicat oportuisse fieri; primum quæri conueniat, vtrum fuerit vtilius ex contentione, hoc est vtrum venustius, facilius, conducibilius. Deinde oportebit quæri, ipsum ne oportuerit iudicare, vtrum fuerit vtilius, an aliorum fuerit statuẽdi potestas. Deinde interponet ab accusatore suspicio ex cõstitutione cõiecturali, quare putetur nõ ea ratione factum esse, quo melius deteriori ante ponetur, sed dolo malo negocium gestum. Deinde quæretur, potuerit ne vitari, ne in eũ locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumẽtatio coniecturalis aliqua probabili causa, de qua ante dictũ est. His ita tractatis, accusator vtet loco cõmuni in eum qui inutile vtili ꝓposuerit, cũ statuendi nõ habuerit potestatẽ. Defensor contra eos, qui æquum cẽseant rem pniciosam vtili præponi, vtetur loco cõi per cõquestionem, & simul quæret ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent: & tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

CAPIDVRVS.

Cum ex comparatione quæreretur) Iuridicialem constitutionẽ supra ita diuisimus vt eius partes, absolutam, & assumptiuam questionẽ esse diceremus quã nostri absolutam. Hermagoras [illegible] quã nostri assumptiuã, Gręci [illegible] nominarũt. Absoluta est, cum iure factũ ipsum defenditur.

quapro-

qua propter, & iuris partes esse cognoscendas diximus. Assumptiua aūt est, cum factum ꝑ se non probabile est, assumptis aūt extrinsecus auxiliis id tuemur. Huius sunt partes quatuor cōparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio criminis. Cōparatio est, cum aliquid factum, quod per seipsum non sit probandum, ex eo cuius id causa factū est, defendit, ea est huiusmodi. Quidam imperator cum ab hostibus obsideretur, neque effugere vllo modo posset, pactus est cū hostibus vt arma, & impedimēta relinqueret, milites educeret. Itaq; fecit, armis, & impedimentis amissis, præter spem milites cōseruauit. Accusatur maiestatis. Huc incurrit definitio. Sed nos hunc locum, de quo agimus consideremus. Intentio est, non oportuit arma, & impedimenta relinquere. Depulsio est, oportuit Quæstio est, oportuerit ne. Ratio est, milites. n. omnes perissent. Infirmatio est aut cōiecturalis, non perissent aut altera coniecturalis, nō ideo fecisti, ex quibus indicationes, perissent ne, & id ne fecerit aut hæc comparatiua, cuius nunc indigemus. At. n. satis fuit amittere milites, quem arma, & impedimēta cōcedere hostibus ex qua iudicatio nascetur: Cum omnes milites perituri essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrum satis fuit amittere milites, an ad hāc conditionem venire. [Vtrū satius fuerit) Verum id, quod verbi causa dicat Imperator fecisse, cū impedimenta hostibus reliquerit, aut quod eū accusans dicat, & potius milites occumbere oportuerit, quam id pactū inire cum hostibus. [Ex contentione) Ex ea controuersia, quæ inter hos fuerit. [Conducibilius) Quid plus cōducere, hoc est vtilitatis afferre potuerit. [Ipsum ne oportuerit iudicare) Vt hostib⁹ impedimenta relinquerent. [An aliorum fuerit statuēdi potestas) Vt potius hoc alii iudicare debuerint, ne ipse timore ꝑculsus effugere periculum videretur [Interponetur ab accusatore suspicio) Vt dicat suspicari posse, ab hostibus munera eū suscepisse occulta, & ne ea suscepisse videretur, impedimēta reliquisse. Quos melius vt præmia conse queretur. Cū adhuc dubium bellum traheretur. [Deteriori anteponeretur) Ne dedecus cum damno subiret, [Sed dolo malo) Negociū gestū dolo, malitia. Sunt. n. media verba, tēpestas, valetudo, facinus, dolus, malitia gratia, industria, periculum, venenū, cōtagium, & bonos teste Gell. Hæc. n. fere vulgatum est, ancipitia esse, & vtroq; versus dici posse. Sed dolus, à Græcis, à Latinis, vt opinor, malitia, quæ bona, & mala est, vnde Plaut. in Aul. Senex est, sine omnia mala malitia. [Deinde quæretur, potuerit ne vitari, ne in eū locū veniretur) Subaudiendum, ne ab hostibus obsideretur [Refelletur argumentio coniecturalis) Vt dicat se aliter facere nō potuisse, quo minus subiret periculū. [Qui inutile) Quod impedimenta hostibus reliquerit. [Vtili preposuerit) Quod consequi de hostibus potuerit victoriam, cū statuendi non habuerit potestatem, vt opinionem sibi ipse præripuisset, potius quam senatus expectaret consilium [Contra eos) Subaudiendum, decet. [Rem perniciosam) Quæ futura erat, nisi ad pactiunc descendisset, cum periculum esset ne exercitum amitteret. [Et tēpus) Quod id fecit [Locum) Quo obsidebatur ab hostibus. [Rem) Quantū immineret periculum, ni id effecisset. [Deliberationē suam) Quid secum ipse statueret. In lib. de Inuent. Loci cōes, inquit, incurrunt accusatoris in eum qui cum de facto turpi aliquo aut inutili, aut in vtrunq; fateatur, quærat tamen aliquā defensionem, & facti inutilitatem, aut turpitudinem cū indignatione proferre. Defensionis est, nullū factū, neq; turpe, neque inutile, neque honestum putari oportere, nisi quo animo, quo tempore, qua de causa factum sit intelligatur, qui locus ita cōis est, vt bene tractatus, in hac causa magno ad persuadēdum momento futurus sit. Et alter locus, per quem magna cū amplificatione beneficii magnitudo ex vtilitate, aut honestate aut facti ex necessitudine demonstratur, vt tertius, per quē res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt ponitur, vt ipsi se quoq; idem facturos fuisse arbitremur, si sibi illa res, atq; ea facile causa per idem tempus, accidisset.

A S C. CVM ex comparatione) Postq̄ determinabit de cōstitutione iuridiciali absoluta, cōsequenter determinat de assumptiua, & primo de quarta parte quę in enumeratione partium eius suprapo sita est vltima, hoc est, de comparatione dicens. Cum sup. agetur, aut defensio fiet ex cōparatione. s. eius quod factū cōfitetur, ad id, quod faciendū necessario fuisset. Quæreretur. i. inquiretur. vtrū satius fuerit. i. melius, & eligibilius agere. id quod reus dicat se fecisse, aut id qđ accusator dicat oportuisse. i. opportunum fuisse, aut docuisse fieri. Primum quæri conueniet, vtrum ex contentione. i. comparatione eorum duorum, de quibus est contētio, fuerit vtilius, hoc est vtrum fuerit venustius. i. speciosius, facilius. s. facto cū minore incommodo, conducibilius. s. ad finem quo resp. tēdit.

Deinde oportebit. i. conueniens, & opportunū erit quæri, ne. i. an oportuerit. i. conueniens, & decens fuerit ipsum (. s. qui accusatus est male fecisse) iudicare, vtrum. s. duorū fuerit vtilius, an potestas statuēdi. i. constituendi, & iudicandi vtilius. i. id, quod cēseatur vtilius, aliorū fuerit. i. in officio aliorū, aut penes aliorū. Deinde interponetur ab occasione suspicio ex constitutione cōiecturali. i. ex his documentis, quæ dicta sunt de constitutione coniecturali quare. sup. factū accusati, putetur. i. putari debeat. non ea ratione factum esse, quo. i. vt melius anteponeretur. i. præferretur deteriori. i. minus bono, sed dolo malo negocium gestum. i. fraude de aliqua probabili causa. i. propter aliquam probabilem cām. Deinde quæretur ne, pro an, potuerit vitari, ne in eū locū veniretur. s. perplexitatis, vbi necesse sit alterum incommodorum facere. Cōtra i. e contrario. argumentatio coniecturalis de qua ante dictū est, refelletur. i. improbabitur ab defensore. His ita tractatis. i. postq̄ hæc erunt ita tractata, accusator vtetur loco cōi in eū qui inutile vtili ꝑposuerit, cū. i. quamuis nō haberet potestatē statuendi. i. definiendi vtrū sit faciendū. Defensor contra eos, qui æquum censeant, vtetur loco cōi per conquestionem. i. iustū, & rōnabile, tē perniciosam ꝑponi vtili. s. rei. Et quæret simul ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, qđ essent facturi si fuissent in eo loco, & ponet ante oculos. s. iudicū, tempus, locum, rem, & deliberationē suam.

DE TRANSLATIONE CRIMINIS.



RANSLATIO criminis est, cum ab reo facti causa in aliorum peccatum trāsfertur. In qua primum q̄tendum est, iure ne in aliū crimen transferatur. Deinde spectandum est, an æque magnū sit illud peccatum quod in alium trāsferatur, atque quod reus suscepisse fateatur. Deinde oportuerit ne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Deinde oportuerit ne iudicium ante fieri. Deinde cum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteat ne de ea re iudicium fieri, quæ res in iudicium nō venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censebat vim, q̄ iudicia valere oportere: & ab aduersariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem ceteri faciant, vt de indemnatis supplicia sumāt, qđ eos idē fecisse dicāt. Quid, si ipse accusator idē facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimē transferetur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, vt ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse vtile rem in iudicium venire.

CAPIDVRVS.



RANSLATIO criminis est) Trāslatio criminis, inqt ipse alibi est, cū reus id, qđ arguit cōfessus, alterius se inductū peccato iure fecisse demonstrat. ea est hmōi: Horatius tribus Curiatis, & duobus amissis fratrib⁹, domū se victor recepit. Is animaduertit sororē suā de fratrū morte nō laborātē spōsi aūt nomē appellantē identidē Curiati. cū gemitu, & lamētatione, indigne passus, virginē occidit, accusatur. Intētio est, iniuria sororē occidisti. Depulsio est, iure occidi. Qō ē iure ne occiderit. rō illa n hostiū mortē lugebat, frēm negligebat me. & populū R. vicisse moleste ferebat Infirmatio est, tñ à fratre idēnatā necari nō oportuit, ex qua iudicatio fit. Cū Horatia mortē hostiū lugeret, fratris & populi R. victoria non gauderet, oportuerit ne eā à fratre indēnatā necari. [Iure ne i aliū) Vt, iure ne potuerit Hors sororē occidere, ꝙ mariti lugeret


ret mortem, potius quam de victoria fratris exultaret. Spe-
ndũ est, an æque magnum sit illud peccatum, qđ in alium
sferatur)Nã æquale crimen sit sororis, quod de fratris po-
iq. R. victoria est, fratris crimini, qui eam occidit. [Atque il
)Ordo est, non æque magnum atque illud. i. q̃ illud, quod
s cõmiserit. [Sumpsisse dicatur de alio) Vt cum in sororem
maduertit. [Oportuerit ne in ea re peccare, in qua alius ante
carit)Vtrum ante alius peccauerit, si afferat exemplum de
quo, qui simile crimen commiserit, & tamen sit absolutus,
certe ꝙ si etiam mulier in ea re dereliquerit, num debuerit
ob hoc ipse deliquisse? [Deinde oportuerit ne iudicium ao
eri) Subaudiendum, qua hęc mulier occideretur. quo an
ri nęc ne debuerit, prius discuteretur. [Deinde factum iudi
m non sit, & quæ sequuntur)Sensus est vtrum sicut de cri-
e sororis Horatii factum nullum iudicium est, ita de fratris
ororẽ crimine faciendũ nullum iudiciũ sit, an ita hic sine iu
o puniẽdus sit sicut & illa sine iudicio punita est. [Qui plus
sebat vim)quam sorori intulit. [Quam iudicia) Quæ sequi
uit. [Percunctabiť accus.)Subaudi, iudices. [Quod eos idẽ
sse dicant) Quod. s. accusator idem facere voluisset. Ordo
borum est, & sensus percunctabitur iudices accusator, quid
rum erat, si ipse voluisset facere idem quod dicat fecisse
, subaudi, quos accusat. [Eorum in quo)Animaduersum,
& est ordo. Defensor eorum peccati atrocitatem proferet,
quos crimen transferetur. [Rem, locum, tempus) Vbiq; su-
diendum, ponet ante oculos. [Rem) Amplificando. [Locũ)
n proparulo, quo ad mariti cædem aliorum exciret lacry-
s, vel, quiduis simile. [Tempus)Vt noctu, quo crimini faci-
xaudire possent. [Aut non potuisse)Ne si dilatum sit tẽpus,
culum ex hoc aliquod immineat. [Aut non vtile)Nullam
oc futuram reip. vtilitatem. Alibi hunc locum tractans. Lo
, inquit, communis accusatoris in eum, qui cum id quod ar
tur negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex
ciorum perturbatione atq; hic vtilitatis iudiciorũ demon
tio, & de eo cõquæstio, qui supplicium dederit indemna-
, in eius aut qui suscepit audaciã, & crudelitatem indigna-
, à defensore est, in eius quem vltus sit audaciam sui conque
oc rem, nõ ex nomine ipsius negocii, sed ex cõsilio eius qui
erit, & causa, & tempore cõsiderari oportere. quid mali fu-
ũ sit, aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius nisi tanta, & tam
spicua audacia ab eo, ad cuius famam, aut ad parentes, aut
iberos pertinuerit, aut ad aliquam rem caram omnibus, vt
esse sit, & vt oporteat, fuerit iudicata.

Ranslatio criminis est) Hic status à plerisque relatiuus vocatur, cum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur. Vt miles in acie clamauit, Vincimur, occisus est imperatore reus fit imperator læsæ reipub. Contradicit, di enim militem peccasse, & ideo occidi debuisse, quod hic cla uerit &c.

Ranslatio criminis) Describi quæ sit translatio criminis dicenda, & quomodo ea sit vtendum, & contra eam insi- stendum dicens. Translatio criminis est, cum. i. qñ causa,
ta culpa facti, & transfertur ab reo in peccatum aliorum (vbi
dicit duplicẽ circunstantia, aut efficientis, aut termini à quo
vtriusq; quod sit dum seipsum defendit, tunc. n. ab reo, &
reum transfertur crimen, quia vero non semper seipsum
fendit immorarius. ideo putẽ terminum à quo hic importa-
In qua. s. translationem est quærendum. i. scrutandũ, & in-
irendum, ne pro an crimen transferatur in alterum, deinde
ectandum est, an illud peccatum, quod in alium transfertur
æque magnum, ac. i. q̃ illud quod reus fateatur suscepisse. i.
misisse tanquã vtile. (Non. n. recte te defenderis, si dicas illũ
cidi, quia seruum, aut iumentum meum percusserat.)Dein
quærendum est, ne pro an oportuerit. i. cõueniẽs, aut quasi
cessarium fuerit peccare in ea re in qua alius ante peccarit,
de si dicat illum occidi, quia filium, aut patrem meum occi
rat, honesta quidẽ videbitur ratio, sed non tam necessaria, ac
dicas; qa me occidere parabat & occidisse, nisi præuenissem,
de morte patris, aut filii poteras iudicium postulare, vnde
quitur. Deinde sup. quęreť, ne pro an: oportuerit iudicium
ri ante. s. quam vltio talis fieret. Deinde quæretur cum iudi
um non sit factum de illo crimine quod in aliũ transferatur,
porteat ne iudicium fieri. i. sententiã ferri ab iudice, ab ea re
æ res nondum venit in iudicium, hoc est inquiretur, an cũ
us iudicium contẽpserit de ipsius facto, & de cõtemptu iudi
, non expectatus merito iudiciũ. Locus cõis accusatoris sup.
t contra eum, qui censeat vim. s. quauis repellitur (sed cõiter
sumci, quasi de qualibet vi dicat reus) oportere valere plus

quam iudicia. Et accusator percunctabitur ab aduersariis quid sit, futurũ, si ceteri faciant idẽ vt sumãt, hoc est si ceteri quoq; sumant supplicia indemnatis. i. nõ condemnatis, ꝙ. i. quia dicas eos idẽ fecisse, quod. s. is fecit de quo indemnato reus sumpsit suppliciũ, aut lege dicant, vt si quod. i. quia pro excusatione sua dicũt, seu vere, seu mendaciter eos fecisse idẽ. Quid sup. dicãt si ipse accusator voluisset facere idẽ. i. occidere quenquã indemnatum eo ꝙ alium inter fecerat, q. d. non poterũt aduersarii censere hoc factũ futurũ, quia sic in caput suum iudicarent. Nam si liceret quoslibet qui aliũ occiderint indemnatos occidere, ergo & reum occidere liceret, vt Orestẽ, qui matrem occidit. Defensor. i. criminis à se commissi proferet atrocitatẽ peccati eorũ in quos transfert peccatum. hoc est dicet intollerabile fuisse peccatũ, nec iudicium expectatum oportuisse, ne alii sic impune grassarẽtur. Et ponet ante oculos iudicis. s. rẽ. i. factũ ipsum ostendens s. non esse simile, vt in causa Orestis nõ erat simile, quia Clytemnestra occiderat innocentẽ, ipse Orestes nocentẽ, & ita dicet si innocẽtem indemnatam occidisset, licere se quoq; indemnatum occidere, sed quia occiderat, ita nocentem, vt inexcusabile fuerit eius peccatum, & periculum fuisse in mora, qa si iudiciũ expectasset, vero simile fuisse adulteram quod in patrẽ fecerat in filium quoq; parasse. vt quem sciebat patris vltorẽ fore, vnde ostendet rem non esse similem. ostendet etiã locũ, vt si nulla fuerit effugiendi, aut euadendi è manibus inimici spes, nisi eũ occiderit, videbiť recte vim repulisse. ponet etiam tempus ante oculos: vt si depræhẽsum in furto, aut adulterio occiderit, aut tẽpore belli peregrinum mœnia vrbis scrutantẽ occiderit indemnatum, fuerit purgationi locus, aut ponet ante oculos iudicis fuisse inutile rẽ venire in iudiciũ, vtpote si periculose dilata fuerit vltio propter causas dictas, vtpote ꝙ occisus necem parauerat reo. aut aliter comprehendi non potuisset, aut alia quauis de causa.

DE CONCESSIONE.



ONCESSIO est, per quã nobis ignosci postulamus. Ea diuiditur in purgationem, & deprecationẽ. Purgatio est, cum cõsulto à nobis factũ negamus. Ea diuidiť in necessitudinẽ, fortunã, imprudẽtiã. De his primum partibus ostendendũ est, deinde ad deprecationẽ reuertendũ videť. Primum, considerandũ est, vtrum per culpã ventum sit in necessitudinẽ, num culpam veniendi necessitudo fecerit. Deinde quærendũ est, ecquo modo vis illa vitari potuerit ac leuari. Deinde is, q in necessitudinem causam conferet, expertus ne sit quid cõtra facere, aut excogitare posset. Deinde, num quæ suspiciones ex coniecturali cõstitutione trahi possint, quæ significent id cõsulto factũ esse, quod necessario accidisse dř. Deinde, si maxime necessitudo quæpiã fuerit, cõueniat ne eã satis idoneã putari. Si aũt imprudẽtia reus se peccasse dicet, primũ quæreť vtrũ potuerit scire, an non potuerit. Deinde, vtrũ data sit opera vt sciretur, an nõ. Deinde, vtrũ casu nescierit, an culpa. nam qui se ꝓpter vinũ, aut amorem, aut iracundiam fugisse, rationem dicet, is animi vitio videbiť nescisse, nõ imprudentia: quare non imprudẽtia se defendet, sed culpa cõtaminabiť. Deinde, coniecturali constitutione quæretur, vtrum scierit, an ignorauerit: & considerabitur, satis ne imprudentia præsidij debeat esse cum factum esse cõstet. Cum in fortunã causa cõferet, & ea re defensor ignosci dicet reo oportere; eadẽ oĩa vñr cõsideranda, q̃ de necessitudine præscripta sunt. Etenim hæ tres partes purgationis inter se finitimæ sunt, vt omnes eadem ferè possint accõmodari. Loci cõmunes in his causis

Accusatoris

Accuſatoris contra eſt, qui cũ ſe peccaſſe confitea tur, tñ oratione iudices demoretur: Defenſoris, de humanitate, miſericordia, voluntatem in omnibus rebus ſpectari conuenire; & quæ conſulto facta non ſint, ea fraudi eſſe oportere.

CAPIDVRVS.



ONCESSIO eſt) In ſecundo de Inuentione, Conceſſio, inquit, eſt per quam non factum ipſum improbatur ab reo, ſed vt ignoſcatur, id petit. cuius partes ſunt duæ purgatio, & deprecatio. Purgatio eſt, per quam eius qui accuſatur, non factum ipſum, ſed voluntas defenditur. ea habet tres partes, imprudentiam, caſum, neceſſitudinem. Imprudentia eſt, cũ ſciſſe aliquid is, qui arguit, negat. vt, apud quoſdã lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret. nautæ, quidam cum aduerſa tempeſtate in alto iactarentur, vouerunt, ſi eo portu quæ conſpiciebat potiti eſſent, ei deo qui ibi eſſet ſe vitulum immolaturos. caſus erat in eo portu ſanum Dianæ eius cui vitulum immolare non liceat. imprudentes legis, cum exiſſent vitulum immolauerunt: accuſatur. Intentio eſt, vitulum immolaſtis deo cui non licebat. Depulſio eſt conceſſione poſita, ratio eſt, neſciui non licere. Infirmatio eſt, tamen quoniam feciſti quod nõ licebat, ex lege ſupplicio dignus es. Iudicatio eſt, id fecerit, quod non oportuerit, & id non oportere neſcierit. ſit ne ſupplicio dignus. Caſus autem infertur in conceſſionem, cum demonſtrabitur aliqua fortunæ vis voluntati obſtitiſſe, vt in hac. Cum Lacedemoniis lex eſſet, vt hoſtias niſi ad ſacrificiũ quoddam redẽptor præbuiſſet, capitale eſſet. Hoſtias is qui redemerat, cũ ſacrificij dies inſtaret, in vrbem ex agro cœpit agere. Tum ſubito magis commotus tempeſtatibus fluuius Eurotas, is qui propter Lacedæmonẽ fluit, ita magnus, & vehemens factus eſt vt eo traduci victimæ nullo modo poſſint. Redemptor ſuæ voluntatis oſtendendæ cauſa, hoſtias conſtituit oẽs in litore, vt qui trans flumen eſſent videre poſſent. Cum oẽs ſtudio eius ſupitam fluminis magnitudinẽ ſcirent fuiſſe impedimento, tamen quidam capitis accerſerunt. Intentio eſt, Hoſtiæ, quas debuiſti ad ſacrificium, præſto nõ fuerunt. Depulſio eſt conceſſio, primum, tum ratio, flumen. n. ſubito accreuit, & ea re traduci non potuerunt. Infirmatio, tamẽ quoniam quod lex iubet factum non eſt, ſupplicio dignus es. Iudicatio eſt, cum in ea re contra legem redemptor aliquid fecit, qua in re ſtudio eius ſupra fluminis obſtiterit magnitudo, ſupplicijs dignus ne ſit. Neceſſitudo autem infertur, cum vi quadam reus id, quod fecerit, feciſſe defenditur, hoc modo. Lex eſt apud Rhedios, vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit, publicetur. Cum magna in alto tempeſtas eſſet, vis ventorum inuitis nauis in Rhodiorum portum nauem coegit. queſtor nauem populi vocat. nauis dominus, negat oportere publicari. Intentio eſt, Roſtrata nauis in portu deprehenſa eſt. Depulſio, conceſſio, ratio, vt & neceſſario ſumus in portum coacti. Infirmatio eſt, Nauem ex lege tamen populi eſſent oportet. Iudicatio eſt, cum roſtratam nauem in portu deprehenſam lex publicarit, cumque hæc nauis inuitis nautis vi tempeſtatis in portum commune ſit, oporteat ne eam publicari. horũ trium generum idcirco in vnum locum contulimus exempla, quod ſimilis in ea præceptio argumentorum traditur. [Vtrum per culpam) Subaudiendum eius qui accuſatur. [Ventum ſit in neceſſitudinem) Ad id vt neceſſario facere cogeretur, & neceſſitudo, & neceſſitas dicitur, niſi qđ neceſſitudo ad affinitatẽ plerunque refertur. [Num culpam veniendi neceſſitudo fecerit) Hoc eſt, num huiuſmodi fuerit neceſſitudo, vt culpam ſequi oportuerit. velut de eo cuius nauis in Rhodiorum portũ delata eſt, ſi nauim aliorſum vertiſſet, potuerit effugere, ne in eum portum decurreret. eſt ordo, num neceſſitudo veniendi, ſubaudiendũ, ꝙ venit, fecerit culpam. [Num quæ ſuſpiciones) Nunquid aliquæ ſuſcitari ſuſpiciones poſſint, ob quas in eum por eum conuehi maluerit, oſtendatur. [Cõueniat ne eam ſatis ido neã putari) Subaudiendũ, quæ id facere cõpulerit, nec quouis modo euitari potuerit. Vtrum potuerit ſcire, an nõ potuerit, deinde vtrum data ſit opera vt ſciretur aut non, deinde vtrum id noluiſſe ſcire videatur. [Caſu neſcierit) Quod ita accident, vt neſciret. [An culpa, nam qui ſe propter vium, aut amorem, aut iracundiam fugiſſe rationem dicet, is animi vitio videbitur neſciſſe, non imprudentia) Quod id ſcire non vehementer elaborarit. [Quare non imprudentia ſe defendet) Quandoquidẽ mentis morbo, qui ex propria effinxerat culpa, purgare ſe contendet. ſe ne quidquam. culpa. n. contaminabitur. [Deinde, cõ iecturali conſtitutione quæretur) inquinabitur culpa, quando ex proprio commiſſa vitio eſt, [Vtrum ſcierit, an ignorarit, & conſiderabitur, ſatis ne imprudentia) Coniectura conſequi emitemur. [Satis ne imprudentia præſidij debeat eſſe) Nam quòd imprudentia ſe lapſum quiſpiam dicat, ob hoc euadere iudicum debeat, cum factum fuiſſe conſtiterit. [Et enim hæ tres partes) Vt locos quos enumerauimus tribus illis partibus poſſimus accommodare. [Tamen oratione iudices demoretur) In mora teneat, quo minus iudicationem efferant. Quæ conſulto facta non ſunt, in eius fraudem eſſe non oportere. Qui debita opera non fecerint, quando in eũ fraus nulla ſit quo puniri debeant, non haberi periende ac ſi peccauerunt, quando nullus ſit, qui hoc pacto aliquando non delinquat, & homines quod ſibi fieri velint, aliis facere debere. Alibi: Loci autem, inquit ipſe, communes accuſatoris in confeſſionẽ quanta poteſtas peccandi relinquatur, ſi ſemel inſtitutum ſit, vt nõ de facto. ſed de facti cauſa quæratur, defenſoris conqueſtio eſt calamitas eius quæ non culpa, ſed vi maiorem quadam accciderit & de fortunæ poteſtate, & hominum infirmitate, & vti ſuũ animum, non euentum conſiderent. In quibus orationibus cõnqueſtionem ſuarum ærumnarum, & crudelitates aduerſariorum indignationem ineſſe oportebit, ac neminem mirari conueniet, ſi aut in his, aut in aliis exemplis ſcripti quoque controuerſiam adiunctam videbit. in his exemplis conceſſionis in eſt omnibus ſcripti controuerſia ea, quæ ex ſcripto, & ſententia nominatur.


Onceſſio eſt) Eadem, & venia, & venialis ſtatus appellatur. [Ea diuiditur in neceſſitudinem) De neceſſitudine exemplum ſit. Orator ab hoſtibus captus eorum laudes conſcripſit, iubẽtibus hoſtibus, & publice recitauit, gratuitoq. dimiſſus eſt, ad ſuo reuerſus læſæ reip. reus damnatur. Hic dicit, non voluntate, ſed neceſſitate feciſſe. [Si autem imprudentia) Exemplum eſto legis, Exulem intra fines deprehenſum liceat occidere. Ex duobus geminis fratribus ſimilibus alter exulabat, fratrem eius non exulẽ quidem interfecit, reus ſit cędis. Hic dicit, ſe erre feciſſe. [Cum in fortunam cauſa conferetur) Venator quidam haſtam in ferã miſit, in hominem incidit, eo vulnere homo periit, reus ſit cedis. hic enim dicit, ſe non voluntate, ſed caſu feciſſe. OLNG

Onceſſio &c.) Agit de ea parte conſtitutionis iuridicialiũ aſſumptiuæ quam enumerando primam poſuerat dicens. Cõceſſio eſt per quam poſtulamus ignoſci nobis. A S C.
Non tñ dicitur conceſſio eo, ꝙ poſtulamus ignoſci, ſed ꝙ non concederetur à nobis crimẽ niſi poſtulamus ignoſci. quin etiã conceſſio ipſa vim deprecatiuã habet, vnde in religione noſtra conceſſione. i. conceſſionem voluntariam criminis plurimũ ad veniã valere ſcimus, iuxta illud in Pſalmo dixi, Confitebor &c. vnde & Adam confitendo veniã inuenit, quã Caim occultando crimen amiſit, ſed reuertamur ad auctorẽ ad cuius intelligẽtiã ſi noſtra inuabunt non videbitur impertinẽs ea adducere. Ea. i. conceſſio diuiditur in purgationem, & deprecationem. Purgatio eſt cum negamus factũ eſſe à nobis i. nos feciſſe conſulto. i. cum matura deliberatione, aut propoſito nocẽdi, hoc eſt quando nitimur purgare, & excuſare factũ, licet non negemus eſſe factum, Ea. ſ. purgatio diuiditur in neceſſitudinem, fortunam, imprudentiam. Oſtendendum eſt primum de his partibus deinde videtur reuertendum ad deprecationem. i. ad declarationem deprecationis. [Primum conſiderandum eſt) Docet dum reus neceſſitudinem excuſat, quid contra dicendũ ſit dicens. Conſiderandum eſt primum, num. i. an ne ventum ſit in neceſſitudinem. i. neceſſitatem, culpa. i. per culpam, quia quis poteſt obligari ad impoſſibilia ſibi dummodo per culpã ſuam ſe impotentem fecerit, itaq; ſi liberum fuerit ingredi, ac nõ ingredi furcas caudinas, licet ingreſſos fuerit neceſſitas ſe e dedendi, tamen non purgantur, cum ingredi non debnerint. Scies autem lector neceſſitudinem, quæ ſępe pro deuinctione ſanguinis affinitatis, & amicitiæ ponitur, hic pro neceſſitate accipi. Conſiderandum etiam eſt, num i. an ne, neceſſitudo fecerit culpam veniendi, ſi vt penaria commeatus exercitus coactus ſit per anguſtias montiũ obſidione elabi. ſperãs ſi e hoſtẽ falleret, & à callido hoſte deprehenſus ſit, poterit neceſſitudinẽ veniendi in anguſtias excuſare. Deinde i. tertio loco quærendũ, quomodo illa vis. i. violentia, & neceſſitas potuerit vitari. ſ. penitus, aut leuari. i. imminui, hoc eſt quo conſilio, & qua opera potuerit penitus vitari, aut ſaltem imminui, nam ſi dixerit ſe penuria cõmeatus in anguſtias veniſſe, dices Melius fuiſſe cũ

hoſte

hoste confegere quam tam imprudenter elabi conari, aut si cum hoste paciscendū erat honestiores conditiones habiturū fuisse extra fauces illas angustas quam in ipsis. Deinde.i.quarto loco aut vt dicunt consequenter considerandū est ne.i.an is qui conferret.i.transferret causam.s.facti sui in necessitudiné expertus sit.i.tentauerit, & medicatus sit, quid potesset facere aut excogitare cōtrā.s.talem necessitudinem.i ad eam euitandam, quia accusator si potest, ducebit eū negligentē aut inertem, aut ignauum fuisse. Deinde.i.tum postea considerandū est ex cōstitutione i.coniecturali.i.ex his, quæ de ea dicta sunt, num quæ.i.an ne aliquæ suspiciones possent trahi.s.ex ipso facto, aut sac ordinem vt sit possent trahi ex constitutione coniecturali, quæ.s suspiciones significent id, quod dicitur accidisse necessario.i.ineuitabiliter, factum esse cōsulto.i.ex deliberatione, vt in dicto exemplo, si dux habuerit exercitum dicto minus audientem dicemus eum voluisse de exercitu per contumeliā vlcisci, aut si visus sit ab aliquo colloquia cum hoste habuisse, aut quidquam ab eo accepisse, aut amicum in hostili exercitu primarium habuisse, dicemus eum dolo malo exercitum tradidisse. Deinde.i.vltimo loco, si maxima quæpiā necessitudo fuerit, considerandū supp.est, ne pro an, conueniat eam reputari causam satis idoneā, qa accusator si poterit negabit sat causæ fuisse. [Si autem) Docet quid faciendū sit in purgatione, quæ fit excusando imprudentiam dicens. Aūt, pro sed, si reus dicet per patronum, seu defensorem se peccasse imprudentia.i.vt dicunt ex improuiso, aut ꝙ non præuiderit, quæretur.i.inquiret primum vtrum potuerit an non potuerit scire.s.id quod ꝑ imprudentiam se fecisse dixerit, nā si non potuerit scire videbitur admittenda purgatio, si potuerit, & non sciuerit dicetur ignorantia culpanda, quæ nō purgat saltem de toto. Deinde quęretur vtrū opera sit data.i.diligentia adhibita vt sciretor, an nō.s. data sit opera. Deinde quæretur vtrum nescierit casu.s.inopinato, an culpa, quia videlicet noluit scire. Nan. cui dicet ratione fugisse.i.latuisse, se.i.se ignorasse ꝑ ꝑ vinum.s.nimium qd biberit, hoc est ꝑ ꝑ ebrietatem aut amorem.s.nimium, aut ꝑ ꝑ iracundiam.s.vehementem is videbitur nescisse vitio animi.s. sui non imprudentia.s.inuincibili, quare non defendet se imprudentia.i.propter imprudentiam, sed cōtaminabitur culpa. Deinde quæretur constitutione coniecturali.i.per constitutionem coniecturalem, vtrum scierit an ignorauerit, & considerabitur ne pro an satis præsidij.i.defensionis, & protectionis debeat esse in imprudentia.i.an imprudentia satis efficaciter excusei ac purget facinus commissum, cum constet.i.manifestū sit factū esse. Sunt qui legant satis ne imprudentia sine præpositione in vt sit an imprudentia sit satis præsidiū.i.satis porget, sed sic diceret potius præsidio &c. [Cum in fortunā) Describit tertiam, & vltimam partē cōcessionis per purgationem dicēs. Cum.i.qn̄ causa confertur in fortunam.i.culpa imputatur fortunæ aduersæ, & defensor dicet oportere ignosci reo, ea re.i. propter eam rem, hoc est propter infortuniū, tunc sup.omnia eadem quæ præscripta sunt de necessitudine videntur consideranda. Etenim.i.qa certe, oēs hæ partes purgationis sunt finitimæ.i.affines, & consimilis argumēti inter se, ita sup.vt eadē.i. eadem constitutionis possit accommodari.i.applicari in oēs. Loci cōes accusatoris contra eum qui cum cōfiteatur se peccasse tñ demoretur iudicis oratione.s.sua sunt sup.in his.i.possunt sumi ad has causas demonstrando per argumentationem rem non decere suam differri, cum reus crimen confiteatur. Loci sup.communes defensoria sup.sunt in his causis conuenire.i.decens, & æquum esse humanitatem misericordiam voluntatem spectari.i.spectabilem esse in omnibus rebus, & nō oportere fraudem.i.detrimentū aut pœnā esse in eis, quæ non sunt facta consulto.i.ex deliberato ꝓposito, aut dedita opera.

DE DEPRECATIONE.



EPRECATIONE vtemur, cū fatebimur nos peccasse, neq; id impudenter, aut fortuitu, aut necessario fecisse dicemus, & tamē ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quæritur ex iis, si plura aut maiora officia, quàm maleficia, ...ebuntur constare: si qua virtus aut nobilitas ...is eo, qui supplicabit: si qua spes erit, vsui futurum, si sine supplicio discesserit: si ipse ille supplex, mansuetus, & misericors in potestatibus ostē detur fuisse: si ea, quæ peccauit, non odio, non crudelitate, sed officio, & recto studio commotus fecit: si tali de causa aliis quoq; ignotum est: si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus: si nulla aut à nostris ciuibus, aut ab aliqua ciuitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario vtetur is, qui contradicet, cum amplificatione, & enumeratione omnium peccatorum. Hæc causa iudicialis fieri non potest, vt in primo libro ostendemus, sed quòd potest vel ad senatum, vel ad concilium venire, non visa est supersedenda.



EPRECATIONE vtemur, cum fatebimur nos peccasse, neq; id impudenter) Deprecatio est, in qua nō defensio facti, sed ignoscendi postulatio in iudicio probari potest. Quare vt & ipse dicit, si pro aliquo claro, & forti viro dicendum sit, cuius in remp. multa sint beneficia, vti deprecatione ad hunc modum licebit. Quod si iudices hic pro suis beneficiis, pro suo studio, quod in vos semper habuit, multorū suorū recte factorum causa vni delicto, vt ignoscatis postulat dignū vestra mansuetudine, dignum virtute huius est iudices, a nobis banc rem hoc postulante impetrari, deinde augere beneficia licebit, & iudices per locum communem ad ignoscendi voluntatem deducere. Oportebit igitur, inquit ipse in secundo de inuentione, eum qui sibi vt ignoscatur postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, & si poterit ostēdere ea esse maiora, quā hæc quæ delinquerit, vt plus ab eo boni, quam mali profectū esse videatur, deinde maiorū suorū beneficia si qua extabunt proferre, deinde ostendere non odio, neque crudelitate fecisse quod fecerit, sed imprudentia aut impulsu alicuius aut ab aliqua honesta, aut probabili causa, postea polliceri, & cōfirmare, se & hoc peccato doctū, & beneficiorū eorū, q sibi ignoscerent confirmatum, omni tempore à tali ratione absuturū, deinde spem ostendere, aliquo se in loco magno, his qui sibi cōcesserint, vsu futurū. Postea si facultas erit se aut cōsanguineū aut iam à maioribus, aut in primis amicū esse demonstrabit, & amplitudinē suæ voluntatis, nobilitatē generis, eorum qui se saluum velint dignitatē ostendere, & cetera ea quæ personæ ad honestatem, & amplitudinē sunt attributa, cum cōquestione sine arrogantia in se esse demonstrabit, vt honore potius aliquo, quam vllo supplicio dignus esse videat. Deinde ceteros proferre, quibus maiora delicta concessa sint. Ac multū proficiet si se misericordē in potestate, propensum ad ignoscendū fuisse ostendet. Atq; ipsum illud peccatum erit extenuandum, vt quam minimum obfuisse videatur, & aut turpe, aut inutile demonstrandū, tali de homine suppliciū sumere. Aduersarius autem malefacta augebit, nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate, & malitia facta dicet, ipsum immisericordē, superbū fuisse, & si poterit, ostendet semper inimicū fuisse, & amicum nullo modo posse. Si beneficia proferet, aut aliqua de causa facta, nō propter beneuolentiā, demonstrabit, aut postea odium esse hac re susceptu, aut illa omnia maleficiis esse delera, aut leuiora beneficia quàm maleficia, aut cū beneficiis bonos habitus sit, pro maleficio pœnā sumi oportere. [Videbuntur cōstate) Subaudiēdū, quæ accusari fecerimus. [In potestatibus) hoc est vbicunque potestatē aliquis agendi quid vellet habuerit. [Si ea, quæ peccauit) In quibus deliquisse per se, an per alios, ignotum, accusetur. [Aliis quoque ignotū est) Vtrum.s.ita sit. [Si eū missum fecerimus) Si non damnemus. [Ex ea re) In qua deliquisse arguitur. [Loci communes, de humanitate) Quod humanos se iudices debeāt exhibere. [Fortuna) Vt huius fortunas respiciant, quādo & ipsi in simile labi etiam aliquādo possent. [Misericordia) Quæ infelicibus habenda est. [Rerum cōmutatione) Ne si damnet, aliquando ipsi luant pęnas iudices. [Qui contra dicet) Qui accusabit, contrariis his quos enumerauimus vtetur locis, enumerando in quibus deliquerit. [Hęc cā iudicialis) h.d. quāq̄ hæc causa in iudicialis velut supra monuimus non versatur, tamen qma nonnunq̄ est in senatu, aut

in concilio principis sæpe tractanda de hac præcepta dare nõ fuit alienum.[Vel ad senatum, vel ad concilium) Velut de Siphace diu deliberatũ est, & de Q. Numitorio Pullo apud L. Opimio-n, & eius cõsilium diu ductum est, & magis quidẽ in hoc ignoscendi, quam cognoscendi postulatio valuit. Nam semp bono animo se in populum R. fuisse, nõ tam facile probat, cũ coniecturali constitutione vteretur, ipsi vt propter posterius beneficium sibi ignosceret, cum deprecationem subiungeret. Locus autem, sit ipse alibi inquit, cõis erit indignatio malefi cii. Et alter eorum misereri oportere, qui propter fortunam, non propter malitiã in miseriis sint, si id fortunæ factũ ostendere non queant. quod si fiat erit purgatio, non deprecatio.

LONGOLIVS.

QVæritur ex iis locis) Qui sanè ab aliis traduntur in compensatiuo vocato statu, quoties delicto meritum comparamus, aut quando maiori incommodo prospectum esse per facinus dicimus.

ASCENSIVS.

DEprecatione &c)Prosequitur secundam partem principalem concessionis, quę dicitur deprecatio, cum videlicet concedens se peccasse, culpam etiam non refellit. sed deprecatur, de qua dicit sic. Nos vtemur deprecatione cum. i. quando nos fatebimur nos peccasse neque dicemus nos fecisse id imprudenter aut fortuna aut necessario, & tamen. i. adhi lominus nos postulabimus ignosci nobis. Hic. i. in hac parte ratio ignoscendi. i. causa cur ignosci debeat. quæritur ex his locis. Si plura aut maiora officia i. beneficia facta in rep. videbuntur constare, quam maleficia. Et si qua. i. aliqua virtus. s. excellens, aut nobilitas erit in eo qui supplicabit. & si qua spes erit futura vsui. i. vtilitati si discesserit sine supplicio. i. impunitus, si ipse ille. i. qui supplicabit, ostendetur fuisse simplex mansuetus, & misericors in potestatibus, i. dum potestas exerceret, aliter diceret in potestates, si acciperet pro erga potestas si fecit ea quę peccauit non commotus odio neque crudelitate, sed officio, & recto studio, hoc est zelo iustitiæ obseruandę, aut sceleris vlciscendi. Si ignotum sit, quoque. i. etiam aliis. De tali. i. consimili causa, si nihil periculi videbitur futurum si faciemus eum missum. i. si dimittamus eum abire, aut si faciemus eum absolutũ. Et si nulla vituperatio suscipietur. i. incurretur ex ea re. i. propter eius liberationem, à nostris ciuibus aut ab aliqua ciuitate. Loci communes sup. sunt de humanitate ostẽdendo videlicet humanum ingenium ad ignoscendum procliue, de fortuna. Contingere videlicet posse vt quilibet similiter peccet. non tamen conferret in fortunam culpam, sed dicet in ea re se male fortunatũ, ꝙ culpa sua crimen non vitarit, & de misericordia. q̃ iudicẽ maxime decere ostẽdet, & à cõmutatione rerum, vel quod nocens, deinceps innocẽter viuere põt, vel quod prius innocenter vixerit, & quod rerum vicissitudines sint, cum is nunc sit reus, qui aliorum solitus sit iudex esse. Is qui contradicet. i. accusator, vtetur omnibus his locis ex cõtrario cum amplificatione. i. exaggeratione. & enumeratione peccatorũ. s. rei. Hęc causa. s. deprecatoria nõ potest fieri iudicialis, id est, agi corã iudice iurato, vt ostendimus in primo libro, sed ꝙ id est, quia ipsa põt venire vel ad senatum, vel ad cõcilium. i. ad concionẽ totius populi. ideo visa est nõ supersedenda, i. nõ prætermittenda, vbi à neutrali vtitur participio passiuo.

DE REMOTIONE CRIMINIS.



VM à nobis crimen remouere volemus, aut in rem, aut in hominẽ nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur, quærendum erit primum, potuerit ne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa conferetur: & ecquonam modo aut honeste, aut sine periculo potuerit obsisti: si maxime ita sit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. deinde in coniecturalẽ trahetur controuersiã, & quæretur num consulto factum. Si cã in rem quandã conferetur, & hæc eadem ferè, & omnia quæ de necessitudine præcepimus, consideranda erunt.

CAPIDVRVS.

CVm à nobis crimen remouere volemus, aut in rem, aut in hominem nostri peccati causam)Ipsius rei sit, vt et ipse, inquit alibi, remotio, cum id quod datur criminis negat ad se neque ad officium suum reus pertinuisse. Nec si quid eo sit delictũ, sibi attribui oportere. Id causæ genus est huiusmodi in eo fœdere quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis, porcam sustinuit iussu imperatoris, Fœdere autem à Senatu improbato, & Imperatore Samnitibus dedito, quidam in Senatu, eum quoque dicitur qui porcam tenuerat, dedi oportere. Depulsio est: Non oportet. Quæstio est: Oporteat ne. Ratio est, non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cum & id ætatis non habuerim, & cum priuatus essem, & esset summa cum auctoritate, & potestate imperator qui videret, vt satis honestũ fœdus feriretur. Infirmatio est: At enim quoniam tu particeps factus es, in turpissimo fœdere summæ religionis dedi te conuenit. Iudicatio est. Cum is qui potestatis nihil habuerit, iussu Imperatoris in fœdere, & in tanta religione interfuerit, dedendus sit hostibus nec ne. [Aut in hominem nostri peccati causam conferemus), In quo hoc nobis exemplo sit. Rhodii quosdam legauerunt, Athenas, legatis quæstores sumptum quem oportebat dari, non dedere. Legati profecti non sunt. accusantur. Intentio est, proficisci oportuit. Depulsio est, non oportuit: Quæstio est, oportuerit ne. Ratio est: Sumptus enim qui de publico dari solet, is à quæstore non est datus. Infirmatio est. Vos tamen id, quod publice vobis erat negocii datum, conficere oportebat. Iudicatio est: Cum his, qui legati fuerant sumptus, qui deberet, de publico non daretur. oportuerit ne eos conficere nihilominus legationem. [Is, in quem causa conferetur) Is in quem crimen transfertur, num tantum potuerit, vt id scelus facere cõpellere potuerit. [Potuerit obsisti) In quem culpa transfertur: ne in id crimen reus ipse incideret. [Ita sit) Sicut reus refert. [Concedi reo conueniat)Quo pœnam vllam non subeat. [Et quæretur) Disputabitur. [Si causa in rem quandã conferetur) Diximus enim criminis remotionem bipartito fieri. nam cum causa in alium quempiam hominem; tum in aliud quod in criminis causa fuisse ostendemus. transferendo remouetur. [Quæ de necessitudine præcepimus) Subaudiendum, cum concessionis partes tractauimus. Hic communes erunt loci, accusatoris, facti indignatio, ac ex ipsa re si quid conquestionis habebit, sumi oportebit. Defensoris, cum in alio culpa sit, aut in ipso non sit supplicio reum affici nõ oportere. Hic Cic. constitutionum tractationem concludit. Sed in partitionibus oratorijs ad filium, iuridicialem constitutionem ita primum partitus est. vt alteram partem æqui, & boni ratione defendi dixerit, alteram ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinere dixerit. In beneficio autem gratiã, in iniuria punitionem dixit nominari. Idem in secundo de Inuentione. Iuridicialem causam, inquit, esse dicebamus. in qua æqui, & iniqui natura, & præmii aut pęnę ratio quæreretur. Deinde post paulum subiungit, nunc de pręmiis consideramus. L. Licinius Crassus consul, quosdam in citeriore Gallia nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine. neque numero præditos, vt digni essent qui hostes P. R. esse decernerentur. qui tunc excursionibus, & latrociniis infestam prouinciam redderent, cõsectatus est, & confecit, Romam redit. triumphum à Senatu postulat. hic & in deprecatione nihil ad nos attinet. rationibus, & infirmationibus rationum supponendis, ad iudicationem peruenire; propterea quod nisi alia quoque incidet constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit iudicatio, & in quæstione ipsa continebitur. In deprecatione huiusmodi: Oporteat ne pœna affici. In hac huiusmodi: Oportet ne dari præmium. Subiungit inde ad hanc constitutionem tractandam proprios, & communes locos, quos qui scire velit ipsum in 2. de Inuẽtione illic legant. In hoc autem illud miratus sum, quod cum se de præmio, & pœna explicaturum prius pollicitus sit, cum præmio in exposuerit, de pœna nullam prorsus fecit mentionem, nisi ex iis de locis è contrario comparatis pœnam velit intelligi. quod multis rationibus, quas nunc referre ne longum faciam superuacuum esse arbitror, nullo modo mihi persuadeo. His autem iuridicialis cõstitutionis partibus, Quintilianus multorum opinione quantitatem subiungit. quem tamen raro tractari dicit, inquiens. Quantitas quoque plerunque etiam si non semper, plerunq; in recte subiacet, seu modus est, seu numerus, seu modus aliquando cõstat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantum ve beneficiũ. aliquando iure, cum id in controuersia venit.

sit, qua quis lege puniendus, vel honorãdus sit. Illi quoq; quę ex numero ducitur, pendet ex iure, an Thrasibulo triginta præmia debeant. Licet hic mihi quæ pluribus supra explicauimus quo omne quod diximus cognitu facilius videatur, in breuem summam cõtrahere. Genus igitur rhetoricæ facultas est, cuius trinę sunt species. Demonstratiua, quæ laude ac vituperatione constat. Deliberatiua, quæ suasione dissuasioneq. conficitur: Iudicialis, quæ intẽtione depulsioneq. cõsistit. Demonstratiuæ tempus præsens est, locus vbi totus coit populus, auditor ipse populus. Deliberatiuæ tẽpus futurũ locus est Senatus, vel vbi qui reip. gubernandæ pręsunt coire consueuerunt, quod & ipsi auditores. Iudicialis, tempus pręteritum, locus forum, auditor iudex. Demonstratiuæ finẽ honestatem quidam dixere. Sed alii non circa solam honesti quæstionẽ esse putarunt, qui voluptatem adiecere. Deliberatiuæ finem vtilitatem, sed dignitatẽ alii etiam subiecerunt. Iudicialis finem iustum, & æquum esse, sed in omnibus spectandum apud quem quid aliquis sit dicturus. Partes rhetoricę quinque sunt, inuentio, dispositio, memoria, pronunciatio, elocutio. Nam cum omnis oratio rebus, & verbis cõstet, in rebus intuenda inuentio, in verbis elocutio est, in vtraq; aũt, quam dispositionem appellemus, quæ omnia complecti debet memoria, & actio, quæ voce motuq. cõcinno corporis cõstat, debet cõmendare rhetoricæ materia, omne quod dicendo possit illustrari, quod omne, aut demonstratiuo, aut deliberatiuo, aut iudiciali genere cõprehenditur. Materiæ partes sunt cõstitutiones. nullam.n. orationem inuenias, quæ non cõstitutione aliqua cõstet. Est aũt constitutio, quod potissimũ in oratione esse oportet, ad quod omnia referuntur, si quidẽ, & firmamentum, & iudicationem nihil aliud esse, quàm constitutionem video. Nam cum sit constitutio, id quod in cõtrouersiam venit, & de eo quod in cõtrouersiã venit quæstio sit, idq. & ratione firmetur, & infirmetur firmamẽto, & de eodem, de quo quęstio est iudicetur, nullo modo diuersa hæc mihi esse videntur. cõstitutionũ vero genera aut in scripto sunt legitimæ, aut extra scriptum, quæ rationales cõstitutiones appellantur. Quæ in scripto sunt, quinque modis fieri possunt. vno, cũ hic scriptum, ille defendit sententiam, quæ constitutio scriptũ, & voluntas nominatur. Alio cum duæ inter se leges contrariæ sunt. tertius modus ambiguum, quartus ratiocinatio, quintus definitio nominatur, nec refert. si etiã in his ordinem hunc non seruetis. Translationem aũt, quam legitimarum cõstitutionũ hic vnam fecit, & quam alicubi quartam in ordine constitutionẽ numerauit, & de qua alibi nullam fecit mentionẽ, supra etiam constitutionẽ esse non posse ostendimus. Aliarum vero constitutionũ quæ rationales, quod in rerum ipsarum quæstione positæ sunt, dicuntur. Prima est coniecturalis, aut inficialis nominata, cum an sit aliquid, in quęstione positum est. Secunda, cum quid sit quęritur, quia definiendum est, de quo quęritur, diffinitiua constitutio nominatur, quam Cic. sicut alibi, post coniecturalẽ constitutionẽ enumerauit. ideo hic nõ posuit quod in legitimis definitiuam posuerat. licet tamen inter se ita differant, vt quæ rationalis definitiua nominatur, eam rem quæ non sit in scripto, quæ autem legitima, quod in lege scriptum verbum est, de quo ambigatur, definiat. Tertia rationalis cõstitutio, quæ qualitas appellatur, hic iurisdicialis à Cic. nominatur, alibi generis quam in negocialem, & iurisdicialem partitur. Negocialẽ Græci πραγματικὴν vocant. in hac de rebus ipsis quęritur, remoto personarũ complexu. vt sit ne liber qui liber esse asseritur, an opes superbiam pariant, an quod iustum est, idem bonum sit. Iurisdicialem, cui tñ in Topicis hoc nomẽ Cic. veretur tribuere, dicunt, in qua ferè eadẽ, sed certis destinatisq. personis quęruntur. An ille iuste hoc fecerit, vel bene Cic. aũt negocialẽ secus definit, quippe quã inquit. Negocialis, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur. cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimant. Vt sit, veluti Cic. sentit. Iurisdicialis de pręterito, semper negocialis semper de futuro. quod Quintil. improbat, cum ita scriptum relinquit. Sed quod ipsius de his libris iudicium fecerit, supra dixi. sunt enim velut regestæ in hos commentarios quos adolescens deduxerat scholæ, & si qua est in his culpa, tradentis est, siue eum mouit id quod Hermagoras prima in hoc posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quod Græci πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. Sed Cic. quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit, ideoq. culpari tanquam falsa præcipiat, non potest. Iurisdicialem Cic. ita definit. Iurisdicialis est, in qua æqui, & recti natura, aut pręmii aut pœnæ ratio conquiritur. Alii sic definiunt. Iurisdicialis est, in qua ęqui, & recti, iniqui ve aut iniusti natura, aut præmii, aut pœnæ, aut vtriusq; quantitatis ratio quęritur, iurisdicialis quidẽ ipsa in duas distribuitur omniũ cõsensu partes, absolutam, & assumptiuã. Absoluta est, quę in se continet iuris, & iniuriæ quęstionẽ, in quibus recti, & æqui, iniusti, & iniqui natura, præmii aut pœnæ, aut quantitatis, quã aut in numero, aut in modo esse demonstrata est ratio quæritur. Et cum intra se quæstio continet, nec aliunde quo id probet sumit, absoluta dicitur constitutio. Assumptiua autẽ, quæ hæc eadem quærit, sed ex ipsa nihil dat firmi ad recusationẽ, foris quidẽ aliqd assumit defensionis. Huius partes sunt quatuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, criminis cõparatio, præter id quod de præmio aut pœna, aut præmii vel pœnæ quãtitate quęritur. Cõcessionis partes sunt duę, purgatio, & deprecatio. Purgationis tres sunt partes, imprudẽtia, casus, necessitas. Remouetur crimen aut in rem, aut in hominem. Hæc fuit omnium constitutionum, quas supra tractauimus partitio, quas in breuiorem adhuc summam possumus colligere, & tres omnino esse constitutiones ostendere. si quidem omne quod in controuersiã venit, de quo quæri solet, aut an sit, aut quid sit, aut quale sit quæritur. An sit quidem, in id, quod ad rei rationem attinet, & in id, quod in scripto est, diuiditur: in id, quod in ratione positum est, coniecturalis aut inficialis est constitutio, quod in scripto est, vt amphibologia, quę coniectura semper explicatur. Quid sit aũt, quod secundo loco sequitur, siue cum verbũ quod a causa ipsa feratur, siue quod scriptum ferat, intellectus quæstionem habet, definitur, definitiua cõstitutio nominatur. Hoc tamen quod scriptũ est, quod rerum quoque scripti contemplatione constat, coniecturali etiam, & qualitati cõe est, sicut scriptum, & voluntas. quę sine dubio, aut qualitate, aut coniectura continenẽ. qualitate quidem, cũ alterutrũ, aut iure, aut iniuria defendi ostenditur, coniectura autẽ, cum illud demum inuestigamus, qbus possumus vestigiis signisq., vtrum potius tenendum sit, an quod scriptũ est, an quod scriptoris fuisse voluntas perhibetur. Legis quoq; contrarię iisdem quibus scriptũ est, & voluntas constat. cõis.n. tam coniecturæ, quam qualitatis iidem rationibus est. Nam si ius aut iniuriam fieri ex alterutra harũ legũ demonstres, qualitatis erit status, sin autẽ quid sibi vtraque tandem voluerit inuestiges, coniecturalis. Si itaque quale quid sit quæratur, aut ẽ quod in ratione sola positũ est quæritur, aut quod in scripto, quod ratione sola perpenditur, generalis qualitas, vel iuridicialis status nominatur, aut quod in scripto, cũ nullam legem habemus, quæ quid tenendũ in aliqua re. de qualis sit significet, multas tñ afferimus, vt ex similitudine aliarum rerum quas leges creuerint, ius aut iniuriã esse, quod in cõtrouersia est ostẽdamus. Hæc proprio nomine syllogismus vel ratiocinatio nominatẽ, sed nihil aliud est, quàm qualitas. Aut ius ipsum, vel iniuria exquiritur, vb. scriptum, & voluntas opponunẽ, vt iam dictũ est, aut vbi contrariæ sunt leges, aut vbi aliquod diffinias verbum quod in lege scriptũ sit. Sunt igitur, si accuratius inspicias, tres omnino status, an sit, quid sit, & quale sit, nec plures. Sed vt res discentibus breuior fiat, à summis auctoribus tradita est vt primũ gñra duo esse diceret, rationale, & legale. Deinde rationalis partes essent cõiectura, & inficialis, diffinitiua, & qualitas, & generalis. Legalis aũt partes, scriptũ, & voluntas, ambiguu, diffinitio, leges cõtrariæ, ratiocinatio fecerunt. Sunt qui status ad iudicialem materiam tantum pertinere dicerent, quorũ inscitiam res ipsa per se satis arguit, & nos posterius, cũ deliberatiuum demonstratiuũq. genus exposuerimus, paucis demonstrabimus. Rhetoricæ aũt facultatis actor, orator, quia Latine oratoria, quã Græce ῥητορικὴ dicitur, nuncupata est. Orator optimus est, qui dicendo animos audientiũ, & docet, & delectat, & permouet. Docere debitũ est, delectare honorarium, permouere necessariũ. Officium oratoris est, bene dicere. Finis, bene dicere ad persuadendũ. ad id aũt transigendum instrumento vtitur, hoc oratio nominatur. Orationis partes sunt, exordium, narratio, partitio, cõfirmatio, cõfutatio, peroratio. Exordiorũ duas esse species ostendimus, alteram quæ principiu, alteram quæ insinuatio diceretur, in vtroq; cõciliandos auditores procuratũ iri, vt attente audirent, atque dicturi essemus, vt breuiter eos doceremus. & in exordiis cõficiendis, quinque causarũ genera longe animaduertenda esse, honestũ, turpe, dubiũ, humile, admirabile. Narrationum autẽ genera, quę ad oratorem pertineant, duo esse diximus: vnũ, quod ad eas causas attinet, de quibus futurum iudiciũ est: alterum, quod aliqñ intercurrens voluptatis plerunque nostrę, aut recreationis audientiũ causa magis quàm quod omnino necessaria videatur. Narrationũ partitio sequitur, de qua abunde supra diximus. partitioni cõfirmatio, & refutatio subiungiẽ. At de quo controuersia ẽst, quod

in causa potentissimum est, quod cōstitutionē nominari diximus, id maxime cōfirmandum refutandumq. est. Coostitutio nes exposuimus, & constitutionū partes, ac singulis qui nam propriu cōmunesq. loci accommodati essent, vnde argumentationes eliceerentur, ostendimus. Nam nō satis fuit, quod in quęstione poni posset, nosse, nisi quo pacto quod in controuersia veniret, vt inq. defendi posset, cognosceretur. Nunc quo pacto absolutas liceat à nobis argumētationes cōparare, tunc doctu rus, vnde qm satis ostēdisse, inquit, videmur. & quę sequuntur.

LONG. At in rem, aut in hominem) Addunt aliqui, in legem, sed idem est, quod in hominem. Exemplum personæ sit. Legatus intra. 30. diem nauiget, legatus non accepto à quæstore viatico, nō nauigauit intra 30. diem, reus fit male gestæ legationis. Hic. n. remouet crimen in quæstorē, à quo viaticum non accepit. In rem vero esto hoc. Missus est cum exercitu ad expugnationē ciuitatis imperator, postquam accessisset, inuenit pestilentia eam laborare, reduxit exercitū, reus est læsæ reip. In legem vero exemplum est apud Cic. lib. præcedente.

A B C. Cum à nobis &c.) Docet quomodo vtendum sit remotione criminis dicens. Cum, id est, quando nos volemus remouere à nobis crimen, tunc sup. conferemus causam peccati nostri in rem, aut in hominem. Si causa conferetur in hominē, id est, imputabitur homini, & dicemus nos id fecisse propter culpam ipsius, tunc quærendum erit primum ne pro an is in quem causa conferetur potuerit tantum quantū reus, vtpote qui remouendo à se crimen in ipsum contulit, demonstrabit hoc est an verisimile fit illum tantum potuisse ad faciendus tet, vt facere. vt eius causa fecisse dicatur, & quærendum est scilicet ab impugnatore rei, quonam modo reus sup. potuerit obsistere. s. tentationi, aut vi, aut suasioni illius in quem culpam reiicit, aut honeste, aut sine periculo. Et sup. si maxime ita sit, q istantum potuerit, quærendum sup. est, num. i. nunquid conuenit ea re, id est, propterea concedi. id est, condonari reo illud quod fecerit inductu alieno aut si q est coniunctio dicatur cōcedi, i. ignosci, q. i. quia fecit inductu alieno. Deinde sup. lis trahetur in causam coniecturalē, & differetur. i. discu. tetur, num. vtrum factum sit consulto. i. pet deliberationem, & con sultationem preuiam. Si causa conferetur in rem aliquam, i. re mouendo à nobis crimen culpabimus rem aliquam, vt paupertatem, ebrietatem, imprudentiam, perplexitatem &c. tunc &. i. simul hæc eadem ferè. s. omnia, & omnia quæ præcepimus sup. considerande de necessitudine erunt consideranda.

ARGVMENTATIONES QVOMODO SINT TRACTANDAE.



Vonıam satis ostendisse videmur, quibus argumentationibus in vnoquoque genere causæ iudicialis vti conueniret, consequi videtur vt doceamus quemadmodum ipsas argumentationes ornate, & absolute tractare possimus. nam ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiumento: difficillimum vero est inuentum expolire, & expedite pronunciare. hæc enim res facit vt neq; diutius, quàm satis sit, in eisdem locis commoremur, neq; eodem identidem reuoluamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neq; incōmode ad aliam deinceps transeamus. Itaque hac ratione, & ipsi meminisse poterimus, q quoq; loco dixerimus: & auditor cum totius causæ, cum vniuscuiusque argumentationis distributionem percipere, & meminisse poterit. Ergo absolutissima, & perfectissima argumentatio est ea, quæ in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit quod probare volumus. Ratio est causa, quæ demonstrat id verum esse quod intendimus, breui subiectione. Rationis confirmatio est ea, quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationem. Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ, & colocupletandæ causa, confirmata argumentatione. Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. Hisce igitur quinque partibus vt absolutissima vtamur, hoc modo tractabimus argumentationē. Causam ostendemus Vlysi fuisse quare interfecerit Aiacem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat: à quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. videbat, illo incolumi se incolumem non futurum. sperabat, illius morte se salutē sibi comparare. consueuerat, si iure non poterat, quauis iniuria inimico exitium machinari. cui rei mors indigna Palamedis testimonium dat. ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, à quo supplicium verebatur: & consuetudo peccandi maleficii suscipiendi remouebat dubitationem. Omnes enim, qui minima peccata cum causa suscipiūt, tum vero illa quæ multo maxima sunt maleficia. aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniæ spes: si complures scelere se cōtaminauerunt imperii cupiditate: si multi leue compendiū fraude maxima cōmutauerunt: cui mirum videbitur, istum à maleficio propter acerrimam formidinē non temperasse? Virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum persequentissimum, iniuria lacessitum, ira excitatum, homo timidus, nocens, conscius sui peccati, insidiosus, inimicum incolumem esse noluit: cui tandē hoc mirum videbitur? Nam cū feras bestias videamus alacres, & erectas vadere, vt alteri bestiæ noceant, non est incredibile putandum, istius quoq; animum ferum, crudelem, atq; inhumanū cupide ad inimici perniciem profectum: presertim cum in bestiis nullam, neq; bonam, neq; malam rationē videamus, in isto plurimas, & pessimas rationes semp fuisse intelligamus. Si ergo pollicitus sum, me daturum causam, qua inductus Vlysses accesserit ad maleficium: & si inimicitiarū acerrimam rationē, & periculi metum intercessisse demonstraui: nō est dubiū, quin confiteatur causam maleficij fuisse. Ergo absolutissima est argumētatio ea, quæ ex quinque partibus cōstat: sed ea non semper necesse est vti. Tum enim cōplexione supersedendū est, si res breuis est, vt facile memoria cōprehendatur: tum exornatio prætermittēda est, si parum locuples ad amplificandū, & exornandū res videtur esse. Sin & breuis erit argumentatio, & res tenuis, aut humilis, tum exornatione, & cōplexione supersedendum est. In omni argumentatione de duabus partibus postremis, hæc, quam exposui, ratio est habenda. Ergo amplissima est argumentatio quinque partita: breuissima est tripartita: mediocris, sublata aut exornatione, aut cōplexione, quadripartita.

C A L. Quoniam satis ostendisse videmur, quibus argumentationibus in vnoquoq; genere causę iudicialis vti cō ueniret) Arguere, ostendere diceruni veteres. Iuueo. Molles quod in aute fenestræ Arguerint. Ab hoc venit argumentū, & argumētatio. sed ab arguo argumentū, à præterito. n. argui, sicut & similis formæ cetera verbalia nomina: primum veteres argumen, deinde argumentū, velut testamentū, quasi

quasi à testaui, testamẽ, primum, post testamentũ, munio, muniui, munimen, munimentum, sterno, straui, stramen, stramenti, pauca ab hac regula, aut veterũ auctoritate, aut euphonia discrepat, quæ necessaria. Sic igitur ab arguo argumentũ inflexum, ab argumento argumentor verbum. Sed quoniam hic nõ est docendi grammaticã locus, satis sit attigisse, ab argumẽtor, vel si in vsu veterũ fuit, argumẽto argumentaui argumentatum, vnde argumentatio, sicut lego, legi, lectum, lectio. Differũt itaq; argũ. & argumentatio, hoc pacto, quod argũ est non oratio, sed rõ dubiæ rei faciens fidem, sic. n. Cic. diffinit in Topicis. Et hæc mihi longe potior videtur diffinitio, quam ea quam tulit Quintil. & ne id quidẽ quod Victorinus dicit, me præterit, qui argumentum sub argumentatione antiquos posuisse, & argumentationem sub argumẽto, & hac de causa alterum pro altero poni somniat. Sed ne nimius sim, hæc in aliud tẽpus mittimus confutanda. Argumentatio aũt est oratione argumenti explicatio. Nec negauerim, pro altero alterum plerunq; poni posse. Et ẽt vbi argumẽta signa significent. vt apud Iunen. Argumenta viri, signa, quæ viri esse indicant. Argumẽtorum igitur quatuor sunt species. Alia quidem probabilis & necessaria, alia vero necessaria, sed non probabilis, alia autem probabilis, sed non necessaria, alia nec ꝓbabilis, nec necessaria. Probabilis, & necessaria: vt, Peperit, cum viro cõcubuit: Omne totum maius est sua parte. Necessaria, & non probabilis, cum aliquid euenire quidem necessarium est, sed ei statim nõ cõsentit auditor, vt hoc, quoties terra inter Solem, & Lunam interuenit, defectus est in Luna. ꝓbabilis, & non necessaria, vt hoc, si mater est, suum diligit filium, nec probabilis, nec necessaria, velut hoc, hic canis est filius, & est tuũs, ergo est filius tuus. Quintil. autem: Probationum preterea, inquit, omnium aliæ sunt, necessariæ, aliæ credibiles, aliæ nõ repugnantes. Adhuc omniũ probationum quadruplex ratio est, vt vel quia est aliquid. & ob hoc aliud non sit: vt, Dies est ergo nox non est, vel qa aliud non est, aliud sit, Nox non est, dies est, vel quia est aliquid, & aliud sit: Sol est super terram, dies est, vel quia aliquid non est, nec aliud sit, Nõ rationale animal est, nec homo est. Sed hi probationem modi quos posterius posuit, memoratis iam supra quatuor subiiciunt formis. Nam sequi, & probabile, & necessarium potest, & necessarium, sed non probabile, aut probabile, & non necessarium, aut nec probabile, nec necessarium. tres autem illi quos prius enumerauit modi ne parum curiose legentibus non rectu enunciati videantur ita intelligendum necessarium quidem, siue videatur aliquibus, siue non videatur, necessarium tamen sit credibile, siue aliquibus videatur, siue non videatur, credi tamen possit non repugnans. quod cũ nec necessarium, aut credibile sit, nec videatur, nõ repugnet tamen necessarium, vt hoc, omne ortum interire. Credibile: vt, Quidã cruento inuentus, gladio est, vbi necatus homo inuentus sit, homicida est. Non repugnans, velut hoc: Omne ortum senescere. apparet ergo quartum modũ, quem supra retulimus, à Quintiliano nõ esse positũ, hoc est repugnãs, nec credibile, qđ nec probabile, nec necessariũ nominauimus, vt si dicas, hic nõ animi sit, cornua, ergo cornua habet, quẽ vtpote sophisticam & puerilem contempsit vir eruditissimus. Argumentationum vero duę sunt species, velut Arist. scripsit, syllogismus, quam ratiocinationem, & ἐπαγωγὴ, quam inductionem Latini transtulerunt. Et his duobus argumentandi principijs, duo alij argumentationis nascuntur modi, vnus quidem syllogismo, alter vero inductioni suppositus. syllogismo quidem, enthymema, quod commentum à latinis dictum inductioni vero exemplũ, quod à Grecis παράδειγμα nominatur, hæc duntaxat decurrisse hic nobis satis sit, nam post paulũ, vbi syllogismi partes enumerandę sunt, quo pacto hæc inter se differant, abunde aperiemus. Hoc ergo dicit, quibus argumentationibus. i. orationibus: Quæ nobis probare aliquid posse videantur. [In vnoquoque genere causæ) Siue legitima, siue rationali sit. Iudicialis, non quin deliberatiuo demonstratiuoq. hæc eadem tractari, & scire conueniat, sed qđ iudiciale genus longe plus habeat difficultatis. [Ornate) Ornate, quod oratorum id proprium sit. nam dialectici argumẽtationibus quidẽ vtuntur, sed incõptis. [Et absolute) Vt nulla desit pars cũ nimia breuitate, qua dialectici concise nimium argumẽtari videãtur. id paulo post exemplis docebimus, vbi quomodo dialectici, & quomodo rhetores aliquid probent, apparebit. [Inuentum expolire) Argumentari enim haud difficile est, sed argumentationes exornare sententiis, longe difficillimum. [Et expedite pronunciare) Ne quid, quam quod ad eam rem attineat, prætermissum, nec superflua, & redundantia inserta esse videantur. [Hæc enim res facit) Expoliendo, & expedite pronunciando. [Neque eodem) Identidem, quasi idem, & idem, hoc est sępius inculcando quę dicta sunt. [Reuoluumur) Inconuexi & vagantes quodammodo loquamur, hoc dicit quoniam argumentatio, nexibus quibusdã certis connexitur, efficit, vt interloquendum inani quodam verborum tinnitu spatiantes, non euagemur. [Neque inchoaram argumentationem relinquamus) Prius quam eam absoluerimus, quando certis partibus eam cõstare necesse est. [Neque incommode) Quando & ea potius mentem audientiũ subrepsisse, qua expolita nec nimium longa esset nec etiã indoctos præteruolasse, vt nimis concisa posset. [Ad aliã deinceps transeamus) Subaudiendum, argumentationem. [Itaque hac ratione, Hoc pacto ergo absolutissima. & perfectissima est narratio, & argumẽtatio ea quę in quinque partes est distributa. Diximus supra, omnem argumẽtationem, aut per inductionẽ tractandam esse, aut per ratiocinationem. Inductio, vt Cicero inquit, est oratio, quę rebus nõ dubiis captat assensionẽ, eius qui cum instituta est quibus assensionibus facit vt illi dubia quædã res propter similitudinẽ earum rerum quibus assensit. probetur velut apud Socraticum Aeschinem demõstrat Socrates cũ Senophontis vxore, & cum ipso Senophonte Asphasiam locutã. Dic mihi queso Senophontis vxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes. vtrum illius an tuum malis? Illius, inquit. Quid si vestem, & ceterum ornatum muliebrem precii maioris habeat, quam tu habes tuum ne an illius, malis respondit, illius vero, Age si, inquit, virum illa meliorem habeat quam tu habeas vtrum ne tuum virum malis; an illius? hic mulier erubuit merito. male enim responderat, se male aurum alienum quam suum, nam est in id hoc improbum, at si respondisset. male se virũ suum talem esse, qualis esset, potuisset pudice respõdere. Est igitur inductio, oratio, quę rebus nõ dubiis quæ proponuntur, captat assensiones eius, siue is philosophus, siue iudex, siue quiuis alius, qui cum instituta est. Fit ergo inductio, vt primo proponamus: illa, qui extra negociũ sunt, sed tamen ad negocium per similitudinem spectent, & talia, inquit, esse debent illa quæ proponimus vt necessario is cũ quo agas ita esse fateatur atque consentiat. quod cum consenserit, paulatim ad id vnde dubitatur descendes, & his quæ supra concessa sint simile esse cõfirmes. Quare ratione rogationis imprudens, ab eo quod concessit, ad id quod non vult cõcedere deducendus est. Extremum autem, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur, si negabitur, aut ostendenda similitudo est earum rerum, quæ ante concessę sunt, aut alia vtendum inductione, si conceditur, concludenda aut argumẽtatio, si tacebitur, aut elicienda responsio est, aut quoniam taciturnitas comitatur confessionem, pro eo ac si concessum sit concludere oportebit argumentationem. Ita fit hoc genus argumentandi tripartitum prima pars ex similitudine cõstat, vna pluribus ve, altera ex eo quod concedi volumus, cuius causa similitudines adhibitæ sunt, tertia ex conclusione, quæ aut confirmat confessionem, aut quid ex eo conficiatur ostẽdit. Ex in genere ciuili causarum Cicero etiam exemplum, quo res cognitu facilior fieret, dedit inquiẽs: Ergo in hac causa, quę apud Gręcos est peruagata, cum Epaminũdas Thebanorum Imperator, ꝙ ei qui sibi ex lege pretor successerat exercitum nõ tradidit, & cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit, poterit accusator argumẽtatione vti per inductionem, cum scriptum legis cõtra sententiam defendat ad hunc modum. Si iudices id, quod Epaminũdas ait legis scriptorem sensisse ascribat ad legem, & addat hanc exceptionem, extra quam si quis reip. causa exercitũ nõ tradiderit patiemini? non opinor qđ si vosmetipsi, quod à vostra religione, & sapientia remotissimum est istius honoris causa hãc eandem exceptionẽ iniussu populi ad legẽ ascribi iubeatis, populus Thebanus id patietur ne fieri? profecto non patietur quod ergo ascribi ad legẽ nefas est id sequi quasi ascriptũ sit, rectũ vobis videatur? noui vestram intelligentiam, non potest ita videri iudices. quod si literis corrigi neque ab illo neque à vobis scriptoris voluntas põt, videre ne multo indignius sit, id re & iudicio vestro mutari, quod ne verbo quidem cõmutari põt. Appatet ergo vno semper modo, & philosophos, & oratores vsos esse inductione, nec verius is differre præceptione. Ab inductione exemplum nascitur, differe vero ab eadem, quod inductione interrogatur, in exemplo fere sumitur, vt si dicas. Quod est pomum generosissimum? nõ ne quod optimũ concederetur. quis equus generosissimus? non ne hi optimus? & plura in eandem modum, deinde hic cuius rei gratia rogatum est, quod homo non ne is generosissimus, qui optimus. fatendum

dum erit. in oratione autẽ perpetua plerunq; sibi respondet orator, quod pomum generosissimum? puto quod optimum & equus? qui velocissimus, ita hominem, non qui celebritate nascendi, sed qui virtute maxime excellit. hac inductione probari manifestum est. Exemplo autem dices: Vt pomum generosissimum putas, quod optimũ, ita homo non qui genere, sed qui virtute excellit, optimus putandus est. Sed hæc potius similitudo est. vt paulo post apparebit, in quo & illud licet animaduertere, quod cum in inductione plura assumas, in exemplo solum vno contenti simus. Vnica enim re posita, rem vnicam ostendere contendit, siue quod assumas fictum, siue verũ sit, non refert. Quapropter, & sic diffiniri etiam inter magnos auctores conuenit. Exemplum est rei gestæ, aut vt gestæ, vtilis ad persuadendum id quod intenderis commemoratio. & licet Græci omniũ similium appositionem generaliter vocent παράδειγμα. & specialiter ea in quibus rerum gestarũ auctoritate vtuntur, nostri tñ similitudinẽ hoc vocari maluerunt. quod proprio ab illis verbo παραβολὴ dicitur illud autem exemplũ aut sibi simile est suis partibus vt iure occisus est L. Apuleius Saturninus, sicut Grachi, aut dissimile, vt Brutus occidit liberos proditionem molientes Manlius virtutem filii morte mulctauit. aut contrarium, vt Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eosdem socio expoliauit. Ex maioribus ad minora exempla efferuntur: vt, si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? A minoribus ad maiora, vt Tibicines cũ ab vrbe discessissent, publicæ reuocati sunt, quanto magis principes ciuitatis, & viri bene de repub. meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi? Similitudo enim, quam græci παραβολὴν, Cicero collationem vocat, longius res quæ comparantur solet repetere. Neq; hominum modo inter se opera similia spectant, vt Cicero pro Sexto Roscio facit: An seribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent, si fures venerint, ac fures internoscere non possunt, significant tamen si qui noctu in Capitolium venerint, & quia hæc animalia facile suspicantur, in ea partẽ potius peccant, quæ est cautior, quod si luce quoq; canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerit, non opinor his crura suffringi oportere, quòd acres sint etiam tum cum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio, alii vestrũ anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere nõ possunt, alii canes, qui & latrare, & mordere possunt, cibaria vobis præberi videmus: vos autem maxime debetis in eum impetum facere, qui meretur. Est & breuis similitudo: vt, Eunt populabundi per vrbem, ceu raptores lupi. Est ergo exemplum vbi opera hominum similia conferuntur, quæ breuibus solent enunciari, cum secus fit, similitudo nuncupatur. Sed de inductione, & exemplo hactenus dictum sit. De syllogismo, & enthymemate iam breuiter dicendum est, Syllogismum his verbis diffinit Aristoteles, συλλόγισμος δέ ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι, &c. quod ita quidam in latinum vertere. Syllogismum est, oratio, in qua positis quibusdã, & concessis, aliquid quiddam per eo quæ concessa sunt euenire necesse est, quã sint ea quæ concessa sunt. vt si dicas: Omnis homo est animal, omne anima substantia est, omnis igitur homo substãtia est. Syllogismorũ tres figuræ, tanquã tria sunt genera prima figura modos tanquã species syllogismorum, auctore Aristotele, quatuor continet, sed Theophrastus. & Eudemus his quatuor quinque addiderunt, principium tñ inueniendi ab Aristotele in secũdo priorũ Analyticorũ volumine capientes. Secunda figura quatuor modos. Tertia sex, docẽte Aristotele, habet. addunt alii vnum, vt Porphyrius. nec me prætereit, alios plures adhuc figuras, quippe qui quatuor esse voluerunt, alios plures modos effecisse, sed hæc mittimus nũc excutienda dialecticis, siquidem ad institutum nostrum non attinent. Ex omni igitur syllogismo nasci enthymema põt. vt de enthymemate pauca prius, post de syllogismi partibus longius disputemus. Enthymema, imperfectus est syllogismus. i. oratio, in qua non partes eæ quibus syllogismus constat adhibent, sed infertur sola conclusio, vt si dicatur. Omnis homo animal est, substantia igitur est. Quale illud pro Ligario. Causa tum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte quod probari posset, & nunc melior ea iudicanda est, quam etiam dii adiuuerunt, habet assumptionem, & assumptum, cõclusione vero non habet, ita est ille imperfectus syllogismus. Expugnantibus vero quidam sulum vocant enthymema, tale Ciceronis est pro Milone. Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putetis per vos restitui posse, nolitis. Optimum autem enthymematis genus

maritu Quintilianus putat, cum propositio dissimili, vel contrario, ratio subiungitur, quale est Demosthenis: Non enim si quid vnam contra legis actum est, idque tu es imitatus, ideirco te conuenit pœna liberari, cum contra damnari multo magis, nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses: ita damnatus tu si fueris, non scribet alius. Plura ex enthymemate non adiiciam. quando in Topicis Cic. de hoc abunde diximus, quæ si quis legat, hæc cursim recensa melius intelliget, & si quid cuiquam hic minus erit obuium, illic certior fiet, quando ad syllogismi partes explicandas in præsentia festinamus. Syllogismum igitur, siue ratiocinationem, qui, vt Cicer. inquit, est oratio, ex ipsa re probabili aliquid eliciens, quod expositum & per se cognitum sua sponte ratione confirmet, alii sex partibus, alii quinque, alii quatuor, alii tribus, duabus alii constare voluerunt, & qui vnica posse etiam parte consistere, non defuere, qui sex partes esse voluerũt, pauci sunt, & hi quidem propositionem primam eni subiungentes rationẽ secundam deinde assumptionem tertiam, & assumptionis rationem subiungentes quartam esse partem voluerunt. Postremo conclusionem, deinde cõclusionis rationem. Cicero autẽ quinque partes esse maxime defendit, cũ inquit. Qui putant in quinque partes distribui oportere, aiunt primum conuenire exponere summam argumentationis ad hunc modũ melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur, hanc primam partem numerant. eam deinde rationibus variis, & quam copiosissimis verbis approbari putant oportere, hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur omnibus est instructior rebus, & apparatior, quam ea quæ temere, & nullo consilio administratur, exercitus is cui præpositus est sapiens, & callidus imperator omni modo commodius regitur, quam is qui stultitia, & temeritate alicuius administratur: eadem nauigii ratio est. nam nauis optime cursum cõficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint ratiocinationis tertia in parte aiunt quod ostendere velis, id ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto, nihil autem rerum omniũ melius, quàm omnis mundus administratur, huius assumptionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem, hoc modo: nam & signorum ortus, & obitus, definitum quanquam ordinem seruant, & annuæ commutationes non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ, nam diurnæ nocturnæque vicissitudines nulla in re vnquam mutatæ quidquam nocuerunt, quæ signo sunt, omnia non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt loco complexionem, eam quæ aut id infert solum quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo. Consilio igitur mundus administratur, aut vnum in locum conduxerit, breuiter propositionem, & assumptionem adiungit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum. Quod si melius geruntur ea quæ consilio, quam quæ sine consilio administrantur si, nihil autem omniũ rerum melius administratur quam omnis mundus, consilio igitur mundus administratur. Quinque partitã igitur hoc pacto putant esse argumẽtationem. In iudiciis autem idem, quo hoc apertius fiat, exemplum ponit, vt si quis Epaminundam quod succedendi sibi exercitum illico non tradiderit, velit defendere, dicat: Omnes leges iudices ad commodum reipub. referre oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex scriptione quæ in literis est interpretari, ea enim virtute, & sapientia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque vtilitatem reipub. proponerent, neque.n. ipsi quod obesset scribere volebant, & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legẽ intelligebant, nemo enim leges legum causa saluas esse vult, sed reipub. quod & legibus omnes rempub. optime putant administrari, quamobrem igitur leges seruare oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit. hoc est, quoniam reipub. seruimus, ex reip. commodo atque vtilitate interpretemur, nam vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectet, quoniam eius causa est instituta, sic a legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reipub. conducat, proficisci quoniam eius causa sunt comparatę. Ergo in hoc quoq; iudicio desinite literas legis perscrutari, & legem, vt æquum est, ex vtilitate reipub. considerate. Quid magis vtile fuit Thebanis, quam Lacedæmonios opprimi? quid magis Epaminundã Thebanorum imperatorem, quàm victoriæ Thebanorũ consulere decuit? quid hunc tanta Thebanorũ gloria, tam claro atq; exornato trophæo, carius atque antiquius habere conuenit?

scripto

scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam cõsiderare debebat, ad hoc quidem satis consideratum est nullam esse legem, nisi reipub. causa scriptam. summã igitur amentiam esse existimat, quod scriptum esset reip. salutis causa, id nõ ex reip. salute interpretari. quod si leges omnes ad vtilitatẽ reipub. referri conuenit, hic autem saluti reip. profuit, profecto non potest eodem pacto, & cõmunibus fortunis consulisse, & legibus obtemperasse. Quatuor ergo partibus constat argumentatio, cũ aut proponimus, aut assumimus sine approbatione. id facere oportet, cũ aut propositio ex se intelligitur, aut assumptio pspicua est, & nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, quatuor ex partibus argumentatio tractatur, ad hunc modũ. Iudices qui ex lege iurati estis, iudicatis legibus obtemperare debens, obtemperare autem legibus nõ potestis, nisi id, quod scriptũ est in lege sequamini quod enim certius legis scriptor testimoniũ voluntatis sui relinquere potuit, quàm quod ipse magna cum cura atq; diligentia scripsit? quod si literæ non extarent, magnopere eas requireremus, vt ex his scriptoris voluntas cognosceretur. nec tamẽ Epaminundæ permitteremus, nisi extra iudiciũ quidem esset, vt is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc, cum patiamur ipsum nõ ex eo quod apertissime scriptum est, sed ex eo quod suæ causæ conuenit, scriptoris voluntatem interpretari. quod si vos iudices legibus obtemperare deberis, & id facere non potestis, nisi id, quod scriptum est in lege sequamini, quin istum contra legem fecisse iudicatis! Assumptionis autem approbatione prætérita, quadripartita sic fiet argumentatio. Qui sæpenumero non per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus, si quid enim perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit præter nosmetipsos quem iure accusare possimus. ac primo quidem decipi, incõmodum est, iterũ stultum, tertio, turpe. Carthaginenses autem persæpe iam nos fefellerunt, summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorũ perfidia deceptus sis toties, vtraq; approbatione præterita, tripartita fit hoc pacto. aut metuamus Carthaginenses oportet, si incolumes eos reliquerimus, aut eorum vrbem diruamus, ac metuere quidẽ nõ oportet, restat igitur vt vrbem diruamus. Sunt autem qui putant, nonnunquam posse complexione, & oportere supersederi, cum id perspicuum sit, quod cõficiatur ex ratiocinatione, quod si fiat, bipartitam quoque fieri argumentationem, hoc modo: Si peperit, virgo non est. peperit autem. hic satis esse proponere & assumere, quod conficiatur, quoniã perspicuũ sit, complexionis rem non indigere. Ciceroni tamen viderur inferri conclusio debere, vel si nolis, vt inferas quod sequitur, vt dicas, peperit autẽ, fecit igitur incestum. Qui autem ex vnaquaq; parte putant cõstare argumentationem dicunt satis esse, hoc modo, argumentationẽ facere, quoniam peperit, cum viro concubuit. Sed hanc argumentationem ab oratore. Cic. propulsat, quòd expolitione careat, nam si solum inuentũ spectetur, ac nihil quo pacto tractetur, quod sit excogitatũ referat, nequaquã tantum inter summos, & mediocres interesse existimabitur. Variare igitur orationem etiam magnopere oportebit, nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Hoc autem facere poterimus, si modo inductione, modo exẽplo, modo similitudine, modo syllogismo, aliquando enthymemate vtamur. deinde in ipsa argumentatione non semper à propositione incipere debemus, quod ne ipse quidem Arist. facit, neque semper omnibus vt syllogismi partibus, quas Cic. quinque omnino esse voluit, idq. multis nititur rationibus comprobare. cui sententiæ maxime repugnat Quintil. inquiẽs, ἐπιχειρήματος, & quatuor, & quinque, & sex factæ sunt partes à quibusdam, Cicero maxime quinque defendit. inde post paulum subiungit. Mihi, & pluribus nihilominus auctoribus tres summi videntur. nam ita se habeat ista natura, vt si de quo quæratur, & per quod probetur, tertium addi potest, velut ex consensu duorum antecedentium, ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac secundæ partis exornatio, & eisdem cedere possunt, quibus subiiciuntur. Sumamus ex Cicerone quinque partium exemplũ, Melius gubernantur ea quæ consilio reguntur, quàm quæ sine consilio administrantur. hanc primam partem numerant, eã deinceps rationibus variis, & quàm copiosissimis verbis approbari putant oportere. Hoc ego totũ in sua ratione vnum puto, alioqui si ratio pars est (est autẽ varia ratio) plures partes esse dicentur. Assumptionẽ deinde ponit, Nihil aũt omnium rerũ melius quàm omnis mundus administraẽ. huius assumptionis quarto in loco iam porro inducunt approbationẽ, de quo idem quod supra dico. Quinto inducũt loco complexionem quæ aut id fert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur. aut vnum in locũ cum conduxit, breuiter expositionẽ. & assumptionem adiungit, quid ex his cõficiatur, cui parti consentio. Quid summi auctores de syllogismi partibus senserint, iam satis, vt opinor, dictũ. Nunc quo pacto singulæ vocentur partes, quando inter summos id auctores nõ conuenit, dicam nam sunt qui primam partẽ syllogismi, velut si ita contextas, quidquid ex seipso mouetur immortale est, maiorẽ vocẽt propositionẽ sunt qui propositionem solum, alii intentionẽ, alii assumptum secundam partem, aliqui minorem propositionẽ, alii assumptionem, quidam rationem, alii rationis cõfirmationem, quod ex ea parte quod antecessit comprobatur, nominarunt. quę est vt hoc, anima autem ex seipsa mouetur tertiã partem alii conclusionem, complexionem alii, alii connexionẽ appellarunt, quod duas superiores cõnectat partes, velut hoc, immortalis igitur est anima. vt sit explicata argumẽtatio, quidqd ex seipso mouetur immortale est: Anima autẽ ex seipsa mouetur. immortalis igitur est anima. Postremo ne illud quidẽ prætereundũ est, fuisse quosdã qui inter syllogismũ, & ἐπιχείρημα hanc esse differentiã putauerũt, quod syllogismũ tribus tantũ partibus, & in ordinẽ digestis cõstare dixerint, huic vero si partes aut demantur, aut addantur alię, aut eædem immutentur, epicherema nuncupari existimarunt. Sed Quint. epicheremæ, inquit, in nullo differt à syllogismis, nisi q̃ illi, & plures habẽt species, & vera colligũt. veris epicherematis frequẽtior est vsus circa credibilia. His intellectis, nihil erit iam vt opinor, quod Cic. suspensam alicuius hic teneat mentem, quo minus quę dicat quilibet sit percepturus, cum inquit. [Ergo absolutissima, & perfectissima argumẽtatio est ea, quæ in quinque partes est distributa) Hoc iam expositũ est vt syllogismus quinque partibus à Cicerone fiat. [Narratio, & argumẽtatio) Nam narratio causæ expositio est, sed quod narratur, & inseritur, locupletandi causa argumentationẽ ipsam inseritur, verũ id esse quod intendimus, si vera accusamus, nam iudiciale genus intentione, & depulsione cõstat, cum certe quod intendimus probare volumus. Etenim, & syllogismo nõ minus in reprehensione, quã in cõfirmatione defensio neq; vti possumus. [Collocupletandæ) Resarciendæ, ornamentis imbuendæ. [Confirmata argumentatione) Nam cum assumptio prolata est, iam cõfirmata videtur argumentatio. [Vt absolutissime) Quo nihil ad modũ desit. [Inimicum. n. acerrimũ de medio tollere volebat, à quo sibi nõ iniuria summũ periculum metuebat) Hæc propositio est epicheremaus, quam tñ si rectius ostendemus, fiet assumptio. [De medio tollere) id est, quoquo modo ab aliorũ Græcorũ cõuentu eximere, ac per hoc occidere. [Non iniuria) Non ab re, nõ sine causa. [Summũ periculum) Ne ipse ab eodẽ occideretur. [Videbat, illo incolumi) Hæc propositionis est ratio. sed cum sit coniecturalis cõstitutio, à probabili, de quo supra in eius cõstitutionis locis abunde diximus, omnis hæc deducitur argumentatio. [Quauis iniuria) id est, qualibet. [Inimico exitium machinari) Exitium, inquit Festus Pompeius. antiqui pro exitu ponebant, nunc pessimũ exitium dicimus. Machinor a Græco, μηχανάω vnde, & μηχανὴ ab illis dicitur, quæ à nostris machina. Est autẽ machinari, struere, ergo machinari exitium, struere, & per insidias moliri interitũ est. [Cui rei mors indigna Palamedis testimoniũ dat) Nota est de Palamedis interitu historia, vt Vlysses extinctus sit insidiis. [Metus periculi) Ne ab Aiace interimeretur. [Omnes enim, qui minima peccata cum causa suspiciunt) Hæc est rationis confirmatio, siue assumptio. [Si multos, & quæ sequũtur) Hæc est ornatio. Si multi leue compendium fraude maxima cõmutauerunt) Hoc est, si ob leue commodum fraudem moliri maxima non timuerunt. Fraude maxima commutarunt leue compendium qui fraudolentissima ex eo dicti sunt, ob minimam, quam consecuti fuere vtilitatem. Compendium, à con præpositione, & pendendo, quod appenderent omnem veteres pecuniam. Vnde etiam dispensator dictus: & hinc dispendium, damnum, quod dispendendo pecunia minor fieri soleat. [Virum fortissimum, integerrimum) Ordo est, & sensus, homo timidus, subaudiendum Vlysses, nocens, conscius sui peccati, qui se sciebat cõtra Aiacem deliquisse. [Insidiosus, inimicum) Subaudiendum Aiacem. [Incolumem esse noluit) Virum integerrimum bello, inimicitiarum persequentissimum, qui quos odio prosequebatur, eisdẽ hostis esset infestissimus. [Iniuria lacessitum) id est prouocatum. [Ira excitatum) id est vehementer commotum. [Videamus alacres) Alacris inqt Asconius, siue alacer, vtroq; enim dicitur, is appellatur, qui sensibus vniuersis, quod est iudicium

dicium erecti animi atque sublimis. consurgit: & Cui omnis sensus in loco suo quisque degat. & econtrario iacet, inquit, dicitur amputatis in corpore sensuum membris. Ad animum sępe transfertur, vt si quis vultu iudicat adesse animum nō sincerum, sensibus suis animo solo intentus. Sunt qui alacrem, festinantem, & properantem dici putant, quasi alia acrē. Virg.

Alacris cunctosq. putans excedere pugnę.

Donatus vero, alacris, inquit, L. pro D, litera posita. (Feras bestias) Nam domesticæ cicores nominantur. (Ferum) Agrestē. [Crudelem) Trucem. [Cupide) Ad inimici Aiacis. (Perniciem) Exitium. [Profectum) Quando vbi Aiax gladio traiectus inuētus est ibidem Vlysses comoratus est. (Neque bonam, neque malam rationem videamus) Ratio, quam vulgus imperitum respectum dicit. Sic Iuuen. (Est spes, & ratio) capit rationē. Superfluum autem putandū nunc de ea ratione dispntare, vnde homo animal rationale dicitur, & de qua sanctus Thomas longius disseruit fortasse quam fuit necesse, cum differentiam inter essentiam, vt eius verbo vtar substantiam, subiectum, rem, naturam, & rationem facit. nam August. in lib. quem de Spiritu, & anima inscripsit longe melius exposuisse manifestum est. [Si ergo pollicitus sum) Hæc complexio est argumentationis, vt si tres tantum partes principales iungas. hoc pacto: Omnes minima peccata cum causa, tum vero maxime illa quæ multo maxima sint maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur, vt si hæc propositio, qua probamus quod in quæstionem venit. quam Cic. secundo loco posuit deinde assumatur. At si Aiacem Vlysses occidebat multum sibi commodum, si incolumen sinebatur, incommodum, & metus ingruebat, cui complexio subiiciatur necesse est: Ergo Vlyssi cā fuit, cur Aiacem occideret. quod epicherema ita etiā componi pōt vt dicas, Quicunque ex alterius morte commodum consecuturus est, vel minimū is causam habet. cur eū è vita tollat. At Vlysses de Aiacis morte multum consecututus erat cōmodi, causam igitur habuit Vlysses cur Aiacem occideret (Quin cōfiteatur cām maleficii fuisse) Quando. & cum grauiter habebat, inuisum, & illum sibi hostem infestissimum. (Parum locuples) Parum copiosa. Locuples, diues, ab agrorum locis dictus, vt Plin. lib. 18. nat. hist. Locupletes, inquit, dicebāt loci, hoc est, agri plenos pecunia ipsa à pecore appellabatur. Ouid. in Fastis: Cetera luxuriæ nondū instrumenta vigebant. Aut pecus, aut latū diues habebat humum. Hinc ēt locuplex, hinc ipsa pecunia dicta est. [Et res tenuis) Parui momenti. (Aut humilis) Abiecta. [Hæc, quam exposui ratio est habenda) Hoc est, si humilis fuerit, & tenuis non ita dicere procures, perinde ac si sit ampla & quæ multis ornamētis possit illustrari. (Breuissima est trip.) Quæ ꝓpositione, rōne propositionis. & assumptione colligat.

LONG. E Rgo absolutissima) Argumentationis perfectæ partes. (Causam ostendemus) Propositio. (Inimicum enim) Ratio propositionis. (Videbat, illo incolumni) Rationis cōfirmatio ex variis locis sumptis argumētis. Primū à probabili causa, quæ tractatur per antithesin mortis, & salutis, deinde ab anteacta vita, quod exemplo facti, seu mortis Palamedis cōfirmatur. Forma perfectæ argumentationis rhetoricæ, q̄ verborum, & sententiarum copia vestita, ostēdit quantū à dialectica breuitate oratoria maiestas recedat. Quod vt clarius patefiat, hanc ipsam argumentationem syllogismo breui ꝑstringamus. Omnes qui ab aliquo periculum metuunt, cum interfectū cupiunt. A Palamede Vlysses sibi metuebat, vtpote a probissimo improbus: igitur probabile est, ab Vlysse interfectum Palamedem. (Omnes enim, qui minima peccata) Exornatio primum à minore ad maius. (Virum fortissimum) A collatione. (Nam cum feras) A simili. [Si ergo pollicitus) Complexio.

DE ARGVMENTATIONIBVS VITIOSIS.

GENERA duo sunt vitiosarum argumentationum: vnum, quod ab aduersario reprehendi potest, idq. pertinet ad causam alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen non indiget reprehensione. Quæ sit quæ reprehensione confutari conueniat, quæ tacite contemni, atque vitari sine reprehensione, nisi exempla subiecero, intelligere dilucide non poteris: Hæc cognitio vitiosarum argumentationum duplicem vtilitatem afferet: nam, & vitare in argumentatione vitium admonebit; & ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus, perfectam, & plenam argumentationē ex quinque partibus constare; in vnaquaq; parte argumētationis quæ vitia euitanda sunt consideremus: vt, & ipsi ab his vitiis recedere, & aduersariorum argumentationes hac præceptione in omnibus partibus tentare, & ab aliqua parte labefactere possimus.

CAPIDVRVS.

GENERA duo sunt vitiosarum argumentationum) Omnis argumentatio (per argumentationem, & argumētum, quod in species supra plures diuisimus, volumus intelligi) reprehenditur, si aut ex his quæ sumpta sunt non conceditur vnum plura de, aut his concessis. complexio ex his confici negatur, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur, aut si contra firmam argumentationem, alia ęque firma, aut firmior ponitur. Sed Cic. quod in epicheremate tantum reprehēdi possit, quod in solum argumentationis genus hic docuit, est expositurus, vnum, quod ab aduersario reprehendi potest, idque pertinet ad causam, alterum. disputandi quatuor, docente Aristo. sunt genera, vnum quod doctrinale, aliud dialecticum, tertium tentatiuum, quartum litigiosum vocat. Doctrinale nominat, cū ex propriis cuiusque disciplinæ principiis aliquid probare enitimur, idque demonstrati vnum nominatur, quod ipse in Analyticis posterioribus docuit. Dialecticum est, cum ex probabilibus tam nobis, quàm aduersariis, aliqua oppugnare concludimus. Tentatiuum autem, cum ex eis quæ respondendi probabilia videntur. aliquid arguimus. quod nolint respondentes tam de dialecticis autem, quam de tentatiuis, ipse in Topicis late disputauit. Litigiosum vero, quod ἀγωνιστικὸν appellauit, cum ex his probabilia quidem videntur, sed non sunt, id colligitur, quod nullo modo probabile videri potest. id genus in libro quem ἐλέγχων inscripsit, late ipse etiam tractauit. Per hoc genus arguendi modi sunt duo, vnus, qui per dictionem, alter vero, extra dictionem nominatur. Per dictionem quidem numero sex sunt, æquiuocatio. amphibologia, compositio, diuisio, accentus, figura. Extra dictionem vero, paralogismorū species sunt septem, vna quidem per accidens, secunda autem in eo quod simpliciter, vel non simpliciter, & quod aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur, tertia autem elenchi ignorātiam, quarta vero per cōsequens, quinta autem per id, quod in principio sumere contingit, sexta, quod non est causa, vt causa ponenda, septima vero vbi plures interrogationes, vt vnam ponimus. Non dubito quin hæc multi obscura iudicaturi sint, cum species has arguendi exemplis nullis illustrauerim. quod ideo facere non curaui, tum ne commentarii modum excederem, tum etiam quod ad præsens. Ciceronis locus hoc non exigebat quodque apud dialecticos quisque hæc discere poterit. sed hæc vberius omnia, si dabitur vt possim aliquando, sicut & cetera rhetorices præcepta, ita digeram, vt multis nō displicere posse putem, quod si qui suę imperitiæ solatium quęrentes, ne hæc quidem à me recenseri debuisse, vtpote non necessaria, arbitrentur: Aristotelem, si re ipsa quam non intelligant iactantiam suam redarguere possint audiant, qui à consequentibus elenchum tractans inquit. Sæpe enim mel, fel suspicati sunt, eo quod sequatur ruber color, & quoniam accidit terram pluuia fieri madidam, & si sit madida opinantur pluisse, hoc autem nec necessarium, ad rhetoricos attinet, quod per signum sint demonstrationes, idemque & Cicero tum alibi, tum etiam hic, cum inquit. alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen indiget reprehensione. hoc enim dicit, vnum est genus vitiosæ argumentationis, quod ad causæ probationem attinens, ab aduersario reprehendi potes, sed quo pacto id fiat, paulo post aperietur. alterum est, cuius si fallendi modum species, vtpote nugatorium reprehendas, sin autem vt in aduersarium tractatum, multum fauoris sæpe, & commodi comparet, non indigebit reprehensione, sed probabitur. Quod tamen nugatorium est, ob hoc enim reprehēdi debuit apud virum grauem. Nugatorium omnes, vt Arist. inquit, qui in disputationis certant, & cortixantur, se superiores esse coniectant, ac vt id consequantur pro viribus moliuntur.

tur. Sed quinque modis velut arguendū imperitiæ aduersariū ostendā, vel vt falsum, vel quod præter opinionē omnium sic fateri cōpellant, vel vt in solœcismum grammaticę vitium nihil tale cognitionē detrudant. vel quarto loco, & nugari eum cogant. qui ennitaaget. Id autem faciet si frequenter idem dicat quod nusquam sit, quapropter, & Cic. nugatoriū dixit. hoc est quod nugari aduersarium cogat. (Tamē non indiget reprehensione. Quæ sit) Quoniā aliquando iuuat oratores, nō ergo omnino repudiandum licet, vtpote nugatorium, nō admittendum esse. videatur. Reprehensione confutari conueniat) Confutari. cum manifesto falsa deprehenduntur (Quæ tacitate contemni) Vt friuola (Atq; vitari sine reprehensione, nisi exempla subiecero. intelligere dilucide non poteris) Hæc cognitio vitiosarum argumentationum duplicem vtilitatem afferet. (Nam, & vitiare in argumentatione vitium admonebit, & ab aliis nō vitandū, commode reprehendere docebit. Quoniā igitur ostendimus perfectā, & plenā argumentationem & quinque partibus constare, in vna quaque parte argumentationis quæ vitia vitanda sunt consideremus, vt. & ipsi ab his vitiis recedere, ac aduersariorum argumentationes hac præceptione, num cum argumentationis formula vitiātur. an certe cum aliquid quod illud infirmet opponitur, intelligere possimus. (In omnibus partibus) Nam quinque constare partibus supra cōmonuit. Num possimus aliquam partē labefactare. Labe aliqua commaculare, ac per hoc reprehensum risu, & conuitiis dissoluere.

GENERA duo sunt) Argumentationes vitiosæ.

GEnera duo sunt, &c.) Optimo ordine docet primo vitiosas argumentationes vitare, nā, & coloni primū nociuas extirpant herbas, & medici corporū obstantia pellunt sanitati. Dicit ergo sic. Genera duo sunt vitiosarum argumentationum. vnum. s. genus est, quod reprehendi pōt. i. refelli, & redargui ab aduersario. idq. pertinet ad causam. alterū supp. est, quod tametsi. i. quanquam nugatorium est. i. vanum, & mendax. tamen non indiget reprehensione. forte eo q apertum, vt August. quoq; noster asserit mendacium non est responsione dignum. Tu o Herenni non potius intelligere dilucide quæ scilicet genera argumentationum, aut quæ argumenta (transit enim ad neutrum genus) sint quę conueniat confutare, id est, refellere. reprehensione. id est per reprehensionem. & sup. quę conueniat contemni. atq; vitari tacite sine reprehensione, nisi exempla subiecero, id est, nisi ea declarauero per exēpla. Et tamen operæ precium est ea nosse, quia hęc cognitio argumentationum vitiosarum afferat duplicem vtilitatem, nam ipsa, & id est, simul admonebit, vitare vitium, id est, ne committamus vitium in argumentatione scilicet nostra, & docebit reprehendere cōmode, id est decenter, & vtiliter, vitium nō vitatum ab aliis. Igitur quoniam nos ostendimus perfectam, & plenā argumentatione constare, est quinque partibus propositione, ratione, &c. consideremus quæ vitia sunt vitanda in vnaquaq; parte argumentationis, vt ipsi. i. non possumus, &. i. simul recedere ab his vitiis, &. i. simul tentare. i. vexare experimento, hoc est examinare argumentationes aduersariorū in omnibus partibus. s. dictis, & labefactere. i. inualidare, & dissoluere. s. argumentationes aduersariorū ab aliqua parte. Bene dicit in omnibus tentandus. i. examinandus in omnibus partibus, & tamē labefactanda duntaxat in aliqua parte, non q non liceat in omnibus, sed quia non est verisimile in omnibus fieri posse.

DE VITIOSA EXPOSITIONE.



EXPOSITIO vitiosa est, cum ab aliqua, aut à maiore parte ad omnes confertur id, quod non necessario est omnibus attributum: vt si quis hoc modo exponat: Omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, q̃ officio paupertatē tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationē, vt non curet quærere qualis ratio, aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionē, cum ostendemus id, quod in aliquo paupere improbo sit, in oēs pauperes falso, & iniuria conferri. Itē vitiosa expositio est, cū id quod raro fit, fieri omnino negat, hoc modo: Nemo potest vno aspectu, neq; præteriēs in amorem incidere: nam cum non nemo deuenerit in amorem vno aspectu, & cum ille neminem dixerit, omnino nihil differt raro id fieri, dummomo, aliquando fieri, aut posse fieri, intelligatur. Item vitiosa expositio est, cum omnes res ostendimus nos collegisse, & aliquā rem idoneā præterimus, hoc modo. Quoniā igitur hominē occisum constat esse, necesse est aut à prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille heredē testamēto ex parte faciebat. prædones in illo loco visi nunquā sunt: inimicū nullū habebat. relinquitur, si neq; à prædonibus, neque ab inimicis occisus est, quòd alteri nō erant, alteros non habebat, vt abs te sit interemptus. Nam in huiuscemodi expositione reprehensione vtemur, si quos præter eos, quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplo cum dixerit necesse esse aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut à nobis occisum esse, dicemus potuisse, vel à familia, vel à coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbauerimus, nobis latiorē locum defendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquā idoneā partem reliquerimus. Item vitiosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: vt si, cum plura sint, pauciora dicamus, hoc modo: Duæ res sunt iudices, quæ homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. Quid amor? inquit quispiam. quid ambitio? quid religio? quid metus mortis? quid imperij cupiditas? quid deniq; alia permulta? Item falsa enumeratio est, cum pauciora sunt, & plura dicimus, hoc modo. Tres res sunt quæ omnes homines solicitant, metus, cupiditas, ægritudo. Satis enim fuerat dixisse metum, & cupiditatem: quoniam ægritudinem cum vtraque re coniunctā esse necesse est. Item vitiosa expositio est, quæ nimium longe repetitur, hoc modo. Omnium malorum stultitia est mater, quæ parit immensas cupiditates: immensæ porro cupiditates, infinitæ, & immoderatæ sunt: hæ pariunt auaritiam: auaritia porro hominem ad quoduis maleficium impellit: igitur auaritia inducti aduersarij nostri hoc in se facinus admiserunt. Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, & ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes:
Ne ve inde nauis inchoanda exordium
Cepisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo; quia vecti Argiui delecti viri,
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum:
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Nam hic satis erat dicere, (si id modo, quod esset satis, curasset poëta)

Vtinam ne hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Ergo hac quoq; ab vltimo repetitione in expositionibus magnopere supersedendo est. nō enim reprehensione eget, sicut aliæ complures, sed sua sponte vitiosa est.



EXPOSITIO vitiosa est, & quę sequunt. Expositionē dicit, quam supra propositionē, hoc est totius argumentationis partē primā nominauit, cū ab aliqua aut à maiore parte ad oēs cōfertur, id quod nō necessario est omnibus attributū. Ordo est: Vitiosa est expositio, cū id, qđ non necessario est omnibus attributū confertur ab aliqua, aut à maiore parte ad omnes. Est aūt sensus, vitiosa est argumentationis expositio, cum quod aliquibus, aut maiori hominum parti tribuitur, id esse omnium dicimus cū id haud necesse sit, sed potius facile secus enunciari possit. [Ad omnes confertur) In oēs infertur. [Quàm officio) Virtute. [Non cniet quærere qualis ratio) Quia sunt aliqua quibus sit ratio subijciatur, probabilia videri possint, alioqui falsa. [Nemo potest vno aspectu neq; prætereus) Aut vno tantum aspectu, aut prętereus, etiā si crebro aspiciat, in amorem incidisse nemo poterit, quod fieri tñ posse, etiam si nunqua antea fuerit, facile datur intelligi. [Non nemo) Aliquis. [Quod alteri non erant) A quibus oreidi potuerit, prædones. [Alteros) Hoc est inimicos nō habebat. [A coheredib.) Ab his qui nobiscum hereditatē eius adiuerint. [Latiorem locum defendendi relinquemus) Nam quod aduersarii iam explosi videant. & nostræ supersit argumentationes explicandæ, multum adiumēti sunt causa nostra rapere posse videbitur. [Luxuries, & auaritia) Et luxuries, & luxuria rerum immoderatus ꝑ voluptatem vsus dicitur. auaritia rerū immoderatus appetitus ab auido, & ære dicta appellatio. [Quid amor!) Amorem libidinē dicit. [Quid ambitio) Honoris, non de virtute potius quam de vitio manas cupiditas. [Quid irreligio) Sane religio, quam Græci θρησκείαν dñt, quædam erga deū obseruantia vinculo, aliquo alligata dicitur, quæ si spōte à nobis fiat Græcæ εὐσέβεια, Latine pietas, nominatur. Quamobrē periorum Plaut. in Cure Vocat me, inquit, ad cęnam, religio fuit, denegare nolui perinde ac si promittere coactus esset. religio, inquit, fuit. huius duo sunt extrema, defectus quidem irreligio, excessus vero superstitio. Est.n religio dicta, vt Ser. Sulpicius tradit, quod ꝑ sanctitatem aliquam remota ac seposita à nobis sit, quasi à relinquendo, vt à carendo cerimoniæ. Cicero autem à relegendo dictam putat, qui in lib. de Nat. deor. a, ita dicit: Non enim philosophi solum verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt, nā qui totos dies precabantur, & immolabāt, vt sui sibi filii superstites essent, superstitiosi sunt appellati, qui autem omnia quæ ad cultū deorum pertinent tractarent, & tanquam relegerent, hi sunt dicti religiosi, à relegendo, tanquam ex legēdo legentes, & diligēdo diligentes. hic.n. verbis omnibus inest vis legendi, eadem in religioso. ita factum est, vt in superstitioso, & religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis esset. Lactantius aūt Institutionū diuinarum lib. 4. non à relegendo, vt Cicero, sed a religando dictam religionē putat, quod hoc pietatis vinculo obstricti Deo, & religati simus. sicut. & superstitionem. non eum filios optamus superstites (omnes.n. optamus) dici voluit, sed eū hi qui superstitem memoriam defunctorum colunt, vt qui parētibus suis superstitibus colebant imagines eorū domi, tanquā deos penates, atque nouos sibi ritus assumebant, vt in deorum vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabāt, hos inquit, superstitiosos vocabant. eos vero q publicos, & antiquos deos colerēt religiosos nominabāt. vnde Vir. Vana superstitio veterumq. ignara deorum. Nec me præterit quid dixit Nigidius Religentē esse oportet, religiosum nefas, ꝙ religiosum, triste, & ominosum significet. M. Cic. ad Atticū Maiores, inquit, nostri funestiorem diem esse voluerūt Aliensis pugnæ, quam vrbis captæ, quod hoc malum ex illo prouenerit. Itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter vulgo ignotus. Sed non semper religiosum diē tristi omine infaustum dicimus, nec semper religiosus appellatur, velut alii dicunt, qui nimia, & superstitiosa religione sese alligauerit, vt vitio assignet. Inuenimus.n. religiosum pro casto, & obseruāte, cohibentemq. sese certis legibus finibusq. vnde, & religiosa delubra legimus, non ominosa sed maiestatis venerationisq. plena quapropter, & Massurius, Religiosum, inquit, est, quod propter sanctitatē aliquam remotum ac sepositum à nobis, est, verbum à relinquendo dictum. Manifestum igitur ex his, religionē non oēm cultum diuinum dici. quādo a nobis longe remota esse dicat, sed nexum quendā esse quem dei mysteriis deuouimus, quem cum obseruamus, religio, cū id facere negligimus, irreligio nominatur. nam quem sponte cultū nostrum deo offerimus, pietatem nuncupamus. [Quid metus mortis) Nam & hæc animi perturbatio est quam in sapientē cadere posse. Stoici negauerunt. [Quid imperii cupiditas) .i. libido dominandi, hęc ab ambitione differt. qđ ambitio in populo maxime cupit eminere, & tuneos se populares sequi afferat. Cupiditas aūt dominari, in omnes habere imperium. [Quid deniq; alia permulta) Cum pene infinitæ animi sint perturbationes. Quando ægritudinē, cum vtraq; coniunctam esse necesse est. Aegritudo si quidem, quæ, & ægrimonia nominatur, rū sit, & ipsa animi ꝑturbatio, neq; magis metum quam cupiditatem contineat vtrinq; pariter complectitur. si quidem, & cum metuimus, & cū cupimus ægritudine laboramus. [Omnium malorū stultitia est mater, atq; materies) Hoc expositione indiget, paulo.n. obscurius est ꝙ vt omnium mentes possint capere, veruntamē id, ꝙ breuiter ac dilucide à nobis poterit fieri, explicabitur, vt quantū ad Ciceronis sententiā attineat, nihil vltra pro vt valuerimus dici desideretur, dabimusq. operā, vt quidquid redundās, & superfluū videri possit, ne ꝑtermittamus, sed prius verbū ipsum, deinde quid sit hoc, quam materiā Cic. nominauit, postea quod reliquum erit, prosequemur, ac diffiniemus. Quā Græci ὕλην, nostri modo siluam, modo materiā nominauit, idq. significatione gemina nam cum ὕλη saltus .i. vbi arbores multę cędantur, sit nominata. & materiā significet, quæ rerum omnium nutricula quædam est, ita silua à Latinis. non modo saltus cæduus, vnde ligna deportentur, etiam vulgo nominatur, sed, & pro materia nonnumquam ponitur, vt apud Cic. Hoc in gñe, nam quasi siluā vides, omnis elucere oportet eloquentiæ magnitudo. & rursum. Cui loco omnis, & vitiorū silua est subiecta. Ediuerso, & materia pro silua & arboribus ponitur, vt apud Q. Curtium. Vehemens Fauonius erat, & multam materiam ceciderat miles, aditū per saxa molitus. hæc vapore torrida iam maruerat. Et materies, & materia ꝑ re aliqua tractāda ponit. permittamus nobis, vt hoc verbo vtamur subiecto, quod Græci ὑπόθεσιν vocant cum iam omniū ore versetur. hoc.n. intellectu forte facilius erit, ꝙ vt quidē causam nominemus. Verbum igitur verba Græco reddētes sobiectum alii, alii materiā. Vt Horatius, Sumite materiam vestris ꝗ scribitis æquam viribus. Sed proprium tenet materia significatū, cū rerum oium humanarū principium a deo creatum significat. Nec audiendi qui inter materiā, & materiam differentiā esse voluerunt, vt sit quidem materia proprie, quā Horatius intellexit, hęc aūt materies, cum nō magis inter se differant, ꝙ luxuries & luxuria, auarities, & auaritia, qñ etiā ꝑ similitudinē, quod prius posuimus ab hoc secundo loco positū est, liquido deduci intelligatur. Est igitur ὕλη siue siluam, siue materiā libeat nobis appellare, ex qua rerū oium humanarum est genitura, & cunctorum corporū indissolubilis inuisibilisq. origo prima, à qua qualitates & quantitates, & omnia quæ accidunt proueniunt, quæ licet a propria natura non recedat, diuersis tñ, & contrariis speciebus eorum quæ inter se recipit, variatur. Hanc melius adhuc explicare conabimur. sed quo res manifestior fiat, quid de rerū principiis multi, qui demum aliquid dicere visi sunt, sentiār, decurremus. Fuerunt qui nunquā genitam materiem esse dixerent, vt Democritus, & Epicurus quippe qui textum eius, & quasi continuationem quandam corpusculis quę intelliguntur potius, quam sentiantur, connexis sibi inuicē, aliquo modo positis. figuratisq. omne corpus generali, sed qualitates, quas corporibus ex ea materie nō tribuerūt, Anaxagoras dedit. Thales de septē sapientibus vnus, quem ferunt ante omnes naturalia secreta rimatum esse rerum omnium initium esse aquam dixerit, idemq., & Homerus, cum Oceanum, & Thetym parentes omnium esse dicat. At vero Anaximenes rerū initium aera iudicauit, Heraclitus ignē. Sunt etiā qui immobilem materiam quandam esse dicant, & eandē ex omnibus in vnam molem redactam, vnum omnia esse cōsentientes, sine ortu, & sine occasu, vt, Xenophanes, Melissus, Parmenides. sed Parmenides vnū omne perfectum, & definitum pronūciat, Melissus infinitū, & determinatū, Empedocles varium & multiforme quiddā. Aristoteles autem tria rerum naturalium initia cōstituit, siluam siue materia speciem quam alii formam, & carentiā qua alii priuationē in Latinum transtulerint, idem sine genitura, & sine interitu dicit mundū esse, diuina prouidentia perpetuitati, propagatum. Plato autem rerum initia tria esse arbitratur, deum, materiam, rerumq. formas, quas Ideas vocat. Deum autem, inquit, inuenire facile, cognoscere aūt impossibile est, materiā vero improcreabilē incorruptamq. cōmemorat, non ignem neq; aquam, nec aliud de principiis quæ elemēta dicuntur esse, sed ex oibus primam figurarum capacē formationisq. subiectā, rudē, & figurationis qualitate viduatā. Ideas vero.i. formas omniū simplices, & æternas, nec corporales, & esse cetum

rum rerum quæ Deus sumpserit exempla, quæ sunt erunt ve, & omnium quæ gignit Deus corporum instar ceræ formas. Proinde Platoni quidem videtur Deus initium esse, & causa bonorum, materia aūt malorum. Idem sentit Pythagoras, qui Deum summum, & præcellens bonum esse, materiam aut malorum omnium seminarum quoddam, quæ licet indistincte fluctuet, tamen quia intimo proprioq; motu mouetur, viuat & cum animā vegeterpr necesse est. cum igitur in materię mul ta sit intempenes, & improuidus impetus, & casus, atq; vt libet exagitata præsumptio. & pecudum ritu homines ob eam incondita. & turbulenta iactatione moueantur, anima autem, quippe quod ex Deo sit, salubri homo vigeat sapientia, ex materia vitiorum incentiua omnium hominum titillant animos, & quasi in meditullio nostrum iudicium est, vel abiicere cogitata, vel recipere. si abiicimus, vincatq. ratio Deo proximi simus, qui superiorem esse animam velimus sin aūt recipimus, superior materia est, quam supertenuo sequimur, cum sit ea cœno fœdior. post corporis interitum in cęlum migrare non possumus, sed hic immergamur ad inferna mundi loca, & a cõspectu diuino longissime remoueamur necesse est, vt hæc nos gremio suo materies complectatur. Proinde ex vi animæ quæ ex Deo est. sapientia prudentiaq. nascetur. Est aūt sapientia, vt tam Aristoteles q̃ Plato senserunt, rerum diuinarū, prudentia aūt. humanarum cognitio. vt igitur ex anima, ita ex materiæ, quā siluam diuinus appellari, omnis emanat stultitia. sed ex materiæ cupiditates suscitantur, quæ cum rationis dominio cohibentur, prudentiq. rationi adiiciuntur virtus dicitur. cum aūt ab eis præcipitamur, peccati nomē sibi vendicant. sunt igit ex animæ vigore nata, Prudentia virtutes generat, ita vi materiæ titillatio, ac de scelere cognitione quædā voluptas, quæ stultitia nominatur, ortum habens, futuris cupiditatibus dat infinitis exordium. Iam puto in M. Tulli verbis nihil obscuritatis relictum, quod dixerit omnium malorum matrem stultitiā esse atq; matetiem. Hoc.n.dicit, omnium malorū.i. vitiorū, vnde mala proueniunt hominibus stultitia mater. prius stultitiā posuit, qđ ex ea cupiditates omnes oriantur, deinde materiē secundo loco, quod ex materia, vt dictum est, stultitia capiat exordium. quæ tunc vere stultitia nominatur, cum rationi nullus distribuit locus, sed quasi mediis in vitiis mersa sugillatur. [Quæ parit immensas cupiditates, immensæ porro cupiditates, infinitæ, & immoderatæ sunt, hæ pariunt auaritiā.) Quid cupiditates, nunquid cupiditates sola mala esse dicentur, quæ ex materiæ deducuntur? cum sint & aliæ animi perturbationes, metus, dolor, gaudium, vt Stoici voluerunt. hoc igitur ita accipiendum, cum auaritia cupiditas sit quædam, & auaritiā tantum vellet in esse, nō conuenit alias animi perturbationes nominare Auaritia porro hominem ad quoduis maleficiū impellit, igitur aduersarii nostri inducti auaritia hoc inter se facinus admiserunt. [Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere. ne Ennium, & ceteros poetas imitemur) Intelligi.n. facile pōt; nullū esse officiū tam sanctū, qđ nō auaritia cõminuere atq; violare soleat. hęc enim amicitias sallimoniis exterminat, societates pfidus sibi grauiter reddit infensas, ppinquos, & Deū ipsum impietate aggrediens, omnibus flagitiis sę singularē, & insignē reddit. [Vtinā ne in nemore Pelio) Pelion Thessaliæ mons, vbi arbores cæsæ sunt ad Argonauium construendam. [Abiegna) Ex abiegno. [Quæ nunc nominatur Argos) Ab Argo constructore, Argos nauis dicta. Sed viri proprium Argos vltimam corripit, declinaturq. Argos Argi, sicut cestos cesti, & Delos Deli. argos autem nauis propriū, eandē producit syllabam, ab Argo constructore dicta: & declinationē habeat Græcā Argos Argous. [Argiui delecti viri) Nota est historia, quam apud Græcos Orpheus primū, post Apollonius scripsit, apud Latinos sūt Valerius Flaccus. [Pellem inauratā arietis) Cuiusmodi hæc pellis esset, ambigitur, aliter de ea Diodorus, aliter Strabo scripsere, quorum opiniones, ne longum faciam prætereo, satis esseratus, si vbi legi id possit, commonstrauerim. [Imperio regis Pelię) Per dolū, vt hoc apud Orpheū Appolloniumq. ac Pindarū in Pythiis intelligi abunde possit. [Nā nunquā hera) Verum hera domina, an certa sicut ab eo, qđ est heros veteres Romani Herus inuertisse credantur, ita secundum analogiam Heram pro heroim dixisse videri potest. [Domo ex Colcho Iasonem secuta amore saucia) Subaudiendum, Iasonis vt apud Orphea, & Apollonium in manifesto deprehendit. [Amore saucia) id est, quod animo ægro dixit.

LONG. OMnes, qui in paupertate sunt) Expositio plerunque, teste Aristotele, vniuersalē quandam sententiā, & cõmunem approbationem habet, quæ cum vera est cum in necessaria materia expeditur. Verum si quando eam contingentem esse contigerit, tum quia tantum probabilis est, nunquam nō potest subuerti. [Nemo potest vno aspectu) Contrarium est de Chærea Terentiano. [Item vitiosa expositio est) Hęc est rō, quia imperfecta inductiones dissoluantur. Lege Trapezuntiū. [Vtinam ne in nemore Pelio) Vide Crinitum lib. 15. cap. 6. & Polinanum in Misell. cap. 27.

A S C. EXpositio, &c.) Quam partem prius propositionem vocauit, nunc expositionem vocat, nam, & propositio enunciatio dici solet, cum autem syllogismus secundum Seruium constet ex propositione, assumptione, & conclusione, videtur duntaxat maior præmissarum propositio dicendo, verū quia apud dialecticos cõfunduntur potest propositio, seu expositio, seu enunciatio maior, dici etiam intētio quod sit quā actor intendit. huius vitio hic declarat auctor dicens. Expositio est vitiosa sup. tunc, cum.i. quando. id, quod non est necessario attributum omnibus partibus.i. in materia non necessaria, confertur ad omnes.s. partes ab aliqua parte, aut à maiori parte. hoc est quando ex particulari, aut indefinita vera præsupponitur vniuersalis vera, & ea proponitur, seu assumitur vt vera, vt si quis exponat hoc modo. Omnes q sunt in paupertate malunt parere diuitias maleficio, quam tueri.i. sustinere paupertatem officio, i. honesto, & debito facto, hoc est.n. manifeste falsum. quia apud Romanos, constat Curios, & Fabricios, ac innumeros alios paupertatem sine vitio tulisse, & in religione nostra longe plures, vtpote cuius princeps erat summus paupertatis amator, & prædicator, sed assumitur ex particulari vera, aut ex inductione imperfecta, vt si quis exposuerit argumentationem hoc modo, vt nō curet quærere.i. inquirere, qualis sit ratio, aut confirmatio rationis, tunc sup. nos reprehenderemus facile ipsam expositionem cum ostēdimus.i. demonstrabimus id, quod sit in aliquo paupere improbo, cõferre falso & iniuria, in omnes, pauperes. vbi pauper substantiue capitur aliter dixisset, & improbo. Item expositio, hoc est propositio seu assumptio est vitiosa cū id, quod fit raro negatur fieri omnino, id est dicitur nunquam fieri, & ita ex particulari negatiua infertur vniuersalis hoc modo. Nemo pōt vno aspectu neq; prætereiens.i. sine mora transiens incidere in amorem. Nam cum non nemo.i. aliquis deuenerit in amorē vno aspectu.i. cum compertum sit q per vnicum aspectum incautum quis deuenerit in amorem, & cum ille dixerit omnino nemorem sup. deuenisse, nihil differt.i. refert id fieri raro dummodo intelligatur fieri aliquando aut posse fieri, quia ad veritatem vniuersalis necesse est omnes particulares esse veras. Et licet hæc possit esse vera, omnis homo iustitiam amat, tamen quia potest esse falsa, improbari poterit. Item expositio est vitiosa, cum ostenderemus nos collegisse omnes res.i. fecisse inductionem sufficientem, & præterierimus.i. omiserimus aliquam rem idoneā hoc modo. Igitur quoniā cõstat hominē esse occisum necesse est occisum esse, aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut abs te, quē ille fecerat testamento hæredē ex parte, pdones nunquā sunt, nisi in illo loco, & sup. nullū.i. non vllū; non habeat vllum inimicū, relinquitur igitur si neq; occisus est, à prædonibus, neq; ab inimicis, quoniā alteri, videlicet prædones non erant, & non habebat alteros, videlicet inimicos, vt sit interemptus abs te. Nam nos vtemur reprehensione in huiusmodi expositione.i. assumptione ab insufficienti inductione si ostēdemus, quos.i. aliquos pręter eos quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficiū.i. cõmittere homicidiū illud. velut in hoc exemplo cū dixerit necesse esse, aut à prædonibus, aut ab inimicis aut à nobis, dicemus potuisse sup. occidi, vel a familia, vel a coheredibus nris. Coheredes aūt sunt q simul sunt vnius hæredes. Cū nos distribuerimus hoc mō, collectionē.i. inductionē (sic.n. dialectici vocant) ipsorū tūc sup. nos relinquemus nobis.s. defensoribus locū latiorē defendendi.s. ab obiecto crimine. Ergo hoc quoq;.i. ēt hoc est vitandū.s. a nobis dū accusamus, in expositione.i. qn̄ exponimus, seu proponimus, ne cū nos videamur.s. nobis collegisse omnia.i. fecisse sufficientē inductionē relinquamus aliquam partē idoneam.i. principalem quę pręteriri nō debuit, aut idoneā ad inualidationē totius argumenti. Nā ad destructionē vniuersalis sufficit destructio vnius partis. Item expositio.i. propositio, aut assumptio qua causam nostrā exponimus est vitiosa, q constat ex enumeratione falsa, hoc est q certo numero membra enumerat, si cū, &c. Duplex hic lectio est, aut.n. ponit post cū particula, aut quæ, ga in principio ponit repetit ante aliud membrū vult, vnde ga duo sunt malæ enumerationis mēbra alterū dū qd deest, alterū dū quid superest videtur mihi vera lectio sic: si aut cū plura

ra sunt, panciora dicamus hoc modo, &c. Aut cum pauciora sunt plura dicamus, & ita credam ab illis qui hanc condependentiam non intelligerent propter interiectum exemplũ adiectum esse. Item falsa enumeratio est cum pauciora, quam secundam lectionem si sequi volumus deponemus particulam aut in principio positam, quam tamen, quia omnia exemplaria, quæ quidem viderim habent. malim vt dixi legere. nisi cogar Franciscum sequi. dicamus ego abiecta particula, aut sic si dicamus panriora cũ sunt plora, hoc modo. O iudices duæ res sunt, quæ compellunt homines ad maleficium, videlicet luxuries, & auaritia. quo audito quispiam inquit, quid supple facit amor: an ne compellat ad maleficiom? quasi dicat maxime. quid ambitio. i. cupiditas hooorum, & magistratus gerendi? quid religio. i. contemptio. aut negligentia religionis? quid metus mortis? quid cupiditas imperii. i. dooationis? quid denique alia permulta supp. faciunt, an ne ad maleficium etiã cõpellunt, q. d. maxime, & ita vitiosa erat enumeratio. quæ duas duntaxat partes enumerabat cum tot sint. Item falsa enumeratio est, aut enumeratio est falsa, cum sunt paociora, & dicimus pluta hoc modo. Tres res sunt quæ sollicitant omnes homines, metus, cupiditas, ægritudo, id est vitium animi. Satis fuerat diaisse metum, & cupiditatem, quando. i. quandoquidem, aut quoniam necesse est ægritudinem. s. animi esse coniunctam cum vtraq; re. s. cum metu mali, & cupiditate boni. Item expositio est vitiosa, quæ repetitur longe nimium, hoc modo: Stultitia est mater. i. genetrix, aut origo omnium malorum, quæ. s. stultitia parit præceteris. s. rebus aut vitiis, immensas cupiditates, porro. s. sed cupiditates immensæ sunt immoderatæ infinite. i. sine fine, aut in infinitum. si tamen infinitæ nomen est intelligetur, & vt sit sum, infinitæ, & immoderatæ, hæ. s. cupiditates immoderatę pariunt auaritiam. porro. id est sed vel antem, auaritia impellit hominem ad quoduis maleficium, vnde, & illud Maronis Aeneid. 3. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Igitur aduersarii nostri inducti anaritia admiserunt inter se, aut ad se, hoc facinus. s. nefandum. hic. i. in hoc exemplo satis fuit expooere. i. assumere id quod dictum est extremum videlicet aduersarii nostri inducti auaritia hoc inter se facinus admiserunt, fuit autem satis, ne. s. nos oratores, immitemur Enninm, & ceteros poetas quibus est concessum loqui hoc modo. s. longe repetito exordio, & tamen Flaccus in arte videtur id damnare cum pro contrarii obseruatione. Homerum sic laudat. Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Nec gemino bellum Troianarũ orditur ab ouo. Semper ad euentum festinat, & in medias res. Non secus ac notas auditorem rapit, &c. Verum sciemus aliud esse principalem narrationem à principio rerum auspicari. aliud pertransitum interserere, quæ io principio contigerant. Vnde Ennius io fabula sua non egit argonauis ædificationem, sed transeuorer tetigit, quod illi vitio non datur: vnde fecit ancillam Medeæ sic dicentem. Vtinã ne trabes. i. trabs (est enim singularis numeri. Nam vt Petrus Crinitus hunc locum Ennianũ citans docet libr. 15. cap. 6. de honesta disciplina. veteres, trabes, canes, duces. in nomioatiuo singulari dicebant) abiegna. i. abietis arboris ad nauigia aptæ, cecidisset ad terram. cæsa. i. amputata securibus. i. ferris secandi vim habentibus in nemore Pelio. i. Pelii montis Thessaliæ, vt pro vel. ac exordium nauis inchoandæ, cœpisset. i. inceptum fuisset. inde. i. ex illa trabe, quæ. s. nauis nominatur nunc argo, in qua. s. naue viri argiui. i. græci delecti. i. de multis à Iasone lecti qui argonautæ dicti, deinde sunt, vecti. i. dum vehebantur, petebant pellem illam inauratam, immo aureum vellus, arietis Colchis. i. à Colchis, aut Colchis, pro Colchii, imperio Peliæ regis Thessaliæ patrui Iasonis, per dolum. i. qui id impetrabat per dolũ superans. Videlicet in expeditiooe illa, illum petiturum, cuius virtutem sibi offurotam etiam per visiooem (vt aiunt) admonitus verebatur. nam si illa nauis nunquam fuisset facta, nunquam hæra mea Medea errans efferret domo pedem existens ægra, & sancia amore. Hactenus Ennius in comœdia, post q̃ addit Cicero. causam cur orator non tam longe repetat expositionem dicens. Nam satis erat dicere hic. i. hoc lòco (si poeta curasset modo. i. solummodo supple dicere, id quod satis erat) Vtinam hæra mea Medea, ne. i. non efferret pedem domo, errans ægra animo, & sancia amore. Ergo supersedendum, id est abstinendum est supple oratori, magnopere. i. magno conatu. in expositione quoque. i. etiam. hac repetitione. s. tracta ab vltimo, id est maxime longinquo, hoc est penitus primo principio. Enim pro quia. talis repetitio, aut expositio propter repetitionem non est vitiosa reprehensione, id est propter reprehensionem aduersarii, sicut aliæ complures supple sont vitiosæ, sed est vitiosa sua sponte, quia sponte nimis longe repetimus, &c.

DE VITIOSA RATIONE.



ITIOSA ratio est, quæ ad expositionem non est accomodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma ratio est, quæ non necessario ostendit ita esse, quemadmodum expositum est: velut apud Plautum.

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immane est facinus, verum in ætate vtile,
Et conducibile:

Hæc expositio est. videamus, quæ ratio afferat.

Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia.

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo quod fieri conuenit, vtile quid sit rõcinatur. Vana ratio est, quæ ex falsa causa constat, hoc modo: Amor fugiendus non est: nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo: Philosophia est vitanda: affert enim socordiam atque desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur, Item infirma ratio est, quæ non necessariam causam affert expositionis; velut Pacuuius:

Fortunam insanam esse, & cacam, & brutam perhibent
philosophi,
Saxoq; instare globoso prædicant volubili:
Ideoq; quò saxum impulerit fors, eò cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernet quo sese
applicet:
Insanam autẽ aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit.
Brutam, quia dignũ atq; indignũ nequeat internoscere.
Sunt autem alij philosophi, qui contra fortuna negant
Miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi id magis.
Verisimile aiunt, quod vsus reapse experiundo edocet.
Velut orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est:
Naufragio res contiget. nempe ergo haud fortuna obtigit.

Nam hic Pacuuius infirma ratione vtitur, cum ait verius esse temeritate, quã fortuna res regi. nã vtraq; opinione philosophorum fieri potuit, vt is, qui rex fuisset, mendicus factus esset. Itẽ infirma ratio est, quæ vr̃ pro ratione afferri, sed idẽ dicit, qđ in expositione dictum est, hoc modo; Magno malo est oĩbus auaritia, iccirco, ꝙ homines magnis, & multis incõmodis cõflictantur ꝓpter immẽsam pecuniæ cupiditatẽ. Nã hic aliis verbis idem per rationẽ dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma rõ est, quæ minus idoneam, quàm res postulat, cãm subiicit expositionis hoc mõ: Vtilis est sapientia, proptereà, quòd, qui sapientes sunt, pietatẽ colere consueuerunt. Item vtile est amicos veros habere. hẽs enim, quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus nõ vniuersali neq; absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma rõ est, quæ vel alii expositioni potest accommodari, vt facit Pacuuius, qui eandem affert rationem, quare cæca, eandem, quare bruta fortuna dicitur.

CAP.



ITIOSA ratio est) Supra quo pacto propositionem noscamus vitiosum, edoctum est: nūc quo modo propositionis rationē vitiosam esse possimus cognoscere, edisserit, duabusq. de causis vitiosam videri posse, aut si sit infirma, & debilis, aut si sit stolida, infusa. [Immane est facinus] Nequiter factū est. [In aetate] Si totius aetatis curriculum inspiciamus aliquando, si castiges, cedet ei vtilitati, & conducet. [Conducibile] Quod ad aliquid tractandum, non nihil commodi sit allaturum. [Nam ego amicum meum] Ab eo quod dixit. Nā, rationem expositionis redit, qm̄, nam, enim, si quidē, rationales sunt coniunctiones, in quo Plautus loquētis personam obseruauit, vt in Dialogis fieri etiam solet. [Pro commerita noxia] Pro admissa culpa. [Vtile quidq. quid sit ratiocinatur] Est.n. vt Augustinus inquit, rō mentis aspectus, quo bonū malumq. animus discernit, ratiocinatio aūt rationis inquisitio. [Vtile ergo qd sit ratiocinatur] Per rationem inquirit. [Vana ratio] Vanum, fatuū & stolidum, & ratione carens dicitur. [Socordiā] Mentis soporationem. [Atque desidiam] Corporis segnitiem. [Et brutam perhibent Philosophi] Brutum detracta aspiratione, & verso y. in u. factum à βρυθυ. f. Est aūt βρυθυ, mole sua in terram pressum, ob hanc rationem etiam bruta animalia, quorum sensus terrem non excedat dicta. [Fors] Casus [Cadere fortunam autumant] Aiunt ipsam labi sine ratione fortunā atq; rotari in saxi situ. Item fortunam, & fors fortunam facit Donatus differentiā, vt dicat fortuna Dea, incerta est fors fortuna, i. euentus fortunę. [Ob ea iem esse iterant] Asserunt. [Qui atrox] Quę nihil timeat nā ab à priuatoria particula, & τρεῖν quod est timere compositum verbum est. Festo Pompeio testi. [Incerta] Incertum Graeci, vt, & Cicero in Hortensio inquit, ἄδηλα dicunt ergo incerta, quę se nulli cognoscenda praebeant. [Instabilisq. sit] Vnde, & apud Quint. Curtium, Scythę nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quae manus, & pennas tantum habeat, cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non patitur. Ex quo datur intelligi fortunam nulli vnquā tantum aspirare, vt eā tenere sibi possit. [Polliceri brutum.] Quia dignum ab indigno nequeat internoscere, num minus, q̄ vnū aliquod brutum animal. [Sūt autem alii philosophi qui contra] i. è diuerso fortunam negant vllam esse. Fuerunt qui fato omnia fieri crederent, vt Stoici cum dicerent, quod est tandem quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? Nihil est tam contrarium rationi, & constantiae quam fortuna, vt ne in Deū quidem cadere videatur, vt sciat quid casu fortuito ne futurū sit. Si.n. scit, certe illud eueniet, sin certe eueniet nulla est fortuna, atque scit omnia nihil ergo est, quod praesensum non sit. Aliqui alia fato, alia casu, alia fortuna agi dixerunt, vt Democritus, Heraclitus, Empedocles, Plato, & omnes peripatetici, quorū princeps fuit Aristoteles. aliqui casu fieri omnia contēderunt, velut Epicurei, sicut apud nos Lucretius. [Temeritate] Hoc est casu, & sine causa omnia regi autumant. hunc insertorē mundum existimant nullū habere regimē, sed omnia prout casus tulerit in eo fieri. [Quod vsus reapse experiundo docet] Idq. ideo verum esse aiunt, quod vsu experientiaq. esse verum intelligatur. [Re ipsa ab se] Si alterius adhibito extrinsecus adiumento edocet demonstrat. [Naufragio] Nempe, res ista contingit. vt mendicaret. Non forte Euentu fortunae. [Haud fortuna] Quam Deam illa coluit vetustas. Vtrunque secundum philosophos fieri potest, vt temeritate factum est, & fortuna iudicetur. [Quod in expositione dictum est.] Quod supra dum expositionem tractabamus dictum. [Nō vniuersali] Quia, & multae aliae subiungi possunt multo validiores rationes. [Neq; absoluta] Quia, & vtraque deficit ratio, nec vllo modo perfecta dici potest. [Eandem affert rationem] Quare caeca eadem, & quare bruta fortuna dicatur. [Caeca] Ob eam rē fortunam Pacuuius dicit, q̄ nihil cernat, quo sese applicet, rursum bruta, quia dignum nesciat internoscere. Sed nihil cernit, hoc est, videt quo se applicet, ne internoscere quidem id potest, quod dignum, vel indignum sit. Item si dignum ab indigno nequit discernere, necesse est non cernat, quo se applicet. vitiosa ergo harum altera ratio est, quod cum expones, licet diuersa sint, vna tamen ratio sit, q̄ igitur bruta sit, altera fuit subiicienda ratio, quae ei propositioni accommodatior videretur.

[SAXI Q V E instar] Alias: Saxoque instare globoso, &c.

LONG. ASC.

Vitiosa ratio est) Prosequitur vitia secundae partis argumētationis, videlicet rationis quam multipliciter vitiosam docent dicens. Ratio est vitiosa quae non est accommodata. i. quae est impertinens ad expositionem. i. propositionē, seu assumptionem maiorem, vel propter infirmitatem, quia non satis probat vel propter vanitatem. i. falsitatem ac mendacitatem eius. Nam Aulus Gellius docet vanum esse mendacem in illo Aeneid. 2. Nunquam vanum etiam mendacemque improba finget, &c. Ratio est infirma quae non ostendit necessario ita esse quemadmodum expositum. i. in propositione assumptum est. Velut apud Plautum. Amicum, &c. Verba sunt Plauti in commoedia quorum ordo est. Castigare amicum ob culpam meritam est facinus immane. i. impium, & inhumanum, verum est facinus vtile in aetate, & conducibile. hę (inquit Cicero) est propositio, seu expositio Plautina. Videamus, q. i. qualis ratio afferatur. Nam (inquit apud Plautum homo rudis) ego non castigabo hodie amicum meum, pro noxia. i. culpa commissa. Et ita supple (inquit Cicero) ratiocinatur quid sit vtile, ex eo quod facturus est, & nō ex eo quod fieri conuenit, hoc est non ideo se facturum, quia vtile est, sed ideo vtile esse contendit, quia se facturum id dicit, quae ratio infirma est, ponit enim facere minime conducat. Deinde describit rationem vanam dicens. Ratio est vana, quę constat ex causa falsa, hoc modo. Amor fugiendus non est (haec est propositio) nam verissima amicitia nascitur, ex eo, haec est ratio quę falsa est, quia virtus non amor veram amicitiam parit, & conseruat. Aut hoc modo s. additur ratio falsa. philosophia est fugienda, enim pro quia, ipsa supp. affert secundam. i. animi pigritiam, & desidiā. s. corporis, quod falsum esse innuit, quia viri boni nunquā sunt minus ociosi quam cum in ocio. i. in philosophico exercitio. Nam nisi hae i. huiusmodi rationes essent falsae, nos confiteremur expositiones. i. assumptiones seu propositiones eārum. i. ad quarum probationē allatae sunt esse quoq;. i. etiam veras. Item. i. & similiter ratio est infirma, quae affert causam expositionis non necessarium. i. non necessario concludentem, velut Pacuuius. cuius sequentia sunt carmina sic à crinito distincta, vt capitalibus literis ea distinguimus. Ordo autem est. Philosophi perhibent fortunam esse insanam, & caecam, & brutam, & praedicant eam esse volubilem ad instar. s. in statum saxi globosi. Sequitur ratio vltima, si qua dicat (quod tamen non est scribendum) ideo dicunt esse volubilem in modū saxi, quia autumāt fortunam cadere eo quo fors id est. fortuna impulerit saxum. Et philosophi vocant fortunam caecam ob eam rem, quia nil cernat, quo applicet sese id est seipsam. Aut pro sed, aiunt eam insanam, quia sit atrox incerta, & instabilis. Et sup. aiunt, Brutam id est bestialem, & stolidam, quia nequeat internoscere dignum, aut indignum. Sunt item, inquit, philosophi, qui negāt vllam fortunam esse, sed autumant omnia regi temeritate, vt Epicurei. Ratio additur, quia ipsi aiunt id esse magis verisimile quod ipsa res edocet a se experiēdo vsu, id est per visum. Velut Orestes modo fuit Rex, & factus est modo mendicus naufragio, id est per naufractionem. nempe. id est quia certe ista res obtigit, id est, praeter spem euenit. Ergo id non obtigit, forte nec fortuna. cum enim temere euenit, non videtur per fortunam quam deam aliquam putabant euenisse. Hactenus Pacuuius sequitur Cicero. Velut inquit Pacuuius. nam Pacuuius vtitur hic, id est in his verbis ratione infirma cum ait verius, res gesta temeritate quam fortuna. nam potuit fieri vtraque opinione, id est secundum vtramque opinionē philosophorum, vt ita qui rex fuisset factus etiam mendicus. nam primi dicerent id contigisset per fortunam eo quod caeca, insana, atque atrox sit, Secundi circa fortunam, cū nulla videatur ratio, aut nominis fortunae intercessio. [Item infirma ratio, &c.] Prosequitur alias species ac modos infirmae rationis dicens. Item ratio est infirma cum id, quod dictum est in expositione, id est quod assumptum est, videtur afferri pro ratione hoc modo. Auaritia est hominibus magno malo. i. ad magnū malum, aut causa magni mali, quae expositio, seu propositio est. Ratio est, idcirco q̄ homines conflictantur magis, & multis incommodis propter immensam cupiditatem pecunię, hoc est propter auaritiā quae graece philargyria. i. amor argenti dicitur. Nam hic. i. in hac expositione, & ratione, idem quod dictum est per expositionē dicitur aliis verbis per rationem. Item tertio ratio est infirma, quę subiicit expositioni causam minus idoneam, id est nō sufficientem nec efficacem quam res postulat hoc modo. Sapiētia est vtilis, propterea quia qui sapientes sunt cōsueuerunt colere pietatem, id est, pium cultum dei, & parentum. Itē vtile est habere veteres amicos. Enim pro quia. tu habebas, id est, quilibet qui amicos habet, habeat quibuscum, id est cū quibus possis. id est quilibet possit iocari, id est, iocose confabulari. Nam expositio confirmatur in huiusmodi rationibus non ratione vniuersali. i. totali, neq; absoluta. i. consumata. sed extenuata. i. imminuta, & imperfecta. Itē vltimo loco ratio est infirma quae

potest accommdari.i.cōmode applicari. vel.i.etiam alii expositioni vt facit Pacuuius qui affert eandem rationem, quare fortuna dicitur cæca, & eandem quare dicitur bruta.

DE CONFIRMATIONE VITIOSA.



N confirmatione rationis multa vitanda in nostra, & obseruāda in aduersariorū ratione sunt vitio, propterea q. diligentius consideranda sunt, q accurata confirmatio rationis totam vehemētissime comprobat argumentationem,

Vtuntur igitur studiosi in confirmanda ratione dupl ici conclusione, hoc modo:

Iniuria abs te afficior indigna pater.
Nam si improbum Chresobontem existimaueras,
Cur me locabas nuptijs? sin est probus.
Cur talem inuitam cogis linquere?

Quæ hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur, aut ex simplici parte reprehendentur: ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna nata afficio iniuria.
Si probus est, bene locaui: sin autem est improbus,
Diuortio te liberabo incommodis.

Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur, hoc modo:

Nam si improbum Chresphontem existimaueras,
Cur me huic locabas nuptijs? Duxi probum,
Erraui, post cognoui, & fugio cognitum.

Ergo reprehēsio huius cōclusionis duplex est: acurior illa superior, facilier hæc posterior ad excogitandū. Item vitiosa est cōfirmatio rōnis, cū ea re, q plura significat, abutimur pro certo vnius rei signo, hoc mō: necesse est qm̄ pallet, ægrotasse: aut necesse est peperisse, qm̄ sustinet puerū infautem. Nā hæc sua spōte signa nō habēt, si nō certa quoq; similia cōcurrant: q si concurrerint, nō nihil hmōi signa adaugent suspicionē. Item vitiosum est, cū vel in alium, vel in eum ipsum, qui dicit, id, quod in aduersariū dicitur, pōt conuenire, hoc modo: Miseri sunt qui vxores ducunt: at tu duxisti alterā. Item vitiosum est id, quod vulgarem habet defensionem, hoc mō: Iracundia in ductus peccauit, aut adolescentia, aut amore. Huiusmodo.n. deprecationes si probabuntur, impune maxima peccata dilabentur. Item vitiosum est, cum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat, quia etiam nunc in controuersia est, hoc modo:

Eho, tu, dij, quibus est potestas motus superū atq; inferū,
Pacem inter se se conciliant, conferunt concordiam.

Nā ita pro suo iure hoc exēplo vsum Cresphōtē Ennius induxit, quasi iā satis certis rōnibus ita esse demonstrasset. Itē vitiosum est, quod iā quasi sero atq; acto negocio dict videtur, hoc modo: In mentē mihi si uenisset Quirites, nō commisissem, vt hunc in locū res veniret: nam hoc aut hoc fecissem: sed meum hæc ratio fugit. Itē vitiosum est, cum id, quod in aperto delicto positum, & tamen aliqua leui tegitur defensione, hoc modo.

Cum te expetebant omnes, florentissimo
Regno, reliquit: nunc desertum ab omnibus
Summo periculo sola vt restituam paro.

Item vitiosum est, quod in aliam partem, ac dictū sit, potest accipi.i. huiusmodi, vt si quis potēs ac factiosus in concione dixerit: Satius est vti regibus, q̄ malis legibus. Nā hoc tametsi rei arguendæ causa pōt sine malitiæ dici, tamen propter potentiam eius, qui dicit, non dicitur sine attroci suspicione. Item vitiosum est, falsus aut vulgaribus definitionibus vti. Falsæ sunt hmōi, si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quæ expulsione, aut cōuitio constet. Vulgares sunt, quæ nihilominus in aliam rem transferri possunt, vt si quis dicat, quadruplator, vt breuiter describāt, capitalis est. Est.n. im pbus, & pestifer ciuis. Nā nihilo magis quadruplatoris, q̄ furis, q̄ sicarii, aut proditoris attulit definitionē. Itē vitiosum est, pro argumento sumere quod in disquisitione positū est: vt si quis, quē furti arguat, dicat eū esse hominē improbum, auarū, fraudulentum: ei rei testimonium esse, q sibi furtū fecerit. Itē vitiosum est, controuersiam controuersia dissoluere, hoc modo: Non conuenit Censores istum vobis satisfacere, ex eo q ait se nō potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat: q si ad exercitū non venisset, id ne Tribuno militum diceret? Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita, aut iudicata res, sed impedita, & in simili controuersia posita exempli loco profertur. Item vitiosum est, cū id, de quo summa cōtrouersia est, parū expeditur & quasi transactum sit, relinquitur, hoc modo:

Aperte fat ur dictio, si intelligas.
Tali dari arma, qualis qui gessit fuit,
Iubet, potiri si studeamus Pergamo:
Quæ ego profiteor esse mea. nam me æquum est frui
Fraternis armis, mihiq. adiudicarier.
Vel quòd propinquum, vel quòd virtute æmulus.

Itē vitiosū est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, & cōtra ea, quæ ante dixerit, dicere, hoc mō:

Qua causa accusem hunc, nequeo exputando euoluere.
Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?
Sin inuerecundum animi ingenium possidet.
Quid eum accusem qui id parui auditu existimet?

Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse quare non accusare. Quid, quod postea ait?

Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.

Item vitiosum est, quo dicitur cōtra iudicis voluntatem, aut eorum qui audiunt, si aut partes, quibus illi student, aut homines, quos illi charos habent, lædātur, aut aliquo huiusmodi vitio læditur auctoris voluntas. Item vitiosum est, non oēs res confirmare, quas pollicitus sit in expositione. Itē verendum est, ne alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit: inq. huiusmodi vitio considerandū est, ne aut ad rem addatur quid, aut quippiam de re detrahatur, aut tota causa mutata in aliam causam deriuetur: vt apud Pacuuium Zethus cū Amphione, quorū controuersia cū de musica inducta sit, disputatio in sapiētiæ rōnem, & virtutis vtilitatē consumitur. Item considerandū est, ne aliud accusatoris criminatio cōtineat, aliud defensoris rō purget, quod sæpe consulto multi ab reo faciunt, angustiis causæ coacti: vt si quis, cum accusetur ambitu magistratum petiisse, ab Imperatoribus sæpenumero se apud exercitū donatū esse dicat.

Hoc

Hoc si diligenter in aduersariorũ oratione obseruauerimus, sæpe deprehendemus, & in hmôi deprehẽsione ostẽdemus eos, de ea re quid dicãt, nõ habere. Item vitiosum est, artem, aut scientiã, aut studium quoppiã vituperare propter eorũ vitia, qui in eo studio sunt: veluti qui rhetoricã vituperant pp alicuius oratoris vituperandã vitã. Item vitiosum est, ex eo, quod perperã factum esse constat, putare ostendi à quo homine factum est, hoc modo: Mortuũ deformatum, rumore prædictum, corpore decoloratum fuisse constat: ergo veneno necatus est. Deinde si sit vsque adeo in eo occupatus, vt multi, feciunt, venenũ datum, vitio non mediocri conflictetur. non. n. factum ne sit quæritur, sed à quo factum sit. Item vitiosum est, in comparandis rebus alteram rem efferre, de altera mẽtionem non facere, aut negligentius disputare, vt si comparetur, vtrum satius sit populum frumẽtum accipere, an non accipere: quæ commoda sint in alte a re, curet enumerare, quæ in altera re incommoda sint, velut de præsta prætereat, aut ea, quæ minima sint, dicat. Itẽ vitiosum est, rebus cõparãdis necesse putare alterã rem vituperari, cum alterã laudes: quod genus; si quæratur, vtris maior honor habendus sit. Albensibus, an Venusinis, quòd reip. & populo R. profuerunt; & is, qui dicat alteris, alteros lædat. non. n. necesse est, si alteros præponas, alteros vituperare. fieri. n. põt, vt, cum alteros magis laudaris, aliquam alteris laudis partem attribuas, ne cupide pugnasse cõtra veritatẽ putetis. Itẽ vitiosum est, de nomine & uocabulo eius rei controuersiam struere, quã rẽ consuetudo põt optime iudicare: velut Sulpitius, qui intercesserat ne exules, quibus causam dicere, non licuisset, reducerentur: idẽ posterius immutata voluntate, cũ eandẽ legem ferret, aliam se se ferre dicebat propter nominum commutationem: nam nõ exules, sed vi eiectos se reducere aiebat, perinde quasi id fuisset in controuersia, quo illi nomine appellarẽtur à populo R. aut perinde quasi non omnes, qui bus aqua & igni interdictum est, exules appellentur. verum illi fortasse ignoscimus, si cũ causa fecit: nos tamen intelligamus vitiosum esse intendere controuersiam propter nominum mutationẽ.

CAP. IN confirmatione rationis) Supra diximus argumentationẽ quod epicherema nominatur absolutissimam, vt Cic. visum est. quinque constare partibus, propositione. propositionis ratione, assumptione, exornatione, complexione. Duas supra partes tractauimus, sequitur tertia, quam hic Cic. rationis confirmationẽ nominat, quę actæ rei rõ quedã potius esse videtur vt exẽpla ipsa Cic. edocẽt. nos tñ supra de hac re longius tractauimus, iccirco hic nihil adiicere voluinus. [Et obseruãda in) Vt reprehendi queant. [Comprobat argumentationem) videri facit probabilem. [Duplici conclusione) Duobus comprabandi quod volumus modis. [Si improbum Chresphontem) Maritũ meũ, apud Ennium dicit filia ad patrẽ. [Cur me huic nuptiis?) Cur me Cresphonti despondebas vxorem. [Locabas) Pro, collocabas. Sin. n. veteres Varrone teste locuti sunt, sicut ẽt apud Plautum, Filium habeo grandem dote cassam atque illocabilem, neq; eam queo locare cuiq̃. Nam nũmo locare, pensioni aliquid dare, sicut cõducere, pensione accipere, significat. [Cur talẽ) Tam probam. [Inuitam) Me filiam tuam. [Inuitum) Maritum cogis relinquere, quippe qui diuortium nos iubes facere. [Quæ hoc modo concludentur) Hoc est conclusa argumentatione, refellentur. [Sin aũt est improbus, Diuortio te liberabo incommodis) Diuortium factis nuptiis, ante nuptias repudiũ appellatur. [Ex simplici parte) Nam pars superior duplex fuit, cum dicebatur, si improbum Chresphontem, & quæ sequuntur. Deinde, si probus est, & reliqua. [Acutior illa superior) Quãdo non facile inuenitur, nec vbiq; potest accommodari. [Certa signa non) Habent certa necessaria. [Non nihil huiusmodi) De his signis abunde in coniecturalis constitutionis tractatione dictum est. [Huiuscemodi. n. deprecationes). i. refutationes. [Si probabuntur) Admittentur. [Impune) Sine causa aut sine pœna. [Maxima peccata) Num delibantur, qui adolescentia iracundia. aut amore lapsi sunt. in maxima peccata, an ipsa peccata delibantur in omnes. [Conferunt cõcordiam) Concordes fiunt. [Ita esse demonstrasset) vt diis essent potestas inferorum superiorumq. motus, vt deorũ potestate omnia mouerentur, cum id dubium videri potuerit. non. n. vt alia taceamus, hominum mẽtes saltẽ deorũ potestate moueri cõcedimus. deos. n. astra vocat, aut dæmonas, nec inter se hęc sibi conueniunt, vt non aliquatenus dissideant. Nunc desertum ab omnibus. [Summo) Paro vt restituam, hoc est in tuũ te pristinum reducam statuam. Nec tam defensio hæc dicenda, q̃ defensionis iactatio, & quædam ostentatio. [Ac dictum sit) Ac quam hic significat. Potens ac factiosus. Qui videri inter primos in vrbe comitum turba velit. [Sine atroci) Maxima suspicione. nisi quæ expulsatione aut conuicio constet. [Expulsatione) Cum quis vapulat. [Conuitio) Cum maledictis, & obscenis alicuius verbis incessitur. Vt Cic. pro M. Cœlio: Aliud est male dicere, aliud accusare, accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio huius nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, conuitium, si facinus, verbositas nominatur. dictũ vero cõuitium, Nonius Marcellus existimat, qua si vicis, qui secũdum ignobilitatẽ loci maledictus, & dictus turpibus ciuillentur. [Quæ nihilominus) Nihilo secius. [In aliã rem transferri possunt) subaudiendũ, non in eam, quam velit sibi aliquis cõcedi. [Quadruplator, vt breuiter describam, capitali est) Quadruplatores dicebantur, inquit Festus Pomp. qui eo quæstu se tenebant, vt eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. sed Q. Pędianus, quadruplatores, inquit, delatores erãt criminũ publicorum, in qua re quartam partẽ de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur: Alii dicunt quadruplatores esse eorũ reorum accusatores, qui cõuicti quadrupli damnari solebant, aut aleæ, aut pecuniæ grauioribus vsuris fœneratæ. [Quam furis, q̃ sicarii) Fures, inquit Nonius Marcellus significãtiam à habere a furuo. Quod Romani veteres atrum appellauerunt, & quod per obscuras, atq; atras noctes opportuna sit eis mali effectio, eo dictos fures. Varro rerũ diuinarum lib. 13. furem ex eo dictum quod furuum atruum appellauerint, & fures per obscuras noctes. atq; atras facilius furentur alii quod a veteribus Græcis φῶρ dicerentur, quæ nunc κλέπτην vocant Sicarius autem, à sica, quod eo telo nefarii homines per auias fauces & desertas solitudines, in quocunque positos, grassentur. [Pro argumenta) Loco demonstrationis. [Quod disquisitione) Quod à duobus inter se diuersis exquiritur. Nam id disquirere est, sicut diiudicare inter duos, aut plures cui acquiescere debeant, efferre sententiam. [Quod sibi furtum) Hoc. n. probandum fuerat, & poterit hoc modo in argumentatione fieri assumptio, vt dicas quicunque alienum furatur, is improbus, auarus, fraudulentusq. est, sed mihi furtum fecit inferetur deinde complexio, vel retiecbitur, quod aperta satis. Hoc pacto multa, quæ hic Cicero ponit exempla, assumptiones fieri possunt multa etiã non possunt. [Quòd si ad exercitium) Si videlicet adesse non potuisset, cum se venturum iurasset, cur id tribuno militum diceret. quando sciret nihil hoc profuturum, sed daturum pœnas. [Quia non expedita, aut iudicata res) Vt proferri debuit, non exemplo, quod quæstionem habet, an comprobet. [Parum expeditur) Expedire explicatur. [Aperte fatur dictio) Exemplum est de Achilis armis, Vtrum Aiaci an Vlyssi traderentur, consultum autem Apollinem, respondisse aiunt, esse adiudicanda ei qui talis esset, qualis illic qui gesserat, fuit. [Fatur dictio) Loquitur, quod Apollo dixit. [Hoc iubet:) Subaudiendum, vt deutur talis qualis fuit qui ea gessit. [Potiri si studeamus) Si Troiam cupiamus subigeret. Celsa Iouis ædificia. Pergama, vt Saidas, inqt. ita nominarunt. Quare Troia hoc sibi nomen vindicarit, quod celsis exurgeret mœnibus. Duris tamẽ Cretensis, de Palladio Aiace & Vlyssem contendisse asserit, ac post Ilium captum, ob eã rẽ Aiacem occubuisse. num dolore proprio conflictatũ an per insidias occisum incertum est. [Quæ ego profiteor esse mea) Perinde ac si hæc Aiacis sint verba. Quæ, subaudiendũ arma. [Pro

ſtre or)Palam dico,vnde profeſſores alicuius diſciplinæ,qui eã ſe docere poſſe palam enunciant. [Nam me æquum eſt frui.) Tanquam fratrem. Nam Aeacus Iouis, & Aegines filius,ex Aeneide Chironis filia duos ſuſcepit filios,pelcum,& Telamooẽ, Peleus & Thetide Achillem,Telamoo ex Euribœa Alchatoi filia Aiacem,vt Græca narrat hiſtoria,filiũ habuit. Ergo quia ex duobos mari frattibus ſanguioe eſſent cõiuocti,recte.f amoris etiam affectu Achilles,& Aiax cohæſiſſe videri poſſit. [Vel ꝙ propinquus, vel quod virtute emulus) Hæc ſunt quæ Cicero quaſi tranſacta dicit eſſe,ac per hoc nullã pene vim præſiare argumenti. [Virtutis æmulus ſui) Eius Achillis,roboris, corporis,fortitudinis,& animi,oam ſi Homero credimus,poſt Achillem Aiax omnium Græcotum fortiſſimus fuit,quem bis cum Hectore congreſſum,ſuperiorem ſuiſſe ſcribit. [Nequeo expurtando euoloere) Diſputando ad id peruenire,vt dicatur. [Nã ſi veretur) Si delinquere ob verecundiam ooo poteſt. [Id parui auditu) Quippe qui inuerecũdus ſit,& in omne facinus exultante libidine audeat proſilire. [Quid, poſtea) Cum commode.ſatis ne accuſet,oſtendiſſe viſus ſit. [Quod ait) Nom quod adiiciet idem quod dixit confirmabit. [Nunc ego te ab ſummo iam detexam exordio) Hoc eſt, nunc tua ordiat ſcelera,à ſummo exordio,ab initio mei exordii,aut corum quæ geſſiſti principio. [Te à ſummo dexteram) Te omnibus commonſtrabo,& quaſi texrum per fila diſcindam. Quibus alli) Iudices, vel quicunque audiunt. [Student) Studioſe fauent. [Noo omnes res confirmare) Quas pollicitus ſis io expoſitioue, ſi propoſueris te aliqua probaturum,& deinde è memoria corũ aliquid exciderit, aut ſi aliquid adieceris. Sed hæc noo tam argamentatio,quam argumentationũ multarum contextus quidam eſt,niſi partium aut ſpeciem fiat enumeratio, quæ ab totum genusque referatur. Nam vnum per ſe,quod in argumentione probare velis, eſſe in ſingulis argumentationibus oportet. [Non omnes res confirmare) Quas pollicitus ſis in expoſitiooe, ſi quidem ab initio te coofirmaturum dixeris, deinde ex eis aliquid excipias,quod te oeutiquam poſſe coofirmare fatearis. [Ne aut ad rem,addatur quid) Vt ſi quem furem velis oſtendere euodem ambitionom dicas, & quod ad tuam rẽ minime attineat. [Aut quippiam de re) Vt ſi cum ſicarium, furem, & libidinoſum velis oſtendere vnum ex bis reticeas. [In aliam caoſam) In aliam litem coocludatur. Vt ille, qui cum ambitus accuſaretur,manu ſe fortẽ eſſe defendebat,& vt Ariſto. in Elenchorũ libro ſcribit feciſſe Lycophrona, cum de qoo diſputaretur,noo intelligeret.lyram cepit extollere. [Vti apud Pacuoium Zethus cum Amphiooe) Apud Euripidem, & Pacuuium prætermiſſa muſica, vnde ſumptum erat diſputandi ioioum,ſapientiam laudat. [Zethus cum Amphione) Qui Iouis ex Aotiope nati, Thebas Bœotias conſtruxere, vt Home. in xi. Odyſſeæ.

Τὴν δ' ἐμετ' ἀντιόπην ἴδον ἀσωποῖο θύγατρα.
Ἣ δὴ καὶ Διὸς εὔχετ' ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαῦσαι
Καὶ ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, ἀμφίονά τε ζῆθόν τε,
Οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο.

[Quod ſepe conſulto multi) Vt num id dici velint de ſe,reum ſæpe conſulant,idque faciuot anguſtiis cauſæ coacti. quòd de cauſa tam pauca dici poſſint,vt nimium feſtinans cauſam egiſſe videator,quod cum nos facere deprehẽdimus,dicimus ideo id feciſſe, quòd ad cauſæ defenſiouem nihil habuerit. Ex eo, quod perperam factum eſſe conſtat, putare oſtendi à qoo homine factum eſt) Senſus eſt: Vitioſum eſt, cum aliquid ioiqui factum iam conſtet, & quæratur tantummodo à quo factum ſit. Si velit aliquis ooo tam oſtendere, à quo ſactum idipſum ſit, quàm nequiter id factom eſſe, cum de eo dubitet nullus. Noo enim ex eo qui nequiter ſactum eſſe oſtenditur, etiam demonſtratus quis quid commiſerit. Id denique nõ me dioeti dabitur vitio ſi in ea re multum ſuerit occupatus. [Alteram rem vituperari,cum alteram laudes) Quod geons ſi quæratur,veris maior honor habendus ſit. [Albenſibus) Cum duæ, vt,& Varro ioquit. Albæ fuerint,ab vna dicunt Albani,ab altera Albenſes,ſicut Lucenſes & Lucani, Rhegini, & Rheginẽſes, Pergameni, & Pergamenſes. Cumaoi,& Cumenſes. Eſt etiam vbi eadem gens alia appellatione nominetur.licet aliqoatenus differat,vt Romani,& Romaocoſes,Siculi,& Sicilienſes, Hiſpsoi,& Hiſpanienſes. Piceni,Picentes, Iliaci,& Ilienſes, Rodii, & Rodienſes? & id genus alia vt Feſtus pompeius putat. [Ao Venuſinis) Et hi populi etiam Veii dicti ſunt ab oppido Veiis, ſicut illud oſtendit in Neronem epigramma.

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si oon,& Veios occupat iſta domus.

[Quod reipub. & populo R. profuerunt) Subaudiendum, in bellis ſocialibus. Velut Suſpitius. Hic Suſpicius Gallus oratorũ in oumero habitus,ornatus atque elegans quo prætore ludos Apollini faciente cum Theſtem fabulam docuiſſet, Q. Martio. Cn. Seruilio conſulibus mortem obiit Ennius. [Quaſi id fuiſſet in controoerſia) Cum omnes vno oomioe exules,extra ſolum patrium eiector appellarent,licet ipſe pro Cæc. dicat: Exiliũ.o. non ſupplicium eſt, ſed perfugium potiusq. ſupplicii. Nã qui voluot pœnam aliquam ſubterfugere,aut calamitatem,eo ſolum vertuot,hoc eſt,ſedem ac locum mutant. Itaq; nulla in lege ooſtra reperitur.apud ceteras ciuitales maleficium exilio eſſe mulctatum.ſed cum omnes vincula,neces ignominiasq. vitaot,quæ ſunt legibus conſtitutæ,coofugiunt quaſi ad ſecuritatem,io exilium,qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent,oõ prius ciuitatem,quam uitaoi amitterent.quia noloot,nõ admitur his ciuitas,ſed ab his relinquitur,ad deponitur. Sed quare hic Cic. dixerit, ſatis apparet. [Aut perinde) Ideo quaſi oon omnes quibus interdum eſt,ne aqua ignúq. vtantur exules nominentur. [Verum illi) Subaudi Suſpitio Gallo, cuius iam meminimus. Simile uitioſum eſt,quod aliqua parte diſſimile eſt. Simile vitioſum oſtendi poterit, ſi id, quod confertur ei qui cum confertur,demonſtrabitur eſſe diuerſum genere,oatura vi,maguitudine,tempore,loco,perſona,opinione,& ſi hoc io oumero illud erit ꝙ per ſimilitudinem aſſeritur,& ſi hoc in loco illud erit ꝙ ius cauſa,quomodocuoque aſſertur. Deinde vero quid res cũ re differat demonſtrabimus ex quo docebimus aliquid de eo quod comparabitur.& de eo qui eum comparabitur exiſtimari oportere, & hoc maxime reprehendi poterit. cum per inductione tractanda erit argumentatio.

IN coofirmatiooe rationis) Cõfirmatio vitioſa. [Nam ſi improbum Chreſpontem) Alias, Threſpootem. [Aut ex contraria coouerteotur) Sed hæc concluſio eo coutrario fieri non poteſt,niſi ſit falſa prior confirmatior. [Neceſſe eſt,qm. pallet, ægrotaſſe) Poteſt.n.vel animi affectibus pallere. [Quooiã ſuſtioet puerum) Sed,& outricula,quem noo peperit.infantẽ,brachiis ſuſtinet. [Si ooo cetera quoque ſimilia concurrant) Eiuſmodi ſignorum multitudinem ob id recte *συνδρομήν* Ariſtoteles appellaot,quod vbi ſimul coocurrant,aliquam probatiooem efficere poſſunt,vt io priore exemplo, Pallet, ergo ægrotauit. Niſi.n. frequeotius in ædibus videri medicum niſi amicorum ſolicitudinem,& triſtitiam,oiſi vota diis facta, non facile fidem dabis,cum multi ex ſceleroſa conſcientia in pallorem inciderint. [Si quis dicat iniuriam eſſe nullam, &c.) Cum quoduis contra ius factum,iniuria vocetur. [Aperte fatur dictio) Aiax pro Achilis armis adipiſcendis,exponit io Græcorum concilio Appolloois oraculũ. [Auditu exiſtimet) Alias, auditum. [Vti apud Pacuuium Zethus) Inducti ſunt, & eadẽ ratione in tragœdia Euripidis cõcertantes,vt teſtatur Athenæus in encomio moſices. [Itẽ vitioſum eſt,artem,aut ſcientiam,&c.) Quã obtem qui vanitatẽ artium, quod profeſſores earũ pleruoque vani eſſent, noſtro ſeculo aſſerere ſtuduit,nõ immerito ab omnibus quoq; doctis vaniſſimus iudicatus eſt. Sed hoc oõ ignorandum eſt,quod multa ſunt quæ per artẽ ita ſcribũtur,vt vel expoſitioois, vel rationes, confirmationes vitioſæ,aliis videri poſſent,cũ id diligentia,vel neceſſitate callidi oratores,faciũt: quale,& in hoc exemplo vitium eſſe,& ooo eſſe poteſt.

LONG.

IN coofirmatione, &c.) Proſequitur vitia confirmationis, quorum cognitiooem dici apprime vtile, tum ne iu ea iocidamus, tum vt lapſos deprehendamus, atque ita auditorem attentum facit. Ordo eſt: multa vitia ſunt vitanda confirmatiooe ratioois id eſt dum ratiooem coofirmare volumus in ratione ooſtro, & multa vitia ſunt obſeruaoda id eſt diligenter,vt repreheodantur animaduertenda,io coofirmatione rationis aduerſariorum io ratione.ſ eorum quam ad confirmaoonem rationis adducunt.quæ,&,vitia ſupp.ſuot conſideranda diligenter propterea quod affirmatio id eſt confirmatio raoonis.accurrata id eſt diligeoti cura effecta, comprobat vehementiſſime totam argumentatiouem. Igitur, q.d.vt rationem confirmatioois rationis cognoſcamus id dico,aut igitur quod vehementiſſime comprobat. ſtudioſi id eſt diligentes oratores vtuntur duplici coocluſiooe in confirmanda ratiooe id eſt ſæpe concloduot per dilemma id eſt argumentum vtrinque aduerſatium capiens,hoc modo(& eſt exemplũ ſumptum ex Ennio, apud quẽ dicit filia ad patrẽ volentem diuortium facere à marito quem filiæ dederat. quem alii Treſpootẽ. alii,vt Franciſcus Traſpontem,alii, vt Capidutus, Creſphontem vocant) O pater(inquit filia) ergo afficior abs te iniuria indigna, id eſt, quam non merui, aot indignanter ferenda.

ASC.

Nam

Nam si existimabas.i.tu iudicabas Drespontem.s.maritũ meũ esse improbũ cur locabas me nuptiis.i.p nuptias, huius.i.cur me huic nuptũ dedisti? Sin.n.sed si est probus.cur cogis me in uitam relinquere talem.s.probum virum.inuitum.i.nolentem relinqui? hoc modo videtur ex vtraq; parte argumentatio con cludere, sed non concludit, vnde dicit Cic. Eaq.i.& ea sup. argumenta vtrinq; concludere, violentia.concludentur.i.conuincẽtur, hoc modo, quia aut conuertentur ex contrario.i.ex altero dilemmate, quo ad vtranq; partem, aut reprehedentur ex simplo parte.i.tantum ex altera parte.ex contrario sup.conuertẽtur, hoc modo, vt dicat pater. O nata.i.filia, ego nulla iniuria afficio te, quia si Trespontes probus est, collocaui sup.te eius nuptiis.sin asit.i.sed si est.improbus. ego liberabo te incõmodis diuortio.i.per diuortium.i.separationem matrimonii, sup. talis conclusio, aut argumentatio, reprehẽdentur ex simplici.i. tantũ ex altera parte. si altetutra.i.vna duorum, siue hæc, siue illa.pars ex duplici conclusione, diluitur.i.dissoluitur, hoc modo. Nam si existimabas Ctesiphontem esse improbum. Cur me huic locabas nuptiis? Respondet pater. Duxi.i.existimaui probum, Erraui, & cognoui post.s.nuptias, & fugio cognitum. Igitur reprehensio huius conclusionis, quę sibi videtur cõcludere ex vtraque parte est duplex, illa superior.i.prior, quæ respondens e conuerso ex vtraque parte concludit. est acutior.i.subtilior. hæc posterior est facilior ad excogitandum, quia facilius est alteram quam vtranque partem diluere. Item vitiosa est cõfirmatio rationis, cum nos abutimur ea re, quæ significat plures res.i.quæ est æquiuoca. pro certo signo vnius rei.i.pro vniuoca, hoc est (nam non de uoce, sed rebus loquitur) quando quod multorum signum esse potest, quia a multis causis dependet assumitur tanquam sit necessario alicuius vnius signũ, hoc modo: Necesse est, aut virum, aut mulierem ægrotasse, q a pallet, possit.n.aduersarius dicere non esse necesse ægrotasse, cum & timentes, & frigentes, & qui comederint exangue (vt Flaccus dicit) Cyminũ, & qui diu studuerin, & qui sanguinẽ effuderint, aut multum coiuerint, aliq. multi pallere possint. Aut hoc modo: Necesse est, sup. fęmellam, peperisse, quoniam sustinet.i.super gremium, aut inter brachia tenet puerum infantem, quod signũ non esse necessarium, quia potest non suũ sustinere. Nam certe hęc non sunt signa.s.probabilia efficaciter sua sponte.i. ex propriis vi aut natura, si non cetera quoque sup. signa similia concurrant, quæ.s.signa si concurrerint, non nihil huiusmodi signa, imò multum adaugent suspicionẽ non tamen si sint eiusmodi necessario concluduunt, vt si addatur, q & ipsa quæ puerum sustinuit palleat, & fleuerit cum puer a uel leretur, & ipsum affectanter deosculatus fuerit, an similia quæ materni affectus sunt fecerit, satis autem euidentiæ haberet si addatur q eum lactauerit. Item confirmatio rationis est vitiosa, quando id, quod dicitur in aduersarium, potest conuenire.i. conferri, vel in alium, vel in eundem qui dicit, hoc modo: Miseri sunt qui vxores ducunt. Hoc videtur assumptum ab eo qui aduersarium reiiciendum censet, à curatione ludorũ, aut aliarum rerum festinarum sic. Qui miseri sunt res lætas curare nõ debent, tu autem miseres; miseri.n.sunt qui vxores ducũt, quo audito statim antequam conclusio inferatur subiunxit aduersarius, & tu dixisti alteram.i.secundã.q.d. ergo multo miserior es, q si cęlebs esset, qui id diceret posset aduersatius dicere: ergo omnes patricii, & fere qui ciues boni sunt miseri sunt, vxores.n. ducunt, aut duxerunt. [Item vitiosum est) Continue docet reliqua confirmationis rationis vitia dicens. Item vitiosum supp. est genus confirmationis rationis id, quod vulgarem habet defensionem.i.ad quamlibet culpã applicabilem, hoc modo: Iracundia inductus peccauit. aut adolescentia, aut amore, vt fiat confirmatio sic. Si cui vnquam ignouistis iudices, huic maxime ignoscendum puteris: Peccauit.n.ductus iracundia, aut &c. sed eam confirmationem dicet aduersatius non admittendam. Enim pro q a, si huiuscemodi deprecationes.i. depulsiones, ac purgationes criminum probabuntur.i.approbuntur & vt sufficientes admittentur, nunc sup. maxima peccata dilabentur.i.purgabuntur. impune.i.sine vlla punitione, quia qui libet dicet se tali vitio, aut occasione inductum peccasse. Item confirmatio rationis est vitiosa, cũm id sumitur.i.assumitur pro certo, quod non constat.i.non est acceptum. vt verum inter omnes, hoc est, de quo aliqui dubitant, & quod etiã nunc.i. in præsenti lite, est in controuersia.i.de quo contenditur, hoc modo. Eho tu, dii, quibus est potestas motus supernum atque inferum, id est. superos atque inferos, aut superorum & inferorum concilliant inter sese pacem, & conferunt concordam, & ea nolunt fieri diuortium. Nam Ennius induci Chresphontẽ maritum illum, cuius paulò ante mentio facta est visum. ita.i. toli confirmatione pro suo iure quo contendebat coniugem inuitam à se inuito non esse auferendam, quasi demonstrasset iam rationibus certis satis esse ita cum de illa re controuersia fit. Nam si constet Deos esse concordes, quos tamen Homerus attestatur discordes fuisset, non continuo constabit eos velle homines concordes fuisse, non continuo constabit eos velle homines cõcordes esse cum quibuslibet, quia certum est Deo auctore multis illata esse bella. Præterea non omnis cõcordia bona est, vt malorum inter se, ergo talem Dii non approbant. Facile ergo poterat socer refellere, quod ab genere assemebãtur. Item vitiosum est, sup. confirmationis genus, quod videbitur dici iã quasi sero.i.nimis tarde, atq; negocio acto, hoc modo: O Quiritas si venisset mihi in mentem, non commisisse.i. non essem passus, vt res veniret in hunc locũ.i.in talem statũ, aut exercitus in tales angustias. nã ego fecissem hoc aut hoc.i. sic aut sic euitassem, sed hæc ratio fugit.i.lauit me, tum.i tũc. [Item vitiosum &c.) Recitat vitium cõfirmationis, quę assumitur id, quod sit contra fidem, & deinceps alia vitia subiũgit dicens. Item vitiosum est cũ id, quod in aperto delicto positum est.i.quod cum manifestam habeat culpam. tamen.i.nihilominus, tegitur.i.palliatur. aliqua defensione leui.i.modici ponderis, hoc est, parui momenti, hoc modo: Ego reliqui te ò peleu, Regno, sup. existẽte tibi florentissimo. nunc paro.i. contẽdo.i. vt solus summo periculo.i.per summum discrimen vitæ, posset.n. peleus, aut quiuis alius desertus dicere. Quis tibi hoc credat. Item vitiosum est.s. genus confirmationis, quod potest accipi in aliam partem, ac.i.quã dictum sic.i.huiusmodi, vt si qs potens ac factiosus in ciuitate libera qualis erat olim Romana dixerit: Satius.i.melius, & consultius esset vti legibus, q̃ malis legibus. Nam tam etsi hoc põt dici sine malitia.i.sine affectatione regni, aut dominii, causa rei, videlicet legis perniciose arguendæ.i.detestandæ, tamen non dicitur sine atroci suspicione, videlicet, affectantis regnum. propter potentiam eius, qui dicit. Item vitiosum est, vti in cõfirmationibus falsis, aut ulgaribus. Falsæ sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam nullã supp. esse, nisi sup. eam quæ constet ex pulsationem.i. violentia cõcussione, aut ex cõuitio idest manifesto opprobrio, aut contumelia, quia aliis modis innumeris fit iniuria, vt forto, adulterio, delatione, detractione, incendio &c. Vulgares sup. definitiones sunt, quæ licet vni rei applicẽtur, possunt nihilominus trãsferri in aliam partem, vt si quis dicat, quadruplator.i.redẽptor litium aut rerum, vnde quadruplum speret, est, vt describam sup. eum breuiter, capitalis.i.reus capitis amittendi. Et enim ciuis improbus, & pestifer. Nam sup. talis definitor, nihilo.i.in nullo attulis magis definitionem quadruplatoris, quam suis, quàm sicarii.i.sica, hoc est mucrone. presertim latente grassari soliti, aut proditoris.s.domini, aut vrbis, omnes enim tales sunt non minus omnino plus quam quadruplator capitales, & improbi ac pestiferi. Item vitium est, pro argumento sumere.i.medio probandi. quod positum est in disquisitione.i.disputatione. vt si quis dicat eum quẽ arguat.i.accuset furti i.actione, aut accusatione, esse hominem improbũ, auarum, & supp. fraudulentum, & sup. ei rei testimonium esse, quod sibi furtũ fecerit. nam id assumit quod probate deberet. Item vitiosum est, controuersiam controuersia dissoluere.i.adducere conueniens contra inconueniens, id enim non est soluere. vnde Flaccus. Nihil facit exemplum litem, quod lite resoluit, hoc modo: O censores non conuenit.i.non est conueniens, istum nobis satisfacere, ex eo quod ait se non potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat, &.i. quia, si non venisset ad exercitum, ipse dicet hoc.s. idem quod vobis dixit Tribuno militum? hoc est, si quis iuratus, aut cum iuramenti interuentu promiserit censoribus adesse certo loco, & tempore, & accusatus quod non affuerit, dixerit Censores non affui, quia non potui adesse, quocirca me purgatum habere deberis, quia si idem iuratus fuissem Tribuno militum, & ad idem commeatus non venissem, idem illi dixissem, & purgatus fuissem, posset aduersarius dicere non conuenit censores istum satisfacere.s.de delicto suo, verbis.s.friuolis & inanibus, nam hoc genus confirmationis, ideo vitiosum est, quia res.i.quæ ab eo assumitur, nõ est expedita aut iudicata.i.nõ est euidens, sine cõtrouersia, si Tribuno militũ non seruasse fidem, quod apud illum purgatus fuisse dicẽdo, q adesse non potuit, sed res impedita.i.intricata, & posita in simili controuersia, profertur loco exempli. Item confirmatio supp. est vitiosa, cũ id de quo est summa cõtrouersia expeditur.i.enodatur parũ, & relinquitur quasi sit transactum, hoc modo: Dicat sup. Aiax. Dictio.i. fatũ aut oraculum Apollinis fatur aperte si

aliquam aut ad rem amplificandam ſæpe ſunt hæc inſerenda. [Lege) Iura legitima legibus conſtant, leges ſunt, quæ populi iuſſu ſancitæ ſunt, ex legibus igitur iura legitima cognoſcere oportebit. [Conſuetudine, iudicato, æquo, & bono, pacto. Natura ius eſt, quod) Conſuetudinis autem ius eſſe putatur id, quod voluntate omnium ſine lege vetuſtas comprobarit, in ea autem quædam ſunt iura ipſa iam certa propter vetuſtatẽ quo in genere multa ſunt, & eorum multo maxima pars, vt inquit, ipſe quam prætores edicere conſueuerunt. Quædam aũt genera iuris iam certa conſuetudine facta ſunt, quod genus iudicatum, par, pactum. Iudicatum eſt, de quo iam ante ſententiam alicuius, aut aliquorum conſtitutum eſt. Par, quod hic æquum, & bonum Cic. vocat, eſt quod in omnes ęquabile eſt, Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure præſtare dicatur. Initium ergo iuris, ab ipſa natura profluxiſſe manifeſtum eſt. Quædam autem ex vtilitatis ratione, aut perſpicua nobis, aut obſcura aliquando à natura quodammodo longius in conſuetudinem veniſſe videtur. Poſt approbata quędam à conſuetudine, aut à vero ipſo vtilia viſa, legibus firmata eſſe perhibentur. Conſtat igitur ius omne his tribus, natura deinde conſuetudine, quæ naturam ſequitur ducem, poſtremo lege, quæ iam conſuetudine aut vero ſit matur, ſed ipſam conſuetudinem ita diuiſit, vt eius partes, iudicatum, æquum, & bonum, & pactum eſſe dixerit. [Cognationis, aut pietatis cauſa obſeruatur) Cognationis, affinitatis, pietatis, quam erga deum, & parentes habemus. [Aeque ac ſi legitimum ſit) Perinde ac ſi legibus ſancitũ ſit, vſurpatum eſt. [Quod genus) In quo genere exemplum eſt. [Id, quod argentario obtuleris expenſum) Quod dinumeratum argentario dederis. nam expendebant omnem veteres pecuniam potiuſquã dinumerabant, vnde libera, aſſis, talentum, & militum ſtipẽdia, hoc eſt ſtipes ponderandæ, vt Plin. inquit. appellantur. & penſatores libripendes dicti. [A ſocio eius recte repetere poſſis) Hoc eſt nihil obſtat, quin quam expenſam argentario pecuniã dederis, ſi is cui dinumeraueris eam pecuniam nominatur, aut quoquo modo abſit, tibi reddi repoſcas ab illo qui tum eius fuerit ſocius cum ea concredidiſti pecuniam. [Aut decretum) Vt id, de quo cum io controuerſia eſſet, iam lata ſententia ſit. [Interpoſitum) Quod inſertum ad ſupplementum alicuius ſcripti eſt. de quo quæreretur, ne amplius in quæſtionem veniat. [Iudici, aut prætori) Veteres, vt tam Varro quam Aſconius Pæd. dicit, omnẽ magiſtratum cui pareret exercitus, prætorem à præeundo appellauerunt. Vnde Lucilius, prætor eſt. ergo præire oportet. Vnde & prætorium, & præfectus prætorio. [Aut Conſuli) Conſul nominatus, quod conſuleret populum, & ſenatũ, cum quippiam tranſacturus eſſet, vnde Accius in Bruto, qui recte conſuluerat. [Aut Tribuno pl.) Quia & tribuni erant militum, Tribuni, quod iura tribuerent plebi. i. plebem defenderent. Nam cum ob truculentiſſimas olim inter patricios, & plebeios ſeditiones plebs armata, maximo cum terrore nobiliũ in Auentinum, & vt aliis placet in Sacrum collem ſeceſſiſſet, inde prius abduci non potuit, quam ad fauorem ſui Tribuni pl. primi crearentur. [Decreuerit) Quod lite caruerit. [Aut iudicauerit) Quod in controuerſiam venerit. [M. Druſus Prætor vrbanus, quo cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit) Reddidit in heredem contra heredem iudicium mandati parentis, aut alterius, cuius fuerat heredes, hoc eſt cum herede ſibi conſtitutio quidam in teſtamento mandaſſet qui fieri vellet, & heres facere recuſaret, contra ipſum Druſus iudicauit, quod Sex. Iulius Cęſar conſul in bello ſociali deſignatus facere noluit. [In ſcena vbi poemata publice recitabantur nominatum) Nomine ſuo compellando, non prænomine aliquo eũ honorando. [Iudicem cum iudice) Vter eorũ ſit clarior. [Tempus cum tempore) Quod alio tempore licuiſſe poterit, alio non licere. [Numerum cum numero iudiciorum) Vtri plura iudicia adiecta ſint proferemus. [Ad veritatem, & vtilitatem cõmunem) Quod ęqualiter apud omnes vere, & vtiliter enunciari poteſt. [Vt maior annis lx. & cui morbus cauſa eſt, cognitorem det) Senſus eſt, vt qui ſexaginta annos iam exceſſerit, ſi aduerſa valetudine correptus ſit, in exitu iudicii familiariſſimum aliquem, quem cognitorẽ dicimus, vt paulo ante oſtendimus, pro ſe dare poſſit, qui cauſæ ſuę pręſit. [Nouum ius conſtitui conuenit) Si id ante ea cautum non ſit. [Ex tempore) Sine temporis vlla mora, vel certe ex eo tempore, quo id fieri conuenit. [Et ex hominis dignitate) Vt hominis dignitatis ratio habeatur. [Si quid inter ſe pepigerunt) Pepigi non minus anomalum eſſe, quam memini, odi, & cepi, quidam ſicut Phocas, putauere grammatici, quod pango, vt Diomedes, inquit, pepigi, & panxi pręteritum mittat, paciſcor autem, pactus ſum. Quintilianus igitur poſitionẽ huius verbi primam Pago fuiſſe putat, vnde ſecundum analogiam pepigi præteritum, quã ita reliquit: Memoria repeto coniunctos a me qui reprehenderant, qui hoc verbo vſus eſſem pepigi, nam id quidem dixiſſe ſummos auctores confitebantur, rationem tamen negabãt permittere, qa prima poſitio paciſcor, cum haberet naturam panendi, faceret tempore præterito pactus ſum, nos præter auctoritatẽ oratorũ, atq; hiſtoricorum, analogia quoq; dictũ tuebamur Nam cum legerimus in 12. tabulis, Ni ita pagunt, inueniebamus, ſimile huic cadunt. Inde prima poſitio et ſi vetuſtate exolueerat, apparebat Paco, vt cado, vnde non erat dubiũ, nos pepigi ſic dicere, vt cecidi. Si quid inter ſe pepigerint. Legimus, & cũ ablatiuo, vt ſi dicas, Pepigi hac te. Catullus:

Quæ pepigere viri, pepigerunt ante parentes.

Et cum accuſatiuo, & ablatiuo, vt pepigi hanc rem decem minis Plaut. in Bacch. Ducentis Philippis rem pepigi. & paciſcor vt in eadem comœdia. Paciſci cum illo paula pecunia potes Hemilia, paciſcere ſi potes, perge obſecro paciſcere quiduis. [Rem vbi pagunt, oratione pagunt) Hoc eſt, vbi rem pactis firmant, orationem quoq; inter ſe pactis roborant, vt, quoties dixeris, aut ſcripſeris, hoc vel illud faciam, modo iubeas, vel ſimile aliud. [In comitio aut in foro ante meridiem cauſam conicito) Et hoc pactum eſt. Comitium, vt Varro inquit, ab eo quod illic coibat populus, aut creandarum dignitatum, aut litium cauſa. Hinc Plautus in Curculione: Qui periurum conuenire vult hominem, mitto in comitium. [Aut in foro) Forum, vt idem inquit, quo conferrent ſuas controuerſias, & quo quæ vendere vellent, ferrent, forum appellarunt. Nec nos præteri. Feſtum Pomp. ſex modis accipi forum poſſe ſcripſiſſe. [Cauſam coniicito) Iudicato coniectura quid tenendum ſit conſequitur, ac inde iudicato. hoc modo ſomniorum coniectores nominamus, qui quid ſomnia portendant, coniectura conſequeſtres diiudicant. [Sunt item pacta, quæ ſiue legibus obſeruantur ex conuentu, quæ iuri præſtare dr̃) Senſus eſt, ſunt initia inter aliquos ex ſolo conuentu pacta, quę licet nullis ſint legibus obnoxia obſeruantur tamen, & dicuntur iure ipſo valere vt nunc loquimur. [Ex cõuentu) Conuentus, inquit Feſtus Pomp. quatuor modis intelligitur. Primo, cũ quemlibet hominem ab aliquo conuentum eſſe dicimus. Secundo, cũ ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locũ. Tertio, cum à magiſtratibus iudicii cauſa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis, aut gratulationis cauſa colligitur. Sed hic. Ex conuentu, ex mentis verborumq; conuenientia quadam, & vt ita dicam, concordantia. [Præſtare) Vt nunc vulgus loquitur, valere dicuntur. [His igitur partibus iniuriam demonſtrari) Si contra ius naturæ, legis, aut cõſuetudinis fecerimus [Ius confirmati) Si ab his partibus, quas memorauimus non ſit alienum. Denique in Rhet. de Inuent. Locorum autem, inquit, communium, quoniam duo genera ſunt, quorum alterum dubiæ rei, alterum certe continet amplificationem, quid ipſa cauſa det, & quid augeri per communem locum poſſit, & oporteat, conſiderabitur. Nam certi, qui in omnes incidant, loci perſcribi non poſſunt. In pleriſque fortaſſe, ab auctoritate iuriſconſultorum, & contra auctoritatẽ dici oportebit. Attendendum autem, & in hæc, & in omnibus num quos locos communes præter eos quos nos expoſuimus, ipſa res oſtendat.

NAtura ius eſt) Sciendum autẽ longe latius hoc naturæ ius patere, quam hic exemplis declarauit. quare ad eam rem cognoſcendam inſpiciantur iuriſperitorum commentarii. [Quod cum herede mandati ageretur) Cum herede mandati agere, eſt actionem intendere in eius heredem, cui mandaueras vt hoc vel illud perficeret, venderet, expediret quod quia ab eo factũ non eſt eo diſcedente, in heredes actionem producis. [Cognitorem det) Cognitorem dare eſt, ſubſtituere aliquẽ qui in iudicio vices tuas ſuppleat, quem alias procuratorem vocat, nempe quod cauſam tuam omnem cognitam habeat per tuam inſtructionem, non de cauſa cognoſcat, quod eſt iudicis tantũ. [Rem vbi pagunt) Lex eſt ex Tab. 12. huc allata ex cuius forma pacta fiebant, hoc modo. Verbis pepigi cum aduocato meo, vt cauſam meam differret in comitio aut foro, & illic ante meridiem adeſſet. Aſſenſit ille, nec adfuit. Ago cum illo de pactis, & hinc creſcit ſtatus. LONG.

ABſoluta iuridiciali conſtitutione &c.) Incipit determinare de iuridiciali quæ duplex eſt abſoluta, & aſſumptiua, & prius de abſoluta, quam de aſſumptiua dicens. Non vtemur conſtitutione iuridiciali abſoluta (vbi priuſquam pergamus notabit grammatiſta, quando ex adiectiuo, & ſub- A S G.

ſtantiuo

tantino circumloquimur definitũ aliquod quod vnico voca
bulo cũ desit exprimere nequimus tunc possumus illi addere
alterum adiectiuũ etiam perfectum, sine coniunctione media
o quod prius complexum pro substãtiuo positum intelligit,
t hoc loco cõstitutio iuridicialis poniť pro vna specie consti
tutionis vnico vocabulo nõdum appellata, quo circa si per fi
tionem vocetur à tunc licite dicã à absolutum, vel vtemur à
bsoluto, vnde hic recte dici vtemur cõstitutione iuridiciali
bsoluta, nec decẽter addatur, & absoluta, vna.n.res est (sup.
unc cũ.i.quãdo nos dicemus, sine vlla assumptione diffinitio
is externe rem quã cõfitemur nos fuisse factũ, sup. esse iure.i.
iste, & saluo iure, & ideo qa nihil assumitur, non assumptiua,
ed absoluta dicitur.) Quæri cõuenit, id est, inuestigari in ea.s.
onstitutione iuridiciali absoluta, ne pro an factũ sit iure. Nos
utem poterimus dicere de eo.s.iure, aut an factũ sit iure. cau-
a posita.i.constituta.s. ex quibus partibus ius constet, cogno
cerimus. Igitur vt id cognoscamus. Ius constat, ex his partibus
idelicet, Natura, lege, cõsuetudine, iudicato, equo, & bono, &
up. pacto. Ius est natura.i.per naturam, quod obseruat causa
ognationis, aut pietatis, quo iure parentes coluntur à liberis,
t tamen & diuina, & humana lex id cõfirmat, diuina, honora
artem, &c. humana, liberi parentes alant, aut vitiantur, & libe
.i. legitimæ nati coluntur, quia aluntur, fouentur, & ad hono
es promouentur à parẽtibus (id aũt cautum negant, lege diui
a, quia insitum est à natura, eo quod carnẽ suã nemo vnquã
dio habuit, & ideo, vt idem dicit Apostolus. Si quis suorum,
k maxime domesticorum curã nõ habet, fidem negabit, & est
nfideli deterior. Propter hãc descriptionem iuris naturalis im
robat Valla illã quę in institutionibus Iustiniani posita est,
us naturale est, quod natura omnia animalia docuit. Non n.
uod bruta per naturam faciunt, id iure facere dicentur. Lege
us est.i.per legem.s.scriptam. id, quod sancitum est.i.cõfirma
um. iussu populi, quod genus.i.eiusmodi est. vt in ius eas cũ
occis, lex.n. vult vt pareas. Consuetudine ius est id, quod si-
e lege.s.lata, & promulgata, æque ac si legitimum sit, vsitatũ
st.i.iuxta leges edictum obseruatũ, quod genus.i.cuius gene-
s aut cuiusmodi est, aut qđ genu iuris est, vt supp. quod ob-
uleria.i.deposito aut alio pacto crediderit. argentario.i.publi
o campsori appensum.i.ad pondus redactum, possit id repe-
ere recte.i.iuridice. à socio eius quia æquale ius videtur in so
ios, & quod vnus in eo negocio in quo socii sunt fecerit, al-
er quoque fecisse censetur. (Iudicatum &c.) Prosequitur alias
artes iuridicialis absolutæ dicens. Iudicatum est id, de quo
ut ẽtia lata est, aut de quo decretum.s.senatus interpositũ.i.
uod senatus auctoritas approbauit. Ea.s.iudicata, sunt sæ-
e diuersa, vt.s.secundum aliud sit placitum. alii iudici.s. in fo-
o iudiciali aut Prætori, aut Consuli, aut Tribuno pl. qui om-
es dum iudicãt iudices sunt, sed specialiter is qui soli iudicio,
ando vacat iudex vocatur. Et fit.i.contingit, vt alius decreue
it, aut iudicauerit, sæpe aliud de eadem re, quod genus.i.cu-
us generis. exemplũ est: M. Drusus prætor iudicium reddidit.i.
ult. iudicium.i.iudicauit, quod ageretur cum herede. man-
lati sup. actione. hoc est, si quis sese heredem gerat eius qui re
iebatur mandati. eo q mandati executionem susceperat vi-
iens iudicauit eum debere mandatum exequi, & nolentẽ actio
ie mandati postulari. Sex. Iulius non reddidit.s.iudicium man
lati.i.non iudicauit, q si testator ex mandato quid peragen-
lum susceperat heres ius teneatur, propterea mandati. Item
C. Cœlius iudex absoluit iniuriatum.i.ab actione, aut debito
niuriarum eum, qui læserat Lucilium poetam nominatim.i.
nominando eum proprio nomine in scena.s.in publico loco,
bi fabulæ interdum diffamatoriæ, sed defunctorum ageban-
ur. P. autem Mutius condemnauit.s.iniuriarum eum, qui no-
ninauerat.s.in scena L. Accium poetã. Ergo quia possunt res
imili de causa dissimiliter iudicatæ proferri, cum id vsu vene
it.i.cõtingerit: tunc sup. proferemus.i.in mediũ conferemus.
udicẽ cum iudice ostendẽdo si possumus, iudicẽ nostrum, aut
prudentiorem, aut æquiorem, aut maioris fuisse auctoritatis.
tem, tempus cum tempore, ostendentes videlicet posterius iu
liciũ prius abrogasse, aut olim vtile visum fuisse, quod postea
nutile compertũ sit. & numerum iudiciorum.s.pro nobis fa-
cientium: cum numero iudiciorum facientium pro aduersario
ostendẽte plura pro nobis, q pro illo facere. (Ex equo &c.) Pro
sequitur continuo tractu reliqua. quæ ad cognitionem iuridi-
cialis absolutæ pertinẽte dicens. Ius cõstat ex bono, & æquo.i.
ex vtilitate communi, & iudicio bonæ conscientię, quod vide-
tur pertinere ad veritatẽ, & ad vtilitatem communem. quod
genus.i.cuius generis, exemplum est. vt maior.i.grandior, &
antiquior, annis LX. & cui morbus causa est.s. quod in ppria
persona, vt dicunt, num compareat, cũ tamen lex sanciat, vt in
ius eas cum voceris. cognitorem det.i.patronum talem, qui
totam causam, & ius eius, cognoscat, & defendat. Conuenit ex
eo.s.equo, & bono, aut eo genere iam adducto, nouũ genus.s.
defensionis constitui ex tempore.s.importuno, & ex hominis
dignitate. hoc est, quia, bonũ, & ęquũ videtur, vt quis propter
sensum excusetur quominus in propria persona cõpareat, etiã
æquum videtur vt propter tempestatem importunam, aut ho
ram indebitam excusetur, & si propter morbum. etiã propter
dignitatẽ, quia quod pie ægrotandi conceditur deberet hono-
rifice dignitati exhiberi, vt si princeps de re leui à plebeio ali
quo vocetur, cognitorẽ aut procuratorẽ det. (Ex pacto) Prose-
quitur reliqua dicens. Ius est ex pacto.i.ex conuento, & con-
ditionibus contractu semel vtriusq; placitis, & firmatis, si ipsi
litigantes pepigerunt. quid.i. aliquid, inter se. & si quid conue-
nit.i.sine controuersia, & dissensione est inter æquos. Pacta
sunt, quę legibus obseruanda sunt, hoc modo. Vbi, quo loco,
& tempore aliqui pagunt.i.paciscuntur, & communi consen-
su contrahunt rem.s.aliquam, ipsi pagunt.i. pactum aperiunt,
oratione.s.pactum exprimente, tu signator (notarius nunc di-
citur) coniicio.i.introducas, aut potius simul cum pacto sele-
ris causam.s.pacti. in comitio aut in foro.i.loco publico, quo
plures conueniunt, vt pacta constent, & ita rata habeantur, an-
te meridiem.s.quo tempore causæ dicendæ erant. Sunt item
pacta quæ obseruantur sine legibus, hoc est, non ideo quod le-
ges id iubeant, sed ex conuentu, hoc est, quia pangentibus, aut
paciscentibus ita placitum est. quæ dicitur prestare.i. meliora,
& firmiora esse. iure, quia ius sæpe fertur in inuitum, pactum,
non nisi in volentem nihil autem iustius videtur quam vt id pa
tiaris quod ipse in te constitueris. Concludens autem hanc par
tem dicit. Conuenit igitur iniuriam demonstrari, & ius confir
mari his partibus.s. antedictis, & id videtur seruandum sup. es-
se, in iuridiciali sup. constitutione absoluta.

DE COMPARATIONE.



CVM ex cõparatione quæreretur, vtrum satius fuerit agere id, quod reus dicat se fecisse, aut id quod accusator dicat oportuisse fieri; primum quæri conueniat, vtrum fuerit vtilius ex contentione, hoc est vtrum venustius, facilius, conducibilius. Deinde oportebit quæri, ipsum ne oportuerit iudicare, vtrum fuerit vtilius, an aliorum fuerit statuẽdi potestas. Deinde interponet ab accusatore suspicio ex cõstitutione cõiecturali, quare putetur nõ ea ratione factum esse, quo melius deteriori ante ponetur, sed dolo malo negocium gestum. Deinde quæretur, potuerit ne vitari, ne in eũ locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumẽtatio coniecturalis aliqua probabili causa, de qua ante dictũ est. His ita tractatis, accusator vtet loco cõmuni in eum qui inutile vtili pposuerit, cũ statuendi nõ habuerit potestatẽ. Defensor contra eos, qui æquum cẽseant rem pniciosam vtili præponi, vtetur loco cõi per cõquestionem, & simul quæret ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent: & tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

CAPIDVRVS.



CVM ex comparatione quæreretur) Iuridicialem constitutionẽ supra ita diuisimus vt eius partes, absolutam, & assumptiuam questionẽ esse diceremus quã nostri absolutam. Hermagoras κατά-ληψιν quã nostri assumptiuã. Græci κατατίσ-σιν nominatũ. Absoluta est, cum iure factũ ipsum defenditur.

quapro-

qua propter, & iuris partes esse cognoscendas diximus. Assumptiua aūt est, cum factum ꝑ se non probabile est, assumptis autē extrinsecus auxiliis id tuemur. Huius sunt partes quatuor cōparatio, relatio criminis, remotio criminis, concessio criminis. Cōparatio est, cum aliquid factum, quod per seipsum non sit probandum, ex eo cuius id causa factū est, defendit, ea est huiusmodi. Quidam imperator cum ab hostibus obsideretur, neque effugere vllo modo posset, pactus est cū hostibus vt arma, & impedimēta relinqueret, milites educeret. Itaq; fecit. armis, & impedimentis amissis, præter spem milites cōseruauit. Accusatur maiestatis. Huc incurrit definitio. Sed nos hunc locum, de quo agimus consideremus. Intentio est, non oportuit arma, & impedimenta relinquere. Depulsio est, oportuit Quæstio est, oportuerit ne. Ratio est, milites n. omnes periissent. Infirmatio est aut cōiecturalis, non periissent aut altera coniecturalis, nō ideo fecisti, ex quibus iudicationes, periissent ne, & idō ne fecerit aut hæc comparatiua, cuius nunc indigemus. At. n. satius fuit amittere milites, quam arma, & impedimēta cōcedere hostibus ex qua iudicatio nascitur: Cum omnes milites perituri essent, nisi ad hanc pactionem venissent, vtrum satius fuit amittere milites, an ad hāc conditionem venire. [Vtrū satius fuerit) Vtrum id, quod verbi causa dicat Imperator fecisse, cū impedimenta hostibus reliquerit, aut quod cū accusans dicat, & potius milites occumbere oportuerit, quam id pactū inire cum hostibus. [Ex contentione) Ex ea controuersia, quæ inter hos fuerit. [Conducibilius) Quid plus cōducere, hoc est vtilitatis adferre potuerit. [Ipsum ne oportuerit iudicare) Vt hostib⁹ impedimenta relinquerent. [An aliorum fuerit statuēdi potestas) Vt potius hoc alii iudicare debuerint, ne ipse timore perculsus effugere periculum videretur. [Interponetur ab accusatore suspicio) Vt dicat suspicari posse, ab hostibus munera eū suscepisse occulta, & ne ea suscepisse videretur, impedimēta reliquisse. Quos melius vt præmia consequeretur. Cū adhuc dubium bellum traheretur. [Deteriori anteponeretur) Ne dedecus cum damno subiret, [Sed dolo malo) Negociū gestū dolo, malitia. Sunt n. media verba, tēpestas, valetudo, facinus, dolus, malitia gratia, industria, periculum, venenū, cōtagium, & bonos teste Gell. Hæc. n fere vulgatum est, ancipitia esse, & vtroq; versus dici posse. Sed dolus, à Græcis, à Latinis, vt opinor, malitia, quæ bona, & mala est, vnde Plaut. in Aul. Senex est, sine omnia mala malitia. [Deinde quæretur, potuerit ne vitari, ne in eū locū veniretur) Subaudiendum, ne ab hostibus obsideretur [Refelletur argumentio coniecturalis) Vt dicat se aliter facere nō potuisse, quo minus subiret periculū. [Qui inutile) Quod impedimenta hostibus reliquerit. [Vtili preposuerit) Quod consequi de hostibus potuerit victoriam, cū statuendi non habuerit potestatem, vt optionem sibiipse præscripserit, potius quam senatus expectarit consilium [Contra eos) Subaudiendum, decet. [Rem perniciosam) Quæ futura erat, nisi ad pactionē descendisset, cum periculum esset ne exercitum amitteret. [Et tēpus) Quod id fecit [Locum) Quo obsidebatur ab hostibus. [Rem) Quantū immineret periculum, ni id effecisset. [Deliberationē suam) Quid secum ipse statuerit. In lib. de Inuent. Loci cōes, inquit, incurrunt accusatoris in eum qui cum de facto turpi aliquo aut inutili, aut in vtrunq; fateatur, quærat tamen aliquā defensionem, & facti inutilitatem, aut turpitudinem cū indignatione proferre. Defensionis est, nullū factū, neq; turpe, neque inutile, neque honestum putari oportere, nisi quo animo, quo tempore, qua de causa factum sit intelligatur, qui locus ita cōis est, vt bene tractatus, in hac causa magno ad persuadēdum momento futurus sit. Et alter locus, per quem magna cū amplificatione beneficii magnitudo ex vtilitate, aut honestate aut facti ex necessitudine demonstratur, vt tertius, per quē res expressa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt ponitur, vt ipsi se quoq; idem facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res, atq; ea facile causa per idem tempus, accidisset.

ASC. CVM ex comparatione) Postq̄ determinabit de cōstitutione iuridiciali absoluta, cōsequenter determinat de assumptiua, & primo de quarta parte quę in enumeratione partium eius suprapolita est vltima, hoc est, de comparatione dicens. Cum sup. agetur, aut defensio fiet ex cōparatione. s. eius quod factū cōfitetur, ad id, quod faciendū necessario fuisset. Quereretur. i. inquiretur. vtrū satius fuerit. i. melius, & eligibilius agere. id quod reus dicat se fecisse, aut id qđ accusator dicat oportuisse, i. opportunum fuisse, aut docuisse fieri. Primum quæri conueniet, vtrum ex contentione. i. comparatione eorum duorum, de quibus est cōtētio. fuerit vtilius, hoc est vtrum fuerit venustius. i. speciosius, facilius. s. facto cū minore incommodo, conducibilius. s. ad finem quo resp. tēdit. Deinde oportebit. i. conueniens, & opportunū erit quæri, ne. i. an oportuerit. i. conueniens, & decens fuerit ipsum (. s. qui accusatus est male fecisse) iudicare, vtrum. s. duorū fuerit vtilius, an potestas statuēdi. i. constituendi, & iudicandi vtilius. i. id, quod cēseatur vtilius, aliorū fuerit. i. in officio aliorū, aut penes aliorū. Deinde interponetur ab occasione suspicio ex constitutione cōiecturali. i. ex his documentis, quæ dicta sunt de constitutione coniecturali quare, sup. factū accusati, puteror. i. putari debeat, non ea ratione factum esse, quo. i. vt melius anteponeretur. i. præferretꝰ deteriori. i. minus bono, sed dolo malo negocium gestum. i. fraude de aliqua probabili causa. i. propter aliquam probabilem cām. Deinde quæretur ne, pro an, potuerit vitari, ne in eū locū veniretur. s. perplexitatis, vbi necesse sit alterum incommodorum facere. Cōtra i. econtrario. argumentatio coniecturalis de qua ante dictū est, refelletꝰ. i. improbabitꝰ ab defensore. His ita tractatis. i. postq̄ hæc erunt ita tractata, accusator vtetur loco cōi in eū qui inutile vtili ꝓposuerit, cū. i. quamuis nō haberet potestatē statuendi. i. definiendi verū sit faciendū. Defensor contra eos, qui æquum censeant, vtetur loco cōi per conquestionem. i. iustū, & rōnabile, tē perniciosam ꝓponi vtili. s. rei. Et quæret simul ab accusatoribus, & ab iudicibus ipsis, qđ essent facturi si fuissent in eo loco, & ponet ante oculos. s. iudicū, tempus, locum, rem, & deliberationē suam.

DE TRANSLATIONE CRIMINIS.



RANSLATIO criminis est, cum ab reo facti causa in aliorum peccatum trāsfertur. In qua primum q̄rendum est, iure ne in aliū crimen transferatur. Deinde spectandum est, an æque magnū sit illud peccatum quod in alium trāsferatur, atque quod reus suscepisse fateatur. Deinde oportuerit ne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Deinde oportuerit ne iudicium ante fieri. Deinde cum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteat ne de ea re iudicium fieri. quæ res in iudicium nō venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censebat vim, q̄ iudicia valere oportere: & ab aduersariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem ceteri faciant, vt de indemnatis supplicia sumāt, qđ eos idē fecisse dicāt. Quid, si ipse accusator idē facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimē transferetur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, vt ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse vtile rem in iudicium venire.

CAPIDVRVS.



RANSLATIO criminis est) Trāslatio criminis, inquit ipse alibi est, cū reus id, qđ arguitꝰ cōfessus, alterius se inductū peccato id re fecisse demonstrat. ea est hmōi: Horatius tribus Curiatis, & duobus amissis fratrib⁹, domū se victor recepit. Is animaduertit sororē suā de fratrū morte nō laborātē, spōsi aūt nomē appellantē identidē Curiati. cū gemitu, & lamētatione, indigne passus, virginē occidit, accusator. Intētio est, iniuria sororē occidisti Depulsio est, iure occidi. Qō ē iure ne occiderit, rō illa n hostiū mortē lugebat, frēm negligebat me, & populū R. vicisse moleste ferebat Infirmatio est, tū à fratre idēnatā necari nō oportuit, ex qua iudicatio fit. Cū Horatia mortē hostiū lugeret, fratris & populi R. victoria non gauderet, oportuerit ne eā à fratre indēnatā necari. [Iure ne i aliū) Vt, iure ne potuerit Hors sororē occidere, q mariti lugeret

ret mortem, potius quam de victoria fratris exultaret. Spe-
ndũ est, an æque magnum si illud peccatum, qđ in alium
sferatur) Nã æquale crimen sit sororis, quod de fratris po-
iq. R. victoria est, fratris crimini, qui eam occidit. [Atque il
)Ordo est, num æque magnum atque illud. i. q̃ illud, quod
s cõmiserit. [Sumpsisse dicatur de alio) Vt cum in sororem
maduertit. [Oportuerit ne in ea re peccare, in qua alius ante
carit,) Vtrum ante alius peccauerit, si afferat exemplum de
quo, qui simile crimen commiserit, & tamen sit absolutus,
certe ꝙ si etiam mulier in ea re dereliquerit, num debuerit
ob hoc ipse deliquisse? [Deinde oportuerit ne iudicium ao
eri) Subaudiendum, qua hęc mulier occideretur. quo an
ri neę ne debuerit, prius discuteretur. [Deinde factum iudi
m non sit, & quæ sequuntur) Sensus est verum sicut de cri-
ne sororis Horatu factum nullum iudicium est, ita de fratris
oro rẽ crimine faciendũ nullum iudiciũ sit, an ita hic sine iu
o puniẽdus sit sicut & illa sine iudicio punita est. [Qui plus
sebat vim) quam sorori intulit. [Quàm iudicia, Quæ sequi
uit. [Percunctabitũ accus.) Subaudi, iudices. [Quod eos idẽ
sse dicant) Quod. s. accusator idem facere voluisset. Ordo
porum est. & sensus percunctabitur iudices accusator, quid
arum erat, si ipse voluisset facere idem quod dicat fecisse
, subaudi, quos accusat. [Eorum in quo) Animaduersum,
& est ordo. Defensor eorum peccati atrocitatem proferet,
quos crimen transferetur. [Rem, locum, tempus) Vbiq; su-
diendum, ponet ante oculos. [Rem) Amplificando. [Locũ)
in propatulo, quo ad mariti cædem aliorum exciret lacry-
s, vel, quiduis simile. [Tempus) Vt noctu, quo crimini faci-
audire possent. [Aut non potuisse) Ne si dilatum sit tẽpus,
iculum ex hoc aliquod immineat. [Aut non vtile) Nullam
oc futuram reip. vtilitatem. Alibi hunc locum tractans. Lo
, inquit, communis accusatoris in eum, qui cum id quod ar
tur negare non possit, tamen aliquid sibi spei comparet ex
iciorum pertubatione atq; hic vtilitatis iudiciorũ demon
tio, & de eo cõquestio, qui supplicium dederit indemna-
in eius aut qui suscepit audaciã, & crudelitatem indigna-
, à defensore est, in eius quem vltus sit audaciam sui conque
ne rem, nõ ex nomine ipsius negocii, sed ex cõsilio eius qui
rit. & causa, & tempore cõsiderari oportere. quid mali fu-
ũ sit, aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius nisi tanta, & tam
spicua audacia ab eo, ad cuius famam, aut ad parentes, aut
iberos pertinuerit, aut ad aliquam rem caram omnibus, vt
esse sit, & vt oporteat, fuerit iudicata.

Translatio criminis est) Hic status à plerisque relatiuus vocatur, cum reus culpam refert in eum, propter quem arguitur. Vt miles in acie clamauit, Vincimur, occisus est
mperatore reus fit imperator læsæ reipub. Contradicit, di
enim militem peccasse, & ideo occidi debuisse, quod hic cla
uerit &c.

Translatio criminis) Describi quæ sit translatio criminis dicenda, & quomodo ea sit vtendum, & contra eam insi-stendum dicens. Translatio criminis est, cum. i. qñ causa,
ta culpa facti, & transfertũ ab reo in peccatum aliorum (vbi
dicit duplicẽ circunstantia, aut efficientis, aut termini à quo
t vtriusq; quod fit dum seipsum defendit, tunc. n. ab reo, &
reum transfertur crimen, quia vero non semper seipsum
endit immutarius. ideo putẽ terminum à quo hic importa-
In qua. s. translationem est quærendum. i. scrutandũ, & in-
irendum, ne pro an crimen transferatur in alterum, deinde
ectandum est, an illud peccatum, quod in alium transfertur
æque magnum, ac. i. q̃ illud quod reus fateatur suscepisse. i.
misisse tanquã vtile. (Non. n. recte te defenderis, si dicas illũ
idi, quia seruum, aut iumentum meum percusserat.) Dein
quærendum est, ne pro an oportuerit. i. cõueniẽs, aut quasi
cessarium fuerit peccare in ea re in qua alius ante peccarit,
de si dicat illum occidi, quia filium, aut patrem meum occi
rat, honesta quidẽ videbitur ratio, sed non tam necessaria, ac
licas: qa me occidere parabat & occidisse, nisi præuenissem,
de morte patris, aut filii poteras iudicium postulare, vnde
quitur. Deinde sup. quęret, ne pro an: oportuerit iudicium
ri ante. s. quam vltio talis fieret. Deinde quæretur cum iudi
um non sit factum de illo crimine quod in aliũ transferatur,
porteat ne iudicium fieri. i. sententiã ferri ab iudice, ab ea re
uæ res nondum venit in iudicium, hoc est inquiretur, an cũ
us iudicium contẽpserit dę ipsius facto, & de cõtemptu iudi
i, non expectatus merito iudiciũ. Locus cõis accusatoris sup.
contra eum, qui censeat vim. s. quauis repellitur (sed cõiter
sumẽ, quasi de qualibet vi dicat reus) oportere valere plus
quam iudicia. Et accusator percunctabitur ab aduersariis quid sit, futurũ, si ceteri faciant idẽ vt sumãt, hoc est si ceteri quoq; sumant supplicia indemnatis. i. nõ condemnatis, ꝙ. i. quia dicas eos idẽ fecisse, quod. s. is fecit de quo indemnato reus sumpsit suppliciũ, aut lege dicant, vt si quod. i. quia pro excusatione sua dicũt, seu vere, seu mendaciter eos fecisse idẽ. Quid sup. dicãt si ipse accusator voluisset facere idẽ. i. occidere quenquã indemnatum eo ꝙ alium inter fecerat, q. d. non poterũt aduersarii censere bene factũ futurũ, quia sic in caput suum iudicarent. Nam si liceret quoslibet qui aliũ occiderint indemnatos occidere, ergo & reum occidere liceret, vt Orestẽ, qui matrem occidit. Defensor. i. criminis à se commissi proferet atrocitatẽ peccati eorũ in quos transfert peccatum. hoc est dicet intollerabile fuisse peccatũ, nec iudicium expectatum oportuisse, ne alii sic impune grassarẽtur. Et ponet ante oculos iudicis. s. rẽ. i. factũ ipsum ostendens. s. non esse simile, vt in causa Orestis nõ erat simile, quia Clytemnestra occiderat innocentẽ, ipse Orestes nocentẽ, & ita dicet si innocẽtem indemnatam occidisset, licere se quoq; indemnatum occidere, sed quia occiderat, ita nocentem, vt inexcusabile fuerit eius peccatum, & periculum fuisse in mora, qa si iudiciũ expectasset, vero simile fuisse adulteram quod in patrẽ fecerat in filium quoq; parasse. vt quem sciebat patris vltorẽ fore, vnde ostendet rem non esse similem. ostendet etiã locũ, vt si nulla fuerit effugiendi, aut euadendi è manibus inimici spes, nisi eũ occiderit, videbiť recte vim repulisse. ponet etiam tempus ante oculos: vt si depræhẽsum in furto, aut adulterio occiderit, aut tẽpore belli peregrinum mœnia vrbis scrutantẽ occiderit indemnatum, fuerit purgationi locus, aut ponet ante oculos iudicis fuisse inutile rẽ venire in iudiciũ, vtpote si periculose dilata fuerit vltio propter causas dictas, vtpote ꝙ occisus necem parauerat reo. aut aliter comprehendi non potuisset, aut alia quauis de causa.

DE CONCESSIONE.



ONCESSIO est, per quã nobis ignosci postulamus. Ea diuiditur in purgationem, & deprecationẽ. Purgatio est, cum cõsulto à nobis factũ negamus. Ea diuidiť in necessitudinẽ, fortunã, imprudẽtiã. De his primum partibus ostendendũ est, deinde ad deprecationẽ reuertendũ videť. Primum, considerandũ est, vtrum per culpã ventum sit in necessitudinẽ, num culpam veniendi necessitudo fecerit. Deinde quærendũ est, ecquo modo vis illa vitari potuerit ac leuari. Deinde is, q in necessitudinem causam conferet, expertus ne sit quid cõtra facere, aut excogitare posset. Deinde, num quæ suspiciones ex coniecturali cõstitutione trahi possint, quæ significent id cõsulto factũ esse, quod necessario accidisse dř. Deinde, si maxime necessitudo quæpiã fuerit, cõueniat ne eã satis idoneã putari. Si aũt imprudẽtia reus se peccasse dicet, primũ quæreť vtrũ potuerit scire, an non potuerit. Deinde, vtrũ data sit opera vt sciretur, an nõ. Deinde, vtrũ casu nescierit, an culpa. nam qui se ꝓpter vinũ, aut amorem, aut iracundiam fugisse, rationem dicet, is animi vitio videbiť nescisse, nõ imprudentia; quare non imprudẽtia se defendet, sed culpa cõtaminabiť. Deinde, coniecturali constitutione quæretur, vtrum scierit, an ignorauerit: & considerabitur, satis ne imprudentia præsidij debeat esse cum factum esse cõstet. Cum in fortunã causa cõferet, & ea re defensor ignosci dicet reo oportere; eadẽ oĩa vĩr cõsideranda, q̃ de necessitudine præscripta sunt. Etenim hæ tres partes purgationis inter se finitimæ sunt, vt omnes eadem ferè possint accõmodari. Loci cõmunes in his causis

Accusatoris

Accusatoris contra eũ, qui cũ se peccasse confiteatur, tñ oratione iudices demoretur: Defensoris, de humanitate, misericordia, voluntatem in omnibus rebus spectari conuenire; & quæ consulto facta non sint, ea fraudi esse oportere.

CAPIDVRVS.



ONCASSIO est) In secundo de Inuentione, Concessio, inquit, est per quam non factum ipsum improbatur ab reo, sed vt ignoscatur, id petit. cuius partes sunt duæ purgatio, & deprecatio. Purgatio est, per quam eius qui accusatur, non factum ipsum, sed voluntas defenditur. ea habet tres partes, imprudentiam, casum, necessitudinem. Imprudentia est, cũ scisse aliquid is, qui arguit, negat. vt, apud quosdã lex erat, nequis Dianæ vitulum immolaret. nautæ, quidam cum aduersa tempestate in alto iactarentur, vouerunt, si eo portu quæ conspiciebat potiri essent, ei deo qui ibi essent se vitulum immolaturos. casus erat in eo portu fanum Dianæ eius cui vitulum immolare non liceat. imprudentes legis, cum exissent vitulum immolauerunt: accusatur. Intentio est, vitulum immolastis deo cui non licebat. Depulsio est concessione posita, ratio est, nesciui non licere. Infirmatio est, tamen quoniam fecisti quod nõ licebat, ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est, cum id fecerit, quod non oportuerit, & id non oportere nescierit. sitne supplicio dignus. Casus autem infertur in concessionem, cum demonstrabitur aliqua fortunę vis voluntati obstitisse, vt in hac. Cum Lacedęmoniis lex esset, vt hostias nisi ad sacrificiũ quoddam redẽptor præbuisset, capitale esset. Hostias is qui redemerat, cũ sacrificiũ dies instaret, in vrbem ex agro cœpit agere. Tum subito magis commotus tempestatibus fluuius Eurotas, is qui propter Lacedæmonẽ fluit, ita magnus. & vehemens factus est vt eo traduci victimæ nullo modo possunt. Redemptor suæ voluntatis ostendendæ causa, hostias constituit oẽs in litore, vt qui trans flument essent videre possent. Cum oẽs studio eius subitam fluminis magnitudinẽ scirent fuisse impedimento, tamen quidam capitis accerserunt. Intentio est, Hostiæ, quas debuisti ad sacrificium, præsto nõ fuerunt. Depulsio est concessio, primum, tum ratio, flumen.n. subito accreuit, & ea re traduci non potuerunt. Infirmatio, tamẽ quoniam quod lex iubet factum non est, supplicio dignus est. Iudicatio est, cum in ea re contra legem redemptor aliquid fecit, qua in re studio eius supra fluminis obstiterit magnitudo, supplicis dignus ne sit. Necessitudo autem infertur, cum vi quadam reus ad, quod fecerit, fecisse defenditur, hoc modo. Lex est apud Rhodios, vt si qua rostrata in portu nauis deprehensa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis in Rhodiorum portum nauem coegit. quęstor nauem populi vocat. nauis dominus, negat oportere publicari. Intentio est, Rostrata nauis in portu deprehensa est. Depulsio, concessio, ratio, vt & necessario sumus in portum coacti. Infirmatio est, Nauem ex lege tamen populi essent oportet. Iudicatio est, cum rostratam nauem in portu deprehensam lex publicarit, cumque hæc nauis inuitis nautis vi tempestatis in portum commune sit, oporteat ne eam publicari. horũ trium generum idcirco in vnum locum contulimus exempla, quod similis in ea præceptio argumentorum traditur. [Vtrum per culpam) Subaudiendum eius qui accusatur. [Ventum sit in necessitudinem) Ad id vt necessario facere cogeretur, & necessitudo, & necessitas dicitur, nisi qđ necessitudo ad affinitatẽ plerunque refertur. [Num culpam veniendi necessitudo fecerit) Hoc est, num huiusmodi fuerit necessitudo, vt culpam sequi oportuerit. velut de eo cuius nauis in Rhodiorum portũ delata est, si nauim aliorsum vertisset, potuerit effugere, ne in eum portum decurreret. est ordo, num necessitudo veniendi, subaudiendũ, ꝙ venit, fecerit culpam. [Num quæ suspiciones) Nunquid aliquæ suscitari suspiciones possint, ob quas in eum portum conuehi maluerit, ostendatur. [Cõueniat ne eam satis idoneã putari) Subaudiendũ, quæ id facere cõpulerit, nec quouis modo euitari potuerit. Vtrum potuerit scire, an nõ potuerit, deinde vtrum data sit opera vt sciretur aut non, deinde vtrum id noluisse scire videatur. [Casu nescierit) Quod ita acciderit, vt nesciret. [An culpa, nam qui se propter vinum, aut amorem, aut iracundiam fugisse rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia) Quod id scire non vehementer elaborant. [Quare non imprudentia se defendet) Quandoquidẽ mentis morbo, qui ex propria effluxerat culpa, purgare se contendet, se ne quidquam. culpa.n. contaminabitur. [Deinde, cõiecturali constitutione quæretur) inquinabitur culpa, quando ex proprio commissa vitio est, [Vtrum scierit, an ignorauerit, & considerabitur, satis ne imprudentia) Coniectura consequi emitemur. [Satis ne imprudentia præsidii debeat esse) Nam quòd imprudentia se lapsum quispiam dicat, ob hoc euadere iudicum debeat, cum factum fuisse constiterit. [Et enim hæ tres partes) Vt locos quos enumerauimus tribus illis partibus possimus accommodare. [Tamen oratione iudices demoretur) In mora teneat, quo minus iudicationem efferant. Quæ consulto facta non sunt, in eius fraudem esse non oportere. Qui debita opera non fecerint, quando in eis fraus nulla sit qui puniri debeant, non haberi periende ac si peccauerint, quando nullus sit, qui hoc pacto aliquando non delinquat, & homines quod sibi fieri velint, aliis facere debere. Alibi: Loci autem, inquit ipse, communes accusatoris in confessionẽ quanta potestas peccandi relinquatur, si semel institutum sit, vt nõ de facto. sed de facti causa quęratur, defensoris conquestio est calamitas eius quæ non culpa, sed vi maiorem quadam acciderit & de fortunæ potestate, & hominum infirmitate, & vti suũ animum, non euentum considerent. In quibus orationibus cõnquestionem suarum ærumnarum, & crudelitates aduersariorum indignationem inesse oportebit, ac neminem mirari conueniet, si aut in his, aut in aliis exemplis scripti quoque controuersiam adiunctam videbit. in his exemplis concessionis in est omnibus scripti controuersia ea, quæ ex scripto, & sententia nominatur.

COncessio est) Eadem, & venia, & venialis status appellatur. [Ea diuiditur in necessitudinem) De necessitudine OLNG
exemplum sit. Orator ab hostibus captus eorum laudes conscripsit, iubẽtibus hostibus, & publice recitauit, gratuitoq́. dimissus est, ad suo reuersus læsæ reip. reus damnatur. Hic dicit, non voluntate, sed necessitate fecisse. [Si autem imprudentia) Exemplum esto legis, Exulem intra fines deprehensum liceat occidere. Ex duobus geminis fratribus similibus alter exulabat, fratrem eius non exulẽ quidem interfecit, reus fit cędis. Hic dicit, se erre fecisse. [Cum in fortunam causa conferetur) Venator quidam hastam in ferã misit, in hominem incidit, eo vulnere homo periit, reus fit cedis. hic enim dicit, se non voluntate, sed casu fecisse.

COncessio &c.) Agit de ea parte constitutionis iuridicialis assumptiuæ quam enumerando primam posuerat dicens. Cõcessio est per quam postulamus ignosci nobis. A S C.
Non tñ dicitur concessio eo, ꝙ postulamus ignosci, sed ꝙ non concederetur à nobis crimẽ nisi postulamus ignosci. quin etiã concessio ipsa vim deprecatiuã habet, vnde in religione nostra concessione. i. concessionem voluntariam criminis plurimũ ad veniã valere scimus, iuxta illud in Psalmo dixi, Confitebor &c. vnde & Adam confitendo veniã inuenit, quã Caim occultando crimen amisit, sed reuertamur ad auctorẽ ad cuius intelligẽtiã si nostra iuuabunt non videbitur impertinẽs ea adducere. Ea. i. concessio diuiditur in purgationem, & deprecationem. Purgatio est cum negamus factũ esse à nobis i. nos fecisse consulto. i. cum matura deliberatione, aut proposito nocẽdi, hoc est quando nitimur purgare, & excusare factũ, licet non negemus esse factum. Ea. s. purgatio diuiditur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam. Ostendendum est primum de his partibus deinde videtur reuertendum ad deprecationem. i. ad declarationem deprecationis. [Primum considerandum est) Docet dum reus necessitudinem excusat, quid contra dicendũ sit dicens. Considerandum est primum, num. i. an ne ventum sit in necessitudinem. i. necessitatem, culpa. i. per culpam, quia quis potest obligari ad impossibilia sibi dummodo per culpã suam se impotentem fecerit, itaq; si liberum fuerit ingredi, ac nõ ingredi furcas caudinas, licet ingressus fuerit necessitas se e dedendi, tamen non purgantur, cum ingredi non debuerint. Scies autem lector necessitudinem, quæ sępe pro deuinctione sanguis affinitatis, & amicitiæ ponitur, hic pro necessitate accipi. Considerandum etiam est, num i. an ne, necessitudo fecerit culpam veniendi, s. si vt penuria commeatus exercitus coactus sit per angustias montiũ obsidione elabi. sperãs sic hostẽ fallere, & à callido hoste deprehensus sit, poterit necessitudinẽ veniendi in anguistias excusare. Deinde i. tertio loco quærendũ, quomodo illa vis. i. violentia, & necessitas potuerit vitari. s. penitus, aut leuari. i. imminui, hoc est quo consilio, & qua opera potuerit penitus vitari, aut saltem imminui, nam si dixerit se penuria cõmeatus in angustias venisse, dices Melius fuisse cũ

hoste

hoste consiegere quam tam imprudenter elabi conari, aut si cum hoste pacifcendū erat honestiores conditiones habiturū fuisse extra fauces illas angustias quam in ipsis. Deinde.i.quarto loco aut vt dicunt consequenter considerandū est ne.i.an ir qui conferret.i.transferret causam.s.facti sui in necessitudinē expertus sit.i.tentauerit, & meditatus sit, quid potesset facere aut excogitare cōtra.s.talem necessitudinem.i ad eam euitandam, quia accusator si potest.docebit eū negligentē aut inertem, aut ignauum fuisse. Deinde.i.tum postea considerandū est ex cōstitutione i.coniecturali.i.ex his.quæ de ea dicta sunt, num quæ.i.an ne aliquæ suspiciones possent trahi.s.ex ipso facto, aut sac ordinem vt sit possent trahi ex constitutione coniecturali, quæ.s suspiciones significent id, quod dicitur accidisse necessario.i.ineuitabiliter, factum esse cōsulto.i.ex deliberatione, vt in dicto exemplo, si dux habuerit exercitum dicto minus audientem dicemus eum voluisse de exercitu per contumeliā vlcisci, aut si visus sit ab aliquo colloquia cum hoste habuisse, aut quidquam ab eo accepisse. aut amicum in hostili exercitu primarium habuisse, dicemus cum dolo malo exercitum tradidisse. Deinde.i.vltimo loco, si maxima quæpiā necessitudo fuerit, considerandū supp.est, ne pro an, conueniat eam reputari causam satis idoneā, qa accusator si poterit negabit sat causæ fuisse. [Si autem) Docet quid faciendū sit in purgatione, quæ fit excusando imprudentiam dicens. Aūt, pro sed. si reus dicet per patronum, seu defensorem se peccasse imprudentia.i.vt dicunt ex improuiso, aut qp non præuident, quæretur.i.inquiretē primum vtrum potuerit an non potuerit scire.s.id quod p imprudentiam se fecisse dixerit, nā si non potuerit scire videbitur admittenda purgatio, si potuerit, & non scuerit dicetur ignorantia culpanda, quæ nō purgat saltem de toto. Deinde quęretur vtrū opera sit data.i.diligentia adhibita vt sciretur, an nō.s. data sit opera. Deinde quæretur vtrum nescierit casu.s.inopinato, an culpa, quia videlicet noluit scire. Nan. cui dicet rationē fugisse.i.latuisse, se.i.se ignorasse p̄p̄ vinum.s.nimium qd̄ biberit, hoc est p̄p̄ ebrietatem aut amorem.s.nimium, aut p̄p̄ iracundiam.s.vehementem is videbitur nescisse vitio animi.i. sui non imprudentia.s.inuincibili, quare non defendet se imprudentia.i.propter imprudentiam, sed cōtaminabitur culpa. Deinde quæretur constitutione coniecturali.i.per constitutionem coniecturalem, vtrum scierit an ignorauerit. & considerabitur ne pro an satis præsidij.i.defensionis. & protectionis debeat esse in imprudentia.i.an imprudentia satis efficaciter excuset ac purget facinus commissum, cum constet.i.manifestū sit factū esse. Sunt qui legant satis ne imprudentia sine præpositione in vt sit an imprudentia sit satis præsidii.i.satis purget, sed sic diceret potius præsidio &c. [Cum in fortunā) Describit tertiam, & vltimam partē cōcessionis per purgationem dicēs, Cum.i.qn̄ causa confertur in fortunam.i.culpa imputatur fortunæ aduersæ, & defensor dicet oportere ignosci reo, ea re.i. propter eam rem, hoc est propter infortuniū, tunc sup.omnia eadem quæ præscripta sunt de necessitudine videntur consideranda. Etenim.i.qa certe, oēs hæ partes purgationis sunt finitimæ.i.affines, & consimilis argumēti inter se, ita sup. vt eadē.i. eædem constitutionis possit accommodari.i.applicari in oēs. Loci cōes accusatoris contra eum qui cum cōfiteatur se peccasse tā demoretur iudicis oratione.s.sua sunt sup.in his.i.possunt sumi ad has causas demonstrando per argumentationem cōem non decere sniam differri, cum reus crimen confiteatur. Loci sup.communes defensoris sup.sunt in his causis conuenire.i.decens, & æquum esse humanitatem misericordiam voluntatem spectari.i.spectabilem esse in omnibus rebus, & nō oportere fraudem.i.detrimentū aut pœnā esse in eis, quæ non sunt facta consulto.i.ex deliberato ꝓposito, aut dedita opera.

DE DEPRECATIONE.



Eprecatione vtemur, cū fatebimur nos peccasse, neq; id impudenter, aut fortuitu, aut necessario fecisse dicemus, & tamē ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quæritur ex iis locis, si plura aut maiora officia, quàm maleficia, videbuntur constare: si qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit: si qua spes erit, vsui futurum, si sine supplicio discesserit: si ipse ille supplex, mãsuetus, & misericors in potestatibus ostēdetur fuisse: si ea, quæ peccauit, non odio, non crudelitate, sed officio, & recto studio commotus fecit: si tali de causa aliis quoq; ignotum est si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus: si nulla aut à nostris ciuibus, aut ab aliqua ciuitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario vtetur is, qui contradicet, cum amplificatione, & enumeratione omnium peccatorum. Hæc causa iudicialis fieri non potest, vt in primo libro ostendemus, sed quòd potest vel ad senatum, vel ad concilium venire, non visa est supersedenda.



Eprecatione vtemur, cum fatebimur nos peccasse. neq; id imprudenter) Deprecatio est, in qua nō defensio facti. sed ignoscendi postulatio in iudicio probari potest. Quare vt & ipse dicit, si pro aliquo claro, & forti viro dicendum sit, cuius in remp. multa sint beneficia, vti deprecatione ad hunc modum licebit. Quod si iudices hic pro suis beneficiis, pro suo studio, quod in vos semper habuit, multorū suorū recte factorum causa vni delicto. vt ignoscatis postulat, dignū vestra mansuetudine, dignum virtute huius est iudices, à nobis hanc rem hoc postulante impetrari. deinde augere beneficia licebit, & iudices per locum communem ad ignoscendi voluntatem deducere. Oportebit igitur, inquit ipse in secundo de inuentione, eum qui sibi vt ignoscatur postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, & si poterit ostēdere ea esse maiora, quā hæc quæ delinquerit, vt plus ab eo boni, quam mali profectū esse videatur, deinde maiorū suorū beneficia si qua extabunt proferre. deinde ostendere non odio, neque crudelitate fecisse quod fecerit, sed imprudentia aut impulsu alicuius aut ab aliqua honesta, aut probabili causa, postea polliceri, & cōfirmare, se & hoc peccato doctū, & beneficiorū eorū. q sibi ignoscerent confirmatum, omni tempore à tali ratione absuturū. deinde spem ostendere. aliquo se in loco magno. his qui sibi cōcesserint, vsu futurū. Postea si facultas erit se aut cōsanguineū aut iam à maioribus, aut inprimis amicū esse demonstrabit, & amplitudinē suæ voluntatis, nobilitatē generis, eorum qui se saluum velint dignitatē ostendere, & cetera ea quæ personæ ad honestatem, & amplitudinē sunt attributa, cum cōquestione sine arrogantia in se esse demonstrabit, vt honore potius aliquo, quam vllo supplicio dignus esse videat. Deinde ceteros proferre, quibus maiora delicta concessa sint. Ac multū proficiet si se misericordē in potestate, propensum ad ignoscendū fuisse ostendet. Atq; ipsum illud peccatum erit extenuandum, vt quam minimum obfuisse videatur, & aut turpe, aut inutile demonstrandū, tali de homine suppliciū sumere. Aduersarius autem malefacta augebit, nihil imprudenter, sed omnia ex crudelitate, & malitia facta dicet, ipsum immisericordē, superbū fuisse, & si poterit, ostendet semper inimicū fuisse, & amicum nullo modo posse. Si beneficia proferet, aut aliqua de causa facta, nō propter beneuolentiā, demonstrabit, aut postea odium esse hac re susceptu, aut illa omnia maleficiis esse delera, aut leuiora beneficia quàm maleficia, aut cū beneficiis bonos habitus sit, pro maleficio pœnā sumi oportere. [Videbuntur cōstare) Subaudiedū, quæ accusati fecerimus. [In potestatibus) hoc est vbicunque potestatē aliquā agendi quod vellet habuerit. [Si ea, quæ peccauit) In quibus deliquisse per se, an per alios, ignotum, accusetur. [Aliis quoque ignotū est) Vtrum. s. ita sit. [Si cū missum fecerimus) Si non damnemus. [Ex ea re) In qua deliquisse arguitur. [Loci communes, de humanitate) Quod humanos se iudices debeāt exhibere. [Fortuna) Vt huius fortunas respiciant, quādo & ipsi in simile labi crimen aliquādo possent. [Misericordia) Quæ infelicibus habenda est. [Rerum cōmutatione) Ne si damnet, aliquando ipsi luant pœnas iudices. [Qui contradicet) Qui accusabit, contrariis his quos enumerauimus vtetur locis, enumerando in quibus deliquerit. [Hęc cā iudicialis) h.d. quanq̄ hæc causa in iudicialis velut supra monuimus non versatur, tamen quia nonnunq̄ est in senatu, aut

in concilio principis sæpe tractanda de hac præcepta dare nō fuit alienum. [Vel ad senatum, vel ad concilium) Velut de Siphace diu deliberatū est. & de Q. Numitorio Pullo apud L. Opimium, & eius cōsilium diu ductum est, & magis quidē in hoc ignoscendi, quam cognoscendi postulatio valuit. Nam semper bono animo se in populum R. fuisse, nō tam facile probat, cū coniecturali constitutione vteretur, ipsi vt propter posterius beneficium sibi ignosceret, cum deprecationem subiungeret. Locus autem, sit ipse alibi inquit, cōis erit indignatio maleficii. Et alter eorum miserem oportere, qui propter fortunam, non propter malitiā in miserius sint, tā id fortunæ factū ostendere non queant. quod si fiat erit purgatio, non deprecatio.

LONGOLIVS.

QVæritur ex iis locis) Qui sanè ab aliis traduntur in compensatiuo vocato statu, quoties delicto meritum comparamus, aut quando maiori incommodo prospectum esse per facinus dicimus.

ASCENSIVS.

DEprecatione &c) Prosequitur secundam partem principalem concessionis, quę dicitur deprecatio, cum videlicet concedens se peccasse, culpam etiam non refellit. sed deprecatur, de qua dicit sic. Nos vtemur deprecatione cum. i. quando nos fatebimur nos peccasse neque dicemus nos fecisse id imprudenter aut fortuna aut necessario. & tamen. i. nihilominus nos postulabimus ignosci nobis. Hic. i. in hac parte ratio ignoscendi. i. causa cur ignosci debeat. quæritur ex his locis. Si plura aut maiora officia i. beneficia facta in rep. videbuntur constare, quam maleficia. Et si qua. i. aliqua virtus. s. excellens, aut nobilitas erit in eo qui supplicabit. & si qua spes erit futura vsui. i. vtilitati si discesserit sine supplicio. i. impunitus, si ipse ille. s. qui supplicabit. ostendetur fuisse simplex mansuetus, & misericors in potestatibus, i. dum potestas exercenit. aliter diceret in potestates, si acciperet pro erga potestas si fecit ea quę peccauit non commotus odio neque crudelitate, sed officio, & recto studio, hoc est zelo iustitiæ obseruandę. aut sceleris vlciscendi. Si ignotum sit, quoque. i. etiam aliis. De tali. i. consimili causa, si nihil periculi videbitur futurum si faciemus eum missum. i. si dimittamus eum abire, aut si faciemus eum absolutū. Et si nulla vituperatio suscipietur. i. incurretur ex ea re. i. propter eius liberationem, à nostris ciuibus aut ab aliqua ciuitate. Loci communes sup. sunt de humanitate ostendendo videlicet humanum ingenium ad ignoscendum procliue, de fortuna. Contingere videlicet posse vt quilibet similiter peccet. non tamen conferret in fortunam culpam, sed dicet in ea re se male fortunatū, q culpa sua crimen non vitarit, & de misericordia. q̃ iudicē maxime decere ostēdet, & à cōmutatione rerum, vel quod nocens, deinceps innocēter viuere pōt, vel quod prius innocenter vixerit, & quod rerum vicissitudines sint, cum is nunc sit reus, qui aliorum solitus sit iudex esse. Is qui contradicet. i. accusator, vtetur omnibus his locis ex cōtrario cum amplificatione. i. exaggeratione. & enumeratione peccatorū. s. rei. Hęc causa. s. deprecatoria nō potest fieri iudicialis, id est, agi corā iudice iurato, vt ostendimus in primo libro, sed q id est, quia ipsa pōt venire vel ad senatum, vel ad cōcilium. i. ad concionē totius populi. ideo visa est nō supersedenda. i. nō prætermittenda, vbi à neutrali vtitur participio passiuo.

DE REMOTIONE CRIMINIS.



VM à nobis crimen remouere volemus, aut in rem, aut in hominē nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur, quærendum erit primum, potuerit ne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa conferetur: & ecquonam modo aut honeste, aut sine periculo potuerit obsisti: si maxime ita sit, num ea re concedi reo conueniat, quod alieno inductu fecerit. deinde in coniecturalē trahetur controuersiá, & quæretur num consulto factum. Si cā in rem quandá conferetur, & hæc eadem ferè, & omnia quæ de necessitudine præcepimus, consideranda erunt.

CAPIDVRVS.

CVm à nobis crimen remouere volemus, aut in rem, aut in hominem nostri peccati causam) Ipsius rei sit, vt ē ipse, inquit alibi, remotio, cum id quod datur crimini negat ad se neque ad officium suum reus pertinuisse. Nec si quid eo sit delictū, sibi attribui oportere. Id causæ genus est huiusmodi in eo fœdere quod factum est quondam cum Samnitibus, quidam adolescens nobilis, porcam sustinuit iussu imperatoris. Fœdere autem à Senatu improbato, & Imperatore Samnitibus dedito, quidam in Senatu. eum quoque dicitur qui porcam tenuerat, dedi oportere. Depulsio est: Non oportet. Quæstio est: Oporteat ne. Ratio est, non enim meum fuit officium, nec mea potestas, cum & id ætatis non habuerim, & cum priuatus essem, & esset summa cum auctoritate. & potestate Imperator qui videret, vt satis honestū fœdus feriretur. Infirmatio est: At enim quoniam tu particeps factus es, in turpissimo fœdere summæ religionis dedi te conuenit. Iudicatio est. Cum is qui potestatis nihil habuerit, iussu Imperatoris in fœdere, & in tanta religione interfuerit, dedendus sit hostibus nec ne. [Aut in hominem nostri peccati causam conferemus). In quo hoc nobis exemplo sit. Rhodii quosdam legauerunt Athenas, legatis quæstores sumptum quem oportebat dari non dedere. Legati profecti non sunt. accusantur. Intentio est. proficisci oportuit. Depulsio est. non oportuit: Quæstio est, oportuerit ne. Ratio est: Sumptus enim qui de publico dari solet, is a quæstore non est datus. Infirmatio est. Vos tamen id, quod publice vobis erat negocii datum, conficere oportebat. Iudicatio est: Cum his, qui legati fuerat sumptus, qui debebat, de publico non daretur. oportuerit ne eos conficere nihilominus legationem. [Is, in quem causa conferetur) Is in quem crimen transfertur, num tantum potuerit, vt id rerum facere cōpellere potuerit. [Potuerit obsisti) In quem culpa transfertur, ne in id crimen reus ipse incideret. [Ita sit) Sicut reus refert. [Concedi reo conueniat) Quo pœnam vllam non subeat. [Et quæretur) Disputabitur. [Si causa in rem quandā conferetur). Diximus enim criminis remotionem bipartito fieri. nam cum causa in alium quempiam hominem, tum in aliud quod in criminis causa fuisse ostendemus, transferendo remouetur. [Quæ de necessitudine præcepimus) Subaudiendum, cum concessionis partes tractauimus. Hic communes erunt loci, accusatoris, facti indignatio, ac ex ipsa re si quid conquestionis habebit, sumi oportebit. Defensoris, cum in alio culpa sit, aut in ipso non sit supplicio reum affici nō oportere. Hic Cic. constitutionum tractationem concludit. Sed in partitionibus oratoriis ad filium, iuridicialem constitutionem ita primum partitus est. vt alteram partem æqui, & boni ratione defendi dixerit, alteram ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinere dixerit. In beneficio autem gratiā, in iniuria punitionem dixit nominari. Idem in secundo de Inuentione, Iuridicialem causam, inquit, esse dicebamus, in qua æqui, & iniqui natura, & præmii aut pœnę ratio quæretur. Deinde post paulum subiungit, nunc de præmiis consideramus. L. Licinius Crassus consul quosdam in citeriore Gallia nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine, neque numero præditos, vt digni essent qui hostes P R. esse decernerentur. qui tunc excursionibus, & latrociniis infestam prouinciam redderent, cōsectatus est, & confecit. Romam redit. triumphum à Senatu postulat. hic & in deprecatione nihil ad nos attinet, rationibus, & infirmationibus rationum supponendis, ad iudicationem peruenitur. propterea quod nisi alia quoque incidet constitutio, aut pars constitutionis. simplex erit iudicatio, & in quæstione ipsa continebitur. In deprecatione huiusmodi: Oporteat ne pœna affici: In hac huiusmodi: Oportet ne dari præmium. Subiungit inde ad hanc constitutionem tractandam proprios, & communes locos, quos qui scire velit ipsum in 2. de Inuentione illic legant. In hoc autem illud miratus sum, quod cum se de præmio, & pœna explicaturum prius pollicitus sit, cum præmium exposuerit, de pœna nullam prorsus fecit mentionem, nisi ex iisdem locis è contrario comparatis pœnam velit intelligi. quod multis rationibus, quas nunc referre ne longius faciam superuacuum esse arbitror, nullo modo mihi persuadeo. His autem iuridicialis cōstitutionis partibus. Quintilianus multorum opinione quantitatem subiungit, quem tamen raro tractari dicit, inquiens. Quantitas quoque plerunque etiam & non semper, plerunq; tn̄ recte subiacet, seu modus est, seu numerus, seu modus aliquando cōstat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantum ve beneficiū. aliquando iure, cum id in controuersiam ve-

niat.

nit, qua quis lege puniendos, vel honorādus sit. Illa quoq; quę ex numero ducitur, pendet ex iure, an Thrasibulo triginta præmia debeant. Licet hic mihi quæ pluribus supra explicauimus quo omne quod diximus cognitu facilius videatur, in breuem summam cōtrahere. Genus igitur rhetoricæ facultas est, cuius tres sunt species. Demonstratiua, quæ laude ac vituperatione constat. Deliberatiua, quæ suasione dissuasioneq. conficitur: Iudicialis, quæ intētione depulsioneq. cōsistit. Demonstratiuæ tempus præsens est, locus vbi totus coit populus, auditor ipse populus. Deliberatiuæ tēpus futurū locus est Senatus, vel vbi qui reip. gubernandæ pręsunt coire consueuerunt. & ipsi auditores. Iudicialis, tempus pręteritum, locus forum, auditor iudex. Demonstratiuæ finē honestatem quidam dixere. Sed alii non circa solam honesti quæstionē esse putarunt, qui voluptatem adiecere. Deliberatiuæ finem vtilitatem, sed dignitatē alii etiam subiecerunt. Iudicialis finem iustum, & æquum esse, sed in omnibus spectandum apud quem quid aliquis sit dicturus. Partes rhetoricę quinque sunt, inuentio, dispositio, memoria, pronunciatio, elocutio. Nam cum omnis oratio rebus, & verbis cōstet, in rebus intuenda inuentio, in verbis elocutio est, in vtraq; aūt, quam dispositionem appellemus, quæ omnia complecti debet memoria, & actio, quæ voce motuq. cōcinno corporis cōstat, debet cōmendare rhetoricæ materia, omne quod dicendo possit illustrari, quod omne, aut demonstratiuo, aut deliberatiuo, aut iudiciali genere cōprehenditur. Materiæ partes sunt cōstitutiones, nullam.n. orationem inuenias, quæ non cōstitutione aliqua cōstet. Est aūt constitutio, quod potissimū in oratione esse oportet, ad quod omnia referuntur, si quidē, & argumentum, & iudicationem nihil aliud esse. ꝙ constitutionem video. Nam cum sit constitutio, id quod in cōtrouersiam venit, & de eo quod in cōtrouersiā venit quæstio sit, idq. & ratione firmetur, & infirmetur firmamēto, & de eodem, de quo quęstio est iudicetur, nullo modo diuersa hæc mihi esse videntur. cōstitutionū vero genera aut in scripto sunt legitime, aut extra scriptum, quæ rationales cōstitutiones appellantur. Quæ in scripto sunt, quinque modis fieri possunt. vno, cū hic scriptum, ille defendit sententiam, quæ constitutio scriptū, & voluntas nominatur. Alio cum duæ inter se leges contrariæ sunt. tertius modus ambiguum, quartus ratiocinatio, quintus definitio nominatur, nec refert. si etiā in his ordinem hunc non tenueris. Translationem aūt, quam legitimarum cōstitutionū hic vnam fecit, & quam alicubi quartam in ordine constitutionē numerauit, & de qua alibi nullam fecit mentionē, supra etiam constitutionē esse non posse ostendimus. Aliarum vero constitutionū quæ rationales, quod in rerum ipsarum quæstione positæ sunt, dicuntur. Prima est coniecturalis, aut inficialis nominata, cum an sit aliquid, in quęstione positum est. Secunda, cum quid sit quęritur, quia definiendum est, de quo quęritur, diffinitiua constitutio nominatur, quam Cic. sicut alibi, post coniecturalē constitutionē enumerauit. ideo hic nō posuit quod in legitimis definitiuam posuerat. licet tamen inter se ita differant, vt quæ rationalis definitiua nominatur, eam rem quæ non sit in scripto, quæ autem legitima, quod in lege scriptum verbum est, de quo ambigatur, definiat. Tertia rationalis cōstitutio, quæ qualitas appellatur, hic iurisdicialis à Cic. nominatur, alibi generis quam in negocialem, & iurisdicialem partitur. Negocialē Græci πραγματικὴν vocant. in hac de rebus ipsis quęritur, remoto personarū complexu. vt sit ne liber qui liber esse asseritur, an opes superbiam pariant, an quod iustum est, idem bonum sit. Iurisdicialem, cui tñ in Topicis hoc nomē Cic. veretur tribuere, dicunt, in qua ferè eadē, sed certis destinatisq. personis quęruntur. An ille iuste hoc fecerit, vel bene Cic. aūt negocialē secus definit, quippe q inquit. Negocialis, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur. cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimanť. Vt sit, veluti Cic. sentit, Iurisdicialis de pręterito, semper negocialis semper de futuro. quod Quintil. improbat, cum ita scriptum reliquit. Sed quod ipsius de his libris iudicium fecerit, supra dixi. sunt enim velut regestæ in hos commentarios quos adolescens deduxerat scholæ, & si qua est in his culpa, tradentis est, siue eum mouit id quod Hermagoras prima in hoc posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quod Græci πραγματικοὺς vocant iuris interpretes. Sed Cic. quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit, ideoq. culpari tanquam falsa præcipiat, non potest iurisdicialem Cic. ita definit. Iurisdicialis est, in qua æqui, & recti natura, aut pręmii aut pœnæ ratio conquiritur. Alii sic definiunt. Iurisdicialis est, in qua ęqui, & recti, iniqui ve aut iniusti natura, aut præmii, aut pœnæ, aut vtriusq; quantitatis ratio quęritur, iurisdicialis quidē ipsa in duas distribuitur omniū cōsensu partes, absolutam, & assumptiuā. Absoluta est, quę in se continet iuris, & iniuriæ quęstionē, in quibus recti, & æqui, iniusti, & iniqui natura, præmii aut pœnæ, aut quantitatis, ꝙ aut in numero, aut in modo esse demonstrata est ratio quæritur. Et cum intra se quæstio continet, nec aliunde quo id probet sumi, absoluta dicitur constitutio. Assumptiua autē, quæ hæc eadem quærit, sed ex ipsa nihil dat firmi ad recusationē, foris quidē aliqd assumit defensionis. Huius partes sunt quatuor, concessio, remotio criminis, relatio criminis, criminis cōparatio, præter id quod de præmio aut pœna, aut præmii vel pœnæ quātitate quęritur. Cōcessionis partes sunt due, purgatio, & deprecatio. Purgationis tres sunt partes, imprudētia, casus, necessitas. Remouetur crimen aut in rem, aut in hominem. Hæc fuit omnium constitutionum, quas supra tractauimus partitio, quas in breuiorem adhuc summam possumus colligere, & tres omnino esse constitutiones ostendere. si quidem omne quod in controuersiā venit, de quo quæri solet, aut an sit, aut quid sit, aut quale sit quæritur. An sit quidem, in id, quod ad rei rationem attinet, & in id, quod in scripto est, diuiditur: in id, quod in ratione positum est, coniecturalis aut inficialis est constitutio, quod in scripto est, vt amphibologia, quę coniectura semper explicatur. Quid sit aūt, quod secundo loco sequitur, siue cum verbū quod a causa ipsa feratur, siue quod scriptum ferat, intellectus quæstionem habet, definitur, definitiua cōstitutio nominatur. Hoc tamen quod scriptū est, quod rerum quoque scripti contemplatione constat, coniecturali etiam, & qualitati cōe est, sicut scriptum, & voluntas. quę sine dubio, aut qualitate, aut coniectura continenť. qualitate quidem, cū alterutrū, aut iure, aut iniuria defendi ostenditur, coniectura autē, cum illud demum inuestigamus. qbus possumus vestigiis signisq.. vtrum potius tenendum sit, an quod scriptū est, an quod scriptoris fuisse voluntas perhibetur. Legis quoq; contrarię iisdem quibus scriptū est, & voluntas constat. cōis.n. tam coniecturæ, quam qualitatis iidem rationibus est. Nam si ius aut iniuriam fieri ex alterutra harū legū demonstrēs, qualitatis erit status, sin autē quid sibi vtraque tandem voluerit inuestiges, coniecturalis. Si itaque quale quid sit quæratur, autē quod in ratione sola positū est quæritur, aut quod in scripto, quod ratione sola perpenditur, generalis qualitas, vel iuridicialis status nominatur, aut quod in scripto, cū nullam legem habemus, quæ quid tenendū in aliqua re. de qualis sit significet, multas tñ afferimus, vt ex similitudine aliarum rerum quas leges creuerint, ius aut iniuriā esse, quod in cōtrouersia est ostēdamus. Hæc ꝓprio nomine syllogismus vel ratiocinatio nominaŧ, sed nihil aliud est, ꝙ qualitas. Aut ius ipsum, vel iniuria excutitur, vbi scriptum, & voluntas opponunť, vt iam dictū est, aut vbi contrariæ sunt leges, aut vbi aliquod diffinias verbum quod in lege scriptū sit. Sunt igitur, si accuratius inspicias, tres omnino status, an sit, quid sit, & quale sit, nec plures. Sed vt res discentibus breuior fiat, à summis auctoribus ita diuisa est vt primū gña duo esse dixerint, rationale, & legale. Deinde rationalis partes essent cōiectura, & inficialis, diffinitiua, & qualitas, & generalis. Legalis aūt partes, scriptū, & voluntas, ambiguum, diffinitio, leges cōtrariæ, ratiocinatio fuerunt. Sunt qui status ad iudicialem materiam tantum pertinere dicerent, quorū inscitiam res ipsa per se satis arguit, & nos posterius, cū deliberatiuum demonstratiuūq. genus exposuerimus, paucis demonstrabimus. Rhetoricæ aūt facultatis actor, orator, quia Latine oratoria, ꝙ Græce ῥητορικὴ dicitur, nuncupata est. Orator optimus est, qui dicendo animos audientiū, & docet, & delectat, & permouet. Docere debitū est, delectare honorarium, permouere necessariū. Officium oratoris est, bene dicere. Finis, bene dicere ad persuadendū. ad id aūt transigendum instrumento vtitur, hoc oratio nominatur. Orationis partes sunt, exordium, narratio, partitio, cōfirmatio, cōfutatio, peroratio. Exordiorū duas esse species ostendimus, alteram quæ principiū, alteram quæ insinuatio diceretur, in vtroq; cōciliandos auditores procuratū iri, vt attente audirent, atque dicturi essemus, vt breuiter eos doceremus. & in exordiis cōficiendis, quinque causarū genera longe animaduertenda esse, honestū, turpe, dubiū, humile, admirabile. Narrationum autē genera, quę ad oratorem pertineant, duo esse diximus. vnū, quod ad eas causas attinet, de quibus futurum iudiciū est: alterum, quod aliqñ interēunis voluptatis plerunque nostrę, aut recreationis audientiū causa magis ꝙ quod omnino necessaria videatur. Narrationū partitio sequitur, de qua abunde supra diximus. partitioni cōfirmatio, & refutatio subiungiť. At de quo controuersia ēst, quodq;

in causa potentissimum est, quod cõstitutionẽ nominati diximus, id maxime cõfirmandum tefurandumq. est. Constitutiones exposuimus, & constitutionũ partes, ac singulis qui nam proprii cõmunesq. loci accommodati essent, vnde argumentationes elicerentur, ostendimus. Nam nõ satis fuit, quod in quęstione pom posset, nosse, nisi quo pacto quod in controuersia veniret, vt ioq. defendi posset, cognosceretur. Nunc quo pacto absolutas liceat à nobis argumẽtationes cõparare, hinc docturus, vnde q̃m satis ostẽdisse, inquit, videmur. & quę sequuntur.

LONG. AAT in rem, aut in hominem) Addunt aliqui, in legem, sed idem est, quod in hominem. Exemplum personæ sit. Legatus intra. 30. diem nauiget, legatus non accepto à quæstore viatico, nõ nauigauit intra 30. diem, reus fit male gestæ legationis. Hic. o. remouet crimen io quæstorẽ, à quo viaticum non accepit. In rem vero esto hoc. Missus est cum exercitu ad expugnationẽ ciuitatis imperator, postquam accessisset, iouenit pestilentia eam laborare, reduxit exercitũ, reus est læsæ reip. In legem vero exemplum est apud Cic. lib. præcedente.

ASC. CVM à nobis &c.) Docet quomodo vtendum sit remotione criminis dicens. Cum, id est, quando nos volemus remouere à nobis crimen, tunc sup. conferemus causam peccati nostri in rem, aut in hominem. Si causa conferetur in hominẽ, id est, imputabitur homini, & dicemus nos id fecisse propter culpam ipsius, tunc quęrendum erit primum ne pro an is in quem causa conferetur potuerit tantum quantũ reus, vtpore qui remouendo à se crimen io ipsum contulit, demonstrabit hoc est an verisimile sit illum tantum potuisse ad facinus rei, vt facere. vt eius causa fecisse dicatur, & quęrendum est scilicet ab impugnatore rei, quonam modo reus sup. potuerit obsistere. s. tentationi, aut vi, aut suasioni illius io quem culpam reiicit, aut honeste, aut siue periculo. Et sup. si maxime ita sit, ꝙ is tantum potuerit, quærendum sup. est, num. i nunquid conuenit ea re, id est, propterea concedi. id est, condonari reo illud quod fecerit inductu alieno aut si ꝙ est coniunctio dicatur cõcedi. i. ignosci, ꝙ. i. quia fecit inductu alieno. Deinde sup. is trabetur in causam coniecturalẽ, & differetur. i. disquiretur, num. i. vtrum factum sit consulto. i. per deliberationem, & consultationem pręuiam. Si causa conferetur in rem aliquam. i. remouendo à nobis crimen culpabimus rem aliquam, vt paupertatem, ebrietatem, imprudentiam, perplexitatem &c. tunc &. i. simul hæc eadem ferè. s. omnia, & omnia quæ pręcepimus sup. consideranda de necessitudine erunt consideranda.

ARGVMENTATIONES QVOMODO SINT TRACTANDAE.



VONIAM satis ostendisse videmur, quibus argumentationibus in vnoquoque genere causæ iudicialis vti conueniret, consequi videtur vt doceamus quemadmodum ipsas argumentationes ornate, & absolute tractare possimus. nam ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiumento: difficillimum vero est inuentum expolire, & expedite pronunciare. hæc enim res facit vt neq; diutius, quàm satis fit, in eisdem locis commoremur, neq; eodem identidem reuoluamur, neque inchoatam argumentationem relinquamus, neq; incõmode ad aliam deinceps transeamus. Itaque hac ratione, & ipsi meminisse poterimus, q quoq; loco dixerimus: & auditor cum totius causæ, tum vniuscuiusque argumentationis distributionem percipere, & meminisse poterit. Ergo absolutissima, & perfectissima argumentatio est ea, quæ in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit quod probare volumus. Ratio est causa, quæ demonstrat id verum esse quod intendimus, breui subiectione. Rationis confirmatio est ea, quæ pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationem. Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ, & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione. Complexio est quæ concludit, breuiter colligens partes argumentationis. Hisce igitur quinque partibus vt absolutissima vtamur, hoc modo tractabimus argumentationẽ. Causam ostendemus Vlyssi fuisse quare interfecerit Aiacem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat: à quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. videbat, illo incolumi se incolumem non futurum. sperabat, illius morte se salutẽ sibi comparare. consueuerat, si iure non poterat, quauis iniuria inimico exitium machinari. cui rei mors indigna Palamedis testimonium dat. ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, à quo supplicium verebatur: & consuetudo peccandi maleficii suscipiendi remouebat dubitationem. Omnes enim, qui minima peccata cum causa suscipiũt, tum vero illa quæ multo maxima sunt maleficia. aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniæ spes: si complures scelere se cõtaminauerunt imperii cupiditate: si multi leue compendiũ fraude maxima cõmutauerunt: cui mirum videbitur, istum à maleficio propter acerrimam formidinẽ non temperasse? Virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum persequentissimum, iniuria lacessitum, ira excitatum, homo timidus, nocens, conscius sui peccati, insidiosus, inimicum incolumem esse noluit: cui tandẽ hoc mirum videbitur? Nam cũ feras bestias videamus alacres, & erectas vadere, vt alteri bestiæ noceant, non est incredibile putandum, istius quoq; animum ferum, crudelem, atq; inhumanũ cupide ad inimici perniciem profectum: presertim cum in bestiis nullam, neq; bonam, neq; malam rationẽ videamus, in isto plurimas, & pessimas rationes semp fuisse intelligamus. Si ergo pollicitus sum, me daturum causam, qua inductus Vlysses accesserit ad maleficium: & si inimicitiarũ acerrimam rationẽ, & periculi metum intercessisse demonstraui: nõ est dubiũ, quin confiteatur causam maleficij fuisse. Ergo absolutissima est argumẽtatio ea, quæ ex quinque partibus cõstat: sed ea non semper necesse est vti. Tum enim cõplexione supersedendũ est, si res breuis est, vt facile memoria cõprehendatur: tum exornatio prætermittẽda est, si parum locuples ad amplificandũ, & exornandũ res videtur esse. Sin & breuis erit argumentatio, & res tenuis, aut humilis, tum exornatione, & cõplexione supersedendum est. In omni argumentatione de duabus partibus postremis, hæc, quam exposui, ratio est habenda. Ergo amplissima est argumentatio quinque partita: breuissima est tripartita: mediocris, sublata aut exornatione, aut cõplexione, quadripartita.

CAP. QVONIAM satis ostendisse videmur, quibus argumentationibus in vnoquoq; genere causę iudicialis vti cõuenirèt) Arguere, ostendere dixerunt veteres. Iuuen. Molles quod in aure fenestræ Arguerint. Ab hoc venit argumentũ, & argumẽtatio, sed ab arguo argumentũ, à præterito. n. argui, sicut & similis formæ cetera verbalia nomina: primum veteres argumen, deinde argumentũ, velut testamentũ,

quasi

quasi à testaui, testamē, primum, post testamentū, munio, muniui, munimen, munimentum, stemo, straui, stramen, stramen ū, pauca ab hac regula, aut veterū auctoritate, aut euphonia dissetepac, quæ necessaria. Sic igitur ab arguo argumentū inlectum, ab argumento argumentor verbum. Sed quoniam hic nō est docendi grammaticā locus, satis sit attigisse, ab argumētor, vel si in vsu veterū fuit, argumēto argumentaui argumen atum, vnde argumentatio, sicut lego, legi, lectum, lectio. Differūt itaq; argūm, & argumentatio, hoc pacto, quod argūm est non oratio, sed rō dubiæ rei faciens fidem, sic.n.Cic. diffinit in Topicis. Et hæc mihi longe potior videtur diffinitio, quam ea quam tolit Quintil. & ne id quidē quod Victorinus dicit, me præterit, qui argumentum sub argumentatione antiquos posuisse, & argumentationem sub argumēto, & hac de causa alterum pro altero poni somniat. Sed ne nimius sim, hæc in aliud tēpus mittimus confutanda. Argumentatio aūt est oratione argumenti explicatio. Nec negauerim, pro altero alterum plerunq; poni posse. Et ēt vbi argumēta signa significent, vt apud Iuuen. Argumenta viri, signa, quæ viri esse indicant. Argumētorum igitur quatuor sunt species. Alia quidem probabilis & necessaria, alia vero necessaria, sed non probabilis, alia autem probabilis, sed non necessaria, alia nec ꝓbabilis, nec necessaria. Probabilis, & necessaria: vt, Peperit, cum viro cōcubuit: Omne totum maius est sua parte. Necessaria, & non probabilis, cum aliquid euenire quidem necessarium est, sed ei statim nō cōsentit auditor, vt hoc, quoties terra inter Solem, & Lunam interuenit, defectus est in Luna. ꝓbabilis, & non necessaria, vt hoc, si mater est, suum diligit filium, nec probabilis, nec necessaria, velut hoc, hic canis est filius, & est tūe, ergo est filius tuus. Quintil. autem: Probationum preterea, inquit, omnium aliæ sunt, necessariæ, aliæ credibiles, aliæ nō repugnantes. Adhuc omniū probationum quadruplex ratio est, vt vel quia est aliquid, & ob hoc aliud non sit: vt, Dies est ergo nox non est, vel quia aliud non est, aliud sit. Nox non est, dies est, vel quia est aliquid, & aliud sit: Sol est super terram, dies est, vel quia aliquid non est, nec aliud sit. Nō rationale animal est, nec homo est. Sed hi probationem modi quos posterius posuit, memoratis iam supra quatuor subiiciunt formis. Nam sequi, & probabile, & necessarium potest, & necessarium, sed non probabile, aut probabile, & non necessarium, aut nec probabile, nec necessarium. tres autem illi quos prius enumerauit modi ne parum curiose legentibus non tectu enunciati videantur ita intelligendum necessarium quidem, siue videatur aliquibus, siue non videatur, necessarium tamen sit credibile, siue aliquibus videatur, siue non videatur, credi tamen possit non repugnans, quod cū nec necessarium, aut credibile sit, nec videatur, nō repugnet tamen necessarium, vt hoc, omne ortum interire. Credibile: vt, Quidā cruento inuentus, gladio est, vbi necatus homo inuentus sit, homicida est. Non repugnans, velut hoc: Omne ortum senescere. apparet ergo quartum modū, quem supra tetulimus, à Quintiliano nō esse positū, hoc est repugnās, nec credibile, qđ nec probabile, nec necessariū nominauimus, vt si dicas, hic nō amisit cornua, ergo cornua habet, quē vtpote sophisticam & puerilem contempsit vir eruditissimus. Argumentationum vero duę sunt species, velut Arist. scripsit, syllogismus, quam ratiocinationem, & ἐπαγωγή, quam inductionem Latini transtulerunt. Et his duobus argumentandi principiis, duo alii argumentationis nascuntur modi, vnus quidem syllogismo, alter vero inductioni suppositus. syllogismo quidem, enthymema, quod commentum à latinis dictum inductioni vero exemplū, quod à Grecis παράδειγμα nominatur, hæc duntaxat decurrisse hic nobis satis sit, nam post paulū, vbi syllogismi partes enumerandę sunt, quo pacto hæc inter se differant, abunde aperiemus. Hoc ergo dicit, quibus argumentationibus.i. orationibus: Quæ nobis probare aliquid posse videantur. [In vnoquoque genere causæ) Siue legitima, siue rationali sit. Iudicialis, non quin deliberatiuo demonstratiuoq. hæc eadem tractari, & scire conueniat, sed qđ iudiciale genus longe plus habeat difficultatis. [Ornate) Ornate, quod oratorium id proprium sit. nam dialectici argumētationibus quidē vtuntur, sed incōptis. [Et absolute) Vt nulla desit pars cū nimia breuitate, qua dialectici concise nimium argumētari videātur. id paulo post exemplis docebimus, vbi quomodo dialectici, & quomodo rhetores aliquid probent, apparebit. [Inuentum expolire) Argumentari enim haud difficile est, sed argumentationes exornare sententiis, longe difficillimum. [Et expedite pronunciare) Ne quidquam quod ad eam rem attineat, prætermissum, nec superflua, & redundantia inserta esse videantur. [Hæc enim res facit) Expoliendo, & expedite pronunciando. [Neque eodem) Identidem, quasi idem, & idem, hoc est sæpius inculcando quę dicta sunt. [Reuoluamur) Inconuexi & vagantes quodammodo loquamur, hoc dicit quoniam argumentatio, nexibus quibusdā certis connexitur, efficit, vt interloquendum inani quodam verborum tinnitu spatiantes, non euagemur. [Neque inchoatam argumentationem relinquamus) Prius quam eam absoluerimus, quando certis partibus eam cōstare necesse est. [Neque incommode) Quando & ea potius mentem audientiū subrepsisse, qua expolita nec nimium longa esset nec etiā indoctos præteruolasse, vt nimis concissa posset. [Ad aliā deinceps transeamus) Subaudiendum, argumentationem. [Itaque hac ratione, Hoc pacto ergo absolutissima, & perfectissima est ratiocinatio, & argumētatio ea quę in quinque partes est distributa. Diximus supra, omnem argumētationem, aut per inductionē tractandam esse, aut per ratiocinationem. Inductio, vt Cicero inquit, est oratio, quę rebus nō dubiis captat assensionē, eius quicum instituta est quibus assensionibus facit vt illi dubia quædā res propter similitudinē earum rerum quibus assensit, probetur velut apud Socraticum Aeschinem demōstrat Socrates cū Senophontis vxore, & cum ipso Senophonte Asphasiam locutā. Dic mihi queso Senophontis vxor, si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes, vtrum illius an tuum malis? Illius, inquit. Quid si vestem, & ceterum ornatum muliebrem precii maioris habeat, quam tu habes tuum ne an illius, malis respondit, illius vero. Age si, inquit, virum illa meliorem habeat quam tu habeas vtrum ne tuum virum malis; an illius? hic mulier erubuit merito. male enim responderat, se malle aurum alienum quam suum, nam est in id hoc improbum, at si respondisset. male se virū suum talem esse, qualis esset. potuisset pudice respōdere. Est igitur inductio, oratio, que rebus nō dubiis quæ proponuntur, captat assensiones eius, siue is philosophus, siue iudex, siue quiuis alius, qui cum instituta est, Fit ergo inductio, vt primo proponamus: illa, qui extra negociū sunt, sed tamen ad negocium per similitudinem spectent, & talia, inquit, esse debent illa quæ proponimus vt necessario is cū quo agas ita esse fateatur atque consentiat. quod cum consenserit, paulatim ad id vnde dubitatur descendes, & his quæ supra concessa sint simile esse cōfirmes, Quare ratione rogationis imprudens, ab eo quod concessit, ad id quod non vult cōcedere deducendus est. Extremum autem, aut taceat or oportet, aut concedatur, aut negetur, si negabitur, aut ostendenda similitudo est earum rerum, quæ ante concessę sunt, aut alia vtendum inductione, si conceditur, concludenda aut argumētatio, si tacebitur, aut elicienda responsio est. aut quoniam taciturnitas comitatur confessionem, pro eo ac si concessum fit concludere oportebit argumentationem. Ita fit hoc genus argumentandi tripartitum prima pars ex similitudine cōstat, vna pluribus ve, altera ex eo quod concedi volumus, cuius causa similitudines adhibitæ sunt, tertia ex conclusione, quæ aut cofirmat confessionem, aut quid ex eo conficiatur ostēdit. Ex in genere ciuili causarum Cicero etiam exemplum, quo res cognitu facilior fieret, dedit inquiēs: Ergo in hac causa, quę apud Gręcos est peruagata, cum Epaminūdas Thebanorum Imperator, ꝙ ei qui sibi ex lege pretor successerat exercitum nō tradidit, & cum paucos ipse dies contra legem exercitum tenuisset, Lacedæmonios funditus vicit, poterit accusator argumētatione vti per inductionem, cum scriptum legis cōtra sententiam defendat ad hunc modum. Si iudices id, quod Epaminūdas ait legis scriptorem sensisse ascribat ad legem, & addat hanc exceptionem, extra quam si quis reip. causa exercitū nō tradiderit patiemini? non opinor qđ si vosmetipsi, quod à vostra religione, & sapientia remotissimum est istius honoris causa hāc eandem exceptionē iniussu populi ad legē ascribi iubeatis, populus Thebanus id patietur ne fieri? profecto non patietur quod ergo ascribi ad legē nefas est id sequi quasi ascriptū sit, rectū vobis videatur? noui vestram intelligentiam, non potest ita videri iudices. quod si literis corrigi neque ab illo neque à vobis scriptoris voluntas pōt, videre ne multo indignius sit, id re & iudicio vestro mutari, quod ne verbo quidem cōmutari pōt. Apparet ergo vno semper modo, & philosophos, & oratores vsos esse inductione, nec verius is differre præceptione. Ab inductione exemplum nascitur. differt vero ab eadem, quod inductione interrogatur, in exemplo fere sumitur, vt si dicas. Quid est pomum generosissimum? nō ne quod optimu concederetur. quis equus generosissimus? nō ne hi optimus? & plura in eandem modum. deinde hic cuius rei gratia rogatum est, quod homo non ne is generosissimus, qui optimus. fatendum

dum erit. In oratione autẽ perpetua plerunq; sibi respondet orator, quod pomum generosissimum? puto quod optimum & equus? qui velocissimus, ita hominem, non qui celebritate nascendi, sed qui virtute maxime excellit. hac inductione probari manifestum est. Exemplo autem dices: Vt pomum generosissimum putas, quod optimũ, ita homo non qui genere, sed qui virtute excellit, optimus putandus est. Sed hæc potius similitudo est. vt paulo post apparebit. in quo & illud licet animaduertere, quod cum in inductione plura assumas, in exemplo solum vno contenti sumus. Vnica enim re posita, rem vnicam ostendere contendit. siue quod assumas fictum, siue verũ sit, non refert. Quapropter, & hic diffiniri etiam inter magnos auctores conuenit. Exemplum est rei gestæ, aut vt gestæ vtilis ad persuadendum id q̃ intenderis commemoratio. & licet Græci omniũ similium appositionem generaliter vocent παράδειγμα. & specialiter ea in quibus rerum gestarũ auctoritate utuntur. nostri tñ similitudinẽ hoc vocari maluerunt. qđ proprio ab illis verbo παραβολὴ dicitur illud autem exemplũ aut sibi simile erit suis partibus vt iure occisus est L. Apuleius Saturninus, sicut Grachi, aut dissimile, vt Brutus occidit liberos proditionem molientes Manlius virtutem filii morte mulctauit, aut contrarium, vt Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eosdem socio expoliauit. Ex maioribus ad minora exempla efferuntur: vt, si propter matrimonia violata vrbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? A minoribus ad maiora, vt Tibicines cũ ab vrbe discessissent, publicæ reuocati sunt, quanto magis principes ciuitatis, & viri bene de repub. meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi! Similitudo enim, quam græci παραβολὴν, Cicero collationem vocat, longius res quæ comparantur solet repetere. Neq; hominum modo inter se opera similia spectant, vt Cicero pro Sexto Roscio facit: Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent, si fures venerint, at fures internoscere non possunt, significant tamen si qui noctu in Capitolium venerint, & quia hæc animalia facile suspicantur, in ea partẽ potius peccant, quæ est cautior, quod si luce quoq; canes latrent, cum deos salutatum aliqui venerit, non opinor his crura suffringi oportere, quòd acres sint etiam tum cum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio, alii vestrũ anseres sunt, qui tantummodo clamant. nocere nõ possunt, alii canes, qui & latrare, & mordere possunt, cibaria vobis præberi videmus: vos autem maxime debetis in eum impetum facere, qui meretur. Est & breuis similitudo: vt, Eunt populabundi per vrbem, ceu raptores lupi. Est ergo exemplum vbi opera hominum similia conferuntur, quæ breuibus solent enunciari, cum secus sit, similitudo nuncupatur. Sed de inductione, & exemplo hactenus dictum sit. De syllogismo, & enthymemate iam breuiter dicendum est, Syllogismum his verbis diffinit Aristoteles, συλλογισμὸς δέ ἐστι λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῷ ταῦτα εἶναι. &c. quod ita quidam in latinum vertere. Syllogismum est, oratio, in qua positis quibusdã, & concessis, aliquid quiddam per eo quæ concessa sunt euenire necesse est, quã sint ea quæ concessa sunt. vt si dicas: Omnis homo est animal, omne anima substantia est, omnis igitur homo substãtia est. Syllogismorũ tres figuræ, tanquã tria sunt genera prima figura modos tanquã species syllogismorum, auctore Aristotele, quatuor continet, sed Theophrastus, & Eudemus his quatuor quinque addiderunt, principium tñ inueniendi ab Aristotele in secũdo priorũ Analyticorũ volumine capientes. Secunda figura quatuor modos. Tertia sex, docẽte Aristotele, habet. addunt alii vnum, vt Porphyrius. nec me præterit, alios plures adhuc figuras, quippe qui quatuor esse voluerunt, alios plures modos effecisse, sed hæc mittimus nũc exequenda dialecticis, siquidem ad institutum nostrum non attinent. Ex omni igitur syllogismo nasci enthymema põt. vt de enthymemate pauca prius, post de syllogismi partibus longius disputemus. Enthymema, imperfectus est syllogismus. i. oratio, in qua non partes ex quibus syllogismus constat adhiberi, sed infertur sola conclusio, vt si dicatur. Omnis homo animal est, substantia igitur est. Quale illud pro Ligario, Causatum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte quod probari posset, & nunc meliust ea iudicanda est, quam etiam dii adiuuerunt, habet assumptionem, & assumptum, cõclusione vero non habet, ita est ille imperfectus syllogismus. Expugnantibus vero quidam solum vocant enthymema, tale Ciceronis est pro Milone. Eius igitur mortis sedetis vltores, cuius vitam si putetis pro vos restitui posse, nolitis. Optimum autem enthymematis genus marito Quintilianus putat, cum propositio dissimili, vel contrario, ratio subiungitur, quale est Demosthenis: Non enim si quid vnam contra leges actum est, idque tu es imitatus, ideirco te conuenit pœna liberari, cum contra damnari multo magis, nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses: ita damnatus tu si fueris, non scribet alius. Plura ex enthymemate non adiiciam, quando in Topicis Cic. de hoc abunde dicimus, quæ si quis legat, hæc cursim recensa melius intelliget, & si quid cuiqam hic minus erit obuium, illic certius fiet, quando ad syllogismi partes explicandas in præsentia festinamus. Syllogismum igitur, siue ratiocinationem, qui, vt Cicer. inquit, est oratio, ex ipsa re probabili aliquid eliciens, quod expositum & per se cognitum sua sponte ratione confirmet, alii sex partibus, alii quinque, alii quatuor, alii tribus, duabus alii constare voluerunt, & qui vnica posse etiam parte consistere, non defuere, qui sex partes esse voluerũt, pauci sunt, & hi quidem propositionem primam cõi subiungentes rationẽ secundam deinde assumptionem tertiam, & assumptionis rationem subiungentes quartam esse partem voluerunt. Postremo conclusionem, deinde cõclusionis ratio. Cicero autẽ quinque partes esse maxime defendit, cũ inquit. Qui putant in quinque partes distribui oportere, aiunt primum conuenire exponere summam argumentationis ad hunc modũ melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur, hanc primam partem numerant, eam deinde rationibus variis, & quam copiosissimis verbis approbari putant oportere, hoc modo: Domus ea, quæ ratione regitur omnibus est instructior rebus, & apparatior, quam ea quæ temere, & nullo consilio administratur, exercitus is cui præpositus est sapiens, & callidus imperator omni modo commodius regitur, quam is qui stultitia, & temeritate alicuius administratur: eadem nauigii ratio est. nam nauis optime cursum cõficit ea, quæ scientissimo gubernatore vtitur. Cum propositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierint ratiocinationis tertia in parte aiunt quod ostendere velis, id ex vi propositionis oportere assumere, hoc pacto, nihil autem rerum omniũ melius, quàm omnis mundus administratur, huius assumptionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem, hoc modo: nam & signorum ortus, & obitus, definitum quanquam ordinem seruant, & annuæ commutationes non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt, verum ad vtilitates quoque rerum omnium suot acommodatæ. nam diurnæ nocturnæque vicissitudines nulla in re vnquam mutatæ quidquam nocuerunt, quæ signo sunt, omnia non mediocri quodam consilio naturam, mundi administrari. Quinto inducunt loco complexionem, eam quæ aut id infert solum quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo. Consilio igitur mundus administratur, aut vnum in locum conducens, breuiter propositionem, & assumptionem adiungit, quod ex his conficiatur, ad hunc modum. Quod si melius geruntur ea quæ consilio, quam quæ sine consilio administrantur si, nihil autem omniũ rerum melius administratur quam omnis mundus, consilio igitur mundus administratur. Quinque partitã igitur hoc pacto putant esse argumẽtationem. In iudiciis autem idem, quo hoc apertius fiat, exemplum ponit, vt si quis Epaminundam quod succedendi sibi exercitum illico non tradiderit, velit defendere, dicat: Omnes leges iudices ad commodum reipub. referre oportet, & eas ex vtilitate communi, non ex scriptione quæ in literis est interpretari, ea enim virtute, & sapientia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis nihil sibi aliud nisi salutem atque vtilitatem reipub. proponerent, neque.n. ipse quod obesset scribere volebant, & si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legẽ intelligebant, nemo enim leges legum causa saluas esse vult, sed reipub. quod & legibus omnes reipub. optime putant administrari, quamobrem igitur leges seruare oportet, ad eam causam scripta omnia interpretari conuenit. hoc est, quoniam reipub. seruimus, ex reip. commodo atque vtilitate interpretemur, nam vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectet, quoniam eius causa est instituta, sic a legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod reipub. conducat, proficisci quoniam eius causa sunt comparatę. Ergo in hoc quoq; iudicio desinite literas legis perscrutari, & legem, vt æquum est, ex vtilitate reipub. considerate. Quid magis vtile fuit Thebanis, quam Lacedæmonios opprimi! quid magis Epaminundã Thebanorum imperatorem, quàm victoriæ Thebanorũ consulere decuit? quid hunc tanta Thebanorũ gloria, tam claro atq; exornato trophæo, carius atque antiquius habere conuenit?

scripto

scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam cõsiderare debebat. ad hoc quidem satis consideratum est nullam esse legem, nisi reipub. causa scriptam. summã igitur amentiam esse existimat, quod scriptum esset reip. salutis causa, id nõ ex reip. salute interpretari. quod si leges omnes ad vtilitatẽ reipub. referri conuenit, hic autem saluti reip. profuit, profecto non potest eodem pacto, & cõmunibus fortunis consulisse, & legibus obtemperasse. Quatuor ergo partibus constat argumentatio, cũ aut proponimus, aut assumimus sine approbatione. id facere oportet, cũ aut propositio ex se intelligitur, aut assumptio perspicua est, & nullius approbationis indiget. Propositionis approbatione præterita, quatuor ex partibus argumentatio tractatur, ad hunc modũ. Iudices qui ex lege iurati estis, iudicatis legibus obtemperare debetis, obtemperare autem legibus nõ potestis, nisi id, quod scriptũ est in lege sequamini quod enim certius legis scriptor testimoniũ voluntatis sui relinquere potuit, quàm quod ipse magna cum cura atq; diligentia scripsit? quod si literæ non extarent, magnopere eas requireremus, vt ex his scriptoris voluntas cognosceretur. nec tamẽ Epaminundæ permitteremus, nisi extra iudiciũ quidem esset, vt is nobis sententiam legis interpretaretur, nedum nunc, cum patiamur ipsum nõ ex eo quod apertissime scriptum est, sed ex eo quod suæ causæ conuenit, scriptoris voluntatem interpretari. quod si vos iudices legibus obtemperare debetis, & id facere non potestis, nisi id, quod scriptum est in lege sequamini, quin istum contra legem fecisse iudicatis? Assumptionis autem approbatione præterita, quadripartita sic fiet argumentatio. Qui sæpenumero non per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus, si quid enim perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit præter nosmetipsos quem iure accusare possimus. ac primo quidem decipi, incõmodum est, iterũ stultum, tertio, turpe. Carthaginenses autem persæpe iam nos fefellerunt, summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorũ perfidia deceptus sis toties, vtraq; approbatione præterita, tripartita fit hoc pacto. aut metuamus Carthaginenses oportet, si incolumes eos reliquerimus, aut eorum vrbem diruamus, at metuere quidẽ nõ oportet, restat igitur vt vrbem diruamus. Sunt autem qui putant, nonnunquam posse complexione, & oportere supersederi, cum id perspicuum sit, quod cõficiatur ex ratiocinatione, quod si fiat, bipartitam quoque fieri argumentationem, hoc modo: Si peperit, virgo non est. peperit autem. hic satis esse proponere & assumere, quod conficiatur, quoniã perspicuũ sit, complexionis rem non indigere. Ciceroni tamen videtur inferri conclusio debere, vel si nolis, vt inferas quod sequitur, vt dicas, peperit autẽ, fecit igitur incestum. Qui autem ex vnaquaq; parte putant cõstare argumentationem dicunt satis esse, hoc modo, argumentationẽ facere, quoniam peperit, cum viro concubuit. Sed hanc argumentationem ab oratore. Cic. propulsat, quòd expolitione careat, nam si solum inuentũ spectetur, ac nihil quo pacto tractetur, quod sit excogitatũ referat, nequaquã tantum inter summos, & mediocres interesse existimabitur. Variare igitur orationem etiam magnopere oportebit, nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Hoc autem facere poterimus, si modo inductione, modo exẽplo, modo similitudine, modo syllogismo, aliquando enthymemate vtamur. deinde in ipsa argumentatione non semper à propositione incipere debemus, quod ne ipse quidem Arist. facit, neque semper omnibus vt syllogismi partibus, quas Cic. quinque omnino esse voluit, idq. multis nititur rationibus comprobare. cui sententiæ maxime repugnat Quintil. inquiẽs, ἐπιχειρήματος, & quatuor, & quinque, & sex factæ sunt partes à quibusdam, Cicero maxime quinque defendit. inde post paulum subiungit. Mihi, & pluribus nihilominus auctoribus tres summi videntur. nam ita se habeat ista natura, vt si de quo quæratur, & per quod probetur, tertium addi potest, velut ex consensu duorum antecedentium, ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac secundæ partis exornatio, & eisdem cedere possunt, quibus subueniunt. Sumamus ex Cicerone quinque partium exemplũ, Melius gubernantur ea quæ consilio reguntur, quàm quæ sine consilio administrantur. hanc primam partem numerant, eã deinceps rationibus variis, & quamcopiosissimis verbis approbari putant oportere. Hoc ego totũ in sua ratione vnum puto, alioqui si ratio pars est (est autẽ varia ratio) plures partes esse dicentur. Assumptionẽ deinde ponit, Nihil aũt omnium rerũ melius quàm omnis mundus administratũ. huius assumptionis quarto in loco iam porro inducunt approbationẽ, de quo idem quod supradico. Quinto inducũt loco complexionem quæ aut id fert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur. aut vnum in locũ cum conducit, breuiter expositionẽ. & assumptionem adiungit, quid ex his cõficiatur, cum parti consentio. Quid summi auctores de syllogismi partibus senserint, iam satis, vt opinor, dictũ. Nunc quo pacto singulæ vocentur partes. quando inter summos id auctores nõ conuenit, dicam nam sunt qui primam partẽ syllogismi, velut si ita contextas, quidquid ex seipso mouetur immortale est, maiorẽ vocẽt propositionẽ sunt qui propositionem solum, alii intentionẽ, alii assumptum secundam partem, aliqui minorem propositionẽ, alii assumptionem, quidam rationem, alii rationis cõfirmationem, quod ex ea parte quod antecessit comprobatur, nomina sunt. quę est vt hoc, anima autem ex seipsa mouetur tertiã partem alii conclusionem, complexionem alii, alii connexionẽ appellarunt, quod duas superiores cõnectat partes, velut hoc, immortalis igitur est anima. vt sit explicata argumẽtatio, quidquid ex seipso mouetur immortale est: Anima autẽ ex seipsa mouetur. immortalis igitur est anima. Postremo ne illud quidẽ prætereundũ est, fuisse quosdã qui inter syllogismũ, & ἐπιχείρημα hanc esse differentiã putauerũt, quod syllogismũ tribus tantũ partibus, & in ordinẽ digestis cõstare dixerint, huic vero si partes aut demantur, aut addantur alię, aut eædem immutentur, epicherema nuncupari existimarunt. Sed Quint. epicheremæ, inquit, in nullo differt à syllogismis, nisi ꝙ illi, & plures habẽt species, & vera colligũt. veris epicherematis frequẽtior est vsus circa credibilia. His intellectis, nihil erit iam vt opinor, quod Cic. suspensam alicuius hic teneat mentem, quo minus quę dicat quilibet sit percepturus, cum inquit. [Ergo absolutissima, & perfectissima argumẽtatio est ea, quæ in quinque partes est distributa) Hoc iam expositũ est vt syllogismis quinque partibus à Cicerone fiat. [Narratio, & argumẽtatio) Nam narratio causæ expositio est, sed quod narratur, & inseritur, locupletandi causa argumentationẽ ipsam inseritur, verũ id esse quod intendimus, si vera accusamus, nam iudiciale genus intentione, & depulsione cõstat, cum certe quod intendimus probare volumus. Etenim, & syllogismo nõ minus in reprehensione, quã in cõfirmatione defensio neq; vti possumus. [Collocupletandæ) Resarciendæ, ornamentis imbuendæ. [Confirmata argumentatione) Nam cum assumptio prolata est, iam cõfirmata videtur argumentatio. [Vt absolutissime) Quo nihil ad modũ desit. [Inimicum. n. acerrimũ de medio tollere volebat, à quo sibi nõ iniuria summũ periculum metuebat) Hæc propositio est epicherematis, quam tũ si rectius ostendemus, fiet assumptio. [De medio tollere) id est, quoquo modo ab aliorũ Græcorũ cõuentu eximere, ac per hoc occidere. [Non iniuria) Non ab re, nõ sine causa. [Summũ periculum) Ne ipse ab eodẽ occideretur. [Videbat, illo incolumi) Hæc propositionis est ratio. sed cum sit coniecturalis cõstitutio, à probabili, de quo supra in eius cõstitutionis locis abunde diximus, omnis hæc deducitur argumentatio. [Quauis iniuria) id est, qualibet. [Inimico exitium machinari) Exitium, inquit Festus Pompeius. antiqui pro exitu ponebant, nunc pessimũ exitium dicimus. Machinor a Græco, μηχανάω vnde, & μηχανὴ ab illis dicitur, quæ à nostris machina. Est autẽ machinari, struere, ergo machinari exitium, struere, & per insidias moliri interitũ est. [Cui rei mors indigna Palamedis testimoniũ dat) Nota est de Palamedis interitu historia, vt Vlysses extinctus sit insidiis. [Metus periculi) Ne ab Aiace interimeretur. [Omnes enim, qui minima peccata cum causa suspiciunt, Hæc est rationis confirmatio, siue assumptio. [Si multos, & quæ sequũtur) Hæc est ornatio. Si multi leue compendium fraude maxima cõmutauerunt) Hoc est, si ob leue commodum fraudem moliri maxima non timuerunt. Fraude maxima commutarunt leue compendium qui fraudolentissima ex eo dicti sunt, ob minimam, quam consecuti fuere vtilitatem. Compendium, à con præpositione, & pendendo, quod appenderent omnem veteres pecuniam. Vnde etiam dispensator dictus: & hinc dispendium, damnum, quod dispendendo pecunia minor fieri soleat. [Virum fortissimum, integerrimum) Ordo est, & sensus, homo timidus, subaudiendum Vlysses, nocens, conscius sui peccati, qui se sciebat cõtra Aiacem deliquisse. [Insidiosus, inimicum) Subaudiendum Aiacem. [Incolumem esse noluit) Virum integerrimum bello, inimicitiarum persequentissimum, qui quos odio prosequebatur. eisdẽ hostis esset infestissimus. [Iniuria lacessitum) id est prouocatum. [Ita excitatum) id est vehementer commotum. [Videamus alacres) Alacris inqt Asconius, siue alacer, vtrunq; enim dicitur, is appellatur, qui sensibus vniuersis, quod est iu-

dicium erecti animi atque sublimis. consurgit: & Cui omnis sensus in loco suo quisque degat. & econtrario iacet, inquit, dicitur amputatis in corpore sensuum membris. Ad animum sæpe transferrur, vt si quis vultu iudicat adesse animum nō sincerum, sensibus suis animu solo intentus. Sunt qui alacrem, festinantem, & properantem dici putant, quasi alia acrē. Virg.

Alacris cunctosq. putans excedere pugne.

Donatus vero, alacris, inquit, L. pro D, litera posita. [Feras bestias) Nam domesticæ cicures nominantur. [Ferum) Agrestē. [Crudelem) Trucem. [Cupide) Ad inimici Aiacis. [Perniciem) Exitium. [Profectum) Quando vbi Aiax gladio traiectus inuētus est ibidem Vlysses comoratus est. [Neque bonam, neque malam rationem videamus) Ratio, quam vulgus imperitum respectum dicit. Sic Iuuen. (Est spes, & ratio) capit rationē. Superfluum autem putandū nunc de ea ratione disputare, vnde homo animal rationale dicitur, & de qua sanctus Thomas longius disseruit fortasse quam fuit necesse, cum differentiam inter essentiam. vt eius verbo vtar substantiam, subiectum, rem, naturam, & rationem facit. nam August. in lib. quem de Spiritu, & anima inscripsit longe melius exposuisse manifestum est. [Si ergo pollicitus sum) Hæc complexio est argumentationis, vt si tres tantum partes principales iungas, hoc pacto: Omnes minima peccata cum causa, tum vero maxime illa quæ multo maxima sint maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur, vt si hæc propositio, qua probamus quod in quæstionem venit. quam Cic. secundo loco posuit deinde assumatur. At si Aiacem Vlysses occidebat multum sibi commodum, si incolumen sinebatur, incommodum, & metus ingruebat, cui complexio subiiciatur necesse est: Ergo Vlyssi cā fuit, cur Aiacem occideret. quod epicherema ita etiā componi pōt vt dicas, Quicunque ex alterius morte commodum consecuturus est, vel minimū is causam habet. cur cū è vita tollat. At Vlysses de Aiacis morte multum consecuturus erat cōmodi, causam igitur habuit Vlysses cur Aiacem occideret. [Quin cōfiteatur eām maleficii fuisse) Quando. & cum grauiter habebat, inuisum, & illum sibi hostem infestissimum. [Parum locuples) Parum copiosa. Locuples, diues, ab agrorum locis dictus, vt Plin. lib. 18. nat. hist. Locupleres, inquit, dicebāt locī, hoc est, agri plenos pecunia ipsa à pecore appellabatur. Ouid. in Fastis: Cetera luxuriæ nondū instrumenta vigebant, Aut pecus, aut latū diues habebat humum. Hinc ēt locuplex, hinc ipsa pecunia dicta est. [Et res tenuis) Parui momenti. [Aut humilis) Abiecta. [Hæc, quam exposui ratio est habenda) Hoc est, si humilis fuerit, & tenuis non ita dicere procures, perinde ac si sit ampla & quæ multis ornamētis possit illustrari. [Breuissima est trip.) Quæ ꝓpositione, rōne propositionis. & assumptione colligat.

LONG. ERgo absolutissima) Argumentationis perfectæ partes. [Causam ostendemus) Propositio. [Inimicum enim) Ratio propositionis. [Videbar, illo incolumni) Rationis cōfirmatio ex variis locis sumptis argumētis. Primū à probabili causa, quæ tractatur per antithesin mortis, & salutis, deinde ab anteacta vita, quod exemplo facti, seu mortis Palamedis cōfirmatur. Forma perfectæ argumentationis rhetoricæ, q̃ verborum, & sententiarum copia vestita, ostēdit quantū à dialectica breuitate oratoria maiestas recedat. Quod vt clarius pateat, hanc ipsam argumentationem syllogismo breui ꝑstringamus. Omnes qui ab aliquo periculum metuunt, eum interfectū cupiunt. A Palamede Vlysses sibi metuebat, vtpote a probissimo improbus: Igitur probabile est, ab Vlysse interfectum Palamedem. [Omnes enim, qui minima peccata) Exornatio primum à minore ad maius. [Virum fortissimum) A collatione. [Nam cum feras) A simili. [Si ergo pollicitus) Complexio.

DE ARGVMENTATIONIBVS VITIOSIS.

GEnera duo sunt vitiosarum argumentationum: vnum, quod ab aduersario reprehendi potest, idq. pertinet ad causam alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen non indiget reprehensione. Quæ sit quæ reprehensione confutari conueniat, quæ tacite contemni, atque vitari sine reprehensione, nisi exempla subiecero, intelligere dilucide non poteris: Hæc cognitio vitiosarum argumentationum duplicem vtilitatem afferet: nam, & vitare in argumentatione vitium admonebit, & ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus, perfectam, & plenam argumentationē ex quinque partibus constare; in vnaquaq; parte argumētationis quæ vitia euitanda sunt consideremus: vt, & ipsi ab his vitiis recedere, & aduersariorum argumentationes hac præceptione in omnibus partibus tentare, & ab aliqua parte labefactere possimus.

CAPIDVRVS.

GEnera duo sunt vitiosarum argumentationum) Omnis argumentatio (per argumentationem, & argumētum, quod in species supra plures diuisimus, volumus intelligi) reprehenditur, si aut ex his quæ sumpta sunt non conceditur vnum plura de, aut his concessis. complexio ex his confici negatur, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur, aut si contra firmam argumentationem, alia eque firma, aut firmior ponitur. Sed Cic. quod in epicheremate tantum reprehēdi possit, quod in solum argumentationis genus hic docuit, est expositurus, vnum, quod ab aduersario reprehendi potest, idque pertinet ad causam, alterum, disputandi quatuor, docente Aristo. sunt genera, vnum quod doctrinale, aliud dialecticum, tertium tentatiuum, quartum litigiosum vocat. Doctrinale nominat, cū ex propriis cuiusque disciplinæ principiis aliquid probare enitimur, idque demonstrati vnum nominatur, quod ipse in Analyticis posterioribus docuit. Dialecticum est, cum ex probabilibus tam nobis, quàm aduersariis, aliqua oppugnare concludimus. Tentatiuum autem, cum ex eis quæ respondendi probabilia videntur. aliquid arguimus, quod nolint respondentes tam de dialecticis autem, quam de tentatiuis, ipse in Topicis late disputauit. Litigiosum vero, quod ἀγωνιστικὸν appellauit, cum ex his probabilia quidem videntur, sed non sunt, id colligitur, quod nullo modo probabile videri potest. id genus in libro quem ἐλέγχων inscripsit, late ipse etiam tractauit. Per hoc genus arguendi modi sunt duo, vnus, qui per dictionem, alter vero, extra dictionem nominatur. Per dictionem quidem numero sex sunt, æquiuocatio. amphibologia, compositio, diuisio, accentus, figura. Extra dictionem vero, paralogismorū species sunt septem, vna quidem per accidens, secunda autem in eo quod simpliciter, vel non simpliciter, & quod aut vbi, aut quando, aut aliquid dicitur, tertia autem elenchi ignorātiam, quarta vero per cōsequens, quinta autem per id, quod in principio sumere contingit, sexta, quod non est causa, vt causa ponenda, septima vero vbi plures interrogationes, vt vnam ponimus. Nun dubito quin hæc multi obscura iudicaturi sint, cum species has arguendi exemplis nullis illustrauerim. quod ideo facere non curaui, tum ne commentarii modum excederem, tum etiam quod ad præsens. Ciceronis locus hoc non exigebat quodque apud dialecticos quisque hæc discere poterit. sed hæc vberius omnia, si dabitur vt possim aliquando, sicut & cetera rhetorices præcepta, ita digeram, vt multis nō displicere posse putem, quod si qui suę imperitiæ solatium quęrentes, ne hoc quidem à me recenseri debuisse, vtpote non necessaria, arbitrentur: Aristotelem, si re ipsa quam non intelligant iactantiam suam redarguere possint audiant, qui à consequentibus elenchum tractans inquit. Sæpe enim mel, fel suspicati sunt, eo quod sequatur rubet color, & quoniam accidit terram pluuia fieri madidam, & si sit madida opinantur pluisse, hoc autem nec necessarium, ad rhetoricos attinet, quod per signum sint demonstrationes, idemque & Cicero tum alibi, tum etiam hic, cum inquit. alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen indiget reprehensione. hoc enim dicit, vnum est genus vitiosæ argumentationis, quo ad causæ probationem attinens, ab aduersario reprehendi potes, sed quo pacto id fiat, paulo post aperietur. alterum est, cuius si fallendi modum species, vtpote nugatorium reprehendas, sin autem vt in aduersarium tractatum, multum fauoris sæpe, & commodi comparet, non indigebit reprehensione, sed probabitur. Quod tamen nugatorium est, ob hoc enim reprehēdi debuit apud virum grauem. Nugatorium omnes; vt Arist. inquit, qui in disputationis certant, & contentantur, se superiores esse coniectant, ac vt id consequantur pro viribus moliuntur.

mr. sed quinque modis velut arguendū imperitiæ aduersariū ostendāt, vel vt falsum, vel quod preter opinionē omnium sit fateri cōpellant. vel vt in solœcismum grammaticę vitium nihil tale cognitionē detrudant. vel quinto loco, & nugari eum cogant. qui contra ager. Id autem faciet si frequenter idem dicat quod nusquam sit. quapropter, & Cic. nugatoriū dixit. hoc est quod nugari aduersarium cogat. [Tamē non indiget reprehensione. Quæ sit,] Quoniā aliquando iuuat oratores, nō ergo omnino repudiandum licet, vtpote nugatorium, nō admittendum esse videatur. Reprehensione confutari conueniat,] Confutari, cum manifesto falsa deprehenduntur [Quæ tacitate contemni,] Vt friuola [Atq; vitari sine reprehensione, nisi exēpla subiecero. intelligere dilucide non poteris] Hæc cognitio vitiosarum argumentationum duplicem vtilitatem afferet. [Nam, & vitiare in argumentatione vitium admonebit. & ab aliis nō vitandū, commode reprehendere docebit. Quoniā igitur ostendimus perfectā, & plenā argumentationem & quinque partibus constare, in vna quaque parte argumentationis quæ vitia vitanda sunt consideremus, vt, & ipsi ab his vitiis recedere, ac aduersariorum argumentationes hac preceptione, num eum argumentationis formula vitiātur, an certe cum aliquid quod illud infirmet opponitur, intelligere possimus. [In omnibus partibus,] Nam quinque constare partibus supra cōmonuit. Num possimus aliquam partē labefactare. Labe aliqua commaculare, ac per hoc reprehensum risu, & conuitiis dissoluere.

LONG. GENERA duo sunt) Argumentationes vitiosæ.

ASC. GEnera duo sunt, &c.) Optimo ordine docet primo vitiosas argumentationes vitare, nā, & coloni primū nociuas extirpant herbas, & medici corporū obstantia pellunt sanitati. Dicit ergo sic. Genera duo sunt vitiosarum argumentationū. n. vnum. s. genus est, quod reprehendi pōt. i. refelli. & redargui ab aduersario. idq; pertinet ad causam, alterū supp. est, quod tametsi. i. quanquam nugatorium est. i. vanum, & mendax. tamen non indiget reprehensione. forte eo ꝙ apertum, vt August. quoq; noster asserit mendacium non est responsione dignum. Tu ò Herenni non potius intelligere dilucide quæ scilicet genera argumentationum, aut quæ argumenta (transit enim ad neutrum genus) sint quę conueniat confutare, id est, refellere, reprehensione, id est per reprehensionem, & sup. quę conueniat contemni, atq; vitari tacite sine reprehensione, nisi exempla subiecero, id est, nisi ea declarauero per exēpla. Et tamen operæ precium est ea nosse, quia hęc cognitio argumentationum vitiosarum afferat duplicem vtilitatem, nam ipsa, & id est, simul admonebit, vitare vitium, id est, ne committamus vitium in argumentatione scilicet nostra, & docebit reprehendere cōmode, id est decenter, & vtiliter, vitium nō vitatum ab aliis. Igitur quoniam nos ostendimus perfectam, & plenā argumentationē constare, est quinque partibus propositione, ratione, &c. consideremus quæ vitia sunt vitanda in vnaquaq; parte argumentationis, vt ipsi. i. non possumus, &. i. simul recedere ab his vitiis, &. i. simul tentare. i. vexare experimento, hoc est examinare argumentationes aduersariorū in omnibus partibus. s. dictis, & labefactere. i. inualidare, & dissoluere. s. argumētationes aduersariorū ab aliqua parte. Bene dicit in omnibus tentandus. i. examinandus in omnibus partibus, & tamē labefactandas duntaxat in aliqua parte, non ꝙ non liceat in omnibus, sed quia non est verisimile in omnibus fieri posse.

DE VITIOSA EXPOSITIONE.



EXPOSITIO vitiosa est, cum ab aliqua, aut à maiore parte ad omnes confertur id, quod non necessario est omnibus attributum: vt si quis hoc modo exponat: Omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare diuitias, ꝙ officio paupertatē tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationē, vt non curet quærere qualis ratio, aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionē, cum ostendemus id, quod in aliquo paupere improbo sit, in oēs pauperes falso, & iniuria conferri. Itē vitiosa expositio est, cū id quod raro fit, fieri omnino negat, hoc modo: Nemo potest vno aspectu, neq; præteriēs in amorem incidere: nam cum non nemo deuenerit in amorem vno aspectu, & cum ille neminem dixerit, omnino nihil differr raro id fieri, dummodo, aliquando fieri, aut posse fieri, intelligatur. Item vitiosa expositio est, cum omnes res ostendimus nos collegisse, & aliquā rem idoneā præterimus, hoc modo. Quoniā igitur hominē occisum constat esse, necesse est aut à prædonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille heredē testamēto ex parte faciebat. prædones in illo loco visi nunquā sunt: inimicū nullū habebat. relinquitur, si neq; à prædonibus, neque ab inimicis occisus est, quòd alteri nō erant, alteros non habebat, vt abs te sit interemptus. Nam in huiuscemodi expositione reprehensione vtemur, si quos præter eos, quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplo cum dixerit necesse esse aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut à nobis occisum esse, dicemus potuisse, vel à familia, vel à coheredibus nostris. Cum hoc modo illorum collectionem disturbauerimus, nobis latiorē locum defendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, cum omnia collegisse videamur, aliquā idoneā partem reliquerimus. Item vitiosa expositio est, quæ constat ex falsa enumeratione: vt si, cum plura sint, pauciora dicamus, hoc modo: Duæ res sunt iudices, quæ homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. Quid amor? inquit quispiam. quid ambitio? quid religio? quid metus mortis? quid imperij cupiditas? quid deniq; alia permulta? Item falsa enumeratio est, cum pauciora sunt, & plura dicimus, hoc modo. Tres res sunt quæ omnes homines sollicitant, metus, cupiditas, ægritudo. Satis enim fuerat dixisse metum, & cupiditatem: quoniam ægritudinem cum vtraque re coniunctā esse necesse est. Item vitiosa expositio est, quæ nimium longe repetitur, hoc modo. Omnium malorum stultitia est mater, quæ parit immensas cupiditates: immensæ porro cupiditates, infinitæ, & immoderatæ sunt: hæ pariunt auaritiam: auaritia porro hominem ad quoduis maleficium impellit: igitur auaritia inducti aduersarij nostri hoc in se facinus admiserunt. Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, & ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes:
Ne ve inde nauis inchoandæ exordium
Cepisset, quæ nunc nominatur nomine
Argo; qua vecti Argiui delecti viri,
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliæ per dolum:
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Nam hic satis erat dicere, (si id modo, quod esset satis, curasset poëta)

Vtinam ne hera errans meā domo efferret pedem
Medea, animo ægra, amore sæuo saucia.

Ergo hac quoq; ab vltimo repetitione in expositionibus magnopere supersedendo est. nō enim reprehensione eget, sicut aliæ complures, sed sua sponte vitiosa est.

CAP.



XPOSITIO vitiosa est, & quę sequunt.) Expositionē dicit, quam supra propositionē, hoc est totius argumentationes partē prima nominauit, cū ab aliqua aut à maiore parte ad oēs cōfertur, id quod nō necessario est omnibus attributū, Ordo est: Vitiosa est expositio, cū id, qđ non necessario est omnibus attributū confertur ab aliqua, aut à maiore parte ad omnes. Est aūt sensus, vitiosa est argumentationis expositio, cum quod aliquibus, aut maiori hominum parti tribuitur, id esse omnium dicimus cū id haud necesse sit, sed potius facile secus enunciari possit. [Ad omnes confertur) In oēs infertur. [Quàm officio) Virtute. [Non curet quærere qualis ratio) Quia sunt aliqua quibus sit ratio subijciatur, probabilia videri possint, alioqui falsa. [Nemo potest vno aspectu neq; præteriens) Aut vno tantum aspectu, aut pręteriens, etiā si crebro aspiciat, in amorem incidisse nemo poterit, quod fieri tñ posse, etiam si nunqua antea fuerit, facile datur intelligi. [Non nemo) Aliquis. [Quod alteri non erant) A quibus occidi potuerit, prædones. [Alteros) Hoc est inimicos nō habebat. [A coheredib.) Ab his qui nobiscum hereditatē eius adiuerint. [Latiorem locum defendendi relinquemus) Nam quod aduersarii tam explosi videant. & nostræ supersit argumentationes explicandæ, multum adiumēti hinc causa nostra capere posse videbitur. [Luxuries, & auaritia) Et luxuries, & luxuria rerum immoderatus ꝑ voluptatem vsus dicitur. auaritia rerū immoderatus appetitus ab auido, & ære ducta appellatio. [Quid amor?) Amorem libidinē dicit. [Quid ambitio) Honoris, non de virtute potius quàm de vitio manans cupiditas. [Quid religio) Sane religio, quam Græci θρησκείαν dñt, quædam erga deū obseruantia vinculo, aliquo alligata dicitur, quæ si spōte à nobis fiat Græcæ εὐσέβεια, Latine pietas, nominatur. Quamobrē per iocum Plaut. in Curc. Vocat me, inquit, ad cœnam, religio fuit, denegare nolui perinde ac si promittere coactus esset, religio, inquit, fuit. huius duo sunt extrema, defectus quidem irreligio, excessus vero superstitio. Est.n. religio dicta, vt Ser. Sulpicius tradit, quod ꝑꝑ sanctionem aliquam remota ac seposita à nobis sit, quasi a relinquendo, vt à carendo cerimoniæ. Cicero autem à relegendo dictam putat, qui in lib. de Nat. deor. 2. ita dicit: Non enim philosophi solum verumetiam maiores nostri superstitionem à religione separauerunt, nā qui totos dies precabantur, & immolabāt, vt sui sibi filii superstites essent, superstitiosi sunt appellati, qui autem omnia quæ ad cultū deorum pertinent tractarent, & tanquam relegerent, hi sunt dicti religiosi, à relegendo, tanquam ex legēdo legentes, & diligēdo diligentes. hic.n. verbis omnibus inest vis legendi, eadem in religioso. ita factum est, vt in superstitioso, & religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis esset. Lactantius aūt Institutionū diuinarum lib. 4. non à relegendo, vt Cicero, sed a religando dictam religionē putat, quod hoc pietatis vinculo obstricti Deo, & religati simus, sicut, & superstitionem, non eum filios optamus superstites (omnes.n. optamus) dici voluit, sed cū hi qui superstitem memoriam defunctorum colunt, vt qui parētibus suis superstitibus colebant imagines eorū domi, tanquā deos penates, atque nouos sibi ritus assumebant, vt in deorum vice mortuos honorarent, quos ex hominibus in cœlum receptos putabāt, hos inquit, superstitiosos vocabant, eos vero q publicos, & antiquos deos colerēt religiosos nominabāt. vnde Vir. Vana superstitio veterumq. ignata deorum. Nec me præterit quid dixit Nigidius Religentē esse oportet, religiosum nefas, qꝫ religiosum, triste, & ominosum significet. M. Cic. ad Atticū Maiores, inquit, nostri funestiorem diem esse voluerūt Aliensis pugnæ, quam vrbis captæ, quod hoc malum ex illo prouenerit. itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter vulgo ignotus. Sed non semper religiosum diē tristi omine insaniem dicimus, nec semper religiosus appellatur, velut alii dicunt, qui nimia, & superstitiosa religione sese alligauerit, vt vitio assignet. Inuenimus.n. religiosum pro casto, & obseruāte, cohibenteq. sese certis legibus finibusq. vnde, & religiosa delubra legimus, non ominosa sed maiestatis venerationisq. plena quapropter, & Massurius, Religiosum, inquit, est, quod propter sanctitatē aliquam remotum ac sepositum à nobis, est, verbum à relinquendo dictum. Manifestum igitur ex his, religionē non oēm cultum diuinum dici. quādo a nobis longe semota esse dicat, sed noxum quendā esse quem deum; sterius deuouimus, quem eum obseruamus, religio, cū id facere negligimus, irreligio nominatur. nam quem sponte cultū nostrum deo offerimus, pietatem nuncupamus. [Quid metus mortis) Nam & hæc animi perturbatio est quam in sapiente cadere posse. Stoici negaueruunt. [Quid imperii cupiditas) .i. libido dominandi, hęc ab ambitione differt. qđ ambitio in populo maxime cupit eminere, & cuneos se populares sequi affectat. Cupiditas aūt dominari, in omnes habere imperium. [Quid demiq; alia permulta) Cum pene infinitæ animi sint perturbationes. Quando ægritudinē, cum vtraq; coniunctam esse necesse est. Ægritudo si quidem, quæ, & ægrimonia nominatur, nō sit, & ipsa animi ꝑturbatio, neq; magis metum quam cupiditatem contineat vtrinq; pariter complectitur. si quidem, & cum metuimus, & cū cupimus ægritudine laboramus. [Omnium malorū stultitia est mater, atq; materies) Hoc expositione indiget, paulo.n. obscurius est q̄ vt omnium mentes possint capere, veruntamē id, q̄ breuiter ac dilucide à nobis poterit fieri, explicabitur, vt quantū ad Ciceronis sentētiā attineat, nihil vltra pro vt valuerimus dici desideretur, dabimusq. operā, vt quidquid redundās, & superfluū videri possit, ne ꝑtermittamus, sed prius verbū ipsum, deinde quid sit hoc, quam materiā Cic. nominauit, postea quod reliquum erit, prosequemur, ac diffiniemus. Quā Græci ὕλην, nostri modo siluam, modo materiā nominauit, idq. significatione gemina nam cum ὕλη saltus.i. vbi arbores multę cędantur, sit nominata, & materiā significet, quæ rerum omnium nutricula quædam est, ita silua a Latinis, non modo saltus cæduus, vnde ligna deportentur, etiam vulgo nominatur, sed, & pro materia nonnunquam ponitur, vt apud Cic. Hoc in gñe, nam quasi siluā vides, omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo, & rursum, Cui loco omnis, & virtutū silua est subiecta. E diuerso, & materia pro silua & arboribus ponitur, vt apud Q. Curtium, Vehemens Fauonius erat, & multam materiam cæciderat miles, aditū per saxa molitus, hæc vapore torrida iam matuerat. Et materies, & materia ꝑ re aliqua tractāda ponit, permittamus nobis, vt hoc verbo vtamur subiecto, quod Græci ὑποκείμενον vocant cum iam omniū ore versetur. hoc.n. intellectu forte facilius erit, q̄ vt quidē causam nominemus. Verbum igitur verba Græco reddētes subiectum alii, alii materiā. Vt Horatius, Sumite materiam vestris q scribitis æquam viribus. Sed proprium tenet materia significatū, cū rerum oīum humanarū principium à deo creatum significat. Nec audiendi qui inter materiā, & materiam differentiā esse voluerunt, vt sit quidem materia proprie, quā Horatius intellexit, hęc aūt materies, cum nō magis inter se differant, q̄ luxuries & luxuria, auarities, & auaritia, qñ etiā ꝑ similitudinē, quod prius posuimus ab hoc secundo loco positū est, liquido deduci intelligatur. Est igitur ὕλη siue siluam, siue materiā libeat nobis appellare, ex qua rerū oīum humanarum est genitura, & cunctorum corporū indissolubilis inuisibilisq. origo prima, à qua qualitates & quantitates, & omnia quæ accidunt proueniunt, quæ licet a propria natura non recedat, diuersis tñ, & contrariis speciebus eorum quæ inter se recipit, variatur. Hanc melius adhuc explicare conabimur. sed quo res manifestior fiat, quid de rerū principiis multi, qui demum aliquid dicere visi sunt, sentiāt, decurremus. Fuerunt qui nunquā genitam materiem esse dicerent, vt Democritus, & Epicurus quippe qui textum eius, & quasi continuationem quandam corpusculis quę intelliguntur potius, quam sentiantur, conneats sibi mutuò, aliquo modo positis, figuratisq. omne corpus generali, sed qualitates, quas corporibus ex ea materie nō tribuerūt, Anaxagoras dedit. Thales de septē sapientibus vnus, quem ferunt ante omnes naturalia secreta rimatum esse rerum omnium initium esse aquam dixerit, idemq., & Homerus, cum Oceanum, & Thetym parentes omnium esse dicat. At vero Anaximenes rerū initium aera iudicauit, Heraclitus ignē. Sunt etiā qui immobilem materiam quandam esse dicant, & eandē ex omnibus in vnam molem redactam, vnum omnia esse cōsentientes, sine ortu, & sine occasu, vt, Xenophanes, Melissus, Parmenides. sed Parmenides vnū omne perfectum, & definitum pronūciat, Melissus infinitū, & determinatū, Empedocles varium & multiforme quiddā. Aristoteles autem tria rerum naturalium initia cōstituit, siluam siue materia speciem quam alii formam, & carentiā qua alii priuationē in Latinum transtulerint, idem sine genitura, & sine interitu dicit mundū esse, diuina prouidentia perpetuitati, propagatum. Plato autem rerum initia tria esse arbitratur, deum, materiam, rerumq. formas, quas Ideas vocat. Deum autem, inquit, inuenire facile, cognoscere aūt impossibile est, materiā vero improcreabilē incorruptamq. cōmemorat, non ignem neq; aquam, nec aliud de principiis quæ elemēta dicuntur esse, sed ex oibus primam figurarum capacē formationumq. subiectā, rudē, & figurationis qualitate viduatā. Ideas vero.i. formas omniū simplices, & æternas, nec corporales, & esse e-

ruos

rum rerum quæ Deus sumpserit exempla, quæ sunt erunt ve, & omnium quæ gignit Deus corporum instar ceræ formas. Proinde Platoni quidem videtur Deus initium esse, & causa bonorum, materia aũt malorum. Idem sentit Pythagoras, qui Deum summum, & præcellens bonum esse, materiam aũt malorum omnium seminarium quoddam, quæ licet indistincte fluctuet, tamen quia intimo proprioq; motu mouetur, viuat & cum anima vegetetur necesse est. cum igitur in materię mul ta sit intemperies, & improuidus impetus, & casus, atq; vt libet exagitata præsumptio, & pecudum ritu homines ob eam incondita, & turbulenta iactatione moueantur, anima autem, quippe quod ex Deo sit, salubri homo vigeat sapientia, ex materia vitiorum incentiuę omnium hominum titillant animos, & quasi in meditullio nostrum iudicium est, vel abiicere cogitata, vel recipere. si abiicimus, vincitq. ratio Deo proximi sumus, qui superiorem esse animam velimus sin aũt recipimus; superior materia est. quam si perpetuo sequimur, cum sit ea cœno fœdior, post corporis interitum in cęlum migrare non possumus, sed hic immergamur ad inferna mundi loca, & à cõ spectu diuino longissime remoueamur necesse est. vt hæc nos gremio suo materies complectatur. Proinde ex vi animæ quæ ex Deo est, sapientia prudentiaq. nascitur. Est aũt sapientia, vt tam Aristoteles q̃ Plato senserunt, rerum diuinarũ, prudentia aũt, humanarum cognitio, vt igitur ex anima, ita ex materiæ, quã siluam diuus appellat, omnis emanat stultitia. sed ex materiæ cupiditates suscitantur, quæ cum rationis dominio cohibentur, prudentiaq. rationi adiiciuntur virtus dicitur. cum quã ab eis præcipitamur, peccati nomẽ sibi vendicant. sunt igit ex animæ vigore nata. Prudentia virtutes generat, ita vi materiã titillatio, ac de scelere cognitione quædã voluptas, quæ stultitia nominatur, ortum habens, futuris cupiditatibus dat infinitis exordium. Iam puto in M. Tulli verbis nihil obscuritatis relictum, quod dixerit omnium malorum matrem stultitiã esse atq; materiem. Hoc. n. dicit, omnium malorũ. i. vitiorũ, vnde mala proueniunt hominibus stultitia mater, prius stultitiã posuit, qđ ex ea cupiditates omnes oriantur, deinde materiẽ secundo loco, quod ex materia, vt dictum est, stultitia capiat exordium. quæ tunc vere stultitia nominatur, cum rationi nullus distribuit locus, sed quasi mediis in vitiis mersa sugillatur. [Quæ parit immensas cupiditates. immensæ porro cupiditates, infinitæ, & immoderatæ sunt, hæ pariunt auaritiã.) Quid cupiditates, numquid cupiditates sola mala esse dicentur, quæ ex materiæ deducuntur? cum sint & aliæ animi perturbationes, metus, dolor, gaudium, vt Stoici voluerunt. hoc igitur ita accipiendum, cum auaritia cupiditas sit quædam, & auaritiã tantum vellet in cessere, nõ conuenit alias animi perturbationes nominare Auaritia porro hominem ad quoduis maleficiũ impellit, igitur aduersarii nostri inducti auaritia hoc inter se facinus admiserunt. [Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium, & ceteros poetas imitemur) Intelligi. n. facile põt; nullũ esse officiũ tam sanctũ, qđ nõ auaritia cõ minuere atq; violare soleat. hęc enim amicitias sanctimonius exterminat, societates pfidiis sibi grauiter reddit infensas, ppinquos, & Deũ ipsum impietate aggrediens, omnibus flagitiis se singularẽ, & insignẽ reddit. [Vtinã ne in nemore Pelio) Pelion Thessaliæ mons, vbi arbores cæsæ sunt ad Argonauium construendam. [Abiegna) Ex abiegno. [Quæ nunc nominatur Argos) Ab Argo constructore, Argos nauis dicta. Sed viri proprium Argos vltimam corripit, declinaturq. Argos Argi, sicut cestos cesti, & Delos Deli. argos autem nauis propriũ, eandẽ producit syllabam, ab Argo constructore dicta: & declinationẽ habeat Græcã Argos, Argoos. [Argiui delecti viri) Nota est historia, quam apud Græcos Orpheus primũ, post Apollonius scripsit, apud Latinos sũt Valerius Flaccus. [Pellem inauratã arietis) Cuiusmodi hæc pellis esset, ambigitur. aliter de ea Dionysius, aliter Strabo scripsere, quorum opiniones, ne longum faciam prætereo, satis esse ratus, si vbi legi id possit, commonstrauerim. [Imperio regis Pelię) Per dolũ, vt hoc apud Orpheũ Appolloniumq. ac Pindarũ in Pythiis intelligi abunde potest. [Nã nunquã hera) Vtrum hera domina, an certa sicut ab eo, qđ est heros veteres Romani Herus inuertisse creduntur, ita se cundum analogiam Heram pro heroim dixisse videri potest. [Domo ex Colcho Iasonem secuta amore saucia) Subaudiendum, Iasonis: vt apud Orphea, & Apollonium in manifesto deprehenditur. [Amore saucia) id est, quod animo ægro dixit.

LONG. Omnes, qui in paupertate sunt) Expositio plerumque, teste Aristotele, vniuersalẽ quandam sententiã, & cõmunem approbationem habet, quæ tum vera est cum in necessaria materia expediunt. Verum si quando eam contingentem esse contigerit, tum quia tantum probabilis est, nunquam nõ potest subuerti. [Nemo potest vno aspectu) Contrarium est de Chærea Terentiano. [Item vitiosa expositio est) Hęc est cõ, quia imperfecta inductiones dissoluantur. Lege Trapezuntiũ. [Vtinam ne in nemore Pelio) Vide Crinitum lib. 15. cap. 6. & Politianum in Misell. cap. 27.

Expositio, &c.) Quam partem prius propositionem vocauis, nunc expositionem vocat, nam, & propositio enunciatio dici solet, cum autem syllogismus secundum Seruium constet ex propositione, assumptione, & conclusione, videtur duntaxat maior præmissarum propositio dicendo, verũ quia apud dialecticos cõfunduntur potest propositio, seu expositio, seu enunciatio maior, dici etiam intentio quod sit quã actor intendit. huius vitio hic declarat auctor dicens. Expositio est vitiosa sup. tunc, cum. i. quando, id, quod non est necessario attributum omnibus partibus. i. in materia non necessaria, confertur ad omnes. s. partes ab alii qua parte, aut à maiori parte, hoc est quando ex particulari, aut indefinita vera præsupponitur vniuersalis vera, & ea proponitur, seu assumitur vt vera, vt si quis exponat hoc modo. Omnes q sunt in paupertate malunt parere diuitias maleficio, quam tueri. i. sustinere paupertatem officio. i. honesto, & debito facto, hoc est. n. manifeste falsum, quia apud Romanos, constat Curios, & Fabricios, ac innumeros alios paupertatem sine vitio tulisse, & in religione nostra longe plures, vtpote cuius princeps erat summus paupertatis amator, & prædicator, sed assumitur ex particulari vera, aut ex inductione imperfecta, vt si quis exposuerit argumentationem hoc modo, vt nõ curet quærere. i. inquirere, qualis sit ratio, aut confirmatio rationis, tunc sup. nos reprehendemus facile ipsam expositionem cum ostẽdimus. i. demonstrabimus id, quod sit in aliquo paupere improbo, cõferri falso & iniuria, in omnes, pauperes. vbi pauper substantiue capitur aliter dixisset, & improbo. Item expositio, hoc est propositio seu assumptio est vitiosa cũ id, quod fit raro negatur fieri omnino, id est dicitur nunquam fieri, & ita ex particulari negatiua infertur vniuersalis hoc modo. Nemo põt vno aspectu neq; prætereuns. i. sine mora transiens incidere in amorem. Nam cum non nemo. i. aliquis deuenerit in amorẽ vno aspectu. i. cum compertum sit q per vnicum aspectum incautum quis deuenerit in amorem, & cum ille dixerit omnino neminem sup. deuenisse, nihil differt. i. refert id fieri raro dummodo intelligatur fieri aliquando aut posse fieri, quia ad veritatem vniuersalis necesse est omnes particulares esse veras. Et licet hæc possit esse vera, omnis homo iustitiam amat, tamen quia potest esse falsa, improbari poterit. Item expositio est vitiosa cum ostendemus nos collegisse omnes res. i. fecisse inductionem sufficientem, & prætereuimus. i. omittemus aliquam rem idoneã hoc modo. Igitur quoniã cõstat hominẽ esse occisum necesse est occisum esse, aut à prædonibus, aut ab inimicis, aut abs te, quẽ ille fecerat testamento hæredẽ ex parte, pdones nunquã sunt, nisi in illo loco, & sup. nullũ. i. non vllũ, non habeat vllum inimicũ, relinquitur igitur si neq; occisus est, à prædonibus, neq; ab inimicis, quoniã alteri, videlicet prædones non erant, & non habebat alteros, videlicet inimicos, vt sit interemptus abs te. Nam nos vtemur reprehensione in huiusmodi expositione. i. assumptione ab insufficienti inductione si ostẽdemus, quos. i. aliquos pręter eos quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficiũ. i. cõmittere homicidiũ illud. velut in hoc exemplo cũ dixerit necesse esse, aut à prædonibus, aut ab inimicis aut à nobis, dicemus potuisse sup. occidi, vel à familia, vel a coheredibus uẽis. Coheredes aũt sunt q simul fiunt vnius hæredes. Cũ nos disturbauerimus hoc mõ, collectionẽ. i. inductionẽ (sic. n. dialectici vocant) ipsorũ tũc sup. nos relinquemus nobis. s. defensoribus locũ latiorẽ defendendi. s. ab obiecto crimine. Ergo hoc quoq;. i. & hoc est vitandũ. s. a nobis dũ accusamus. in expositione. i. qñ exponimus, seu proponimus, ne qñ nos videamur. s. nobis collegisse omnia. i. fecisse sufficientẽ inductionẽ relinquamus aliquam partẽ idoneam. i. principalem quę prętermitti nõ debuit, aut idoneã ad inualidationẽ totius argumenti. Nã ad destructionẽ vniuersalis sufficit destructio vnius partis. Item expositio. i. propositio, aut assumptio qua causam nostrã exponimus est vitiosa, q constat ex enumeratione falsa, hoc est q certo numero membra enumerat, si cũ, &c. Duplex hic lectio est, aut. n. ponit post cũ particula, aut quæ, q a in principio ponit repetit ante aliud membrũ vult, vnde q a duo sunt malæ enumerationis mẽbra alterũ dũ qd deest, alterũ dũ quod superest videtur mihi vera lectio sic: si aut cũ plu-

ra sunt. pauciora dicamus hoc modo, &c. Aut cum pauciora sunt plura dicamus, & ita credam ab illis qui hanc condependentiam non intelligerent propter interiectum exemplū adiectum esse. Item falsa enumeratio est cum pauciora, quam secundam lectionem si sequi volumus deponemus particulam aut in principio positam, quam tamen, quia omnia exemplaria, quæ quidem viderim habent. malim vt dixi legere. nisi cogar Franciscum sequi. dicamus ego abiecta particula, aut sic si dicamus pauciora cū sunt plura, hoc modo. O iudices duæ res sunt, quæ compellunt homines ad maleficium, videlicet luxuries, & auaritia, quo audito quispiam inquit, quid supple facit amor: an ne compellat ad maleficium? quasi dicat maxime. quid ambitio.i.cupiditas honorum, & magistratus gerendi? quid religio.i.contemptio, aut negligentia religionis? quid metus mortis? quid cupiditas imperii.i.donationis? quid denique alia permulta supp. faciunt. an ne ad maleficium etiā compellunt. q.d. maxime, & ita vitiosa erat enumeratio, quæ duas duntaxat partes enumerabat cum tot sint. Item falsa enumeratio est, aut enumeratio est falsa, cum sunt pauciora, & dicimus plura hoc modo. Tres res sunt quæ sollicitant omnes homines, metus, cupiditas, ægritudo, id est vitium animi. Satis fuerat dixisse metum, & cupiditatem, quando.i.quandoquidem, aut quoniam necesse est ægritudinem.s.animi esse coniunctam cum vtraq; re.s.cum metu mali, & cupiditate boni. Item expositio est vitiosa, quæ repetitur longe nimium, hoc modo: Stultitia est mater.i.genetrix, aut origo omnium malorum, quæ.s.stultitia parit præceteris.s.rebus aut vitiis, immensas cupiditates, porro.s.sed cupiditates immensæ sunt immoderatæ infinite.i.sine fine, aut in infinitum, si tamen infinitæ nomen est intelligetur, & vt sit sum, infinitæ, & immoderatæ, hæ.s.cupiditates immoderatæ pariunt auaritiam. porro.id est sed vel autem, auaritia impellit hominem ad quoduis maleficium, vnde, & illud Maronis Aeneid. 3. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames! Igitur aduersarii nostri inducti auaritia admiserunt inter se, aut ad se, hoc facinus.s.nefandum. hic.i.in hoc exemplo satis fuit exponere.i.assumere id quod dictum est extremum videlicet aduersarii nostri inducti auaritia hoc inter se facinus admiserunt, fuit autem satis, ne.s.nos oratores, immitemur Ennium, & ceteros poetas quibus est concessum loqui hoc modo.s.longe repetito exordio, & tamen Flaccus in arte videtur id damnare cum pro contrarii obseruatione. Homerum sic laudat. Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Nec gemino bellum Troianarū orditur ab ouo. Semper ad euentum festinat, & in medias res. Non secus ac notas auditorem rapit, &c. Verum sciemus aliud esse principalem narrationem à principio rerum auspicari. aliud pertransitum interserere, quæ in principio contigerant. Vnde Ennius in fabula sua non egit argonauis ædificationem, sed transeuntes tetigit, quod illi vitio non datur: vnde fecit ancillam Medeæ sic dicentem. Vtinā ne trabes.i.trabs (est enim singularis numeri. Nam vt Petrus Crinitus hunc locum Ennianū citans docet lib. 15. cap. 6. de honesta disciplina. veteres. trabes, canes, duces. in nominatiuo singulari dicebant) abiegna.i. abietis arboris ad nauigia aptæ, cecidisset ad terram, cæsa.i. amputata securibus.i.ferris secandi vim habentibus in nemore Pelio.i.Pelii montis Thessaliæ, ve pro vel, ne exordium nauis inchoandæ, cœpisset.i.inceptum fuisset, inde.i.ex illa trabe, quæ.s.nauis nominatur nunc argo, in qua.s.naue viri argiui.i.græci delecti.i.de multis à Iasone lecti qui argonautæ dicti, deinde sunt, vecti.i.dum vehebantur, petebant pellem illam inauratam, immo aureum vellus, arietis Colchis.i.à Colchis, aut Colchis, pro Colchii, imperio Peliæ regis Thessaliæ patrui Iasonis, per dolum.i.qui id impetrabat per dolū superans. Videlicet in expeditione illa, illum perituram, cuius virtutem sibi offuturam etiam per visionem (vt aiunt) admonitus verebatur. nam si illa nauis nunquam fuisset facta, nunquam hera mea Medea errans efferret domo pedem existens ægra, & saucia amore. Hactenus Ennius in comœdia, post q̄ addit Cicero. causam cur orator non tam longe repetat expositionem dicens. Nam satis erat dicere hic.i.hoc loco (si poeta curasset modo. i. solummodo supple dicere, id quod satis erat) Vtinam hera mea Medea, ne.i.non efferret pedem domo, errans ægra animo, & saucia amore. Ergo supersedendum, id est abstinendum est supple oratori, magnopere.i. magno conatu, in expositione quoque.i.etiam hac repetitione.s.tracta ab vltimo, id est maxime longinquo, hoc est penitus primo principio. Enim pro quia, talis repetitio, aut expositio propter repetitionem non est vitiosa reprehensione, id est propter reprehensionem aduersarii, sicut aliæ complures supple sunt vitiosæ, sed est vitiosa sua sponte, quia sponte nimis longe repetimus, &c.

DE VITIOSA RATIONE.



VITIOSA ratio est, quæ ad expositionem non est accomodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma ratio est, quæ non necessario ostendit ita esse, quemadmodum expositum est: velut apud Plautum.

Amicum castigare ob meritam noxiam,
Immane est facinus, verum in ætate vtile,
Et conducibile :-

Hæc expositio est. videamus, quæ ratio afferat.

-Nam ego amicum hodie meum
Concastigabo pro commerita noxia.

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo quod fieri conuenit, vtile quid sit rōcinatur. Vana ratio est, quæ ex falsa causa constat, hoc modo: Amor fugiendus non est: nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo: Philosophia est vitanda: affert enim socordiam atque desidiam. Nam hæ rationes nisi falsæ essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur, Item infirma ratio est, quæ non necessariam causam affert expositionis; velut Pacuuius:

Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent philosophi,
Saxoq; instare globoso prædicant volubili:
Ideoq; quò saxum impulerit fors, eò cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernet quo sese applicet:
Insanam autē aiunt, quia atrox, incerta, instabilisq; sit.
Brutam, quia dignū atq; indignū nequeat internoscere.
Sunt autem alii philosophi, qui contra fortuna negant
Miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi id magis.
Verisimile aiunt, quod vsus reapse experiundo edocet.
Velut orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est:-
Naufragio res contigit. nempe ergo haud fortuna obtigit.

Nam hic Pacuuius infirma ratione vtitur, cum ait verius esse temeritate, quā fortuna res regi. nā vtraq; opinione philosophorum fieri potuit, vt is, qui rex fuisset, mendicus factus esset. Itē infirma ratio est, quæ vr̄ pro ratione afferri, sed idē dicit, qd̄ in expositione dictum est, hoc modo: Magno malo est oībus auaritia, iccirco, ꝙ homines magnis, & multis incōmodis cōflictantur ꝓpter immēsam pecuniæ cupiditatē. Nā hic aliis verbis idem per rationē dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma rō est, quæ minus idoneam, quàm res postulat, cām subiicit expositionis hoc mō: Vtilis est sapientia, própterea, quòd, qui sapientes sunt, pietatē colere consueuerunt. Item vtile est amicos veros habere. hēs enim, quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus nō vniuersali neq; absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma rō est, quæ vel alii expositioni potest accommodari, vt facit Pacuuius, qui eandem affert rationem, quare cæca, eandem, quare bruta fortuna dicitur.

VITIOSA ratio est) Supra quo pacto propositionem noscamus vitiosum, edoctum est: nûc quo modo propositionis rationē vitiosam esse possimus cognoscere, edisserit, duabusq. de causis vitiosam videri posse, aut si sit infirma, & debilis, aut si sit stolida, infusa. [Immane est facinus) Nequiter factū est. [In ætate) Si totius ætatis curriculum inspiciamus aliquando, si castiges, cedet ei vtilitati, & conducet. [Conducibile) Quod ad aliquid tractandum, non nihil commodi sit allaturum. [Nam ego amicum meum) Ab eo quod dicit. Nā, rationem expositionis redit, qm, nam, enim, si quidē, rationales sunt coniunctiones, in quo Plautus loquētis personam obseruauit, vt in Dialogis fieri etiam solet. [Pro commerita noxia) Pro admissa culpa. [Vtile quile quid sit ratiocinatur) Est.n. vt Augustinus inquit, rō mentis aspectus, quo bonū malumq. animus discernit, ratiocinatio aūt rationis inquisitio. [Vtile ergo qd sit ratiocinatur) Per rationem inquirit. [Vana ratio) Vanum, fatuū & stolidum, & ratione carens dicitur. [Socordiā) Mentis soporationem. [Atque desidiam) Corporis segnitiem. [Et brutam perhibent Philosophi) Brutum detracta aspiratione, & verso y, in u, factum à βρυθυ.s. Est aūt βρυθυ, mole sua in terram pressum, ob hanc rationem etiam bruta animalia, quorum sensus terreni non excedat dicta. [Fors) Casus [Cadere fortunam autumant) Aiunt ipsam labi sine ratione fortunā atq; rotari in saxi ritū. Item fortunam, & fors fortunam facit Donatus differentiā, vt dicat fortuna Dea, incerta est fors fortuna, i. euentus fortunę. [Ob ea rem esse iterant) Asserunt. [Qui atrox) Quæ nihil timeat nā ab à priuatoria particula, & τρεῖν quod est timere compositum verbum est. Festo Pompeio teste. [Incerta) Incertum Græci, vt, & Cicero in Hortensio inquit, ἄδηλον dicunt ergo incerta, quæ se nulli cognoscenda præbeant. [Instabilisq. sit.) Vnde, & apud Quint. Curtium, Scythę nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus, & pennas tantum habeat, cum manus porrigit. pennas quoque comprehendere non patitur. Ex quo datur intelligi fortunam nulli vnquā tantum aspirare, vt eā tenere sibi possit. [Polliceri brutum.) Quia dignum ab indigno nequeat internoscere, num minus, q̄ vnū aliquod brutum animal. [Sūt autem alii philosophi qui contra) i. è diuerso fortunam negant vllam esse. Fuerunt qui fato omnia fieri crederent, vt Stoici cum dicerent, quod est tandem quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? Nihil est tam contrarium rationi, & constantiæ quam fortuna, vt ne in Deū quidem cadere videatur, vt sciat quid casu fortuito ne futurū sit. Si.n. scit, certe illud eueniet, sin certe eueniet nulla est fortuna, atque scit omnia nihil ergo est, quod præsensum non sit. Aliqui alia fato, alia casu, alia fortuna agi dixerunt, vt Democritus, Heraclitus, Empedocles, Plato, & omnes peripatetici, quorū princeps fuit Aristoteles. aliqui casu fieri omnia contēderunt, velut Epicurei, sicut apud nos Lucretius. [Temeritate) Hoc est casu, & sine causa omnia regi autumant, hunc inferiorē mundum existimant nullū habere regimē, sed omnia prout casus tulerit in eo fieri. [Quod vsus reapse experiundo docet) Idq. ideo verum esse aiunt, quod vsu experientiaq. esse verum intelligatur. [Re ipsa ab se) Si alterius adhibito extrinsecus adiumento edocet demonstrat. [Naufragio) Nempe, res ista contingit, vt mendicaret. Non forte Euentu fortunæ. [Haud fortuna) Quam Deam illa coluit vetustas. Vtrunque secundum philosophos fieri potest, vt temeritate factum est, & fortuna iudicetur. [Quod in expositione dictum est.) Quod supra dum expositionem tractabamus dictum. [Nō vniuersali) Quia, & multæ aliæ subiungi possunt multo validiores rationes. [Neq; absoluta) Quia, & vtraque deficit ratio, nec vllo modo perfecta dici potest. [Eandem affert rationem) Quæ cæca eadem, & quæ bruta fortuna dicatur. [Cæca) Ob eam rē fortunam Pacuuius dicit, q̄ nihil cernat, quo sese applicet, rursum brutam, quia dignum nesciat internoscere. Sed nihil cernit, hoc est, videt quo se applicet, ne internoscere quidem id potest, quod dignum, vel indignum sit. Item si dignum ab indigno nequit discernere, necesse est non cernat, quo se applicet. vitiosa ergo harum altera ratio est, quod cum expones, licet diuersa sint, vna tamen ratio sit, q̄ igitur bruta sit, altera fuit subiicienda ratio, quæ propositioni accommodatior videretur.

[SAXI QVE instar) Alias Saxoque instare globoso, &c.

LONG. ASC. VItiosa ratio est) Prosequitur vitia secundæ partis argumētationis, videlicet rationis quam multiplicet et vitiosam doceat dicens. Ratio est vitiosa quæ non est accommodata. i. quæ est impertinens ad expositionem. i. propositionē, seu assumptionem minorem, vel propter infirmitatem, quia non satis probat vel propter vanitatem. i. falsitatem ac mendacitatem eius. Nam Aulus Gellius docet vanum esse mendacem in illo Aeneid. 2. Nunquam vanum etiam mendacemque improba finget, &c. Ratio est infirma quæ non ostendit necessario ita esse quemadmodum expositum. i. in propositione assumptum est. Velut apud Plautum. Amicum, &c. Verba sunt Plauti in commœdia quorum ordo est. Castigare amicum ob culpam meritam est facinus immane. i. impium, & inhumanum, verum est facinus vtile in ætate, & conducibile, hę (inquit Cicero) est propositio, seu expositio Plautina. Videamus, q. i. qualis ratio afferatur. Nam (inquit apud Plautum homo rudis) ego non castigabo hodie amicum meum, pro noxia. i. culpa commissa Et ita supple (inquit Cicero) ratiocinatur quid sit vtile, ex eo quod facturus est, & nō ex eo quod fieri conuenit, hoc est non ideo se facturum, quia vtile est, sed ideo vtile esse contendit, quia se facturum id dicit, quæ ratio infirma est, p̄ponit enim facere minime conducat. Deinde describit rationem vanam dicens. Ratio est vana, quę constat ex causa falsa, hoc modo. Amor. fugiendus non est (hæc est propositio) nam verissima amicitia nascitur, ex eo, hæc est ratio quę falsa est, quia virtus non amor veram amicitiam parit, & conseruat. Aut hoc modo s. additur ratio falsa. philosophia est fugienda, enim pro quia, ipsa supp. affert secundam. i. animi pigritiam, & desidiā. s. corporis, quod falsum esse monuit, quia viri boni nunquā sunt minus ociosi quam cum in ocio. i. in philosophico exercitio, Nam nisi hæ i. huiusmodi rationes essent falsæ, nos confiteremur expositiones. i. assumptiones seu propositiones earum. i. ad quarum probationē allatæ sunt esse quoq;. i. etiam veras. Item. i. & similiter ratio est infirma, quæ affert causam expositionis non nessarium. i. non necessario concludentem, velut Pacuuius. cuius sequentia sunt carmina sic à crinito distincta, vt capitalibus literis ea distinguimus. Ordo autem est. Philosophi perhibent fortunam esse insanam, & cæcam, & brutam, & prædicant eam esse volubilem ad instar. s. in statum saxi globosi. Sequitur ratio vltimi, si quis dicat (quod tamen non est scribēdum) ideo dicunt esse volubilem in modū saxi, quia autumāt fortunam cadere eo quo fors id est. fortuna impulerit saxum. Et philosophi vocant fortunam cęcam ob eam rem? quia nil cernat, quo applicet sese id est seipsam. Aut pro sed, aiunt eam insanam, quia sit atrox incerta, & instabilis. Et sup. aiunt, Brutam id est bestialem, & stolidam, quia nequeat internoscere dignum, aut indignum Sunt item, inquit, philosophi, qui negāt vllam fortunam esse, sed autumant omnia regi temeritate, vt Epicurei. Ratio additur, quia ipsi aiunt id esse magis verisimile quod ipsa res edocet a. s. experiēdo vsu, id est per visum, Velut Orestes modo fuit Rex, & factus est modo mendicus naufragio; id est per naufractium. nempe. id est quia certe ista res obtigit, id est, præter spem euenit. Ergo id non obtigit, forte uel fortuna. cum enim temere euenit, non videtur per fortunam quam deam aliquam putabant euenisse. Hactenus Pacuuius sequitur Cicero. Velut inquit Pacuuius. nam Pacuuius vtitur hic. id est in his verbis ratione infirma cum ait verius, res gesta temeritate quam fortuna. nam potuit fieri vtraque opinione. id est secundum vtranque opinionē philosophorum, vt is qui rex fuisset factus euam mendicus. nam primi dicerent id contigisset per fortunam eo quod cęca, insana, atque atrox sit, Secundi circa fortunam, cū nulla videatur ratio. aut nominis fortunæ intercessio. [Item infirma ratio, &c.) Prosequitur alias species ac modos infirmæ rationis dicens. Item ratio est infirma cum id, quod dictum est in expositione, id est quod assumptum est, videtur afferri pro oratione hoc modo. Auaritia est hominibus magno malo. i. ad magnū malum, aut causa magni mali, quæ expositio, seu propositio est. Ratio est, idcirco q̄ homines conflictantur magis, & multis incommodis propter immensam cupiditatem pecunię, hoc est propter auaritiā quæ græce philargyria. i. amor argenti dicitur. Nam hic. i. in hac expositione, & ratione, idem quod dictum est per expositionē dicitur aliis verbis per rationem. Item tertio ratio est infirma, quę subiicit expositioni causam minus idoneam, id est nō sufficientem nec efficacem quam res postulat hoc modo. Sapiētia est vtilis, propterea quia qui sapientes sunt cōsueuerunt colere pietatem, id est, pium cultum dei, & parentum. Itē vtile est habere verus amicos. Enim pro quia. tu habebas, id est, quilibet qui amicos habet, habeat quibuscum, id est cū quibus possis, id est quilibet possit iocari, id est, iocose confabulari. Nam expositio confirmatur in huiusmodi rationibus non ratione vniuersali. i. totali, neq; absoluta. i. consumata, sed extenuata. i. imminuta, & imperfecta. Itē vltimo loco ratio est infirma que

poteſt accommdari.i.cõmode applicari, vel.i.etiam alii expoſitioni vt facit Pacuuius qui affert eandem rationem, quare fortuna dicitur cæca,& eandem quare dicitur bruta.

DE CONFIRMATIONE VITIOSA.



IN confirmatione rationis multa vitanda in noſtra, & obſeruãda in aduerſariorũ ratione ſunt vitio, proptereaq; diligentius conſideranda ſunt,ꝙ accurata confirmatio rationis totam vehemẽtiſsime comprobat argumentationem,

Vtuntur igitur ſtudioſi in confirmanda ratione dupl ici concluſione, hoc modo:

Iniuria abs te afficior indigna pater.
Nam ſi improbum Chreſphontem exiſtimaueras,
Cur me locabas nuptijs? ſin eſt probus.
Cur talem inuitam cogis linquere?

Quæ hoc modo concludentur,aut ex contrario conuertentur,aut ex ſimplici parte reprehendentur:ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna nata afficio iniuria.
Si probus eſt, bene locaui: ſin autem eſt improbus,
Diuortio te liberabo incommodis.

Ex ſimplici parte reprehendentur, ſi ex duplici concluſione alterutra pars diluitur,hoc modo:

Nam ſi improbum Chreſphontem exiſtimaueras,
Cur me huic locabas nuptijs? Duxi probum,
Erraui, poſt cognoui, & fugio cognitum.

Ergo reprehẽſio huius cõcluſionis duplex eſt: acutior illa ſuperior,facilier hæc poſterior ad excogitandũ.Item vitioſa eſt cõfirmatio rõnis,cũ ex re,ꝗ plura ſignificat,abutimur pro certo vnius rei ſigno,hoc mõ:neceſſe eſt qm̃ pallet,ægrotaſſe:aut neceſſe eſt peperiſſe,qm̃ ſuſtinet puerũ infautem. Nã hæc ſua ſpõte ſigna nõ habẽt,ſi nõ certa quoq; ſimilia cõcurrant:ꝗ ſi concurrerint,nõ nihil hmõi ſigna adaugent ſuſpicionẽ.Item vitioſum eſt, cũ vel in alium,vel in eum ipſum,qui dicit, id, quod in aduerſariũ dicitur, põt conuenire, hoc modo: Miſeri ſunt qui vxores ducunt: at tu duxiſti alterã.Item vitioſum eſt id, quod vulgarem habet defenſionem,hoc mõ:Iracundia in ductus peccauit, aut adoleſcentia,aut amore.Huiuſmodo.n.deprecationes ſi probabuntur,impune maxima peccata dilabentur.Itẽ vitioſum eſt,cum id pro certo ſumitur,quod inter omnes non conſtat, quia etiam nunc in controuerſia eſt,hoc modo:

Eho,tu,dij,quibus eſt poteſtas motus ſuperũ atq; inferũ,
Pacem inter ſe ſe conciliant, conferunt concordiam.

Nã ita pro ſuo iure hoc exẽplo vſum Creſphõtẽ Ennius indnxit,quaſi iã ſatis certis rõnibus ita eſſe demonſtraſſet.Itẽ vitioſum eſt, quod iã quaſi fero atq; acto negocio dici videtur,hoc modo:In mentẽ mihi ſi ueniſſet Quirites, nõ commiſiſſem, vt hunc in locũ res veniret:nam hoc aut hoc feciſſem:ſed me tum hæc ratio fugit. Itẽ vitioſum eſt, cum id,quod in aperto delicto poſitum,& tamen aliqua leui tegitur defenſione,hoc modo.

Cum te expetebant omnes,florentiſſimo
Regno,reliquit:nunc deſertum ab omnibus
Summo periculo ſola vt reſtituam paro.

Item vitioſum eſt, quod in aliam partem,ac dictũ ſit,poteſt accipi.i.huiuſmodi, vt ſi quis potẽs ac factioſus in concione dixerit:Satius eſt vti regibus,ꝗ̃ malis legibus.Nã hoc tameſi rei arguendæ cauſa põt ſine malitia dici, tamen propter potentiam eius,qui dicit,non dicitur ſine attroci ſuſpicione.Item vitioſum eſt, falſus aut vulgaribus definitionibus vti.Falſæ ſunt hmõi,ſi quis dicat iniuriam eſſe nullam,niſi quæ expulſione, aut cõuitio conſtet.Vulgares ſunt, quæ nihilominus in aliam rem transferri poſſunt,vt ſi quis dicat,quadruplator,vt breuiter deſcribã,capitalis eſt.Eſt.n.imꝓbus,& peſtifer ciuis.Nã nihilo magis quadruplatoris,ꝗ̃ furis,ꝗ̃ ſicarii, aut proditoris attulit definitionẽ.Itẽ vitioſum eſt, pro argumento ſumere quod in diſquiſitione poſitũ eſt:vt ſi quis,quẽ furti arguat,dicat eũ eſſe hominẽ improbum,auarũ, fraudulentum:ei rei teſtimonium eſſe,ꝙ ſibi furtũ fecerit. Itẽ vitioſum eſt, controuerſiam contro uerſia diſſoluere,hoc modo: Non conuenit Cenſores iſtum vobis ſatisfacere, ex eo ꝙ ait ſe nõ potuiſſe adeſſe,ita vt iuratus fuerat: ꝙ ſi ad exercitũ non veniſſet,id ne Tribnno militum diceret?Hoc ideo vitioſum eſt,quia non expedita,aut iudicata res, ſed impedita, & in ſimili controuerſia poſita exempli loco profertur.Item vitioſum eſt, cũ id,de quo ſumma cõtrouerſia eſt,parũ expeditur & quaſi tranſactum ſit, relinquitur,hoc modo:

Aperte ſat ut dictio,ſi intelligas.
Tali dari arma, qualis qui geſſit fuit,
Iubet,potiri ſi ſtudeamus Pergamo:
Quæ ego profiteor eſſe mea.nam me æquum eſt frui
Fraternis armis, mibiq; adiudicarier.
Vel quòd propinquum,vel quòd virtute æmulus.

Itẽ vitioſũ eſt,ipſum ſibi in ſua oratione diſſentire,& cõtra ea,quæ ante dixerit, dicere,hoc mõ.

Qua cauſa accuſem hunc, nequeo expútando euoluere.
Nam ſi veretur, quid eum accuſem, qui eſt probus?
Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet.
Quid eum accuſem,qui id parui auditu exiſtimet?

Non incommoda ratione videtur ſibi oſtendiſſe quare non accuſare. Quid,quod poſtea ait?

Nunc ego te ab ſummo iam detexam exórdio.

Item vitioſum eſt, quo dicitur cõtra iudicis voluntatem,aut eorum qui audiunt,ſi aut partes,qui bus illi ſtudent,aut homines, quos illi charos habent,lædãtur,au taliquo huiuſmodi vitio læditur auctoris voluntas.Item vitioſum eſt, non oẽs res confirmare, quas pollicitus ſit in expoſitione. Itẽ verendum eſt,ne alia re dicatur,cum alia de re controuerſia ſit: inq; huiuſmodi vitio conſiderandũ eſt,ne aut ad rem addatur quid, aut quippiam de re detrahatur,aut tota cauſa mutata in aliam cauſam deriuetur:vt apud Pacuuium Zethus cũ Amphione,quorũ controuerſia cũ de muſica inducta ſit,diſputatio in ſapiẽtiæ rõnem,& virtutis vtilitatẽ conſumitur.Item conſiderandũ eſt, ne aliud accuſatoris criminatio cõtineat, aliud defenſoris rõ purget,quod ſæpe conſulto multi ab reo faciunt, anguſtiis cauſæ coacti: vt ſi quis, cum accuſetur ambitu magiſtratum petiiſſe, ab Imperatoribus ſæpenumero ſe apud exercitũ donatũ eſſe dicat.

Hoc

Hoc si diligenter in aduersariorū oratione obseruauerimus, sæpe deprehendemus, & in hmôi deprehēsione ostēdemus eos, de ea re quid dicāt, nō habere. Item vitiosum est, artem, aut scientiā, aut studium quoppiā vituperare propter eorū vitia, qui in eo studio sunt: veluti qui rhetoricā vituperant pp alicuius oratoris vituperandā vitā. Item vitiosum est, ex eo, quod perperā factum esse constat, putare ostendi à quo homine factum est, hoc modo: Mortuū deformatum, rumore prædictum, corpore decoloratum fuisse constat: ergo veneno necatus est. Deinde si sit vsque adeo in eo occupatus, vt multi fecerunt, venenū datum, vitio non mediocri conflictetur. non. n. factum ne sit quæritur, sed à quo factum sit. Item vitiosum est, in comparandis rebus alteram rem efferre, de altera mētionem non facere, aut negligentius disputare, vt si comparetur, verum satius sit populum frumētum accipere, an non accipere: quæ commoda sint in alte ra re, curet enumerare, quæ in altera re incommoda sint, velut de præssa prætereat, aut ea, quæ minima sunt, dicat. Itē vitiosum est, rebus cōparādis necesse putare alterā rem vituperari, cum alterā laudes: quod genus; si quæratur, vtris maior honor habendus sit. Albensibus, an Venusinis, quòd reip. & populo R profuerunt; & is, qui dicat alteris, alteros lædat. non. n. necesse est, si alteros præponas, alteros vituperare. fieri. n. pôt, vt, cum alteros magis laudaris, aliquam alteris laudis partem attribuas, ne cupide pugnasse cōtra veritatē putēris. Itē vitiosum est, de nomine & uocabulo eius rei controuersiam struere, quā rē consuetudo pôt optime iudicare: velut Sulpitius, qui intercesserat ne exules, quibus causam dicere, non licuisset, reducerentur: idē posterius immutata voluntate, cū eandē legem ferret, aliam se se ferre dicebat propter nominum commutationem: nam nō exules, sed vi eiectos se reducere aiebat, perinde quasi id fuisset in controuersia, quo illi nomine appellarētur à populo R. aut perinde quasi non omnes, quibus aqua & igni interdictum est, exules appellentur. verum illi fortasse ignoscimus, si cū causa fecit: nos tamen intelligamus vitiosum esse intendere controuersiam propter nominum mutationē.

CAP. IN confirmatione rationis) Supra diximus argumentationē quod epichirema nominatur absolutissimam, vt Cic. visum est. quinque constare partibus. propositione. propositionis ratione, assumptione. exornatione. complexione. Duas supra partes tractauimus, sequitur tertia, quam hic Cic. rationis confirmationē nominat, quę a.t.æ rei tō quedā potius esse videtur vt exēpla ipsa Cic. edocēt. nos i ū supra de hac re longius tractauimus, icirco hic nihil adiicere voluimus. [Et obseruāda in) Vt reprehendi queant. [Comprobat argumentationem) videri facit probabilem. [Duplici conclusione) Duobus comprabandi quod volumus modis. [Si improbum Chresphontem) Maritū meū, apud Ennium dicit filia ad patrē. [Cur me huic nuptiis?) Cur me Cresphonti despondebas vxorem. [Locabas) Pro, collocabas. Sic. n. veteres Varrone teste locuti sunt, sicut ēt apud Plautum, Filium habeo grandem dote cassam atque illocabilem, neq; eam queo locare cuiq̄. Nam nūmo locare, pensioni aliquid dare, sicut cōducere, pensione accipere, significat. [Cur talē) Tam probam. [Inuitam) Me filiam tuam. [Inuitum) Maritum cogis relinquere, quippe qui diuortium nos iubes facere. [Quæ hoc modo concludentur) Hoc est conclusa argumentatione, refellentur. [Siu aūt est improbus, Diuortio te liberabo incommodis) Diuortium factis nuptiis, ante nuptias repudiū appellatur. [Ex simplici parte) Nam pars superior duplex fuit, cum dicebatur, si improbum Chresphontem, & quæ sequuntur. Deinde, si probus est, & reliqua. [Acutior illa superior) Quādo non facile inuenitur, nec vbiq; potest accommodari. [Certa signa non) Habent certa necessaria. [Non nihil huiusmodi) De his signis abunde in coniecturalis constitutionis tractatione dictum est. [Huiuscemodi. n. deprecationes). i. refutationes. [Si probabuntur) Admittentur. [Impune) Sine causa aut sine pœna. [Maxima peccata) Num delibantur, qui adolescentia iracundia. aut amore lapsi sunt, in maxima peccata, an ipsa peccata delibantur in omnes. [Consciunt cōcordiam) Concordes fiunt. [Ita esse demonstrasset) vt diis essent potestas inferorum superiorumq. motus. vt deorū potestate omnia mouerentur, cum id dubium videri potuerit. non. n. vt alia taceamus, hominum mētes saltē deorū potestate moueri cōcedimus. deos. n. astra vocat, aut dæmonas, nec inter se hęc sibi conueniunt, vt non aliquatenus dissideant. Nunc desertum ab omnibus. [Summo) Paro vt restituam, hoc est in tuū te pristinum reducam statuam. Nec tam defensio hæc dicenda, q̄ defensionis iactatio. & quædam ostentatio. [Ac dictum sit) Ac quam hic significat. Potens ac factiosus. Qui videri inter primos in vrbe comitum turba velit. [Sine atroci) Maxima suspicione. nisi quæ expulsatione aut conuicio constet. [Expulsatione) Cum quis vapulat. [Conuitio) Cum maledictis, & obscenis alicuius verbis incessitur. Vt Cic. pro M. Cœlio: Aliud est male dicere. aliud accusare, accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio huius nihil habet propositū præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, conuitium, si facinus, verbanitas nominatur. dictū vero cōnitium, Nonius Marcellus existimat, qua si vicis, qui secūdum ignobilitatē loci maledictus, & dictus turpibus eiullentur. [Quæ nihilominus) Nihilo secius. [In aliā rem transferri possunt) subaudiendū, non in eam, quam velit sibi aliquis cōcedi. [Quadruplator, vt breuiter describam, capitali est) Quadruplatores dicebantur, inquit Festus Pomp. qui eo quæstu se tenebant, vt eas res persequerentur, quarum ex legibus quadrupli erat actio. sed Q. Pędianus, quadruplatores, inquit, delatores erāt criminū publicorum, in qua re quartam partē da proscriptorum bonis. quos detulerant, consequebantur: Alii dicunt quadruplatores esse eorū reorum accusatores. qui cōuicti quadrupli damnati solebant, aut aleæ, aut pecuniæ grauioribus vsuris fœneratæ. [Quam furis. q̄ sicarii) Fures, inquit Nonius Marcellus significātiam à habere a furuo. Quod Romani veteres atrum appellauerunt, & quod per obscuras, atq; atras noctes opportuna sit eis mali effectio, eo dictos fures. Varro rerū diuinarum lib. 13. furem ex eo dictum quod furuum atruum appellauerint, & fures per obscuras noctes, atq; atras facilius furentur alii quod à veteribus Græcis φῶρ dicerentur, qui nunc κλέπτην vocant Sicarius autem, à sica, quod eo telo nefarii homines per auias fauces & desertas solitudines, in quocunque possint. grassentur. [Pro argumenta) Loco demonstrationis. [Quod disquisitione) Quod à duobus inter se diuersis exquiritur. Nam id disquirere est, sicut diiudicare inter duos, aut plures cui acquiescere debeant. efferre sententiam. [Quod sibi furtum) Hoc. n. probandum fuerat, & poterit hoc modo in argumentatione fieri assumptio. vt dicas quicunque alienum furatur, is improbus, auarus, fraudulentusq. est, sed mihi furtum fecit inferetur deinde complexio, vel reticebitur, quod aperta satis. Hoc pacto multa, quæ hic Cicero ponit exempla, assumptiones fieri possunt multa etiā non possunt. [Quòd si ad exercitum) Si videlicet adesse non potuisset, cum se venturum iurasset, cui id tribuno militum diceret. quando sciret nihil hoc profuturum, sed de daturum pœnas. [Quia non expedita, aut iudicata res) Vt proferri debuit, non exemplo, quod quæstionem habet. an comprobet. [Parum expeditur) Expedite explicatur. [Aperte fatur dictio) Exemplum est de Achilis armis, Vtrum Aiaci an Vlyssi traderentur, consultum autem Apollinem, respondisse aiunt, esse adiudicanda ei qui talis esset, qualis ille qui gesserat. fuit. [Fatur dictio) Loquitur, quod Apollo dixit. [Hoc iubet:) Subaudiendum, vt dentur talis qualis fuit qui ea gessit. [Potiti si studeamus) Si Troiam cupiamus subigere. Celsa Iouis ædificia. Pergama, vt Suidas, inq:. ita nominarunt. Quare Troia hoc sibi nomen vindicarit, quod celsius exurgeret mœnibus. Duris tame Cretensis, de Palladio Aiacē & Vlyssem contendisse asserit, ac post Ilium captum, ob eā rē Aiacem occubuisse. cum dolore proprio confictatū an per insidias occisum incertum est. [Quæ ego profiteor esse mea) Perinde ac si hæc Aiacis sint verba. Quæ, subaudiendū arma. [Pro

 fiteor)

Nam si existimabas.i.tu iudicabas Dresponteм.s.maritũ meũ esse improbũ cur locabas me nuptiis.i.p nuptias, huius.i.cur me hanc nuptũ dedisti? Sin.n.sed si est probus. cur cogis me in vitam relinquere talem.s.probum virum.inuitum.i.nolentem relinqui? hoc modo videtur ex vtraq; parte argumentatio concludere, sed non concludit, vnde dicit Cic. Eaq.i.& ea sup.argumenta vtrinq; concludere, violentia, concludentur.i.conuincẽtur, hoc modo, quia aut conuertentur ex contrario.i.ex altero dilemmate, quo ad vtranq; partem, aut reprehedentur ex simplici parte.i.tantum ex altera parte. ex contrario sup.conuertẽtur, hoc modo, vt dicat pater. O nata.i.filia, ego nulla iniuria afficio te, quia si TresPontes probus est, collocaui sup.te eius nuptiis, sin aũt.i.sed si est, improbus. ego liberabo te incõmodis diuortio.i.per diuortium.i.separationem matrimonii, sup. talis conclusio, aut argumentatio, reprehẽdentur ex simplici.i. tantũ ex altera parte. si alterutra.i.vna duorum, siue hæc, siue illa.pars ex duplici conclusione, diluitur.i.dissoluitur, hoc modo. Nam si existimabas Ctesiphontem esse improbum, Cur me huic locabas nuptiis? Respondet pater. Duxi.i.existimaui probum, Erraui, & cognoui post.s.nuptias. & fugio cognitum. Igitur reprehensio huius conclusionis, quę sibi videtur cõcludere ex vtraque parte est duplex, illa superior.i.prior, quæ respondens econuerso ex vtraque parte concludit. est acutior.i.subtilior. hæc posterior est facilior ad excogitandum, quia facilius est alteram quam vtranque partem diluere. Item vitiosa est cõfirmatio rationis, cum nos abutimur ea re, quæ significat plures res.i.quæ est æquiuoca. pro certo signo vnius rei.i.pro vniuoca, hoc est (nam non de uoce, sed rebus loquitur) quando quod multorum signum esse potest, quia a multis causis dependet assumitur tanquam sit necessario alicuius vnius signũ, hoc modo: Necesse est, aut virum, aut mulierem ægrotasse, qa pallet, possit.n.aduersarius dicere non esse necesse ægrotasse, cum & timentes, & frigentes. & qui comederint exangue (vt Flaccus dicit) Cyminũ, & qui diu studuerint, & qui sanguinẽ effuderint, aut multum coiuerint, aliiq. multi pallere possint. Aut hoc modo: Necesse est, sup.fœmellam, peperisse, quoniam sustinet.i.super gremium, aut inter brachia tenet puerum infantem. quod signũ non esse necessarium, quia potest non suũ sustinere. Nam certe hęc non sunt signa.s.probabilia efficaciter sua sponte.i. ex proprius vi aut natura, si non cetera quoque sup.signa similia concurrant, quæ.s.signa si concurrerint, non nihil huiusmodi signa, imò multum adaugent suspicionẽ non tamen si sint eiusmodi necessario concluduunt, vt si addatur, q & ipsa quæ puerum sustinuit palleat, & fleuerit cum puer aueletur, & ipsum affectanter deosculatus fuerit, an similia quæ materni affectus sunt fecerit, satis autem euidentiæ haberet si addatur q eum lectauerit. Item confirmatio rationis est vitiosa, quando id, quod dicitur in aduersarium, potest conuenire.i. conferri, vel in alium, vel in eundem qui dicit, hoc modo: Miseri sunt qui vxores ducunt. Hoc videtur assumptum ab eo qui aduersarium reiciendum censet, à curatione ludorũ, aut aliarum rerum festiuarum sic. Qui miseri sunt res lætas curare nõ debent, tu autem miser es; miseri.n.sunt qui vxores ducũt, quo audito statim antequam conclusio inferatur subiunxit aduersarius, & tu dixisti alteram.i.secundã.q.d. ergo multo miseriores, q si cęlebs esset, qui id diceret posset aduersarius dicere: ergo omnes patricii, & fere qui ciues boni sunt miseri sunt, vxores.n.ducunt, aut duxerunt. [Item vitiosum est] Continue docet reliqua confirmationis rationis vitia dicens. item vitiosum supp.est genus confirmationis rationis id, quod vulgarem habet defensionem.i.ad quamlibet culpã applicabilem, hoc modo: Iracundia inductus peccauit. aut adolescentia, aut amore, vt fiat confirmatio sic. Si cui vnquam ignouistis iudices, huic maxime ignoscendum putetis: Peccauit.n.ductus iracundia, aut &c. sed eam confirmationem dicet aduersarius non admittendam. Enim pro qa, si huiuscemodi deprecationes.i. depulsiones, ac purgationes criminum probabuntur.i.approbuntur & vt sufficientes admittentur, nunc sup.maxima peccata dilabentur.i.purgabuntur.impune.i.sine vlla punitione, quia quilibet dicet se tali vitio, aut occasione inductum peccasse. Item confirmatio rationis est vitiosa, cũm id sumitur.i.assumitur pro certo, quod non constat.i.non est acceptum, vt verum inter omnes, hoc est, de quo aliqui dubitant, & quod etiã nunc.i. in præsenti lite, est in controuersia.i.de quo contenditur, hoc modo. Eho tu, dii, quibus est potestas motus superum atque inferum, id est, superos atque inferos, aut superorum & inferorum concilitant inter sese pacem, & conferunt concordiam, & ita nolunt fieri diuortium. Nam Ennius inducit Chresiphontẽ maritum illum, cuius paulo ante mentio facta est visum iri, tali confirmatione pro suo iure quo contendebat coniugem inuitam a se inuito non esse auferendam, quasi demonstrasset iam rationibus certis satis esse ita cum de illa re controuersia sit. Nam si constet Deos esse concordes, quos tamen Homerus attestatur discordes fuisse, non continuo constabit eos velle homines concordes fuisse, non continuo constabit eos velle homines cõcordes esse cum quibuslibet, quia certum est Deo auctore multis illata esse bella. Præterea non omnis cõcordia bona est, vt malorum inter se, ergo talem Dii non approbant. Facile ergo poterat socer refellere, quod ab genere assumebãtur. item vitiosum est, sup.confirmationis genus, quod videbitur dici iã quasi sero.i.nimis tarde, atq; negocio acto, hoc modo: O Quiritas si venisset mihi in mentem, non commisisse.i. non essem passus, vt res veniret in hunc locũ.i.in talem statũ, aut exercitus in tales angustias. nã ego fecissem hoc aut hoc.i. sic aut sic curassem, sed hæc ratio fugit.i.lauit me. tum.i tũc. [Item vitiosum &c.] Recitat vitium cõfirmationis, quę assumitur id, quod sit contra fidem, & deinceps alia vitia subiũgit dicens. Item vitiosum est cũ id, quod in aperto delicto positum est.i.quod cum manifestam habeat culpam. tamen.i.nihilominus. tegitur.i.palliatur. aliqua defensione leui.i.modici ponderis, hoc est, parui momenti, hoc modo: Ego reliqui te ò peleu, Regno, sup.existẽte tibi florentissimo, nunc pato.i. contẽdo.i. vt solus summo periculo.i.per summum discrimen vitæ, posset.n.peleus, aut quiuis alius desertus dicere. Quis tibi hoc credat. Item vitiosum est.s.genus confirmationis, quod potest accipi in aliam partem, ac.i.quã dictum sit.i.huiusmodi, vt si qs potens ac factiosus in ciuitate libera qualis erat olim Romana dixerit: Satius.i.melius, & consultius esset vti regibus, q̃ malis legibus. Nam tametsi hoc põc dici sine malitia.i.sine affectatione regni, aut dominii, causa rei, videlicet legis perniciose arguendæ.i.detestandæ, tamen non dicitur sine atroci suspicione, videlicet, affectantia regnum. propter potentiam eius, qui dicit. Item vitiosum est, vti in cõfirmationibus falsis, aut vulgaribus. Falsæ sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam nullã supp. esse, nisi sup.eam quæ constet ex pulsationem.i. violentia cõcussione, aut ex cõuitio idest manifesto opprobrio, aut contumelia, quia aliis modis innumeris fit iniuria, vt furto, adulterio, delatione, detractione, incendio &c. Vulgares sup.definitiones sunt, quæ licet vni rei applicẽtur, possunt nihilominus trãsferri in aliam partem, vt si quis dicat, quadruplator.i.redẽptor litium aut rerum, vnde quadruplum speret, est, vt describam sup.eum breuiter, capitalis.i.reus capitis amittendi. Et enim ciuis improbus, & pestifer. Nam sup.talis definitor, nihilo.i.in nullo attulit magis definitionem quadruplatoris, quam furis, quàm sicarii.i.sica, hoc est mucrone. presertim latente grassari soliti, aut proditoris.s.domini, aut vrbis, omnes enim tales sunt non minus omnino plus quam quadruplator capitales, & improbi ac pestiferi. Item vitium est, pro argumento sumere.i.medio probandi. quod positum est in disquisitione.i.disputatione. vt si quis dicat eum quẽ arguat.i.accuset furti i.actione, aut accusatione, esse hominem improbũ, auarum, & supp. fraudulentum, & sup.ei rei testimonium esse, quod sibi furtũ fecerit. nam id assumit quod probare deberet. Item vitiosum e'st, controuersiam controuersia dissoluere.i.adducere conueniens contra inconuenıens, id enim non est soluere. vnde Flaccus. Nihil facit exemplum litem, quod lite resoluit, hoc modo: O censores non conuenit.i.non est conueniens, istum uobis satisfacere, ex eo quod ait se non potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat, &.i.quia, si non venisset ad exercitum, ipse dicet hoc.s. idem quod vobis dixit Tribuno militum! hoc est, si quis iuratus, aut cum iuramenti interuentu promiserit consoribus adesse certo loco, & tempore, & accusatus quod non affuerit, dixerit Censores non affui, quia non potui adesse, quocirca me purgatum habere deberis, quia si idem iuratus fuissem Tribuno militum, & ad idem commeatus non venissem, idem illi dixissem, & purgatus fuissem. posset aduersarius dicere non conuenit censores istum satisfacere.s.de delicto suo, verbis.s.friuolis & inanibus, nam hoc genus confirmationis, ideo vitiosum est, quia res.i.quæ ab eo assumitur, nõ est expedita aut iudicata.i.nõ est euidens, sine cõtrouersia, si Tribuno militũ non seruasse fidem, quod apud illum purgatus fuisse dicẽdo, q adesse non potuit. sed res impedita.i.intricata, & posita in simili controuersia. profertur loco exempli. Item confirmatio supp. est vitiosa, cũ id de quo est summa cõtrouersia expeditur.i.enodatur parũ, & relinquitur quasi sit transactum, hoc modo: Dicat sup.Aiax. Dictio.i.fatũ aut oraculum Apollinis fatur aperte si

intelligas,si intelligætut. Nã supple iubet arma dari tali qualis fuit q gessit sup.ea si studeamus potiri Pergamo.i.capere Troiam,quæ arma ego profiteos esse mea.n.pro quia,æquum.est me fi us armis fraternis.i.quæ erant patruelis mei , & ęquũ est sup.arma fraterna adiudicarier.i.adiudicari , (est.n.paragoge metri causa)mihi vel qui propinquus sup.sum,vel q ęmulus.i. imitator virtutis sup.eius,hoc est,Achillis,vbi oraculũ.Arma dato tali qualis qui gesserit illa.Si capere exoptas excelsæ mænia Troiæ vterq; pro se interpretari potuit,cum Vlysses Achilli similis fuerit cõsilio,& Aiax robore,& tñ tanquã aperte pro solo Aiace faciat ab eo assumit.Itẽ vitiosum est,inquit,ipsum .s.causidicũ,aut oratorem dissentire sibi.i.à se,in oratione sua, & dicere cõtra ea quę dixerit ante,hoc modo:Qua causa i.qua vultate,accusem hunc,q.d.nulla.Nulla.n.causa est,vt hunc accusem,tũ.i.deinde vitiosum est euoluere.i.deducere,& declarare id.s.q nulla sit causa disputãdo . Nã si veretur.i.si est homo verecũdus,quid cũ accusem,q.d.nulla ratione.qui est probus? q ex eo patet, q veretur , quia si erubuit salua res est,quia de se est emendabilis,si possidet ingenium.i.naturã animi inuerecundum.Quid.i.ad quid eũ accusem,qui existimet paruũ.i.parui curet id auditu.i.vt audias,q.d.frustra,id fecero cum sit inemẽdabilis.Nũ.i.nunquid,q.d.nõ,aut lege non vetitũ,talis videtur ostendisse ratione nõ incommoda, quare non accusaret.i. deberet eũ non accusare.Quid.i.ad quid ait postea? Nunc ego detexam.i.denudabo,& aperiã te.i.vitia tua à summo.i.primo exordio,q.d sibi contradicit.Nã dixit se nolle accusare,& iam parat eum omnino accusare . Et videtur exemplum sumptum , ex nota,tunc temporis alicuius oratione. Item vitium est.s.genus confirmationis,aut id, quod dicitur contra iudicis volũtatem,aut eorum qui audiunt,si lædant.i.offendat,aut partes,q bus illi.s.iudex,& auditores student.multum fauent,aut lędãt homines,quos illi habent charos,aut voluntas auditoris,lædatur aliquo vitio huiusmodi,quia captãda est beneuolẽtia eius. Itẽ vitiosum est. nõ omnes res confirmare.i.dimittere aliquas res non confirmatas:quas.s.res pollicitus sis.s.declarare, & cõfirmare,in expositione.i.propositione,seu enumeratione prima,vt si quis dicat.Et furem,& sacrilegum te ostendam:nam, & pupillos spoliasti , & domos viduarum inuasisti.In neutro enim sacrilegum est.Item verendum est , ne de alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit: inq. huiusmodi vitio considerandum est,ne aut quid.i.aliquid ad rem addatur,aut quippiã de re detrahatur , aut tota causa muta derioetur.i.traducatur in aliam.i.sanctam,vti apud Pacuuium Zethus frater Amphionis sup.facit cũ Amphione;quorum.s.duorum fratrum, cõtrouersia cũ de musica inducta sit,consumitur.i.finitur,& terminatur in rationem sapientiæ,& virtutis vtilitatem.Item considerandum est,ne criminatio accusatoris contineat,aliud.i.viiã rem,& purgatio defensoris purget,aliud.i.rẽ penitus differentem , quod multi faciunt sæpe ab reo.i.à parte rei.consulto.i. per consilium,coacti angustiis causæ.s.defendendæ.i.cum non habeant quod ad obiecta respondeant transeunt ad alia quæ purgandi vim habent,vti.i.quemadmodum, cum is qui accusetur petisse magistratum ambitu.i.largitione,aut malis artibus dicat se donatum esse sæpe numero.s.aliquo præmio . ab Imperatoribus apud exercitum quod signum valet ad probãdum quòd fortiter egerit pro repub.non ambitus insons sit. Si nos obseruauerimus.i.aduerterimus.hæc.s.vitia, presertim latentia, oratione aduersariorum , nos deprehendemus sæpe, & ostendemus in eiusmodi deprehensione.i.deprehendendo , eos non habere quid dicant,aut quid dicatur de ea re.s.de qua dicere deberent,& ita reddemus eos confusos, & ostendemus victos eum ad rem nequeant respondere Item vitium est,vituperare artem,aut scientiam, ad quidpiã,seu quippiam.i.aliqđ studium.i.exercitium bonum:propter eorum vitia , qui in eo studio sunt.i.diligenter in eo , veluti qui rhetoricam vituperãt propter alicuius oratoris vituperãdam vitam . Item vitiosum est,putare ex eo,quod constat.s.aliquid esse factum perperã.i. praue,& peruerse,ostendi à quo homine factum est , hoc modo:Constat mortuum esse deformatum,præditum tumore.i. multum inflatum,decoloratum.i.denigratum,corpore, ergo constat necatum esse veneno.Deinde si sit vsque adeo.i.omnino occupatus in eo.i.sic rapiatur studio, vt confirmetur.i.contendat venenum datum sup.esse,non mediocri vitio.i.si postquam ostendit aliquem veneno necatum., postea ostenderit quamtũ vitii sit hominem veneno necare , & non ostẽdere,q is id fecerit vitiose agit.na defensor dicere põt.esto veneno necatus sit, vt dicis , & nihil detestabilius sic , quam veneno quenquam tollere quid ad demum ad nos . Item vitiosum est, in comparandis rebus.i.dum fiunt cõparationes. efferre.s.in medium,hoc est declarare,alteram rem.s.compabilem,& non facere mentionẽ de altera re, aut disputare.s.de ea neglıgẽtius.i. tepide,aut non satis diligenter,vt si sup.comparetur,verum satius sit,populum frumẽtum accipere.s.largitum,aut distributum.an non accipere,& curet enumerare,quę commoda sint. in altera re.s.in accipiendo frumento, aut econtrario , & prætereat vt depressa.i.deprimat,& taceat,quæ in altera re incommoda sint,vtpote in non accipiendo frumento,vel econtrario aut ea,quæ minima sunt,dicat .i.modici momenti.Item vitiosum est,in rebus comparandis necesse sup.esse alteram rẽ vituperari eum laudes,alteram,quod genus.i.cum generis sup.est exemplũ .si quæratur,veris maior honor habendus sit, an sup. Albensibus.i.marsis illis ciuibus albe marsorum , an Veientanis.s.populis è Veiento oppido , & veii , & veientes dicuntur. Sunt qui legant Abellensibus,& Veientinis,qui.s.populi profuerunt reip.& populo R.& is qui dicat.i. dicendo laudet sup. alteros,lædat alteros. (dicere interdum significat laudare , vt in principio epistolarum Horatii.Prima dictæ mihi summa dicendæ camœna,&c.Quocirca videtur legendum sit, vt is , qui alteros dicat,alteros lædat.)enim pro quia, non est necesse , si præponas alteros,vituperare alteros.i.reliquos.fieri enim potest,vt,cum laudaris alteros.i.hos,aut illos,magis.i.vehementius,attribuas alteris.i.reliquis,aliquam partem laudis ne puteris pugnasse contra veritatem,cupidius.s.quàm per fuit.i.nimis cupide,vnde vt facilius persuadeas alteros proferẽdo,cautius feceris si vtroque laudando vtrorumque te amicum significaueris.Item vitiosum est, struere.i.conflare controuersiam de nomine & vocabulo rei,quam rem id est, cõtrouersiam de nomine aut vocabulo rei consuetudo.s.loquendi potest iudicare optime.i.facillime,velut Sulpitius , qui intercesserat.i. per se legẽ,auctore Mario à se latã opposuerat,ne exules , quibus causam dicere non licuisset.i. quibus propter turpitudinẽ facti,non liceret pro se causam dicere: reducerẽtur s.in patriã. Idem.s.Sulpitius , posterius.i. paulo post.cum.i.qñ voluntate immutata , ferret eandem legem contra quam intercesserat.i. cum legem ferret ,vt eiecti reducerentur dicebat se ferre aliam legem propter commutationem nominum, nam aiebat se reducere,non exules,sed eiectos vi, perinde quasi.i.eodẽ modo s quasi id fuisset in controuersia.i.in lite , quo illi nomine.s.qui exulabant,appellarentur à populo R.& quasi non omnes quibus interdictum sit.i.prohibitio facta est aqua, & igni.i.à communione elementorum,quibus ad victum vtimur , appellentur exules.verum nos ignoscimus fortasse illi.s.Sulpitio,si fuit fortasse cum causa(sicut reuera videtur fuisse. Nã exules prius dixerat,non omnes,sed quibus causam dicere non licuisset, vt sunt qui propter turpe facinus exulant,nunc vero eos dicit reuocandos,qui vi.i.violentia,non culpa,sint eiecti, propter factiones,videlicet,aut seditiones principum quibus fuerint.& ita posteriores meruerint reuocari non priores)tamen licet illi ignoscendum scit , nos intelligamus esse vitiosum intendere controuersiam propter commutationẽ nominum supp.eiusdem rei,& quæ noscantur esse nomina eiusdem rei,vt si lex sit. Quicunque gladio accinctus sub noctem, aut noctu ingressus fuerit capiatur,& ad iudicium trahatur , & quis deprehensus dicat se non gladio , sed ense , aut mucrone accinctum repertum esse,viciosum fuerit.

DE EXORNATIONE VITIOSA.



QVONIAM exornatio cõstat ex similibus,& exẽplis,& amplificationibus,& iudicatis,& ceteris rebus quæ pertinent ad exaggerandam, & collocupletandã argumentationem,quæ sint ijs rebus vitia consideremus. Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis,aut ipsi obest qui affert. Exemplũ vitiosum est , si aut falsum est , vt reprehendatur : aut improbum , vt non sit imitandum: aut maius, minus , quàm res postulabit. Res iudicata vitiose profertur, si aut dissimili de re proferatur: aut de ea re,de qua controuersia nõ est: aut si improbos,

aut eiusmodi, vt aut plures aut magis idoneæ res iudicatæ ab aduersariis proferri possint. Item vitiosum est, id quod aduersarij factum esse cõfiteãtur, de eo argumentari, & planum facere factum esse: nam id tantum augeri oportet. Itẽ vitiosum est, id augere, quod conuenit doceri, hoc modo: vt si quis quem arguat hominem occidisse, & ante quàm satis idoneas argumnetationes attulerit augeat peccatum, & dicat nihil indignius esse, quàm hominem occidere. non enim, vtrum indignũ sit an non sed factum ne sit, quæritur.

CAPIDVRVS.



Q VONIAM exornatio constat ex similibus, & exemplis, & amplificationibus.) Comparationis vitium, si inter ea quæ comparata sunt, ratio non est cur comparari debeant. [Aut ipsi obest) Qui affert, si imprudenter simile afferat aliquid quod aduersarius, in ipsum qui protulit retorqueatur. [Exemplum vitiosum est,) Docuimus supra aliud esse exemplum, aliud similitudinem. [Si aut falsum est, vt reprehendatur:) Atqui apud ipsum de Claris Orat. Atticus: Concessum est inquit, rhetoribus ementiri in historiis, vt aliquid dicere possint argutius. Exempla autem sunt, vbi actus humanos conferimus. Recte igitur. Aut reprehendatur, adiecit. Dicit enim vitiosum tunc videri debere exemplum, cum ita falsum effertur, vt statim ab aduersario reprehendi possint. [Aut improbũ,) Non enim quæ veteres fecerunt, omnia debemus imitari, sed ea dũtaxat quæ probari possint. Aut inane: Insulsum, quod nihil honoris aut vtilitatis afferat. [Aut maius, aut minus, quam res postulabit) Si de plebe aliquis, & gregarius cum tribuno prætore ue comparet, vel è diuerso. [Res iudicata vitiose profert, si aut dissimili de re proferatur:) Cum enim iudicatum proferimus, vt id causæ nostræ prosit, necesse est primum à laude eorum qui iudicarunt, id quod iudicatũ profertur, ordiamur. per iudicantium enim auctoritatem iudicandi auctoritas confirmatur. deinde vt id, quod iudicatũ proferimus, simile ei de quo agatur esse monstremus. tum demum.n. iudicatũ nos iuuabit, si huic simile demonstretur. & hæc similitudo octo illis supradictis modis fieri potest, genere, natura, vi, magnitudine, loco, persona, tempore, opinione. [Aut de ea re, de qua cõtrouersia non est:) Quæ licet eodem in genere sit, tamen quia probare per simile aliquod velis, cum probatione non indigeat, vitiosum est. [Aut si improba) Si res quæ iudicata est, improbe iudicata intelligatur. Vitiosa quoq; erit, si ab aduersariis firmiores res iudicatæ proferri poterunt. [Item vitiosum est) Ordo est, vitiosum est argumentari de eo. & planum id facere, quod aduersarii factum esse confiteantur. Si.n. confitentur aduersarii nihil est qđ in eo amplius nobis cupiamus. [Nã id tantũ augeri oportet) Non ẽt ostendi, velut ipse pro Quintio, quis mœror dignus inueniri in calamitate tanta potest? miserum est exturbari fortunis omnibus, miserius est iniuria, acerbum est ab aliquo circunueniri, acerbius à propinquo, calamitosum est bonis verti, calamitosius cum dedecore. Funestum est à forti atque honesto viro iugulari funestius ab eo cuius vox in preconio quæstu perstitit. indignum est à pari vinci, à superiore indignus. Ab inferiore atque humiliore, luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius inimico, horribile est causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere. Omnia circunspexi. Quintius, omnia periclitatus est. Talem poterunt αὔξησιν habere quæ alteri conferentur, aut quoquo modo aliter.

LONG. QVoniam exornatio) Exornatio vitiosa. [Quod ex aliqua parte dissimile est) Nec quidquam facilius reprehendi potest, quàm hoc ipsum, propterea quòd auctore Arist. nihil est tam simile vndecunq; quod, non aliquid dissimilitudinis, aliter cum alio collatum obtineat.

ASC. QVoniam exornatio, &c.) Ostensurus vitia exornationis ineptæ enumerat primum eius membra, & deinde singulorum vitia declarat dicens. Quoniam exornatio cõstat ex similibus, & exemplis, & amplificationibus, & iudicatis, & ceteris rebus quæ pertinent ad argumentationem exaggerandam. i. accumulandam, & collocupletandam. i. ditandam ideo sup. consideremus quæ vitia sint iis rebus. s. quibus exornatio constat. Simile vitiosum est, quod sup. ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis. i. æque euidẽtem, aut probatiuam, aut is qui affert sup. illud simile, obest. i. nocet sibiipsi, afferendo tale simile, quod plus contra ipsum faciat quàm pro ipso. Non potest hic ordo esse, & simile nocet, quia mala esset reciprocatio, quocirca, aut legendum est illi ipsi obest qui affert, vt sit simile obest illi ipsi qui affert, aut si est sibiipsi ordo est, quem fecimus, vt suppositum verbi obest. sit is qui affert, &c. Supersedeo exemplis, quia docte, & dilucida afferuntur à Francisco. Exemplum vitiosum est. si est, aut falsum, ita vt reprehendatur ab aduersario, vt falsum, aut est improbum. i. improbandum, & non admittendum, vt si in exemplum trahatur, quod factum sit à iudice corrupto, aut aliter iniquo, & ita ab omnibus in eo iudicio postea improbato, ita vt exemplum non sit imitandum, aut si est, aut maius, aut minus quàm res postulat. Quidam habent aut inane. i. vanum, & impertinens, aut maius, aut minus, vt si dicas delendam esse Corinthum, quia deleta est Carthago, aut contra non conueniret exemplum, quia maior erat ratio in delenda Carthagine quàm in Corintho. Res iudicata profertur vitiose, si proferatur, aut de re dissimili, vt si dicas absoluẽdum qui sororem ob auaritiam occidit, quia Oratius absolutus est aut profertur de ea re, de qua controuersia. i. lis, ac disceptatio non est, vt si dicas adulterium in lege Mosaica absoluendum data mulcta, qa fures sæpe restituentes quadruplum absoluti sint, dicam non esse simile, aut si res est improba, vt si dicas hunc in adulteriũ deprehensum absoluendum, quia Clodius incesti reus absolutus est, dicam illum iudicium improbandum esse, & non trahẽdum in exemplum. Aut si res iudicata profertur eiusmodi, vt aut plures res iudicatæ, aut magis idoneę possint proferri ab aduersariis, ut si dicas vnum aut alterum in furto iterato absolutum, dicam mille suspensos. Itẽ vitiosum, &c. Declarat nunc vitia quæ sunt in ceteris rebus quæ pertinent ad exaggerandã, & locupletandam argumentationem dicens. Item vitiosum est argumentari de eo, quod aduersarii confiteantur esse factũ, & facere planum. i. euidens esse factum, nam oportet id augeri, & ostendi factum, cum factum esse constet. Item vitiosum est, id augere, quod conuenit doceri, (est autem vitium contrariũ superiori) hoc modo, vt si quis arguat, quem. i. aliquẽ occidisse hominem, & augeat peccatum. i. facti atrocitatem, ante quàm attulerit argumentationes satis idoneas. ad probandum, videlicet, quòd reus id commiserit, & dicat nihil indignius esse q̃ hominem occidere. non enim quæritur. i. disputatur, aut disceptatur, vtrum occidere hoiem sit indignum an non, nã, & aduersarius id fatetur, sed quæritur ne, pro an factũ sit, an non.

DE COMPLEXIONE VITIOSA.

C OMPLEXIO vitiosa est, quæ non, vt quidque, primum dictum est, primum complectitur, & quæ non breuiter concludit, & quæ non ex enumeratione certum, & constans aliquid reliquit; vt intelligatur quid propositum in argumentatione sit, quid deinde ratione, quid confirmatione, quid tota argumentatione demonstratum sit.

CAPIDVRVS.



COMPLEXIO vitiosa est) Hæc fuit totius argumentationis Ciceronianæ pars vltima. quam dicit vitiosam esse, si non quod primum dictũ est complectitur. Diximus supra duobus modis cõplexionem fieri solere, aut ex enumeratione eorum quę dicta essent. aut si quod sequeretur tantum complexi essemus. Proinde vitiosa, inquit, ita erit, quę ordinem in enumeratione non tenuerit, & quæ longius quam oporteat euagabitur. [Et quę non ex enumeratione certum, & constans aliquid reliquit, vt intelligatur quid propositum in argumentatione sit) Vitiosa quoque, inquit, illa est complexio, quę confusa, quidquam certi non affert. vt plane quid velimus probare, non intelligatur. [Quid deinde) Ratione facti, propositio lata sit. [Quid confirmatione) Quid confirmare voluerimus. [Quid tota argumentatione demonstratum sit) Et cũ omnes complexi partes fuerimus, quid per totam argumẽtationẽ sit demonstratum repeteremus. Non sum hactenus equidẽ veritus

in

In hoc commentario non tantum verba, & sensum interpretati Ciceronis,& tam aliorum,quàm ipsius alibi,sed meam quoque(nec hoc àrroganter dictum velim)qualemcunque efferte sententiam,idq.factum est,quo ipsius præcepta Cicero,cognitu faciliora viderentur,& quantum in nobis est,non esset quidquam,in quo ambigere posset quisquam. Id non sumus consecuti,non sortasse fumus,at vt consequeremur,tum sedulo elaborauimus,idemq.in his , quæ sequunt facere studebimus. Nã cũ in primo libro orationẽ in sex partibus cõsumari ostenderit,exordium,narrationẽ,partititionem , confirmationẽ confutationem,cõclusionem.de quinq; iam dictum partibus est, de conclusione autem tractandum restat,si tamen de confutatione pauca ptius tractauerimus.Nam cum ceteræ partes perspicuæ satis tractatæ videri possint. hæc pacurius sortasse quã vt omnescapete possint,tractata est.Proinde de hac iam aggrediamur.Confutatio igitur,siue refutationem,siue teptehentionem meam libeat appellare,nou refert, quæ orationis (vt hic Cicero voluit)quintum,& vt alii asserunt, qui propositionem partem orationis esse negauerunt,quartum sibi vendicauit locum,difficilis nou siue causa semper credita est , ꝙ defendere, quàm accusare difficilius sit.na cum proponitur vel vno modo tantum accusatio,varie dissoluitur. Quod enim obiectum est,patronus negat,defendit,transfert,excusat,deprecatur, lenit,minuit,auertit,despicit,deridet. Vnde fit,vt hinc mille flexus,& artes desiderentur.Omnis autem reprehensio,vt iam de hac disseramus,tribus modis fieri solet.si quidem aut actor ipse,aut quod extrinsecus ab actore proferri solet. aut eiusdem oratio reprehenditur.Actor ipse , si in actione deformis erit, velut Curio,cuius motus erat(vt Cicero tefert) is quem & C. Iulius in perpetuum notauit,cum ex eo in vtranque partẽ vacillante q̃siuit,quis loquerentur è lintre,& Cn.Sicinius Tribunus pleb.cum Curionem , & Octauium consules produxisset, Curioq. multa.dexisse, sendente Cn. Octauio collega,q deuinctus erat fasciis , & multis medicamentis propter dolorem auxium delibitus , an in quam,inquit,Octaui college xuo gratiã referes,qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic muscæ comedisaẽt. Vel si quouis alio pacto tidiculi simus quod tũc granissimum etit , cum causæ fidem ninuet.Reprehendetur item actor si temetare,si inepte, si deniq̃ quoquo modo imprudentet ab eo agi causa videatur.Nec oratio tantum, sed vita etiã, nullus deniq̃ incessus,habitius , teste incusati solet, Aduersus Quintium enim Ce.ipsam quoqne pretextam dimissam ad talos insectatus est. Defensionis sanè permutatio sæpe reprehendit,vt Aeschines Ad uersus Cresiphontẽ facit,cum minime de lege dicturum Demosthenem queritur . Reprehenditur quoque,cum de quo controuersia est prætermittitur,& de quo cõtrouersia nou est agitur. Vt si quis cum Orestẽ accuser, planũ faciat,ab eo matrem esse occisam, iure ne an iniuria,nõ dicat Et ille actor reprehẽditur,qui in eo de quo cõstat,diuitius immoratur. vt si quis cũ Vlyssem accuset . in hoc maxime cõmoretur, indignum esse ab humine ignauissimo , virũ fortissimũ Aiacem necatur esse. Item potest teprehendi . si quod dicitur inhonestum aut huminibus,q audiunt , aut eo loco,aut eo tẽpore, vel si uon accommodatum dignum uc videatur . Incusatur etiam actor , si eorum qui andiunt voluntatẽ lædit,vel contradicitur,atque hi,qui audiunt feecrunt,vt si apud Alexãdrium Macedonem dicens contra aliquem vrbis expugnatorẽ diceret nihil esse crudelius , quam vrbes diruere, cũ ipse Alexãder Thebas , & Tyrum diruisset. & ille incessitur,cum ad alicuius defensionem,suam potius fidem iactat,q̃ illum defẽdat , vt cum te spectabant oẽs florentissimo in regno relinqui , uunc desertum ab omnibus , sulus vt restituã pato non.n.tam eius sensua, quam q dicit carpitur,quod suo loco id menime dicit & cum debeat defendere,se iactet,& qui hostiũ vim,& copias & felicitatem augeat cum ad pugnandũ milites adhortet . Et cum de aliqua te vna disputari cœperit.nondum illa absoluta in aliam ab ea diuersam transiliat . Aut si rem cum re comparans,alteram laudet,alteram vituperat,aut alterius mẽtionẽ non faciat,aut si cum deliberatur,bellum ne an nõ geraut,pacem laudet,nec illud improbet bellum. Quæ extrinsecus etiam ab actore proferuntur,reprehendi possunt:vt, si signum quod facile conuinci possit,diuersumque esse ab aliquo horum ostẽdatur,natura,vi,magnitudine,tempore,loco,persona.opinione.Et in hoc genere quoque sunt præiudicia, fama, rumores, tormenta tabulæ,iusiurandum,teiles,in quibus pars maxima contentionum forensium consistit . Tertio reprehendi oratio potest,cum ant verba.aut sensus incessitur.verba teprehendũtur,vt si ponantur pro eo quod,cur dicere volebat, ipse ptius irridebat.vt eum Chirtillum Sisenna defendens dixisset, C.Ruscii accusantis quędam sputatilica esse crimina.hic C.Rusciuss Circuquenior,inquit,iudices,nisi subucuitis . Sisenna quid dicas nescio , metuo insidias : quid est hoc ? sputa quid sit scio, tilica nescio.maximi risus inde excitati sunt.ita adhuc sunt alii qui , qui recte loqui esse puraut,inusitate loqui,sicut Balthassar Rasinus , qui collega noster quondam fuit . Nouimus tamen nullum esse,qui aliquando non erret . Nam & Demosthenia , qui summus orator ab omnibus facile esse concederetur , quædam etiam Aeschines exagitat,illudens,quæ dura odiosa, intollerabilia esse dicit , & ipsum belluam appellans . quæritue vtrum illa verba,an porteuta sint . Itaque se purgans Demosthenes , negat in eo positas esse fortunas Græciæ.Proinde vbi plura nitent:non ego paucis offendor maculis,quas aut incuria effudit ant humana parum cauit natura.reprehendi tamen ab aduersariis ea simul solent,itaque non negligenda quidem qualiacunque sint.Sensus autem,aut aliquid referens aut probans reprehenditur . Referens , vbi imprudenter aliquid clauditur , sicut à Cicerone Triatius . nam eum Scauri columnas plaustris vectas esse dixisset . Ego porro , inquit, Albanas ab eo columnas clitellis apportaui , Item , vt cum quendam,qui scire se id dicturos aduersarios , & ita causam persecuturos, retulisset , Iunius Crispus elusit . Ego vero , inquit , ista nun dico.quod enim attinet,illa bis dici ? & Cassiua dicentem adolescentulum , ridiculum fecit , cum , Quid me toruo vultu intueris ? diceret. nou me hereule , inquit , faciebam , sed ita vidisti : sic & Ciceronem illusum fuisse aiunt . Nam cum callidissime se dicere putaret , & cum illa verba grauissima ex intimo artificio deprompsisset : Respicere,inquit , hominum fortunas , respicite C.Fabricii senectutem . cum hoc respicite, ornandæ orationis causa , sæpe dixisset , respexerunt ipsi , & ecce Fabricus à subsellis demisso capite iam discesserat.contra & ipse Cicero in quendam de minoribus annis multa mentientem . Ergo , inquit , cum vna Romam ibamus , nondum natus eras ? Repugnans quoque reprehendi sermo solet , vt si quis cum dixerit , qui virtutem habeat , eum nullus rei ad bene viuendum indiget : neget postea, sine bona valetudine posse bene viuere,aut se amico adesse propter beneuolentiam , se parare aliquid commodi se peruenturum . Cum autem sensum ex sensu probare contendimus,aut inductione , ant exemplo , similitudine ve,aut syllogismo vtimur, aut enthymemate:quibus omnia quæ complexi fuerimus,reprehendi debent, si aut falsa , aut non eredibilia, aut non necessaria fuerint aut si contra firmam argumentationem æque firmã ponetur.Sed hoc genus posterius positum , in deliberationibus maxime versabitur,cum aliquid quod contradicatur, æquum esse concedimus : sed id, quod nos defendimus , necessarium esse demonstrauimus. In his igitur rimandum omnibus , quæ falsa sint. vt illud pro Cluentio,Cicero falsum inuenit , quem dixerant poculo epoto concidisse . rogat enim de eodem die Martium . Nam contraria , & superuacua , & stulta reprehendere , nullius artis est . ideo huc ea ponere nou curauimus : licet in ea plerique incidant aliquando eum cupidi sententiarum , data dicendi occasione , minus quid dixerint respicientes , dũ locum præsentem non totam causam intuentur. Velut illud, cum Tubero Ligarium accusat , quòd is in Africam fugerit , & quæritur quod ab eo ipse in Africam nou sit admissus , & in causa Cæliana,Clodia aurum se Cœlio commodasse dicit , quod summæ familiaritatis signum fuit . Deinde eadem venenum sibi paratum affirmat : Id vero summi odii in Cœlio argumentum orator probat . In inductione, & exemplo,similitudine reprehenditur dissimile aliquod eorum odio modorum,quos supra memorauimus. Epicherema , quod quinque partibus constare Cic. voluit,nos tribus partibus,nec pluribus supra docuimus,constare,si quidem nec rationem à propositione nec ab assumptione approbationem abesse ostendimus. Aut ergo epichirematis pars prima reprehenditur , si vitiosa constat enumeratione , hoc pacto , hunc equum aut emeris oportet,aut hæreditate possideas, aut munere acceperis , aut domi tibi natus sit,at neq; emisti,neque heteditate venit, neq; domi natus est: surripueris ergo necesse est. Hoc commode reprehenditur,si dici possit,ex hostibus est captus equus, & quiduis huic simile,est quando propositio multis constat nominibus,ad idem verbum relatis . Ita Plato Atheniensis philosophus disputat,ꝙ aliquando res vera esse põt, hæc quæ vel vna vel pluribus partibus falsa sit,vt si dica?.Plato Thebanus philosophus,vel,Plato Thebanus poeta,& alia genera eiusdem.Potest etiam reprehendi propositio,quæ vnico constet nomine.

cum

tum ἀμφίβολον fit:vt, Aiax post Achillem Græcorum fortissimus fuit. nam siue de Olleo intelligatur, siue de Telamonio. verum esse constabit. Est, & propositio, quæ coniunctione duo verba coniungit:vt, si mater est, diligit, quæ. & reprehendi pt: vt si dicas, Si mater est. non peperit, & similia. In qua, & reprehendi possunt ea, quæ supra de categorica propositione diximus. i. quæ vnico constat verbo, de qualitatibus autem propositionum locus mihi hic differendi non est, sed quæ reprehendi possint duntaxat decurrendo, nec ita vt omnia cõplectamur, aperuisse satis sit. Coniunctiua itaq; propositio, & ipsa ambigua esse poterit. vt illa. Si indigetis pecunia, pecuniam certe nõ habetis. potest. n. intelligi, nam si propter inopiam in egestate estis, oportet vt pecuniam non habeatis. At indigetis: hoc, si ad appetitum referas, falsum erit, quod illi connectitur, pecuniã non habetis. Est vbi propositionem veram, ratio sequitur falsa, vt virtus bonum est, nam locupletes facit. Est aliquando falsa propositio, & ratio vera. vt virtus quidem miseria est, nam licet laudetur, à pluribus tamen deserit. De assumptione quoque. & approbatione assumptionis, idem intelligẽdum est. Cõplexio interdum ex veris partibus antecedentibus falsa colligitur. vt. si ad illum hereditas veniebat, verisimile est ab illo esse necatum, veniebat autem ad illum hæreditas, ab illo igitur necatum esse constat. Non enim hæc fuit complexio, sed ea quæ dicit, ab illo igitur verisimile est esse necatũ. Ex syllogismo enthymema nascitur, si talis est syllogismus. id solum bonum est quo nemo malus vti potest. id autem virtus est, bonum ergo solum est virtus. Sic, inquam, enthymema nascitur. bonum est summũ virtus. quia hac vti nemo malus potest. Quidquid igit in enthymemate reprehendi potest, idem, & in syllogismo. Sed hæc omnia latius parent, quàm hic exponi possint. & huius ẽt artificii cognitio eiusmodi est. vt hic adiungi non queat, cum longi temporis, & magnæ, atque arduæ cognitionis indigeat. Quare alio tempore, si facultas erit, explicabitur. nunc his præceptionibus ad vsum oratorium contenti esse debemus, quandoquidem oratoriam non decet orationem syllogismis, ita cõfertam esse, ac enthymematum stipatione concludi, vt a dialogis, & dialecticis disputationibus differre non videatur. Philosophi enim, vel quicunque docte disserentes, verum quærunt, nõ minutius, & scrupulosus scrutantur omnia lenocinia in compositione, sed rerum veritatem simplicem rudemq. perscrutari malunt. Oratori ait Cicero, ad aliorum iudicia componẽda est oratio, & sæpius apud imperitos, atque aliarum certe ignaros literarum loquendum est, qui nisi delectatione alligentur, & nonnunquam turbentur affectibus, ipsa quæ iusta ac vera sunt, tenere non possunt, locuples, & copiosa vult esse eloquẽtia, feratur ergo non semitis, sed campis, non vti fontes angustis fistulis colliguntur, sed vt latissimus amnis totis diffluat, & efferatur campis, ac sibi viam, si quando non acceperit, faciat, & vt Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, sollicite nõ custodiat, & propositiones, rationes, assumptiones, approbationes, conclusiones, & omnia argumentationum genera augeat, transmutet. variet figuris, ac verset, vt modo conquestione. modo interrogatione, modo admiratione, & ceteris figuris proponat, assumat, concludat, vt magistrumq. ea fateri quasi cogat. Hæc sunt quæ de reprehensione paucis colligenda putauimus. Sequitur autem reprehensionem cõclusio, sed Hermagoras digressionem primum, post conclusionem ponẽdam esse arbitratur. In digressione autem putat ille, oportere quandam referri orationem à causa atque a iudicatione remotam quæ aut sui laudem, aut aduersarii vituperationem contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis, aut reprehensionis, non argumẽtando, sed augendo, per quandam amplificationem, quod Ciceroni minime placuit, cui laudes & vituperationes non separatim tractari placuit, sed in ipsis argumentationibus esse implicitas.

ASCENSIVS.

COmplexio vitiosa, &c.) Ostendit vitia etiam vltimæ partis argumentationis completæ, videlicet, complexionis dicens. Complexio vitiosa est, quæ non complectitur. i. non colligit in epilogum, & vt dicunt non recapitulat antedicta. vt quidque primum dictum. i. seruando ordinẽ quo prius dicta sunt. vt primum dictum, primum cõplectitur, ac repetat & quæ non breuiter concludit, nam si ideo complexione vtimur, vt auditorem memorẽ faciamus. prolixitate eius memoriæ ob fuerimus. Et quæ nõ reliquit ex enumeratione aliquid certum & constans, vt intelligatur quid sit propositum in argumentatione. i. expositione, & quid demonstratum sit, deinde ratione, quid cõfirmatione, & quid tota argumentatione.

DE CONCLVSIONIBVS.



ONCLVSIONES, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominatur, tripertitæ sunt; nam cõstant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. In quatuor locis vti possumus conclusionibus; in principio. secundum narrationem, secũdum firmissimã argumentationem, in cõclusione. Enumeratio est per quam colligimus, & cõmouemus, quibus de re rebus verba fecerimus, breuiter, vt remoueatur non redintegret oratio & ordine, quidquid erit dictũ, referemus, vt auditor, si memoriæ mandauerit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. Itẽ curãdũ est, ne aut ab exordio, aut si a narratione repetatur orationis enumeratio. Ficta. n. & dedita opera cõparata oratio videbitur esse artificii significandi, aut ingenii venditandi, vel memoriæ ostentandæ causa. quapropter initiũ enumerationis sumendũ est à diuisione. deinde ordine breuiter exponendæ sunt res, quæ tractatæ erunt in cõfirmatione, & confutatione. Amplificatio est res, quæ per locũ cõem instigationis auditorũ cã sumitur. Loci cões ex decẽ præceptis cõmodissime sumuntur adaugẽdi criminis causa. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum cõmemoramus quãtæ curæ ea res fuerit Diis immortalibus, aut maioribus nr̃is regibus, ciuitatibus, nationibus, hominibus sapientissimis, senatui: itẽ maxime, quo mõ de his rebus in legibus sancitũ sit. Secũdus locus est, cũ cõsideramus, illæ res, de qbus criminamur, ad quos ptineant, vtrũ ad oẽs, qđ atrocissimũ est; an ad superiores, qđ genus ij sunt, à qbus auctoritatis locus cõis sumit; an ad pares, hoc est in eisdẽ partibus animi, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui oĩbus his rebus antecelluntur. Tertius locus est, quo percunctamur quid sit euẽturum, si oĩbus idẽ concedat, & ea re neclecta, ostẽdemus quid periculorum aut incõmodorum cõsequat. Quartus locus est, quo demõstrat, si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc expectatio iudicij remorat. Quintus locus est, p quẽ ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullã rẽ fore, q̃ incommodo mederi, aut erratũ iudicũ corrigere possit. quo in loco nõ incõmodũ erit vti ceterarũ rerũ cõparatione vt ostẽdamus alias res posse aut vetustate sedari, aut cõsilio corrigi: huius rei aut leniẽdæ, aut corrigendæ nullã rẽ adiumẽto futurã. Sextus locus est, cũ ostẽdemus ex cõsulto factũ, & dicemus volũtario facinori nullã esse excusationẽ, sed imprudẽtiæ iustã deprecationẽ paratã. Septimus locus est quo ostẽdemus tetrũ facinus, crudele, nefariũ, tyrãnicũ esse: qđ genus iniuriæ mulierũ, aut earũ rerũ aliqd, quarũ rerũ cã bella suscipiunt, & cũ hostibus de vita dimicat. Octauus locus est, quo ostendimus nõ vulgare, sed singulare esse maleficiũ, spurcũ, nefariũ, inusitatũ, quo maturius, & atrocius vindicãdũ sit. Nonus locus cõstat ex peccatorũ cõparatione quasi cũ dicemus maius esse maleficiũ stuprare ingenuã, q̃ sacrũ lædere: ꝙ pp egestatẽ alterum, alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est, per quem omnia, quæ in negocio

geren-

gerendo acta, sunt, quæq. rem cõsequi solent, exponemus acriter, & criminose, & diligẽter, vt agi res, & geri negocium videatẽ rerum consequentiũ enumeratione. Misericordia commouebitur auditoris animus, si variam fortunarũ cõmutationem dicemus; si ostendemus, in quibus commodis fuimus, quibusq. in incommodis simus comparatione. Si, quæ nobis futura sint, nisi causam obtenuerimus, enumerabimus, & ostendemus. Si supplicabimus, & nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subijciemus. Si, quid nostris patentibus, liberis, ceteris necessariis casurũ sit ꝓpter nostras calamitates, aperiemus, & simul ostendemus, illorum nos solitudine, & miseria, nõ nostris incõmodis dolere. Si de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios vsi sumus, aperiemus. Si nos semper, aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum aut fortunam conqueremus. Si animum nostrum fortem, patientem incommodorum ostendemus futurum. Commiserationem breuem esse oportet, nihil enim lacryma citius arescit. Ferè locos obscurissimos totius artificii tractauimus in hoc libro: qua ꝓpter huic volumini modus hic sit. reliquas præceptiones. quod videatur, in tertiũ librũ transferemus. Hæc si, vt conquisite cõscripsimus, ita tu diligenter fueris cõsecutus: & nos industriæ fructus ex tua sciẽtia capiemus, & tute nostram diligentiam laudabis, tuaq. perceptione lætabere; tu scientior eris ꝓceptorũ artificio, nos alacriores ad reliquũ persoluendũ, verum hæc futura satis scio: te enim nõ ignoro: sed nos deinceps ad cetera præcepta transeamus, vt, quod libentissime facimus, tuæ voluntati rectissimæ morem geramus.

CAP.

CONCLVSIONES, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripertitę sunt) Quam Græcis partem orationis vltimã ἐπίλογον nominant latini perorationem, quidam cumulum, alii cõclusionem vocant. Huius duplex est ratio, posita aut in rebus, aut in affectibus. Rerũ repetitio, & congregatio Gręci dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à Cic. enumeratio. Affectuum porro duæ sunt species alteram Græci πάθος, quã nos vertentes proprie affectum dicimus, aliis passionẽ nominarũt, alterum ἦθος, cuius nomine Romanus sermo carere videtur, à quibusdam. n. mos appellatur. sed si rei naturã sequi volumus, non tam mos significari videbitur, quam morum quædã proprietas. Itaque cautiores, quod Gręci πάθος concitũ affectũ, & vehementer commotum appellare maluerunt, & ad ꝓbationẽ magis accommodatum, itaq; Cic. hoc amplificationem vocat, quod aũt illi ἦθος dixerunt, nostri mitem, & sedatũ cõpositũ, & lenem affectum, Cic. commiserationem nominauit. [In principio) Subaudiendum, conclusione vtemur. nam exordii terminus, quem ingressum ad narrationẽ esse oportet, conclusio potest nominari, sed tantum exordiis eo modo, cũ narratio argumentatio, conclusioq. iam perficitur. Quoniã si nihil arti adhibitũ est, qua partes illæ sint terminandæ, hoc nomen non obtinet. [Breuiter, vt renouetur, nõ redintegretur oratio) Decurrẽdum enim per capita. nã si morabimur, non iam enumeratio, sed quasi altera fiet oratio, & quę enumeranda videbuntur, cũ pondere aliquo dicenda erunt, & aptis excitanda sentẽtiis, & figuris varianda, alioqui nihil odiosus erit repetitione. Sunt autem apud Cic. complures, & in Verrẽ optimę, nec modo referenda nostra sunt, sed postulandum ẽt ab aduersariis, vt ad quędam respõdeant, idq. facimus, si ea quæ ꝓposuerimus refelli nõ potuerũ. quod epilogi genus multis vtile visum est, simul triplex causa sit, & pluribus argumentis defensa. Sunt etiã multæ causę, in quibus nullo mõ videri necessariũ possit, si breues videlicet, & simplices, & hęc pars perorationis accusatori patronoq. ęque cõis est, vbi breuissimũ pręceptum dari vtrinque potest, vt totas causæ suæ vires orator ponat ante oculos. [Et ordine, quidquid erit dictum, referamus) Vt nos reminisci melius possimus, & in memoriam audientibus reducere, idq. figuris crebris disponere, vt ab his, qui audiunt, quærere quid sit quod sibi velle debeant demonstrari, hoc modo docuimus, hoc illud planum fecerimus, ita simul in memoriam reddit auditor, & putabit nihil esse præterea quod debeat desiderare. In qua curandum est, ne ab exordio, aut à narratione repetatur orationis enumeratio. sed aliquam inducere personã, aut rem & enumerationem oportet, eiq. totam tribuere personam, hoc modo: nam si legis scriptor existimat, & quærat sic, inde vos dubitatis! quid possimus dicere, cũ nobis hoc simul demonstraret, & à contradicentibus rationes requireret, quas habere nos vix vllas possemus: Res autem inducetur, hoc modo quid si leges loqui possent, non ne hæc apud vos quærerẽt. [Artificii significandi) Videbimur velle, qua arte composuerimus orationem ostendere, potius quam in memoriam necessaria velle reducere. [Amplificatio est res) Quam hic Cicero amplificationem, in primo de Inuentione, indignationem nominat. De qua ita differit, Indignatio, inquit, est oratio ꝑ quã conficitur, vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rẽ grauis offensio concitetur. In hoc genere illud primum intelligi volumus, posse ex omnibus his locis, quos in confirmandis præceptis posuimus, tractari indignationem, nam ex his rebus quæ personis, aut quæ negociis sunt attributæ, quæuis amplificationes, & indignationes nasci possunt, sed tñ ea quæ separatim de indignatione præcipi possunt, consideremus. [Amplificatio est) Quam Latini amplificationem, Græci αὔξησιν nominarunt. amplificatione accusator commiseratione defensor vtitur [Quantæ curæ ea res fuerit diis immortalibus) Qui locus sumetur ex sortibus, ex oraculis vatibus, ostentis, prodiis, responsis, & similibus rebus. [Nationibus) .i. gentibus. [Senatus) Ac populo, & legum scriptoribus. [Ad quos pertineant) Cum amplificatione per indignationem ostenditur. [A quibus auctoritatis) Locus communis sumitur, quia ex eorũ auctoritate indignatio sumitur, per id quod indignissimũ sit. [An ad pares) Animo, fortuna, & corpore, quod iniquissimũ existimabitur. [Partibus animi) Vt eisdem disciplinis. [Corporis) Eadem ætate. [Fortunarum) Diuitiis, vel paupertate. [An ad inferiores) Quod superbissimum. [Quid periculorum atq; incommodorum consequatur) Simul ostendemus, huic si cõcessum sit, multos æmulos eiusdem audacię futuros, ex quo quid mali sit euẽturum demonstrabimus. [Si huic sit remissum) Hoc dicit, si demonstramus multos alacres expectare, vt quid ex eo, quod vni concessum sit, sibi quoque tali de re liceat intelligere possint. Si semel aliter, iudicatum. Subaudiendum, quam nos iudicari oportere dicamus. Et est sensus: ostendemus ceteras res perperam, & nequiter constitutas, intellecta veritate cõmutata corrigi posse, hanc esse rem quæ si sit semel iudicata, neq; alio cõmutari iudicio, neque vlla potestate corrigi posse. [Imprudentiæ iustam deprecationem paratam) Hoc est maleficio quidem voluntario veniã dari non oportet, imprudentiæ cõcedi nunquam conuenire. [Non vulgare, sed singulare esse maleficiu) .i. tale esse facinus ostendemus, qđ ne ab audacissimis quide hominibus factitatum sit, atq; id a feris quoq; hominibus, & barbaris gentibus immanibus bestiis esse remotum, hæc erunt q̃ in parentes, liberos, coniuges, consanguineos supplices crudeliter facta dicentur, & deinceps si qua proferantẽ in maiores natu in hospites, in vicinos, in amicos, in eos quibuscum vitam egerint in eos apud quos educati sunt, in eos a q̃bus eruditi, in mortuos, in miseros, & misericordia dignos, in hoĩes claros, nobiles, & honore vsos in eos, qui neq; lædere alium, nec se defendere potuerunt, vt in pueros senes, mulieres, quibus ex omnibus acriter excitata indignatio, summum in eos qui violarint horum aliquid odiũ commouere poterit. [Quã sacra lædere) Sacrilegium committere. Stuprare ingenuam. Propter intemperantiam luxuriam. Nam ex luxuria. i. omnia rerum affluentia libido nascitur. [Quęque rem consequi solent) Quæ post negocium consecuta sunt. [Vt agi res, & geri negocium videatur) Vt rem verbis quam maxime ante oculos eius apud quem dicitur ponamus, vt id quod indignum est, perinde illi videatur dignum, ac si ipse interfuerit, ac præsens viderit, hi sunt, amplificationis, quos hic enumerat loci. in primo autẽ de Inuentione his quinq; adicit. Vndecimus locus, inquit, est, per quẽ ostẽdimus ab eo factum, a quo minime oportuerit, & a quo alius ne faceret prohiberi debuisset. Duodecimus autem locus est, per quem indignamur, quod nobis hoc primum acciderit, neque alicui vnquam vsu venerit. Tertiusdecimus locus est, si

cum

cum iniuria contumelia iuncta demonstratur, per quē locum in superbiam, & arrogantiam odium concitatur. Quartusdecimus locus est, per quem petimus ab his qui audiunt vt ad suas res nostras iniurias referant, si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent, si ad mulieres, de vxoribus, si ad senes, & de patribus, aut parentibus. Quintusdecimus locus est, per quem dicimus, inimicis quoque, & hostibus ea quæ acciderunt nobis, indigna videri solere, & indignatio quidem his fere de locis grauissime sumetur. at ne hos quidem tantū locos existimet quisquam inueniri posse, sed vnicuiq; vis sua facienda est, nec tanquam legem quandam immutabilē, genus, hoc est aliud quodcunque esse preceptionis existimet, sed iudicio acri pensanda sunt, vbi scribat omnia. quod si quis ob ineruditionem iudicio metiri non queat, tamen si per hæc sequatur, quo ad eum lectione tum nonnulla exercitatione sibiipsi præscribere iam secunus, & præcipere valeat. [Misericordia commouebitur.) Quam hic misericordiam, in primo de Inuentione conquestionem vocat atque hac ipsa ita inquit: Conquestio, est oratio auditorū misericordiam captans. in hac primum animum auditoris mitē, & misericordem conficere oportet, quo facilius conquestionē commouere possit. [Si ostendemus, in quibus commodis fuimus, quibusque incommodissimus comparatione.) Hoc est, cum fortunæ vim in omnes, & hominum infirmitatem ostenderimus, qua oratione habita, grauiter, & sententiose maxime demittitur animus hominum, & misericordiam comparatur, cum in alieno malo nostram infirmitatem considerabimus, hinc per quem in nobis fuerimus, & per quem in malis simus ostendemus. velut ipse pro lege agraria, è fundo ornatissimo eiectus, ignominiis omnibus appellatus, cū illum in paternis bonis dominari videret, ipse filiæ nobili dotem conficere non posset, nihil, tamen alienum vita superiore commisit. Et pro P. Sylla. O miserum, ò infelicem illum diem, quo cōsul omnibus Centuriis P. Sylla renunciatus est, ò falsam spem, ò volucrem fortunam, ò cæcam cupiditatem ò præposteram gratulationem, quam cito omnia illa ex lætitia, & voluptate in lacrymas reciderunt? [Si, quæ nobis futura sint, nisi causam) at ipse pro Milone, ò me miserum, ò infelicem, reuocare tu me in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere nō potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem, alterū putant? & quæ sequuntur. [Si supplicabimus, & nos) Velut ipse pro se ad equites Romanos: Nūc vos equites Romanos obtestor, quorum virtute nomen Romanum victoriam cum laude possidet coniunctam, quorū factis gloriantur ciues, gemūt hostes, lętantur socii, vt si erga vos omni tempore optime fui animatus, si mea pericula neglexi dum timorem à patria propulsarem, si æque liberis vestris prospexi ac vos parentibus cōsuluistis, vt nunc me velitis vestris opibus defensum, incolumen in hac ciuitate retinere. [Si, quid nostris parentibus,) Vt pro L. Flacco: Huic misero puero vestro, ac liberorum vestrorum supplici, iudices, hæc viuendi pręcepta dabitis, cui si patrē conseruatis qualis ipse debeat esse ciuis, præscribitis, si eripitis, ostenditis bonæ rationi, & constanti, & graui nullum a vobis fructum esse propositum. inde subiungit: Misereamini familiæ, iudices, misereamini fortissimi patris, misereamini filii. Nomen clarissimæ familiæ, generis nobilissimi reip. conseruate. Sed ne omnium me credat aliquis posse exēpla proferre, suot, & alia, & ex infinitis pene locis erui alia adhuc possunt, nobis autē satis fuerit, ex aliquibus tanquam fortunam quandam cęterorū ostendisse. [Si animum nostrum fortem,) Hoc dicit, misericordiam quoque captabimus, si animum nostrum in alios misericordem esse ostendemus. & tamen eundē amplū excelsum, & patientem incommodorū esse, futurumq. simul si qd accidat aduersi demonstrabimus. Nā sæpe virtus, & ingens animi fortitudo, in quo grauitas, & auctoritas est, plus proficit ad misericordiā cōmouendā, quā humilitas, & obsecratio. [Commiserationem breuem) h. d. commotus animus diutius in eo morari non oportet. nam quemadmodum rhetor Apollonius dixit, nihil citius arescit lacryma. Proderunt aūt hæc omnia multum, ante oculos sigillatim incommoda omnia ponentur, vt videatur is qui audit videre, & re quoq; ipsa quasi adesse, intueri, vt si dicas: Non affui, non vidi, non postremam vocē eius audiui, nō extremum spiritum eius excepi. Item, inimicorū in manibus mortuus est, hostili in terra turpiter iacuit insepultus, eructus à feris diu vexatus, tractus, discerptus, cōiq. honore in morte caruit. Nec solum dicendo, velut Quintilianus etiam inquit, sed etiam faciēdo quædam lacrymas mouent. Vnde, & producere ipsos qui periclitentur, squalidos atque deformes, & liberos eorum ac parentes consuetū est. & ab accusatoribus cruentum gladium ostendi, & lecta ē vulneribus ossa, & vestes sanguine perfusas, & vulnera resolui, & verberata corporis nudari. Exemplum huius in C. Cæsaris funere scriptores commemorant. sciebatur ibi interfectū eum, at vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit sceleris imaginem, vt non occisus esse Cæsar, sed tum maxime occidi videretur. quam ostēdens Antonius, verbis populum excitans, id egit, vt vniuersi ꝑ vrbem palantes decurrerent, & parricidas perquirentes ex senatoribus etiam ipsi multos innoxios trucidarent. [Et nos industrię fructus ex tua scientia capiemus.) Cum scierimus te hæc præcepta cum exercitatione coniungere, quoniam frustra ea ad te scripsisse nō videbimur, fructum vtiq; capiemus. [Ex tua scientia) Qm̄ quantū tibi prosint, cōscientia iudicabit. [Tuaq. perceptione lætabere) Tu scientior eris pręceptorum artificio. [Nos alacriores ad reliquum persoluēdum) Quod hæc omnia perceperis. [Verum hęc futura satis scio: te enim) Nā diceret, si vt conquisite cōscripsimus, quasi de Herennio dubitaret parum. n. vero scientia, & labor fecerit præceptoris, nisi exercitatio, & diligentia affuerit discipuli, & quæ tradita sunt à præceptore velit imitari. Quod si facere recusauerit, satius fuerat qd̄ præciperetur, nec legere, nec audire se potius aliud sequi. Sciēdum autem, nihil vnquam præclari sine labore maximo vitā dedisse mortalibus. Verum hæc futura satis scio. Noui laborē nullū te ab hoc meo posse officio deterrere, quippe q̄ te noui.

IN quatuor locis vti possumus conclusionibus) Sciendū autē est, quod epilogo, & in aliis orationis partibus vti liceat, sed tum præcipue, quando aut partitionem facimus, aut qū in multas quęstiones causā processit. Deinde etiam, vbicunque iudicis memoria retinenda est. Sed plerunq; tunc ab artificibus non ἐπίλογος, sed ἐπιμερισμὸν appellatur. [Enumeratio) Quæ ἀνακεφαλαίωσις. Gręci dicitur. [Vt renouetur non redintegretur oratio) Renouantur ędes, quę longa vetustate propemodum absumptę restaurantur. Reintegrantur vero, quę penitus collapsę, omnino nouę fiunt. Sic, & oratio renouatur, quę propemodum in obliuionem veniens, ad memoriam reuocatur redintegratur vero, cuius omnino oblitæ, tanquā ab integro nouam audimus. [Loci cōes) Loci cōes δείνωσις. i. amplificationis per quas orationem reddimus ea vehemente vehementissimam, & verborū sententiarumq. magnitudine ad augendum efficacissimam. [Quod genus iniurię mulierū.) Vt Helena, fax Troiani belli. [Commiserationem breuē esse oportet.) Quoniam iudex commotus, statim dimittendus est ad sententiam ferendam, cum aduersario irascitur, & cum in nostrā misericordiam prouocatus est lacrymis, & commotus statim debet ferre sententiam, dum pro nobis mouetur. [Nihil enim lacryma citius arescit.) Addit Cicero dictū Apollonii rhetoris, οὐδὲν θᾶττον ξηραίνεται δακρύου. Nihil enim quod vehemens est, diutius in vno statu durare potest. presertim in affectibus qui alioqui sunt momentanei, & fugaces. LONG.

COnclusiones.) Prosequitur nunc ad finem secundi libri, vltimam partem inuētionis, de qua dictum est in primo libro, videlicet conclusionem, de qua dicet sit. Conclusiones quæ nominantur apud Gręcos ἐπίλογοι sunt tripartitę. i. in tres partes diuisę. Nam constant ex enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Nos possumus vti conclusionibus in quatuor locis, in principio. i. statim in exordio assumentes id, quod probare polliceamur, vt reum absoluendum, aut condemnandum esse, secundum. i. statim post narrationem, inferentes videlicet ex eius facto dignum esse morte aut venia secundum. i. statim post aut proxime firmissimam argumentationem. i. probationem dicti nostri, vt tanquam ē pręmissis inferatur conclusio, & sup. in conclusione. i. peroratione. hæc autem verba ab illo capite. In quatuor locis secundum Franciscum addita sunt, & frustra addita, noluimus tamen, quia nec ipse sustulit tollere. Enumeratio est per quam colligimus, & commonemus. s. auditorem pręcipue iudicem, de quibus rebus fecerimus verba sup. & id breuiter, vt ratio renouetur non integretur. i. non iteretur iterum tota, & referamus ordinem, vt. i. secundum quem, quidque erit dictum. i. vt id, quod primum dictum est primum referamus, vt auditor si mandauerit memorię reducatur ad idem quod ipse meminerit, verisimile. n. est vnumquenq; res memorię mandare, quo ordine eas audierit. Item cauendum est ne enumeratio orationis repetatur, aut ab exordio, aut à narratione. i. à primis partibus totius cōstitutionis, enim pro quia, si sup. illinc repetatur oratio videbitur esse ficta. i. cogitata domi, & comparata. i. conflata dedita opera. i. ex industria causa artificii significandique pro, &, ingenii vendicandi id est, sibi appropriandi, vt ingeniosus censeatur ASC.

ſeatur, aut gratia memoriæ oſtentandæ, quapropter initium enumerationis faciendi eſt à diuiſione. (Sic.n. videbimus memoriæ noſtræ conſulere, & appararam non habere orationē) deinde res quæ tractatæ erunt in confirmatione, & confutatione, ſunt exponendæ breuiter ordinæ.i.per ordine. (Amplificatio, &c. Proſequitur ſecundam partem concluſionis quæ fit per amplificationem, vnde primo definit amplificationem dicens. Amplificatio eſt res quæ ſumitur per locum communem.i.ad varia vtilem cauſa inſtitutionis auditorum.i.vt auditores inſtigentur. Ne vero deſcriptio fuerit per ignota deſcribit locos cōmunes dicens. Loci communes ſumuntur commodiſſime ex decem præceptis, ad cauſam criminis augendi.i.quantum pertinet ad amplificationem. Primus locus ſumitur ab auctoritate, cum.i.quando, nos memoramur.i.recitamus. & ad memoriam reducimus, quãtæ curæ fuerit eas res, diis immortalibus, aut maioribus.i.præceſſoribus noſtris, regibus, qui primi præfuerunt reip. Romanæ, magiſtratibus, vt conſulibus, prætoribus, & ſimilibus, qui ſubſecuti ſunt nationibus.ſ. externis hominibus ſapientiſſimis, quibus ſemper, & vbique aſſuigendum eſt ſenatui.ſ.Romano, & ſub regibus, & poſt reges. Item maxime.i. præcipue quomodo ſancitum.i. ſancte conſtitutum ſit de his rebus à quibus controuerſia. eſt in legibus.ſ. Romanis. Secundus locus eſt. cum conſideramur ad quod pertineant illæ res, de quibus criminamur.i. criminis accuſamus, verum.ſ. pertineant ad omnes, quod eſt atrociſſimum, quia ſicut bonū quanto communis tanto cenſetur diuinis, ita malum quãto communis tanto atrocius, & perniciofus, quod ergo ad omnes atrociſſimum eſt, an ſup. pertineãt ad ſuperiores, quod genus.i.cuius generis ſunt hi, a quibus locus communis auctoritatis (qui primus eſt) ſumitur, an ſup. pertineant ad pares, hoc eſt poſitos in eiuſdem partibus animi, corporis, fortunarū. An ſup. pertineant ad inferiores qui antecelluntur.i.ſuperanſ omnibus his rebus, de quibus controuerſia eſt, vnde innuit quòd ſecundum diuerſos ad quos pertineant res diuerſimode ſit cōcludendum. Tertius locus.ſ. cōmunis eſt, quo percunctamur.i. diſquirimus, aut interrogamus quid ſit euenturum ſi idem cōcedatur omnibus, & quo oſtendemus, & ea re neglecta.i. negligenter iudicata quid periculum, aut incommodorum conſequatur.i.ſimul ſequatur. Quartus locus eſt, quo demōſtratur ſi remiſſum ſit huic.i.reũ multos futuros alacriores.i.paratiores ad maleficia quos expectatio.i. incertus exitus iudicii, remoratur.i.detinet in mora adhuc, ne.ſ. audeant propter metū iuſtitiæ quod facerent ſi impune liceret. Quintus locus eſt cū oſtēdemus ſi iudicatum ſit ſemel aliter.ſ. quam nos cenſemus iudicandum nullam rem fore.i.futuram eſſe, quæ poſſit mederi.i.remediū afferre incommodo.ſ.futuro, aut quæ poſſit corrigere factum perperam.i.male, & peruerſe, aut iudicium erratum. In quo loco non erit incommodum, hoc eſt commodū, & vtile erit vti comparatione ceterarū rerum, vt oſtendamus alias res poſſe, aut ſedari vetuſtate.i. deſuetudine, aut corrigi conſilio, & ſup. nullam rem futuram adiumento huius rei, aut leniendæ.i. mitigandæ, ſeu ſedendæ aut corrigendæ. Sextus locus.ſ. communis eſt, cum.i. quando, nos, &.i. ſimul oſtēdemus factum eſſe conſulto.i.per conſilium, & deliberationem, &.i. ſimul, dicemus nullam excuſationem imprudentiæ iuſtam eſſe paratam facinori voluntario. Septimus locus eſt cum oſtendemus, facinum.i.factum ipſum eſſe tetrum.i. dirum, & abominabile, quaſi contra naturam, crudele.i. contra humanitatē, nefarium, quia contra legem diuinam, tyrannicum, quia contra libertatem, communem, quod genus, i, cuius generis eſt iniuria mulierum.i.facta ipſis mulieribus, aut ſtuprum, aut raptus, aut aliquid earum rerum, quarum rerum cauſa bella ſuſcipiuntur.i.ſuſcipi ſolent, & dimicatur.ſ. plerunq; aut mertto cum hoſtibus de vita.i. vtri viuant, nedū vtri, regnent. Octauus locus eſt quo oſtendemus maleficium eſſe non vulgare.i. conſuetum, ſed ſingulare.i. exquiſitum, ſpurcum.i. penitus abſcœnum, nefarium, & inuſitatum, quo.i. ideo, vt ſi iudicandum ſit contra eum qui illud commiſerit, maturius. properantius, & atrocius.i.acrius, & truculentius. Nonus locus conſtat ex comparatione factorum.ſ. commiſſorum. quaſi.i. velut, cum dicimus maius maleficium eſſe ſtuprare ingenuam.i. liberam, & liberis parentibus natam, quam legere.i. furari. alii legunt lædere.i. violare, ſed nō procedit. quia lædere veſtalem grauius eſt quam ingenuam. legere inquam ſacrum.i. committere ſacrilegium, quia.i.quia. alterum videlicet poſterius dictum. hoc eſt, legere ſacrum, fiat propter egeſtatem, alterum videlicet ſtuprare ingenuam cum tot ſint proſtitutæ, fiat propter ſuperbiam intemperantem.i. admixtam intemperantiæ. Decimus locus eſt per quem exponemus omnia quæ acta ſunt in negocio gerendo.i. dum res gerebatur, aut committebatur. quæque.i.& quæ ſolent conſequi.i.ſimul ſequi negocium ipſum, exponemus inquam acriter, & criminoſe, & diligēter, ita ſup. vt res videatur agi, & negociū videatur geri.i. obiici oculis mentis quaſi rurſus geratur enumeratione.i. per enumerationem rerum conſequentium.i. condependentium, aut ſubſecutarum. (Miſericordia, &c.) Hæc eſt tertia pars concluſionis quia miſerationem excitamus, vnde dicit ſic. Miſericordia commouebitur audientibus, ſi dicemus variam commutationem fortunarum. Si oſtēdemus comparatione.i. per comparationem, in quibus commodis fuimus, & in quibus incōmodis ſumus. Si nos enumerabimus, & oſtendemus, quæ futura ſit nobis.i. quæ calamitates deſolationes, aut voluntaria exilia, aut filiarum proſtitutiones, niſi obtinuerimus cām. Si nos ſupplicabimus, & ſubmiſerimus nos ſub poteſtate eorum, quorum miſericordiam captabimus. Si nos aperiemus quid caſurum.i. euenturū, ſit noſtris parentibus, liberis, & ceteris neceſſariis, propter calamitates noſtras, & oſtendemus ſimul nos dolere, ſolitudine.i. propter deſolationem, & miſericordiam.i. propter miſeriam illorum, non incommodis veſtris.i. non propter incommoda noſtra, quæ in nos ſolos cadant. Si aperiemus.i. aperte loquemur de clementia, humanitate.i. benignitate, & miſericordia noſtra qua uſi ſumus in.i. erga, aut aduerſus alios, quia merito, quia menſura menſi fuerimus remetietur nobis. Si oſtendemus nos fuiſſe ſemper, aut diu in malis. Si nos conqueremur.i. deplorabimur, fatum noſtrum.i. aduerſarium rerum ſeriem a cœlo, aut ſuperis dependentem, aut fortunam ſup. noſtrā nobis contrarie obuerſantem. Si oſtendemus animum noſtrum fortem, & futurum patientem incommodorum. Hactenus locos à cōmiſeratione deſcripſit, nunc fortunam eius proſequitur dicēs. Oportet commiſerationem eſſe breuem, nihil.n. areſcit.i. deſiccatur, & extinguitur citius lacryma.i. quam lacryma. Concludens autem per epilogum dicit. Nos tractauimus in hoc lib. videlicet ſecundo, fere.ſ. omnes locos obſcuriſſimos.i. præcipue obſcuros (vbi notabis etiam poſſe dici omnes obſcuriſſimos, vt ſi triginta ſint loci, inter quos decem obſcuriſſimi, totidē medii, & totidem minimum obſcuri, recte dicant, tractaui omnes locos obſcuriſſimos, quinq; medios, & quatuor minimum obſcuros, dūmodo id fecerim) quapropter modus.i. finis ſit, huic volumini. Nos transferemus reliquas præceptiones in 3. librū quum ad.i. quæremus, videbitur.ſ. congruū. O Herenni ſi tu fueris conſecutus.i. ſi obſeruaueris, & intellexeris, hæc ita diligenter, vt nos conſcripſimus ſup. ea conquiſitæ.i. exactæ, & laborioſæ, &.i. ſimul. nos capiemus fructus induſtriæ.ſ. noſtræ, ex ſcientia tua, &.i. ſimul, tute.i. tu ipſe laudabis noſtram diligentiam, & lætaberis perceptione tua.i. quod perceperis artem dicendi, & tu eris ſcientior.i. peritior, & plus ſciens artificio.i. per artificium præceptorum, & ſup. nos erimus alacriores.i. paratiores ad perſoluendum.i. penitus abſoluendum reliquum. Verū ſatis ſcio hæc ſatis futura.i. ſcientiorem fore.n. pro quia, nō ignoro.i. bene cognoſco te. Tranſeamus nos deinceps ac cetera præcepta, vt geramus rectiſſime morem.i. decentiſſime obſequamur, & pareamus tuæ voluntati, quod.i. quàm rem faciemus libentiſſime. Et hæc in 2. libro.

M. TVLLII CICERONIS
RHETORICAE AD
C. HERENNIVM.



LIBER TERTIVS.



D omnem iudicialem causam quemadmodum conueniret intentionem rerũ accommodari, satis abundanter, vt arbitror superioribus libris demonstratũ est. nunc earum rationem rerum inueniendarũ, quæ pertinebãt ad causas deliberatiuas, & demonstratiuas, in hunc librum transtulimus, vt omnis inueniendi præceptio tibi quamprimum persolueretur. Reliquæ quatuor partes erant artificii, de tribus partibus in hoc libro dicemus, dispositione, pronunciatione, memoria. de elocutione, qa plura dicenda videbantur, in quarto libro conscribere maluimus: quem, vt arbitror, tibi librum celeriter absolutum mittemus: ne quid tibi rhetoricæ artis deesse possit. interea prima quæque, & nobiscum, cum voles, & interdum sine nobis legendo consequere, ne quid impediare, quin ad hanc vtilitatem pariter nobiscum progredi possis. nunc tu fac attentum te præbeas; nos proficisci ad instituta pergemus.

IN RHETORICAE AD HERENNIVM *Librum tertium, Hieronymi Capiduri commenta.*



D omnem indicialem causam) Post tractatum in superioribus libris iudiciale genus, in deliberatiuo demonstratinoq., quę duo genera paucis absoluit, quod reliquum inuentionis est, hic explicat. sed deliberatiui prius, deinde generis demonstratiui præcepta dabuntur. Primum autem quinam in hoc genere status esse possint deinde quod officium, post qui finis sit, ex inde quales orationis partes esse conueniat, postremo quæ orationem sequuntur, paucissimis verbis percurreremus. Status coniecturalis primum tractabitur, vt cum quæritur, an Alex. vltra Oceanum terras sit inuenturus, an futurum sit vt Carthaginem superent Romani. Non nunquam definitio aliqua tractatur, vt apud Cic. in Philippicis, quid sit tumultus. Legales quoq; aliquando cõstitutiones incidere possunt, quod qui Philippicas Cic. orationes leget, facile animaduertet. Ergo deliberatiuum genus, quod idem suasorium dicitur, de tempore vt plurimum futuro consultat, nonquam tamen etiam de præterito. Officiis autem hoc genus duobus constat, suadendi ac dissuadendi. Finem vero sicut in iudiciali genere æquitatem multi esse voluerunt, ita in deliberatiuo Aristo. Places vtilitatem. At Cic. sicut in demonstratiuo honestatem tum vtilitatem finem esse placuit. Alii honestum, vtile ac necessarii existimauerunt, sed Quintilianus, ego non innenio, inquit, huic tertio locum, quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere. De faciendo autem deliberatur. quod si hanc vocant. necessitatem, in quam homines grauiorum metu coguntur, vtilitatis erit questio, vt si obsessi, & impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ab hostes deditione deliberent, & dicatur hoc facere necesse est, alioqui pereundum est. Ita propter idipsum non est necesse, quia perire potius licet. denique non fecerunt Saguntini nec Giziceni circunuenti. igitur in his quoque causis, aut de sola vtilitate abigetur, aut quæstio inter vtile atque honestum consistet. At enim si quis liberos procreare volet, necesse habet adducere vxorem, quis dubitat? Itaque mihi ne consilium quidem videtur, vbi necessitas est, non magis, qua vbi constat, quid fieri omnino debeat dicere. Omnis enim deliberatio de dubiis est, melius igitur qui tertiam partem dixerunt, δυνατὸν, quod nostri possibile nominat. Quibusdam etiam videtur esse nonnunquam de iocunditate sola consultatio, vt si de ædificando theatro instituendis ludis deliberaretur. sed neminem adeo solutum luxu esse putandum est, vt nihil in causa suadendo sequatur, præter voluptatem. præcedat enim semper aliquid necesse est, vt in laudis honor deorum, in theatro enim est vtilis laborum remissio. Illud nunc dicendum restat, quales deliberatiui generis partes esse conueniat. Procemio igitur, quale in iudicialibus oportere esse diximus, vbique hoc genus non indiget quia conciliatus est iam ei quisque qui consulit. initium tamen debet habere aliquam procemii speciem, neque enim abrupte, mihi incipiendum quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In senatu vbique, & in concionibus eadem ratio, quæ apud iudices, apud quos dicendum, acquirendæ beneuolentiæ. Aristoteles autem non sine causa putat, & à nostra, & ab eius qui dissentiat persona, duci frequenter in consiliis exordium. Narrationem vero exiget priuata deliberatio eius duntaxat rei, de qua dicenda sententia est, quia nemo ignorat id de quo consulit extrinsecus, pertinentia ad deliberatione posse multa narrari. Concitanda quoque frequenter, & lenienda est ira, & ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem impellendi animi. Nonnunquam etiam mouenda miseratio, siue vt auxilium obsessis feratur suadere oportebit, siue sociæ ciuitatis euersionem deflebimus. Valebit autem auctoritas plurimum in consiliis. Confirmationis autem, & confutationis argumenta, ex his quæ supra memorauimus, vbi constitutiones singulas tractauimus, sumere poterimus. Epilogi quoque eis partibus, quas iudiciales habent, constabunt. Tota autem deliberatiua oratio simplex sine verborum floribus, & longe grauior, & sententiis debet ornatior esse, quam verbis. Vsum autem exemplorum nulli materiæ magis conuenire merito omnes consentiunt. Quare historiam, & veterum institutionum peritos esse oportet. Item cum in suasoriis de pace, bello, copiis, operibus, vectigalibus agatur, vires ciuitatis, & mores nosse oportere Cice. dicit, vt ex natura cum ipsarum rerum, tum audientium, ratio suadendi ducatur. At Quintil. nobis, inquit, maior iure videtur varietas. nam, & consultantium, & consiliorum plurima sunt genera quare in suadendo, & dissuadendo tria primum spectanda erunt, quid sit, de quo deliberetur, qui sint, qui deliberent, qui sit, qui suadeat rem, de qua deliberatur. Quid sit de quo deliberetur, vt an certum sit posse fieri aut incertum, si incertum. hæc sola erit quæstio, & potentissima his rationibus tractanda, quas in coniecturali statu aperuimus, qui autem sint qui deliberent, multum refert. Nam consultant aut singuli, aut plures sed in vtrisque differentia, quia, & in pluribus multum interest, senatus sit an populus, Romani an Gabii, Græci an Bar-

barij, & singulis, non Catoni petendos honores suademus, an Cato maior, Scipio prior an Fabius deliberent. Proinde inter hæc da sexus dignitas, ætas, sed mores præcipue discrimen dabunt & honesta quidem honestis suadere facillimū est, si vero apud turpes recta obtinere conabimur, ne videatur exprobare diuersam vitę sectam cauendum. Æeanimus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permouendus, sed laude, vulgi opinione, & si parum proficiet, consecutura ex his vtilitate. Interdum vero magis obiiciendo aliquos si diuersa fecerit, metus. Refert quoque multum, quæ nam suadentis persona sit, quia ante acta vita si illustris fuit, aut clarus genus, aut ætas, aut fortuna affert expectationem. Nunc Cice. exponenda verba redeamus.

IN RETORICAE AD HERENNIVM LIBRVM tertium, Giberti Longolij annotationes, quibus Claudij Puteani quoque Schola inseruimus, præmisso tamen vbique † signata.

AD omnem iudicialem causam) Transitio per breuem distorum dicendorumq. enumerationem, quæ Ciceroni persamiliaris est in hisce libris. [Reliquæ quatuor partes erant artificij] Non hoc ita intelligas, vt inuentionem ab artificio remotam existimes (cum ea vel maxime τεχνικὴ sit) vt pleri que voluerunt, sed simpliciter vt verborum per se sensus apertus est. Reliquas esse, pro superesse, quod tamen familiarius est apud Cic. Rideo commentum eorum, qui inuentionem extra artificium omne existimabant, quos sulummodo naturę sit io uenire, artificii vero iudicare.

ASC. AD omnem &c.) In hac præfatione parasceuen dicendorū, & aptum ad ea transitum facit, simulq. ex dicendorum pondere auditorem attentum reddit: vt Franciscus doctissime declarat. Ordo igitur est, demonstratum est in superioribus .s. duobus libris, satis abundanter (vt arbitror quemadmodum .i. quo modo conueniat intentionem rerum accommodari ad omnem causam .i. controuersiā & iuridicialē, siue sit coniecturalis, siue legitima, siue iuridicialis, nunc .i. deinde transtulimus, in hunc librum videlicet tertium, rationem rerum inueniendarum .i. qua possent inuenire esse res, quę pertineant ad causas deliberatiuas, & demonstratiuas, vt omnis preceptio in ueniendi .i. de inueniendo, persolueretur tibi ô Herenni, quam primum .i. valde cito. Quatuor partes artificii erant reliquę .i. derelictę in aliis libris, & non declaratæ, videlicet, dispositio, pronunciatio memoria, & elocutio. Nos dicemus in hoc libro de tribus partibus, videlicet, dispositione pronunciatione, & memoria, & supp. (aut quia) maluimus cōscribere in 4 libr. de eloquutione, quia plura .i. valde multa videbatur dicenda sup. de ea, quē librum .s. quartū nos mittemus tibi absolutū celeriter, vt arbitror. Ideo autem mittemus, nequi id. aliquid artis rhetoricæ possit deesse tibi. O Herenni, tu legendo interea dū quartum librum conficiam. Prima quæque .i. quo ordine ea tradidimus, &. i. simul vobiscum. cū .i. quando voles, & .i. etiā interdum sine nobis, consequere .i. obtinebis, ne impudiare, quid .i. in aliquo quin possis progredi pariter nobiscū ad hāc vtilitatem. Nunc tu fac vt præbeas .i. præbe te nunc attentum, nos pergemus .i. perseuerabimus proficisci ad instituta .i. ad ea quæ incepimus, & proposuimus.

DE GENERE DELIBERATIVO.



ELIBERATIONES partim sunt huiusmodi vt quæratur vtrum potius faciendum sit? partim huiusmodi, vt, quid potissimum faciendum sit, cōsideretur. Vtrum potius, hoc modo: Carthago tollenda, an relinquenda videatur. Quid potissimū, hoc pacto: vt si Annibal consultet, cū ex Italia Carthaginem accersitur, an in Italia remaneat, an domum redeat, an in Aegyptum profectus occupet Alexandriam. Item deliberationes partim ipsæ propter se cōsultandæ sunt, vt si deliberet senatus captiuos ab hostibus ab redimat, an non: partim propter aliquā extraneam causam veniunt in deliberationē, & consultationem, vt si deliberet senatus, bello Italico soluat ne legibus Scipionem, vt eūm liceat ante tempus Consulem fieri: partim, & propter se sunt deliberandæ, magis propter extraneam causam veniunt in consultationē. vt si deliberet senatus, bello Italico socijs ciuitatē det, an nō. In quibus causis rei natura faciet deliberationem, omnis ratio ad ipsam rem accommodabit. In quibus extranea causa conficiet deliberationē, in his ea ipsa erit causa adaugenda, aut deprimenda. Omnem orationem eorum, qui sententiam dicent, finem sibi cōneniet vtilitatis propone, vt oīs eò totius orationis ratio conferatur. Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur, tutā & honestā. Tuta est, quæ conficit instantis aut cōsequētis periculi vitationē qualibet ratione. Hæc distribuitur in vim, & dolum: quorum, aut alterū separatim, aut vtranq; sumemus coniunctim. Vis secernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, euocationes hominū, & alias huiusmodi res. Dolus consumitur in pecuniā, pollicitationes, dissimulationes, maturationes, mentitiones, & ceteras res, de quibus magis idoneo tempore loquemur, si qñ de re militari, aut de administratione reipu. scribere velimus. Honesta res diuiditur in rectū, & laudabile. Rectum est, quod cum virtute, & officio fit, id diuiditur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. Prudentia est calliditas, q̄ ratione quadam potest delectum habere bonorū, & malorum. Dicitur itē prudentia, scientia cuiusdam artificii. Item appellatur prudentia, multarū rerum memoria, & vsus complurium negociorū. Iustitia est æquitas, ius vnicuiq; tribuens pro dignitate cuiusque. Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerū humilium contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perpessio. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum. Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, si cōmoda cū commodis conferemus, cum alterum sequi, vitare alterū cohortemur. Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquā disciplinabilem scientiā poterimus hr̄e, &, quomodo, aut qua quidq; rōne fieri oporteat, ostendemus. Aut si suadebimus q̄piam, cuius rei gestæ aut præsentē, aut auditā memoriā poterimus hr̄e: qua in re facile id, qđ velimus, exēplo allato persuadere possimus. Iustitiæ partibus vtemur, si aut innocentū, aut supplicū dicemus misereri oportere: si ostendemus bene meritibus gratiā referri cōuenire: si demōstrabimus vlcisci male meritos oportere: si fidē magnopere censebimus conseruandā: si leges & mores ciuitatis egregie dicemus seruari oportere: si societates atq; amicitias studiose dicemus coli cōuenire: si, qđ ius in parentes, deos, patriā natura cōparauit, id religiose colendū demonstrabimus: si hospitia clientelas, cognationes, affinitates caste colendas esse dicemus: si nec prece, nec prio, nec gratia, nec periculo, nec simultate à via recta ostendemus deduci oportere: si dicemus in oībus ius æquabile statui cōuenire. His atq; huiusmodi partibus iustitiæ, si quā rē in cōcione, aut in cōcilio faciendā cēsebimus, iustā esse ostēdemus: cōtrariis iniustā. ita fiet, vt eiusdem locis, & suadendum, & ad dissuadendum simus parati. Sin fortitudinis retinendæ

dæ causa faciendum quid esse dicemus, ostendemus res magnas, & excelsas sequi, & appeti oportere: & itẽ res humiles, & indignas viris fortibus viros fortes propterea contemnere oportere, nec idoneas dignitate sua iudicare. Item, a nulla re honesta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere: antiquiorẽ mortem turpitudine haberi nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur: nullius pro rei veritate metuere inimicitias: quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, & iis rebus quas iustitia colere cogit, adire periculum, & quẽ libet suscipere laborem. Modestiæ partibus vtemur, si nimias libidines honoris, pecuniæ similiũque rerũ vituperabimus: si vnamquanq; rem certo naturæ termino definiemus: si deniq; qđ cuiq; satis sit, ostendemus, & nimiũ progredi dissuademus, & modum vnicuiq; rei statuemus. Huiusmodi partes sunt virtutis amplificãdæ, si suadebimus attenuandæ, si ab his dehortabimur, vt hæc attenuentur q̃ supra demonstraui. nam nemo erit, qui censeat à virtute recedendũ. verũ aut res huiusmodi non dicatur esse, vt virtutem possimus egregiã experiri: aut in contrariis potius rebus, q̃ in his, virtus constare ostendatur. Itẽ si quo pacto poterimus quã is, qui contradicet, iustitiã vocarit, nos demonstrabimus ignauiam esse, & inertiã, ac prauam liberalitatẽ. Quam prudentiã appellarit, ineptã, & garrulam, & odiosam scientiã esse dicemus. Quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiã, & dissolutã negligentiam dicemus. Quã ille fortitudinem nominarit, eã nos gladiatoriã, & inconsideratam appellabimus temeritatẽ. Laudabile est, quod conficit honestã, & præsentẽ, & sequentem commemorationem: Hoc nos eo à recto separauimus, non q̃ hæ quatuor partes, quæ subiiciuntur sub vocabulo recti, hanc honestatis commemorationẽ dare non soleant, sed quanquã ex recto laudabile nascatur, tñ in dicendo seorsum tractandũ est hoc ab illo. neq;.n. solum laudis causa rectum sequi conuenit, sed, si laus consequitur, duplicat̃ recti appetendi voluntas. Cum igitur erit demonstratum rectũ, laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus, vt si qua res honestiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur: aut aliquibus socijs, aut omnibus ciuibus, exteris nationibus, posterisq; nostris. Cũ huiusmodi locorũ diuisio fit in consultatione, breuiter aperienda est totius tractatio causæ. Exordiri licebit vel à principio, vel ab insinuatione, vel ab iisdẽ rationibus, quibus in iudiciali cã. Si cuius rei narratio incidet, eadẽ ratione narrare oportebit. Quoniã in huiusmodi causis finis est vtilitas, & ea diuiditur in rationẽ tutam atq; honestam: si vtrunq; poterimus ostendere, vtrunq; pollicebimur nos in dicẽdo demonstraturos esse: si alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. At si nostrã rõnem tutam esse dicemus, diuisione vtemur in vim, & consiliũ. nam qđ in docẽdo rei dilucidandæ cã dolum appellauimus, id in dicendo honestius cõsiliũ appellabimus. Si rationis nostræ sententiam rectam esse dicemus, & oẽs partes recti incident, quadripartita diuisione vtemur: si nõ incident, quot erunt, tot exponemus in dicendo. In confirmatione, & cõfutatione vtemur locis, quos ante ostendimus, nostris confirmãdis, contrariis confutandis. Argumentationis artificiosæ tractandæ ratio de secundo libro petetur. Sed si acciderit, vt in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta sententia sit, vt in deliberatione eorum, qui à Pœnis circumsessi deliberant quid agant: qui tutam rõnẽ sequi suadebit, his locis vtetur: nullam rem vtiliorẽ esse incolumitate: virtutibus vti neminẽ posse, q̃ suas rõnes in tuto non collocarit: ne deos quidẽ esse auxilio is, qui se in consulto in periculũ mittant: honestũ nihil oportere existimari, quod non salutem pariat. Qui tutæ rei præponet rationẽ honestã, his locis vtetur: virtutẽ nullo tẽpore relinquendam: vel dolorem, si is timeatur; vel mortẽ, si ea formidetur, dedecore, & infamia leuiorem esse considerare q̃ sit turpitudo consecutura. At non immortalitatẽ, neq; æternã incolumitatẽ cõsequi: nec esse explorarũ, illo vitato periculo, nullũ in aliud periculũ venturos: virtute, vel vltro ad mortẽ proficisci esse præclarum fortitudini fortunã quoq; esse adiumento solere: eum tute viuere, qui honeste viuat, non qui in præsentia incolumis sit: & eũ, qui turpiter viuat, incolumem in perpetuũ esse nõ posse. Conclusionibus ferè similibus in his, & iudicialibus causis vti solemus, nisi q̃ his maxime cõducit quàm plurima rerũ antè gestarũ exẽpla proferre. Nunc ad demonstratiuũ genus cãæ transeamus.

DElibérationes, partim sunt huiusmodi, vt quæratur vtrũ potius faciendum sit; partim huiusmodi, vt quid potissimum faciendum sit, consideretur. Vtrum potius, hoc modo:) Nam omnis suasoria nihil aliud est quam comparatio nec vtrum melius, sed quid sit optimum quæritur. [Carthago tollenda) Diminuenda, vt Carthaginenses alio loco habitare compellamus. [Cum ex Italia Carthaginem) Reuocatur. [An domum) Carthaginem redeat. [Occupet Alexandriã) Aegypti quondam Metropolim, & regiam dicit. [Vt si deliberet) Cum M. Fuluius Flaccus cõsulatum gerens primus Italos instigasset vt in vrbem tanq̃ ciues assumi vellent, & ex subditis participes fierent dignitatum, L. Drusus trib. pl. vir illustris, rogantibus Italis, legem de ciuitate donarentur, se laturum promisit. Quã obrem cum Druso multi mortem interminarentur, raro prodibat in publicum. itaque domi omnibus ius dicebat, vbi sicarii gladio traiectus occubuit. Itali, Drusi cæde percepta, à Romanis defecere, bellumq; in eos acresuscitarunt. Italorum autẽ exercitus ex omnibus qui conuenerãt vrbibus, fuit peditum equitumq; ad centum milia. Contra Romani parem illis parauere vndecunque potuerunt exercitum. Romanis Sex. Iulius Cæsar, & P. Rutilius consules præerant. Prætores autẽ Rutilius Rufi, Cn. Pompeius, illius Pompeii pater q̃ Magnus cognominatus est, ac Q. Cepio, C. Perpẽna, C. Marius, Valer. Messalla, Sex. Cæsaris aut prætores, P. Lentulus, ac frater ipsius Cæsaris, T. Didius, Licinius Crassus, Corn. Sylla, & Marcellus. Italorum autẽ duces, T. Afrannius, C. Pontilius, Marius Ignatius, Q. Pompedius, C. Bebius, M. Lãponius, C. Iudacilius, Asius Asinius, ac Vectius Cato, aduersum Romanos cõstitere. Quibus confligẽtibus, magna cædes vtrinque facta. Romani plurimo quidem afflicti cum & Hetrusci bellum molirentur, ne multis vno tempore bellis corruerent, fœdera cum Italis iunxerunt, & Italos ciuitatẽ donauerunt, eo tñ pacto, vt nõ in earũ tribuũ numero quæ 25. ad creandas dignitates admittebant, essent, sed cũ extra tribubus alias legissent, in earum numero Itali continerẽtur. Vnde factũ est, vt hi nullius haberent authoritatis. Qđ primũ Itali nõ aduerterẽt, & inde re cognita dissensio noua oriri cœpit, sedati tñ eorũ animi sunt. Hoc igit̃ dicit Cic. vt si deliberet senatus bello Italico, an sociis ciuitatẽ det, hoc est, eos ne in populũ R. asciscat ad dãda suffragia, an nõ. [In ghus causis] rei nã faciet deliberationẽ. Hoc est, vbi, & vtilitas, & honestas deliberandũ aliquid, quod rei ipsius ratio possit commonuerit.

suadentis ars illic omnis ad rē ipsam erit accommodanda. [In quibus extranea causa conficiet deliberationē) Vt non tā rei ipsius naturæ quæratur, quam vt altera pars magis probanda aut deprimenda proferatur. [In his ea ipsa erit causa adaugenda) Vt si putemus Italos in vrbē asciscendos. [Aut deprimenda) Si id nullo modo faciendū existimemus. [Omnem orationem eorum, qui sententiam dicent) Qui orationē suadebunt, aut dissuadebunt. [Vt omnis eo totius orationis ratio conferatur) Subaudiendū vtilitatē. [Vtilitas in duas partes in ciuili cōsultatione) Vbi de ciuitatis vtilitate deliberatur. Alias.n. perpetuo verum non erit. [Quæ conficit) Absoluit. [instantis) Imminentis. [Aut consequentis) Quod sequi debeat. [Qualibet ratione) Quocunq; modo, sicut vi, & dolo. [Quorū aut alterū separatim) Aut altero ex his per se conficietur. [Aut vtrunq; sumemus coniunctum) Aut coniungemus, & vim, & dolū, quo tutiores esse valeamus. [Vi efficitur) A dolo separatur, p exercitus, classes, nauium multitudinē, arma, quibus nos tuemur. [Tormenta) Quæ in hostes liberamus, aut quę hostiū muris diruendis admouemus. [Euocationes hominum) Vtrū cū in receptui canitur, in hostes impetu maiore inuehant milites. Aut certe reuocationes, vt discernant alios. [Dolus consumitur in pecuniam) Omnis.n. pene fraudis cā pecunia est. [Maturationes) in longum productiones, quo aliquam melius struamus fallaciam. [Et quādo de re militari, aut de administratione) Veluti in libello de re militari postea scripsit. [Restat nūc est, qđ cū virtute) Virtus est animi habitus, mō rōni, naturæ cōsentaneus vt Plato definit: Ἀρετὴ διάθεσις [illegible] ἕξις [illegible] καθ' αὑτὴν [illegible] καθ' ἣν τὸ ἔχον ἀγαθὸν λέγεσθαι. Arist. autē ἡ ἀρετή, inquit. μεσότης [illegible] εἶναι τῶν παθῶν. Officium vero est, ex virtute actio probabilis. diuiditur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam. Cū ex duabus tantum constet homo substantiis, anima & corpore; anima rationem, corpus sibi sensus vēdicat. Ratione idoneus est illuminari ac intelligere aliquid supra se, in se, & infra se. supra se Deum, in se Angelum, & hominis animā, infra se quicquid cæli ambitu continetur. Rerum quippe immortaliū cognitio sapientia, mortalium autem prudentia nominatur. Cū sensibus vero concupiscibilis & irascibilis homo est, per concupiscibilitatem, & irascibilitatem apta est anima vt efficiatur. affectus autem quadripartitus esse dignoscitur, dum de eo qđ amamus iam vel gaudemus, vel gaudendum esse speramus, & de eo quod odimus iam vel dolemus, vel dolendū metuimus, & ob hoc ex concupiscentia gaudium, & spes, & de irascibili parte dolor, & metus oriuntur. Cum primum igitur quatuor hæ animi perturbationes contra rōnem insurgunt, a Græcis προπάθη vocātur, nos verbū è verbo vertentes, antepassiones possumus appellari. His homines carere impossibile est. nam sine vitiis nemo nascitur, optimus ille qui minimis vrgetur. Si autem tantum potuerit vt rationi dominentur, ac prudentiā omnem suis illecebris subiiciant, sui etiam vitii nomen habēt. Quod autem animum aut mentem per se corrumpit, flagitiū nominatur. Sed quod vitium id agit, vt alteri noceat, facinus appellatur, quæ duo omnium peccatorum genera sunt. Ceterum per prudentiam, quæ & ipsa per sapientiam perficitur, superantur abiiciunturq;. Hæc semel atq; iterū, sed semper, quo ad mentis bene compositæ habitus stabilis manet. Reliqua virtutum nomina sunt, hæc primariarum duntaxat fortitudo, tēperantia, iustitia. Quandocunq; igitur gaudium dolor. metus: a prudentia, tēperantia, fortitudine, iustitia, quæ videlicet omnium virtutum origines, & quasi cardines sunt, coercentur, in virtutes cōsurgunt, quamobrem nec in deo virtus esse vlla potest, quando ne vlla quidem perturbatio in eo suscitatur. [Prudentia est) Hanc alibi ita definit. prudentia est rerum bonarum malarumq. ac vtrarumq; scientia. Plato aūt hoc mō. Φρόνησις δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας [illegible] καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον. Hanc ita distinguit a sapiētia. sicut nos supra si qdē sapiētiā ita definit. Σοφία ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων [illegible] τῆς τῶν ὄντων αἰτίας. Idē quoq; Arist sentit. nā in 1. lib. qui ἠθικῶν μεγάλων inscribitur. ἡ μὲν γὰρ σοφία, inquit, ἐστὶ περὶ τὰ μετ' ἀποδείξεως καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ὄντα, ἡ δὲ φρόνησις οὐ περὶ ταῦτα ἀλλὰ περὶ τὰ ἐν μεταβολῇ ὄντα. Hieronymus autem super Pauli epistola ad Ephesios, sapientiam inquit, & prudentiam esse propemodum eadem Stoici quidem sic opinantur, dicentes, sapientia est rerum diuinarū humanarumq. cognitio, prudentia vero tantum mortalium Humanarum igitur rerum cognitionē Stoici sapiētiæ addiderunt. In quo Augustinus ab Hieronymo dissentit, qui ita scriptum reliquit: Est itaq; in ratione quiddā ad superna & cœlestia intendens, & id dicitur sapientia. & est quiddam ad transitoria, & caduca respiciens, & id vocatur prudentia. Non defuerunt qui dubitarent, non tam sapientia. quā prudentia virtutes essent, rationemq; suæ dubitationis attulerunt, qđ cum sapientia, & prudentia rerum quædam sint scientiæ, vt docuimus, scientia autē (vt ipse Arist. inquit) oēs in parte intellectiua, & rationali consistant. virtutes vero irrationali in parte animæ sint (ob q̃ causam Socratem etiam incusat, qui virtutes scientias facit) recte neutrā existimari posse virtutem. Aristoteles tamen ipse virtutem vtranq; esse ostēdit, inquiens. [illegible] [Prudentia est calliditas) Hoc est, per experientiam peritia. Callidus enim vt ipse Cicero putat, à callo nomen habet, cuius longo quasi vsu mens ipsa ex corporis occalluerit laboribus. [Quę ratione quadam potest delectum habere bonorum & malorum. [Dicitur item prudentia) Potens est, vt habeat delectū, electionem. [Scientia cuiusdam artificii. Item appellatur prudentia, multarum rerum memoria) Vt ex arte humana, & rerum tractatione, scientia prudentia fit. [Et vsus complurium negociorum) i. multorum. nam positiuū, non comparatiuum nomen est. nemo.n. complus dicit. sed compluris, & complure in veterum vsu fuit. Vnde complures locos, vt complura fana. Cato in Originibus dicit. Et Cic. in Protagora confirmationis genera complura. Hinc complurium genitiuus Errat autem Gellius, qui plura nullo modo dicendum esse existimauit. Nam poetarum exempla infinitæ aliter docent. Prudentiæ vero partes sunt, memoria, intelligentia, prouidentia. Memoria est per quam animus repetit quæ fuerunt. Intelligentia est, per q̃ ea prospicit quæ sunt. Prouidentia est, per quam aliquod futurū videt antequā factum est. Huic tria B. Ambrosius tribuit officia. Deū venerari, bene viuere, & benemerita apud Deū collocare. ita.n. dicit, quia lex naturalis tres habet partes, cuius prima hæc est, vt agnitus honoretur creator, ne eius claritas, & maiestas alicui de creaturis deputetur. secūda pars est moralis, hoc est vt bene viuatur modestia gubernante. Congruit.n. homini habenti notitiā creatoris, vitā suā lege moderari, ne frustretur summū illud initiū, tertia pars docilis. vt notitia creatoris Dei & exemplū morum ceteris tradat vt discant quemadmodum apud creatorem meritū collocatur. hæc est vera, & Christiana prudentia. Hoc ideo subiecimus, quod ab hoc loco non alienū esse existimauimus, & qm hæc demonstratiuo deliberatiuoq. generi cōi præcepta sunt, satius fuerit hic omnia simul commouisse. q̃ eadē passim pertractasse. [Iustitia est æquitas, ius vnicuiq; tribuens pro dignitate cuiusq;) Hac ita definit Plato. Δικαιοσύνη [illegible] τῆς ψυχῆς [illegible] τῆς ψυχῆς [illegible] ἕξις [illegible] κατ' ἀξίαν [illegible] ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων [illegible] ἕξις [illegible] νόμων. Aristot. autem bipartitam esse iustitiam putat, alteram quæ in nobis ipsis, alteram aduersus alios. In primo enim eius libelli, quem μεγάλων ἠθικῶν inscripsit, ita dicit. Περὶ δὲ δικαιοσύνης λοιπὸν ἂν εἴη σκοπεῖν τί ἐστι καὶ ἐν τίσι, καὶ περὶ ποῖα. [illegible] τὰ δίκαια γράφουσιν, [illegible] ὁ νόμος [illegible] τὴν ἀνδρείαν πράττειν καὶ τὰ σώφρονα, καὶ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς λέγει. [illegible] τελεία τις ἀρετή [illegible] τὰ κατὰ πάσας ἀρετὰς [illegible] δικαίους, τελείως [illegible] δικαιοσύνη [illegible] ἀρετή [illegible] τὸ δίκαιον [illegible] δικαιοσύνην [illegible] τὸ δίκαιον εἶναι [illegible] καὶ ἀνδρεῖος καὶ ὁ ἐγκρατὴς, καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν εἶναι δίκαιος [illegible] τὸ δίκαιον [illegible] πρὸς ἕτερον [illegible] τὸ γὰρ δίκαιον, τὸ ἄνισον [illegible]. Iustitia igitur est habitus animi communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est a natura profectum, deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt, postea res à natura profectas, & a consuetudine probatas, forte religio auxit. Naturæ ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit, vt religionem, pietatem, gratiam,

tiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Religio est, q̃ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocamus, curam ceremoniasq. affert. Pietas est, per quam sanguine coniunctis patriæque beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. Gratia est, in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Vindicatio est, per quam vis aut iniuria, & omnino omne quod obfuturum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. Obseruantia, per quã homines, aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur. Veritas, per quam incommutata ea quę sunt, aut quæ fuerunt, aut futura dicantur. Ex consuetudine ius est, qđ aut leuiter à natura tractũ, alud & maius fecit vsus vt religionem, aut si quid eorum, quæ ante diximus à natura ꝓficisci, in maius factum per consuetudinem videmus, aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit, quod genus pactum est, par, iudicatum. Pactum, est, quod inter aliquos cõuenit. par, qđ inter oẽs ęquale est iudicatũ, de quo alicuius, aut aliquorũ sententiis iam cõstitutũ est. Lex ius est, quod scriptũ populo expositum est, vt obseruet. [Fortitudo est rerũ magnarũ appetitio, & rerũ humiliũ) Ipse alibi ita definit. Fortitudo est cõsiderata periculorũ susceptio & laborũ ꝑpessio Plato ita: Ἀνδρεία ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου, θάρσος πολεμικόν, ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων, ἐγκράτεια ψυχῆς περὶ τὰ φοβερὰ δεινά. *Aristotelis de fortitudine in primo,* μεγάλων ἠθικῶν*, hæc verba sunt.* Ἔστι οὖν ἀνδρεία περὶ θάρρη, καὶ φόβους. ποίους δὲ ἂν εἴη περὶ ποίους φόβους καὶ θάρρη ἄρα. εἰ γάρ τις φοβεῖται, μὴ ἀποβάλῃ τὴν οὐσίαν, οὗτος δειλός; εἰ δέ τις θαρρεῖ περὶ ταῦτα, ἀνδρεῖος; οὐχ οὕτως. οὐδ' εἴ τις φοβεῖται μόνον, ἢ θαρρεῖ οὔτε δειλὸν ἀναγκαῖον εἶναι τὸν φοβούμενον, οὔτ' ἀνδρεῖον τὸν μὴ φοβούμενον. οὐκ ἄρα ἐν τοῖς τοιούτοις φόβοις καὶ θάρρεσιν ἐστὶν ἡ ἀνδρεία, ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν τοῖς, οἷον εἴ τις μὴ φοβεῖται βροντὰς ἢ ἀστραπὰς ἢ ἄλλο τι τῶν ὑπὲρ ἄνθρωπον φοβερῶν· οὐκ ἀνδρεῖος, ἀλλὰ μαινόμενός τις, ἐν φόβοις ἄρα καὶ θάρρεσιν ἐστὶν ὁ ἀνδρεῖος, τοῖς κατ' ἄνθρωπον. Fortitudinis partes sunt magnificẽtia, fidentia, ꝑseuerantia. Magnificentia est magnarũ rerum, & excelsarũ, cũ animi ampla quadã, & splendida pro ratione cogitatio atque administratio. Fidentia est per q̃ magnis, & honestis in rebus multum ipsa animus in se fiduciæ, certa cũ spe collocauit. Patientia est, honesta aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficiliũ volũtaria ac diuturna perpessio, ꝑseuerãtia stabilis, & ꝑpetua ꝑmansio. Modestia est, in animo continẽs. Nonius Marc. de doctorum virorũ indagine. Modestia, inq̃t, moderatio, modus, modicum, mediocre nunc habent ordinem, ꝙ modestia fundamentum, soliditas, & absis ipsa virtutum est, è qua gignit̃ moderatio, quæ tẽperat modos, quibus morti discipuli in factis, & in dictis, & ceteris talibus agendi officiis reguntur. Modicũ vero, moderatum est, mediocre, idẽ quod medium. ita sępe positum in magnis auctoribus annotauimus, M. Cato de liberis educandis. Omnia, inquit, in docendis pueris, quæ virtutẽ verã informant, mediocria, & modica sint. Inter modestiã autem, & continentiam, vt Hieronymus inquit, hoc interest, ꝙ modestia in viris perfectis, est consumatæq. virtutis. Continentia vero, in via quidẽ virtutis est, sed nec dum ad peruenit, vt sit virtus. Quia cupiditates adhuc in eius, qui se continet, cogitatione nascuntur, & mentis puritatẽ polluunt, principale licet superent. nec ad opus ꝑtrahant cogitationẽ. Non solũ aũt in desideriis, & cupiditate continentia necessaria est, sed ẽt in reliq̃s tribus ꝑturbationibus dolore, lætitia, & timore. Ipse tñ Cice. modestiã. & continentiã, temperantiæ partes esse existimauit. Cuius hæc sunt verba. Tẽperantia est, rõnis in libidinem, atq; in alios nõ rectos impetus animi firma, & moderata dñatio, eius partes cõtinẽtia, clemẽtia, modestia. Cõtinẽtia est, ꝑ q̃ cupiditas cõsilii gubernatione regit̃. Clemẽtia est, ꝑ q̃ aĩ in odiũ alicui⁹ cõcitati cõitate retinent̃. Modestia, ꝑ quẽ pudor honestus clarã, & stabilẽ cõparat auctoritatẽ. Modestiã Plato. ita definit. Σωφροσύνη μετριότης ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς καὶ λύπας, συμφωνία ψυχῆς πρός τε ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. *Aristoteles vero,* ἡ σωφροσύνη*, inquit,* μεσότης ἐστὶν ἀκολασίας μεσότης μὲν οὖν ἂν εἴη τούτων, ἔστι δὲ ἡ σωφροσύνη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, οὐ πάσας δέ, οὐδὲ τὰς περὶ πάντα· οὐ γὰρ εἴ τις ἥδεται θεωρῶν γραφὴν ἢ ἀνδριάντα ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, καὶ οὐ οὗτος ὁ ἀκόλαστος, ὁμοίως δὲ οὐδὲ περὶ ἀκρόασιν, ἀλλ' ἐν ἡδοναῖς ταῖς περὶ ἁφὴν καὶ γεῦσιν. οὐδ' οὐδὲ περὶ ταύτας ἀνὴρ σώφρων ἔσται οὕτως ἔχων, ὥστε μηδ' ὑπ' οὐδεμιᾶς τῶν τοιούτων ἡδονῶν, μηδ' ἂν πάσχειν. ὁ μὲν γὰρ τοιοῦτος ἀναίσθητος. [Prudentiæ partibus vtemur) Non tñ prudentiæ ceterarumq. Cardinaliũ virtutũ partes nosse oratorẽ oportet. sed & vitia, vt quid improbandũ ẽt, ac quo pacto improbandũ sit, possit nosse. Ea qui velit omnia intelligere, Platonis dialogos, & Arist. ethica legat. discatq. Nobis aũt satis fuit, ad hunc. Cic. locum attinẽtia exposuisse. [Si commoda cum commodis cõferemus) Si inter suadendũ ea comparabimus, quæ commoda sint cum incommodis. & omnia ad vtilius honestiusq. reuocabimus, munere vtemur prudentiæ. [Aut si qua re cohortabimur aliquem) Vt in grammatica facultate, ceteris ue disciplinis. In vrbe edocendis, si populum huc adhortati fuerimus, præclarum aliquem populum pro exemplo diligamus, vel simile aliquid aliud constituamus. [Disciplinabilem scientiam poterimus habere) Sciẽtiam qua multi possint eruditi discipuli. [Si suadebimus) Quippiam, cuius rei gestæ, hoc est, cuius aliquod simile extet apud alios documentum, id vt auditores intueantur referemus ia eosq; prudentia vtemur. Sed quid suadendum, in quo nos exemplum itã commemoramus, similitudinem ue, sit omnino plane, facilis, varia, ad extremũ vsq; & barbarum genus oratio. Veluti sic Dux Dacorum cum sciret dissociatum armis ciuilibus. P. R non tamen tentandum arbitratus est. quia externo bello posset concordia inter ciues coalescere duos ergo canes in conspectũ popularium cõmisit, hisq; acerrime de proiecta carne pugnantibus, lupum ostendit. quẽ protinus canes omissa inter se ita aggressi sunt. Eo ille exemplo prohibuit barbaros ab impetu nouo, Romanis nempe profuturo. [Memoriam poterimus habere, qua in re facile id, qđ velimus) Si veterum aliquo exẽplo audito adhortabimur. [Exẽpla allatu persuadere possimus) Nam exemplorũ maior plerunque est vsus, & melius persuadetur, quàm luculentissima quacunq; alia oratione. [Iustitiæ partibus vtemur, si aut innocentum, aut supplicum dicemus misereri oportere:) Innocentum, verum qui deliquerint, & imprudentiam, casum, aut fortunam in causa dicant fuisse an certe innocentium, qui cũ alias non deliquerint, semel tantum lapsi sint, velit Cice. dubiũ est. [Aut supplicum dicemus misereri oportere, si ostenderimus bene merentibus gratiam referri conuenire, si demonstrabimus vlcisci) Nam non semper æquum est peccantem punire, & ius est iustitiam summam non sequi summum si quidem ius summa iniuria factũ, vt Cic. inquit, iam tritũ sermone prouerbiũ est. Præterea quoniam homini non peccare impossibile est, eo magis diuinam abundasse gratiam dicemus. Itẽ, quanto magis carere vitiis impossibile, tanto nos oportere ei qui sibi remitti culpam, cupiat, plus indulgere. [Male meritos) Qui sunt mala promeriti. Hoc tamen non tamen Ambrosius in lib. officiorũ ceterique Christiani non faciundum putant, sed ne quidem ethnicorum multi. Vnde Iuuen.

Semper & infirmi est animi, exiguiq; voluptas, Vltio.

Et sic collige. ꝙ vindicta nemo magis gaudeat, quã fœmina. [Si fidem magnopere censebimus conseruandã) Iustum erit. [Hospitia) Vbi nos hospitati fuerimus, ea loca caste coli debere à nobis ostendamus. [Clientelas) Est multitudo eorum qui potentem aliquem colunt, ciuem principem ue fauore prosequuntur, & eius dignitatem factionemq. tutantur. ducti vel mercede, vel beneficio. nec seruum clientem nominare licet. quod autem Lucanus inquit: Emptiq. clientes, non de seruis loquitur. Non enim in seruis spem sibi Pompeius posuerat. sed in libris, & ciuibus seruilẽ tñ, non liberalẽ animũ hñtibus, q̃a venalẽ hñent ingenuitatẽ. nã cũ dicimus seruos, nõ addimus emptos, sic ergo ne emptos qdẽ clientes dixisset. [Cognationes (Hoc est, per sanguinis coniunctiones, tã virilis q̃ fœminini sexus. si quidẽ virilis tantum sanguinis agnati, ex iurecõsultis intelliguntur, vt in 3. Instit. Iustiniani Imperatoris de legitima agnatorum successione patet. [Affinitates) Vbi etiã si sanguinis nulla deuinciat nos copula, intercedat tamen aliqua cõiunctio [Caste colendas) Incorrupte, sine vlla vitii labe. nam vitiorum omnium abstinentia, castitas potest appellari. Virg.

Casta pudicitiam seruat domus.

[Nec gratia) Nec beneuolentia moueri nos oportere, quo minus peccata puniamus. Intelligendum autem, eorum q̃ plurimũ deliquerint, ne videatur sibi contrarius, vbi dixit, Supplicũ misereri oportere, [Nec periculo) Quod etiã nobis immineat, si secus iudicauerimus. [Simultate) Si simultatem latens simul subrepat odium. [His atq; hmõi) Nam non sunt solæ iustitiæ partes, & ii soli loci, vnde iustam rem, aut his contrariam iniustitiã, possimus ostendere. [In concione, aut in concilio) In cõcione vbi laudemus aut vituperemus, hoc ẽst, ꝑ demõstratiuũ genus. [Aut in cõcilio) Vbi de aliqua re consulitur. i. ꝑ deliberatiuum genus. [Ad suadendũ) Vt fiat aliquid. [Ad dissuadendum) Ne fiat. nam persuadere, est suadendo consequi quod ve

 lis.

lis.[Itam ostendemus,antiquorum mortem turpitudine habeti;)Est.n.fortis viri,mortem honestati postponere,minorit esse malle mori,quàm illam subire turpitudinem.[Antiquiorē)Præclariorē.[Nullo dolore cogi, vt ab officio recedatur;)Nullum dolorem tam sæuum esse debere, vt fortem hominē ab officio virtuteq. dimoueat.[Pro rei veritate)Vt verum dicat. [Si vnā quanq; rem certo naturæ termino definiemus:)Si in rebus expetendis finem aliquem nobis imponendū dicemus, nec libidines nostras infinitas esse oportere profitemus. [Definiemus:) Determinabimus.[Quod cuique satis sit,ostendemus)Si quo usque nobis cupere liceat aperiemus. Huiusmodi partes sunt virtutis amplificandæ)Si suadebimus,velut ipse pro P.Sextio fortitudinem extollens. Amemus patriam pareamus senatui. cōsulamus bonis,præsentes fructus negligamus,posteritati, & gloriæ seruiamus, id optimum putemus quod erit rectissimū speremus,quod volumus,sed quod acciderit feramus. Cogitemus deniq; corpus virorum fortium, magnorum hominū, esse mortale animi vero motus, & virtutis gloria, sempiternā neque hanc opinionem, si in illo sanctissimo Hercule consecratam videmus,cuius corpore ambusto vitam eius,& virtutē immortalitas accepisse dicitur,minus existimemus eos, qui hanc tantam remp.suis consiliis,aut laboribus auxerint, vel defenderint,vel seruauerint, esse immortalem gloriam consecutos.[Attenuandæ,si ab his dehortabimur)Velut pro M.Cœlio ipse,Si quem forte inueneritis,qui aspernetur pulchritudinem rerum,non odore vllo,non tactu, non sapore capiatur,excludit hic auribus omnē suauitatē, cui ego fortasse,& pauci deos propitios,plerique autem iratos putauerunt.Ergo hæc deserta vita, & inculta,atque interclusa iam relinquatur, detur aliquid ætati, sit adolescentia liberior non omnia voluptatibus denegentur,nō semper superet vera illa,& directa ratio, vincat aliquando cupiditas voluptasq. rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioq. teneatur,pareat iuuentus pudicitiæ suæ,ne spoliet aliena, ne affundat patrimonium,ne fœnore trucidetur,ne incurrat in alterius domum atque famam ne probum castus, labem integris,infamiam bonis afferat, ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat. [Hæc attenuentur quę supra demonstraui.nam nemo erit,qui censeat à virtute recedendum. verum aut res huiusmodi, non dicatur) Quæ supra demonstraui, subaudiēdum extollendo vt quæ de prudentia.iustitia,fortitudine,& modestia diximus.[Vt virtutem possimus egregiam experiri:)Dicamus quam laudant aduersarii virtutem, non esse huiusmodi, vt egregia virtus dici possit.[Aut in contrariis potius rebus.!) Virtutem esse,quàm in rebus quas dixerint ipsi: Et hoc generaliter de omnibus virtutibus dictum est. [Nos demonstrabimus, ignauiam esse,& inertiam)Ignauiam esse, & inertiam velut si innocentum supplicium que misereri oportere dicat aduersarius. ignauiā animi,inertiam corporis voluit intelligi. [Ac paruam liberalitatem)Si male meritos vlcisci oportere dixerint.[Quam prudentiam appellant,ineptam,& garrulam,& odiosam scientiam esse dicemus. Quam ille modestiam dicet esse) Ineptam, si suo loco,& suo tēpore referri non videantur,quæ prudenter dicta sunt:garrulam,si exempla videantur insulsa proferre,odiosam si erunt huiusmodi quæ dicta sunt, vt contemni posse videanť. Eam nos inertiam,& dissolutam negligentiā dicemus. [Quam ille fortitudinē nominarint,eam nos gladiatoriam,& incōsideratam appellabimus temeritatem)Quā modestiam aduersarii dixerunt,contemnere pecunias,honores,& similia,non ob cōtinentiam,id facere dicemus,sed per inertiam, & vagā negligētiam[Laudabile est,quod conficit honestā,& præsentem, & sequentem commemorationem) Diuisit supra Cicero honestū & rectum,& laudabile.Rectum dixit,quod cum virtute,& officio esset coniunctum. Virtutes,& virtutum partes ostēdimus. Officiorum autem alia virorum,alia mulierum,alia iuuenum alia senum. & prout vniuscuiusque fuerit conditio, quoniam personæ conuenientia reddere conuenit,ac virtutes ei cōgruas prout conditio poposcerit accommodare,quę tum sua prudentia,tum aliorum admonitione quisq; poterit intelligere,sic ex virtute officioq. eius,de quo cōsultabimus,aut cōcinabimur, efferre semper orationem oportebit. Nunc sequitur laudabile,quod ex officio virtuteque nascitur.Hoc nos tum dignitate cum fructu suo ducit ad se. Quo in genere est gloria, dignitas,amplitudo,amicitia. Gloria est,frequens de aliquo fama cum laude.Dignitas est alicuius honesta,& cultu,& honore,& verecūdia digna auctoritas.Amplitudo,est potentię aut maiestatis,aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia,voluntas erga aliquem honesta illius ipsius causa quē diligit,cū eius pari voluntate.[Laudabile est,quod conficit honestam)Honesti enim speciem,laudabile esse ostendimus.[Et præsentem, & sequentem commemorationem. Hoc nos eo à recto separauimus, nō quòd) Laudabilis enim partes aut propter id,quod intuemur,aut propter id,quod sequi confidimus,ob fructum.s.honestatemq. extolli possunt.[Hæc quatuor partes quæ subiiciunť sub vocabulo recti)Virtutes recti partes.quas supra recensuimus, dicit.[Hanc honestatis commemorationē dare non soleant, sed quanquam ex recto laudabile nascatur, tamen in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo.neque enim solum laudis causa rectum sequi conuenit) Sensus est. Rectum à laudabili certe diuisimus non vt virtutem quoque laudabilem esse nolimus intelligi, diximus.n. ex officio virtuteq.nasci laudabile, sed quod qualitate diuersum seorsim etiā tractari debeat. [Neque enim solum laudis causa rectum sequi conuenit)Non enim amplectandæ virtutes sunt solum propter laudem sed quia magis virtutem quàm vitium sequi decet. Veruntamen laudē duobus modis possumus intelligere & quam virtus præ se ferat,vt sit quasi finis ac præmiū ipsius, quod è mediis vt ita dicam visceribus virtutis emicat,& necessario virtutem ipsam semper comitatur. Alia laus, quæ extrinsecus ab hominibus ad virtutem defertur quæ in laudātium potestate est,, quæque tam falsa,quàm vera esse potest de hac nunc Cicero loquitur. Si quidem ea quæ virtutē perpetuo cōmitatur,huiusmodi est,vt propter se (vtpote virtutis quidam finis)experi debere videatur.[Sed, si laus cōsequitur, duplicať recti appetēdi voluntas)Hoc est, si virtutem ipsam secuturam hominum laudationem videamus, crescit voluntas mandi rectum,tum quod non sine laude id nos facturos speremus, tū quod fructus, & emolumenta etiam consequamur. [Cum igitur erit demonstratum rectum, laudabile esse demonstrabimus, aut ad idoneis hominibusi. vt si qua res honestiori ordini placeat.) Hoc est, cum gloria, cum dignitate, cum amplitudine cum, amicitia ladudabile, esse coniunctum. Quæ omnia, aut proper se, solum, aut propter, se & vtilitatem expendi posse manifestum est. quæ etiam consideranda,num religionibus adiūcta sint, & id ex nostra officio,aut alieno, & ex omnibus, quas opportunitates,quæ commoda secū ferant,& vtrum ea commodamentis sint,vt scientiæ, an corporis,vt incolumitas, Incolumitas est,salutis tuta atq. integra cōseruatio,aut ab extrinsecus positis, vt potententia Est autem potentia,ad sua cōseruanda,& alterius opprimēda idonearū rerū facultas. [Laudabile demonstrabimus aut ab idoneis hoībus,vt si qua res honestiori ordini placeat.)Hoc dicit, cum rectū esse,hoc est, cum virtute coniunctū id ostenderimus,superest,vt laudabile esse ostēdamus,quo facere poterimus,ab idoneis hominibus,in quo etiā,quod difficulter fieri, & quod facile fieri possit, oportebit cōsiderare. Facile id fieri dicimus,qđ sine vllo,aut magno labore, sumptu, molestia ꝗ breuissimo tempore confici potest, difficile autē fieri, quod quanquā laboris,sumptus molestię,longiquitatis indiget,atq; aut omnes, aut plurimas aut maximas causas habet difficultatis,tamē his victis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci possit.veruntamē idoneæ in hoc personæ multū ad id persuadendū,qđ in consulatione positum erit,proficiēt,ǵppe quæ plus auctoritatis habentes, plus etiā sapere videanť,quā deteriore ordini placeat.i.opulentiori,ampliori placeat.[Quę à deteriore ordine iprobeť;)Inferiori in cōditione polita.[Improbetur;)Damneť.[Aut aliquibus sociis, aut omnibus ciuibus, exteris nationibus,posterisq.) nostri Aut omnibus ciuibus,subaudiendū laudabile esse ostēdemus. Et est sensus,ostēdemus laudabile esse,cum rectū ostēderimus, aut ab his ciuibus aut a sociis,aut ab omnibus. ciuibus nostris exterisq. nationibus & his etiā qui post nos nascať,& si ab is,qui nascatur laudari poterunt,demonstrauimus.[Cum huiusmodi locorū diuisio sit in consultatione, breuiter aperienda est totius tractatio causæ [Exordiri licebit, vel à principio, vel ab insinuatione) Hoc est cum generis deliberatiui,quod in cōsultatione positū esse diximus,locorum, vnde argumenta causarū nasci possunt diuisio sit,cuiusmodi ostendimus,breuiter aperiēda est totius tractatio causæ.[Exordiri licebit vel à principio,vel ab insinuatione) Paucis a me aperietur, quo pacto deliberatiui generis causam tractari conueniat.[Vel ab iisdem rationibus,ǵbus in iudiciali causa)Vt opus exordio ne si an nō, & quo genus causæ egeat consideremus &c.quæ comitantur exordium.[Si cuius rei narratio incidet,eadem ratione narrare oportebit.Quoniam in huiusmodi causis finis est vtilitas,& ea diuidiť in rationem tutam atque honestā:)Si cuius,si alicuius, & est vtrunq;

vnius

tuius partis. Flectitur.n.si quis,si qua,si quod,vel si quid vt oe quis,ne qua,& aliquis,aliqua.nam si sint duæ partes, si quæ, noo si qua vltima correpta,proferetur. Nā quod Virg. Si qua facta sinant,script.non si aliqua fata,sed si fata parte aliqua si nant,intelligendum esse,quiuis vel mediocriter eruditus facile videt.[Si cuius rei narratio incidet,eadē ratione narrare oportebit.Quoniam in huiusmodi causis finis est vtilitas,& ea diuiditur in ratione) Si de aliqua re narrare proponet, eadē narratione vtetur,qua diximus in iudiciali genere narrandum esse.[Si vtruoq; poterimus ostendere)In cōfirmanone.[Vtrunque polltcebimur)Dum narrabimus.[Simpliciter) Vno modo siue illud tutum,siue honestum sit.[Rei dilucidandæ) Aperiendæ,& magnificandæ,vt maiorem faceremus rem.[Dolum appellauimus) At actor non vtique dolum.sed consilium nominabit,quo facilius possit persuadere. [Rectam esse dicemus) Hoc est cum virtute coniunctam.[Omnes partes recti)Hoc est virtutes,quas supra quadrifariæ diuisimus. [Quos ante ostenduos)De quibus supra locuto sumus. [Argumentationis artificiosa)Quam supra in a.lib.in quinque partes diuisit. turum alter,alter honestum defendet.[Quid agaot:)Velut Canoenses qui nisi Annibali sededere maluissent,iame perussent, alter.n.. qui tutum defendet,in hac rerum necessitate dicet. si incolumes esse volumus,aut si sine incommodo viuere volumus, oe cesse est nos ipsos dedamus Annibali.Siu autem alter honestatem defendat,necesse est,inquiet,hnc faciamus,si bene viuere volumus.Ac summa quidem necessitudo honestatis esse vt, debitur,huic proxima incolumitatis, tertia ac leuissima commoditans.[Virtutibus vti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit:)Virtutibus,inquiet, nemo vti potest, nisi sit incolumis,at si simus incolumes,industria nostra quòd de honestate amissum sit,facile recuperaturos. Loci ab honesta ratione:itaque honestatis rationem habere oportere, quā sine incolumitate nullo tempore possimus adipisci, quare in præsentia cedere rebus tutis oportere atque aliud tempus magis congruum esse expectandum.[Qui tutæ rei præponet rationem honestam,his locis vtetur,virtutem nullo tempore relinquendam,vel dolorem,si is timeatur,vel mortem, si ea formidetur,dedecore,& infamia leuiorem esse, considerate quæ sit turpitudo consecutura.At non immortalitatem) Hoc est, qui virtutes volet rem tutam antecedere.[Neq; æternam incolumitatem consequi:occesse exploratum,illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos:)Inde cōsequi hoc dicet, qui virtutem volet defensare,si tuta sectabuntur turpitudinis eius maculam amoueri nunquam posse.nec ob id etiam futuros perpetuo incolumes,atte futurum vt nunquam intereant. [Virtute,vel vitio ad mortem proficisci esse præclarum, fortitudini fortunam)Mortem ipsam transcendere virtute, & memoran nostrum nomen,præclarum putari debere.[Eum tute viuere,qui honeste viuat)Saos fautorum habere, eum qui recte faciat.[Incolumen in perpetum esse oon posse) Nam licet fortuna ei videatur aspirare, futurum tamen aliquando dicemus, vbi ingemat,& luat pœnas,& si ceteras effugiat pœnas, sua fraude,suo terrore maxima verari oportere. quod suum quenq; scelus agiter,amenti arq; afficiat nec quenquā esse quē non suæ male cogitationes conscientiæq; animi terreant. [Nisi quòd his maxime) Suasorius conclusionibus. [Concludir). Coofert,commodum est.[Quamplurima rerum ante gestarū exempla proferre)Conclusiones hic,non argumentationum, quæ Græce ἀπόδειξις nominantur,sed quæ ἐπίλογοι apud illos,à nostris perorationes vocantur,intelligendæ sunt, pluratiuum enim numerum pro singulari posuit. Et intelligamus, deliberatiuæ,orationis conclusionem, exemplis abundare debere. Commodissimum etiam in hoc, vt exemplis rerum ante gestarum,quibus futura præmonstratur, vtamur.

LONG. † Deliberationes partim) de genere deliberatiuo, lege. Fab.lib.3.c.10.Cic.de Ioue.lib.2.sub finē.& in Partitionib. Trape.lib.4.[In qbus causis rei natura faciet deliberatioē)Tuoc res deliberationē facit, cū per se inspecta sola ipsa in causa est,cur hoc,vel illud fieri, aut ooo fieri deat.. Vt si senatus deliberet,captiuos ab Annibale liberet, an non. Consultatio est duplex,& rei circunstantia exquirenda est. primum captiuitatem esse seruitutē,qua nihil miserius, turpius, damnosius.deinde videndū, an sic captiuos relinquere deāt, sub illo imperatore crudeli,quique exitium P.R.meditetur.de inde illo tempore,cum eorum opera resp.maxime indigetur.de inde illo loco Italia vt ignominia perpetuo ante oculos pręsto sit.deinde illo modo,vt sint in pœnis, in laboribus, & similia. Sciendum autem est,me multa etiam extra causam adiecisse,

quæq; non suot proprie ex ipsius rei natura quoniam ostendere voluit.quomodo ex thesi subinde fiat hypothesis.Propria n. coosideratio rei thesis est, quæ est de natura captiuitas.In quibus extranea causa est. Extraoea causa est, quæ non ex ipsa rei natura,sed aliunde adiungitur.hæc vel,adaugeri,vel primi potest prout ipsa considerata,vtilis aut inutilis,leuis aut grauius,magni momenti,aut parui existimatur. vt in Scipionis exemplo, vbi extranea causa legum est auctoritas,quæ considerata deliberationem facit.Finis antem legum est,vtilitas reip.Iam si lex seruata inutilis deprehendatur, ob maiorem vtilitatem illi aliquid derogari potest.Nempe præter Scipionem uix illum esse, qui cum hoste confligere audeat.Hæc breuiter addidi, vt lucis aliquid loco non omnino obscuro propter imperitiores adderem.†Bello Italico)Hispanico legendum videtur. Cum Annibal ad tertium ab vrbe lapidem supra Anienam castra posuisset, & P.& Cn. Scipionis in Hispania cum exercitibus cæsi essent,quæsitum in senatu est,cui imperium mandaretur. nullo id suscipere volente Pub.Cornelius Scipio P Filius qui in Hispania eeciderat,se iterum professus est. & suffragio populi cōsensuq. omnium solutus est lege,& consul creatus vno anno ante legitimum tempus,24.n.annum tum agebat. Vide Liuium de bello Punico lib.6.†Sociis ciuitarē) Lege Florum lib.3.cap.8. & Abbreuiatorem Liuii lib.21.[Vtilitas in duas partes)Hic locus multis oon satis placet,& propter rei diuisionem, & quod in alus libris artis hortio locorum omnino non meminit, nec frequentia argumenta ex ipsis ducantur. itaque non displicet, quod alibj honestatem,quam dignitatem vocat,& vtilitatem, consultationis fines esse dicit. Sed vtilitatem quidem præponere videtur,quòd sine ea dignitas seruari uix potest.Loci autem pro volitatis defensione sunt,enumeratio commodorum,pacis,opum,potentiæ,pecuniæ,vectigalium,præsidii, militum, & vtilitatos ceterarum rerum, quarum fructum vtilitate metimur,itemq.incommoda contrariorum.Qui ad dignitatem impellet,maiorem exempla, quæ erunt uel cum periculo gloriosa,colliget,posteritatis immortalem gloriam augebit,vtilitatē ex laude oasci defendet,semperq. eam cum dignitate esse coniunctam.. †Vtilitas in duas partes)Vtilitas an ab honestate se parari possit, disputat in officiis Cic.porro ad præsentem auctoris diuisionem faciunt,quæ scribit Fab.lib.3. Dicturi, ingt, io concilio bonorum, & sapientum, nihil vtile existimabimus oisi quod honestum. Verum ap ud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est, populumq. præcipue,qui ex pluribus constat indoctis,discernend a sunt hæc,& secundum communes magis intellectus loqitend um. Sunt enim multi nimirū et quæ credunt honesta,non tamen satis eadem vtilia quoque existiment quæ turpia esse dubitare non possunt, vtilitatis specie ducti probent,ut fœdus Numantinum, iugumque Caudinum, &c. †Vtilitas tuta)Exemplum est in oratione pro Pomp.Ab omnibus enim fere locis iam enumeratis bellum suscipiendū suadet. Aut, cum magnificat potentis, reges magnis viribus Aiç incumbere,& propter periculum depolci atque expeti Pōpeium ducem,& periculum esse proditionis vectigalium, &c. Porro vis aperta est,dolus autem occultus cum fraude.†Reuocationes)Vt Camilli,de quo Liuius libro 5.& Annibalis ex Italia.†Pollicitationes) Vt Catilina apud Salustium magnus præmus inuitat coniuratos.[Dissimulatiooes)Quæ stratagematis constat.de quibus Frontinus,& Valerius lib.2.cap.4. †Maturationes)Vt Cl.Drusus Nero,qui breuissimo tempore ex Apulia clam in Vmbriam venit,vt collegæ Liuio Salinatori se coniungeret. Liuius, & Frontinus lib.1.cap.1 †Prudentia est calliditas) Callidos appello, inquit Cic. quorum tanquam manus opera, sic animus vsu concalluit. † Disciplinabilem) Vt Annibal cum apud Prusiam exularet, & regi, vt prœlium iniret, suaderet,rexque facturum se negaret,quod periculum poriten dete extra videretur: Ergo vitulinæ,inquit, caruncuIæ credes, veteri Imperatori non credes? Val.lib.3. de fiducia sui. †Cuius rei gestæ aut præsentē,&c.)Vt si suadebimus. Heluetiis nō esse facessendum negocium,ab exemplis, quæ patrū memoria contigerunt. †Item si quo pacto)Huc faciunt quæ apud Salust. ait Cato. Iam pridem, inquit, nos veras rerum vocabula amisimus.quia bona aliena Longini liberalitas malarum rerum audacia fortitudo vocatur. Lege Fabium lib.2.cap.13. †Cum igitur erit demonstratū)Sic Cic.oon satis fuit ustendere quàm honestum sit pro vlciscendis iniuriis,& sociorum salute conseruanda,bellū contra Mithridatem suscipere, sed id.etiam cum aliis locis à laudibus ductis,tum illic præcipue,cum ait: Et quoniam apperentes gloriæ præ:er ceteras gentes,atque audi laudis fuistis, delenda est vobis illa macula bello Mithridatico superio

superiores suscepta. Sic & Ilioneus apud Virg. 7. Aen.

Dijs sedem exiguam patriis, litusq; rogamus
Innocuum.

Non erimus regno indecoro, nec vestra feretur,
Famam leuis, tantiq; abolescet gratia facti.

†Exordiri licebit) in deliberatione principia sunt, vel nō lōga, vel saepe nulla. Sunt. n. ad audiendum, qui deliberant, sua causa parati. Vide Cic. in Partit. & Fab. lib. 3. †Si eiius rei narratio) Non. n. semper narratur, vt inquit Cicer. vtuntur autem saepe propositionibus vice narrationum, vt vindicare Germaniam à pontificia tyrannide, & pium, & necessarium est, hoc tempore. Nonnunquā breuibus narrationibus vtuntur, vt cum aliquid ante ea de re gestum est, de qua deliberant. †Qui à Poenis circunsessi) Aut eos intelligit, qui Cassilini, quod est Companiae oppidū, obsessi à Poenis fuerunt, quod à Liuio lib. 3. belli Punici describitur, & ita fame vexati sunt, vt lora, & pelles scutis de tractas, item mures ederint. Aut Saguntinos, qui nouem mē sibus fessi, fame, machinis, ferro, & igne, versa denique in rabiem fide immanem in foro excitant rogum &c. Vide Florum lib. 2. cap. 6. & Liuium.

ASC. DEliberationes &c.) Incipiens scribere de gñe deliberatiuo diuidit primo ipsum in duas partes, quarū vna versatur inter duo duntaxat, altera inter plura duobus. Vnde dicit deliberationes sunt partim. i. per partem earum, aut pro parte huiusmodi, vt quaeratur. s. inter duo de quibus deliberatio est, vtrum sit potius faciendum, & sup. est partim. i. ex parte, aut pro parte huiusmodi, vt inter multa, de quibus est deliberandū cōsideretur quid sit potissimum faciendū, vtrum potius supp. consideretur. hoc modo. vtrū Carthago videatur potius tollē da. i. delenda è mundo. an relinquenda. s. incorrupta. Quid. s. inter multa sit potissimum sup. cōsideretur hoc pacto, vt si Annibal consultet, cum accersitur. i. reuocatur ex Italia Carthaginem. i. vt redeat ad conseruandam Carthaginem, an remaneat in Italia, an redeat domū. i. in patriam suam, an ipse profectus in Aegyptum occupet. i. ante quā praesidia venerint capiat Alexandriam. s. vrbem ab alexandro Magno sit denominata. Item (alia diuisio) deliberationes ipsae sunt, partim. i. pro parte cōsultādae propter se, vt si Senatus deliberet an redimat. i. redimere debeat captiuos ab hostibus, an non. s. redimat, & deliberationes veniunt, partim. i. pro parte in deliberationem, & consultationem partim. i. pro parte propter aliquam causam extraneā, vt si Senatus deliberet bello Hispanico. i. tempore, quo bellum in Hispania ab Romanis gerebāt, ne pro an: soluat Scipionem legibus, vt liceat eum ante tempus. s. legitimū, fieri consulem, hoc est, ante quartum & vigesimum annum, & sunt deliberandae partim: &. i. simul propter se: &. i. simul, veniunt consultationem propter aliquam causam extraneam, vt si Senatus deliberet bello Italico, an det sociis ciuitatem, an non. In illis sup. causis, in quibus causis natura rei faciet deliberationem omnis ratio accommodabitur ad ipsam rem, & in quibus causis causa extra conficiet deliberationem. in his erit ipsa causa, ad augenda, aut deprimenda, augenda quidem ab eo qui suadebit, deprimenda vero ab eo qui dissuadebit. Omnes &c. Docet vtilitatem esse finem intentum deliberantibus, occasione cuius vtilitatem quoque describit dicēs. Conueniet. i. decens erit omnes rationes eorum, qui dicent sententiam. i. iudicabunt de aliqua re, aut orabunt, proponere. i. constituere sibi finem vtilitatis. i. vtilitatem pro fine, noue dicit vtilitatis, & nescio, an scriptum reliquerit vtilitatem vt sit proponere sibi vtilitatem, finem. s. dicendi, vt omnia ratio totius orationis conferatur, eo. i. ad eum finem, videlicet, ad vtilitatem. Vtilitas in ciuili consultatione. i. quae proponitur in ea, diuiditur in duas partes, videlicet, tutam, & honestam. Tuta est, quae conficit. i. consumat & perficit, qualibet rōne. i. via, aut modo, vitationem. i. effugium, periculi instantis. i. vrgentes, aut consequenti. i. futuri. Haec. s. vtilitas tuta, distribuitur. i. diuiditur, in uim & dolum, quorum. s. duorum membrorum, nos sumemus, alterū. i. alterutrum, hoc est, siue hoc. siue illud, separatim. i. seorsum ab altero aut vtrunque coniunctim. Vis. i. violentia, & coactus, secernitur. i. dinoscitur, & separatur à dolo, per exercitus, classes. s. in nauali pugna, aut etiam terrestri, vnde & milites in classes distribui solent, vnde Aen. 2. Classibus his locus &c. arma, tormenta. i. machinas bellicas, vt sunt arietes, & nunc bombardae reuocationes hominū ut exulum, aut perscriptorum, & alia res huiusmodi. Dolus consumitur. i. depletur, & cōsumere euacuatur, in pecuniam. s. largiendam ad corrumpendas vires hostiles, pollicitationes, dissimulationes cum consilia teguntur, maturationes. i. festinationis, mentitiones. i. mendaciat, vt si ille Virgilianus, & supp. in ceteras res, de quibus loquemur tempore magis idoneo, si velimus/aut potius volemus (quando. i. aliquando scribere de re militari, vt de stratagematis, aut de administratione reip. Honesta res. i. pars vtilitatis, quae dicitur honesta, diuiditur in rectū. i. aequum, & iustū & laudabile, vt quod gloriosissum est. Rectū est, quod cū virtute. & officio fit. i. cum debito effectu, aut debito modo faciendi, id. s. rectum diuiditur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & modestiam. i. temperātiam. Prudentia est calliditas. i. callida circūspectio, quae potest habere delectum. i. discretionem eligēdi, bonorum. & malorum, quandam ratione. i. consideratione iusti ac iniusti, debiti, ac indebiti. Et prudentia dicit item. i. similiter scientia huiusmodi. i. certi artificii. vt qui in arte aliqua praestat, vulgo prudentes dicuntur, & prudentia appellatur memoria, multarum rerum & vsus complurium negociorum, non q in memoria rerum sit prudentia, sed q per talem memoriā prudentia acquiratur, nam prudentia dicitur quasi prouidentia à pro. i. ante aut procul videndo sed qui praeteritorum memores sunt & ex aliis futura prospiciunt. prudētes sunt vt Vlysses apud Homerum, qui mores hominum multorum vidit. & vrbes. Iustitia est aequitas, ius vnicuique tribuēs pro dignitate. i. sm dignitatē cuiusque, vnde proprie iustum dicit quod neque plus, neque minus quam rectum ac debitum est continet. vnde & substantiuae iusta dicunt talis mensura Fortitudo est appetitio sup. recta (aliter. n. non esse species recti) rerum magnarum. i. difficilium. quos non aggrediantur nisi magnanimi, & contemptio. i. vilipensio, rerum humilium. i. abiectarum, eo q faciles vnicuique sunt, aut in honesti rationem habent, & est perpensio. i. cōmensuratio perspicax, laboris cū ratione vtilitati. Sunt. i. hae quatuor virtutes Cardinales sic cōnexae, vt qui vnam complete habet, omnes habeat, non. n. est vera fortitudo, sine iustitia, prudentia, & temperantia, nec illae sine hac, & ceteris. Modestia est continens moderatio. i. temperantia cupiditatum, in animo. i. affectione. Post descriptionem partium recti docet earundem vsum dicens. Nos vtemur in dicendo partibus prudentiae, si conferemus. i. comparabimus cōmoda cum incommodis cūm. i. quando nos cohortabimur sequi alterum, videlicet, commodum, & vitare alterum, videlicet incommodum. Sunt qui legant vitari, quomodo necesse est, vt sequi passiue legatur quod quia inferrum est malum legere vitare. Aut si in qua re, nos cohortabimur aliqd. i. aliquā rem, cuius rei nos poterimus habere scientiā disciplinabilem, ostendemus quomodo, aut qua ratione oporteat, quidquid. i. vnamquanq; rem fieri. Aut si suadebimus quippiam. i. aliquā rem, cuius rei gestae nos poterimus habere memoriā. i. vt dicūt subuentionem, aut praesentem, aut audicā, in qua re nos poterimus facile persuadere. i. creditum efficere id, quod velimus. s. persuasum esse, exemplo allato. i. citato, aut deducto. Iustitiae partibus vtemur, &c. Postquam ostendit quae sint species recti nunc ostendit quomodo vtamur etiā earum partibus dicens. Nos vtimur partibus iustitiae, si dicemus oportere misereri, aut innocentiū aut supplicium, & si ostēdemus cōuenire. i. cōueniens esse, gratiam referri. i. vt gratia referatur merentibus. Et si demonstrabimus oportere male meritos. i. q peccauerint vlcisci. i. puniri, aut nos vlcisci. i. punire male meritos. Si nos censebimus. i. iudicabimus, fidem. i. fidelitatem, & sanctā promissionem esse seruādam, magnopere. i. magno conatu. si dicemus oportere leges, & mores ciuitatis seruari. i. obseruari egregie. i. non vulgariter. si dicemus conuenire. i. conueniens esse societates, atq; amicitias coli. i. consociari, & venerari studiose. i. diligenter. si demonstrabimus id sup. ius quod ius natura comparauit. i. construit, in. i. erga parentes, in. i. erga deos, in. i. erga patriā. s. in qua patrati ac geniti, & procreati sumus colendum sup. esse religiose. i. cū timore filiali. (In qua re, quia dicit à natura constitutum, obseruat ordinē quem habet naturalis cognitio, primum. n. cognoscimus, & reueremur, parentes, q nos genuerunt, & aluerunt deinde p eos inducimur in cognitionē. & amorem Dei, tum in amorem patriae, verum post perceptā cognitionem, ratio iudicat, vt primae amoris partes debeantur Deo, proximae nobisipsis, tum patriae, tum parentibus, ita vt si parentes contra patriam pugnent, praesertim iniqui eos non iuuemus, natura tamen refragetur si oppugnemus, tū ceteris necessariis, qui amici quoq; sint, tum amicis acquisitis, cū ceteris bene meritis, tū omnibus propter Deum, quo ordine, & pondere Deo placuerit) si dicemus, hospitia. i. iura hospitalitatis, aut hospites ipsos (sicut sentētia, & ministeria, pro seruis, & ministris passim legimus) clientelas. i. clientes, hoc est, nos colentes, & se fidei nostrae credentes. Cognationes. i. nobiscū natos

co

eo q̄ sint eiusdem sanguinis, affinitates.i. legitimas necessitudines. esse colendas caste. inuiolabiliter. Animaduerte puer solecta aduerbia, magnopere egregie. studiose. religiose. caste suis quibusq; aptissime contributa. Si nos ostendemus. neminem & præcipue iudicē oportere.i. decere. deduci.i. seduci. & deuiare. à via recta. nec precio. nec gratia.i. fauore alicuius. nec periculo.i. metu. qui oritur è periculo. nec simultate.i. odio latere. Si dicemus conuenire.i. conueniens esse. ius æquabile.i. quod pares pari mercede, & honore prosequitur. statui.i. constitui. & seruari in omnibus.i. iudicijs, aut rebus. Si nos censebimus.i. existimabimus, quam id aliquem rem esse faciendam.i. tractandam. in concione.i. conuocatione populi, aut in consilio.i. seniorum, & prudentem, nos ostendemus eam sup esse iustā his atque huiusmodi partibus iustitiæ. & ostendemus eam esse iniustam contrarijs. s. partibus, & sup. ita.i. hoc modo fiet, ut nos simus comparati.i. instructi eisdem. aut iisdem locis.i. argumētorum sedibus, ad suadendū aliquid. s. aliquid esse iustum, & dissuadendum.i. ad suadendum non esse iustum, aut ad dissuadendum ne fiat. quoniam iniustum sit. & hæc de partibus iustitiæ. Si nos dicemus, quid.i. aliquid esse faciendum causa fortitudinis retinendę, nos ostendemus oportere res magnas, & excelsas sequi, & appetere. vbi secundum Vallam videtur dicendū expeti. Nam expetimus honesta, appetimus placentia Et item .i. similiter ostendemus oportere viros fortes contemnere res humiles.i. abiectas, & cōtemptibiles. quasi humi prostratas (vnde humile apud doctos in contemptum sonat. Apud Ecclesiasticos autem humiliatos pro modestia videtur accipi. forte q̄d nulla humiliatio erga Deum quæ à nobis in obsequium suis nimia fiat) & propterea quod humiles sint. indignas sup. esse viris fortibus nec.i. & non, & indicare eas non esse idoneas.i. dignas dignitate sua. vbi idoneas cum ablatiuo construuit, si vera est lectio. Item nos ostendemus à nulla.i. non vlla. non oportere deduci ab vlla re honesta, ob.i. propter magnitudinem periculi, aut laboris, & ostendemus oportere, mortem haberi id est, reputari, antiquiorem.i. chariorem, sicut amicorum antiquissimus quisque merito carissimus fit, turpitudine id est, potius amandam mortem quam turpitudinem ad se admittere: vnde Iuuenal.

Summum crede nefas animam præferre pudori:
Et propter vitam, viuendi perdere causas.

Et oportere nullo.i. nō vllo, nō cogi vllo.i. quātumuis magno dolore, vt recedatur ab officio.i. debito exercitio, aut facto, & nullius.i. non vllius oportere non metuere inimicitias vllius. s. quantumcunq; magni aut chari. pro veritate rei, quia vt Fauorinus apud Gell. docet. Amicis inseruiendum est vsque ad deos, vnde illud, Amicus Socrates, Amicus Plato, amicior autē veritas. Modestię partibus. Quarto loco docet vti partibus modestiæ d cens. Nos vtemur partibus modestiæ.i. temperantiæ, si nos vituperabimus, nimias libidines.i. voluptates, & appetitiones honoris, pecuniæ, & similiū rerum. Et si nos definiemus.i. limitabimus, vnamquanq; rem certo termino naturæ, Si nos ostēdemus id quod satis sit cuique.i. vti. cuique, & dissuadebimus.i. dehortabimur progredi nimium.i. vltra naturæ limitem & statuemus.i. constituemus vnicuiq; rei modum.i. mensuram & moderationem Huiusmodi sunt partes virtutis amplificādæ est dilatandæ. si suadebimus, & attenuandæ.i. imminuēdæ si dehortabimur ab his.i. si dissuadebimus. faciendæ videlicet, vt hęc demonstraui supra.i. paulo ante amplificando, attenuēter. Nā nemo erit qui sentiant recedendum à virtute, verū.i. sed, quia non possumus virtutē vituperare, aut res dicētur non esse eius modi.i. tales; vt nos possimus expetiri sup. in eis egregiam virtutem, aut virtus ostendatur constare potius in contrarijs rebus quam in his rebus, quas. s. vituperabimus. Item si poterimus, quo.i. aliquo pacto.i. modo: nos demonstrabimus, id quod is qui contradiceret vocarit iustitiam esse ignauiam, & inertiam ac liberalitatē paruam.i. iniquam largitionem. Item qua. s. habitudinem ille qui contradicit appellarit prudentiam. Nos dicemus esse scientiam ineptam, & garrulam, & odiosam. Et nos dicemus eam. s. habitudinem animi quam ille dicet esse modestiam, esse inertiam, & negligentiam dissolutam. Et appellabimus eam s. qualitatem animi quam ille nominarit fortitudinem, gladiatoriam. s. artem secundùm quā potius studio nocēdi, quam sui protegendi dimicatur, & ita inconsideratū.i. quod rectum sit non finitur quis considerare. Laudabile. Prosequitur tunc alterum genus honesti, quod laudabile vocat describens ipsum ac dicēs, Laudabile est quod conficit.i. consummat facit commemorationem honestam, &.i. simul presentem & .i. simul consequentem. Nos separauimus. s. nunc, hoc. s. laudabile. à recto non sup. ideo quòd.i. quia hæ quatuor partes quæ subijciuntur sup. vocabulo recti, videlicet prudentia, iustitia, fortitudo, & modestia, non soleant dare hanc commemorationem honestatis, quam laudabile conficere dixit, sed supp. quòd quanquam laudabile nascatur ex recto, tamen in dicendo ex tractandum seorsum ab illo. s. recto. Enim pro quia. neque conuenit sup.i. nos sequi rect m, solum.i. duntaxat causa laudis, sed si laus consequitur.i. simul sequitur, tunc sup. voluntas recti appetendi.i. expetendi duplicatur. Igitur cum demonstratum erit id. quod in delibera ione est esse rectum, nos demonstrabimus esse laudabile.i. dignum, vt laudetur, aut ab hominibus idoneis, vt si qua.i. aliqua res placeat ordini digniori, quæ improbetur ab ordine deteriori.i. minus bono, & digno. aut esse laudabile, seu laudatum ab aliquibus socijs. scilicet. Romani imperij, aut omnibus ciuibus. sup. nostris, & sup. nationibus externis.i. peregrinis. que. pro &, posteris nostris.i. qui post nos futuri erunt. sup. laudabile fore. Cum diuiso locorum sit huiusmodi in consultatione tractatio totius causæ est aperienda breuiter, & sup. licebit exordiri vel à principio, vel ab insinuatione, vel iisdem rationibus, quibus sup. exordiri licet in causa iudiciali de qua supra dictum est. Si cuius rei &c. Ostendit in genere deliberatiuo posse exordiri iisdem rationibus, quibus in iudicialibus, nunc de ceteris orationis partibus idem declarat, & primo de narratione dicens, Si narratio, cuius.i. alicuius rei. incidet sup. in deliberationem, oportebit narrari eadem ratione, qua. s. in causa iudiciali. quoniam vtilitas scilicet quæ honestum complectitur. est finis in eiusmodi causis tam iudiciali quam deliberatiua. Ea. s. vtilitas diuiditur in rationem tutam atque honestam Si nos poterimus. s. præstare. vtrum. s. tam tutum quam honestū, nos pollicebimur. nos demonstraturos esse in dicendo, vtrunque. Si nos demonstraturi erimus alterum s. aut tutum tātum, aut honestū tantum, cum vtrunq; nos possimus, nos dicemus simpliciter.i. sine mentione eius. quod demonstrare nō possimus, id q̄d sumus dicturi, siue sit tutum, siue honestum. Tutum vocat perite, quod imperiti dicunt securum, ex magna manu debellare potentem regem non est tutum, ubi ineptius dicas securum. At si nos dicemus nostram rationem esse tutā, vtemur diuisione.i. diuidēdo tutā partem, in vim.i. potentiā, & consilium pro quo prius dolum dixit, cuius rei nunc rationem affert dicens. Nam id quod nos appellauimus in docendo.i. præcipiendo cū doceremus artem, dolum causa rei dilucidandæ.i. aperiendæ, & declarandę, appellabimus honestius in dicēdo.i. orando in veris causis. consiliū. Si nos dicemus sententiam rationis nostrę esse rectā.i. iustam, licet non tutam: (si tamen non sit tuta, id tacebimus) & supp. si omnes partes recti incident supp. in eam, nos vtemur ratione quadripartita.i. in quatuor partes recti diuisa. si supple non omnes incidens, nos exponemus in dicēdo. sup. tot quot erūt. Nos vtemur in confirmatione, & confutatione. s. deliberatiua nostris locis, quos ostendimus ante. videlicet contrarijs confirmandis, & confutandis. s. rebus ad aduersario, hoc est si aduersarius vtatur confirmatione, nos vtemur confutatione dictorum eius, & contra si vsus fuerit confutatione nostrorum, nos vtemur eorundem confirmatione. Videri potest hic varius esse ordo cum sensus apertus sit: nam sunt qui dicant, vtemur locis confirmandi contrarijs supple locis confutandi, sed quia omnes textus (quos quid viderim) habent confirmandis, & cōfutandis, dicam, vt petitur: aut potius ablatiuos in designatione seque æ positos. quibus & sæpe, & decenter vtitur Cicero. vt in primo officiorum, & ita erit ordo. vtemur locis confirmādis. s. nostris.i. ad nostra confirmanda contrarijs.i. qui loci sint contrarij confutandis. s. dictis aduersariorum.i. ad dicta eorum cōfutanda. Argumentationis &c. Docet quomodo in deliberatione vtendum sit argumentatione dicens. Ratio tractandæ argumentationis artificiosæ.i. ex arte factæ, patet de secundo lib.i. ex iis quæ dicta sunt de argumentatione in causa iudiciali, quia similis est. Sed si acciderit, vt in consultatione, sententia sit alteri.i. id est vni deliberantium, aut cōsultantium a ratione tuta, & alteri.i. aduersario eius, ab honesti.i. s. ratione. vt sup. accidit. in deliberatione eorum, qui circunsessi à Pœnis.i. Carthaginen. siue in oppido Casilino, siue Saguntino (de quibus Franciscus) deliberant quid agant, an tutum esse sese dedere, cum sit honestum pro fide conseruanda mori: Qui suadebis, (scilicet apud taliter obsessos, vt necesse sit sese dedere, aut fame perire) sequi rationem tutam, vtetur his locis, dicet supple nullam rem esse vtiliorem. incolumitate, id est salute, & sospitate, & supple neminem posse vti virtutibus, qui non collocarit suas rationes in tuto, nec quidem, id est non etiam deos, qui

maximo

quilibet gladiator habuerit si nō erūt, præter formam omnia ipsius culpa, & intemperātia nō fuisse dicemus. Deinde reuertemur ad extraneas res; & in his, animi q̄ uirtutes, aut quæ vitia fuerint, considerabimus; diuitiæ an paupertas fuerit, & q̄ potestas, quæ gloriæ, quæ amicitiæ, quæ inimicitiæ: & quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit cuius causa susceperit inimicitias; qua fide beneuolentia, officio gesserit amicitias; in diuitiis qualis, aut in paupertate cuiusmodi fuerit, quēadmodum habuerit in potestatibus gerendis animū: si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit cuiusmodi res mortē eius sit cōsecuta. Ad oēs aūt res, in quibus animus hominis maxime cōsideratur, illæ quatuor animi virtutes erunt accōmodādæ, vt, si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudēter factū esse dicamus: si vituperemus ē cōtrario. Perspicuū est iam nimirū ex hac dispositione, quemadmodū si tractanda tripertita diuisio laudis, & vituperationis, si illud etiam assumpserimus, nō necesse esse nos omnes has partes in laudem aut vituperationem transferre; ꝑpterea ꝙ sæpe ne incidunt quidem; sæpe ita tenuiter incidunt, vt non sint necessariæ dictu. Quapropter eas partes, quæ firmissimæ videbunt, legere oportebit. Conclusionibus breuibus vtemur, enumeratione ad exitum causæ: in ipsa causa crebras, & breues amplificationes interponemus per locos cōmunes. Nec hoc genus causæ, eo quòd raro accidit in vita, negligentius considerandum est. neque enim id, quod potest accidere vt faciendum sit aliquando, non oportet velle quam accommodatissime posse facere. Et si separatim hæc causa minus sæpe tractatur, at in iudicialibus, & in deliberatiuis causis sæpe magnæ partes versantur laudis, aut vituperationis. quare in hoc quoque genere causæ non nihil industriæ consumendum putauimus. Nunc, absoluta nobis difficillima parte rhetoricæ, hoc est inuentione perpolita, atque ad omne causæ genus accommodate; tempus est ad ceteras partes proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

CAP. QVONIAM hæc causa diuiditur in laudem, & vituperationem, quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis rebus) In laudi contrariis. Dignitas valetudo, & quæ contraria sunt, si vituperare voluerimus. [Erit igitur hęc confirmatio, & confutatione nobis) i. ex his locis cōfirmationis, & confutionis licebit nobis sumere argumenta, sicut paulo post ostendetur. [Ab nostra, si laudabimus) Si nos ipsos mediocriter, & quantum locus ipse expostulet, laudabimus. [Aut officio facere) Ostendemus si nos officiosos esse demonstrabimus. [Quod causa necessitudinis intercedat) Quod ad laudcodum venerimus, ob necessitudinem, & affinitate, quę videlicet nobis intercedat. [Aut studio) Aut quod talis sit eius quē probare velimus virtus, vt ab omnibus eā probari maxime conueniat. [Qualis noster animus sit) Quia dum probādos maxime laudare videri volumus, nostram personam reddimus gratiorem, & eo magis, si animum aduersum omnes huiusmodi esse ostēdamus. [Quòd ita tractati simus:) Vt de eis bene loqui nobis conueniat, & ad nos maxime de eis dicere attineat. [Vnica malitiam) Quę in uno solo quem vituperemus sit. [Aut quòd placeat ostendi) Quod ei delinquere placeat, & postquam deliquit, vt sciatur quod nobis id sicut, & ceteris, vehemēter displiceat. [Ea. quæ videbimus) Contraria, subaudiendum his, quæ iam retulimus. [Paucis rebus commutatis) Dici posse dicemus sed non dicemus verbis paucis posse dici, dicemus aūt posse diciea quæ videbimus contraria. [Paucis verbis commutatis) Hoc est cū pauca ex superioribus laudibus verba commutauerimus. Ordinem cum in vituperatione teneamus, quem in laudatione tenendum esse diximus. [Vt paulo ante supra exēpli causa) Quo res fieret clarior, exempla subiecimus. ꝙ pacto reprehendere oporteret. Vt enim nobis vituperandum esset, cū à nostra persona locos ostendemus, exemplo demonstrauū est [Quoniam nō apud ignotos laudemus, nos monēdi cā pauca esse dicturos:) Cuiusmodi in Cluentiana ferè illud est. qui P. Octauio ingenio prudentior? iure peritior! fide, religione, officio diligentior aut factior cōmemorari potest! quis cōsilio constantior! quis iudiciorum, aut eius dignitatis quā in iudicus publicis præstare oportet colentior? Longū est de singulorum virtute ita dicere. quæ qa cognita sunt ab omnibus verborum ornamenta non quæritur. nisi quod hic Cic. de exordio loquitur, illic in cōfirmatione illa refert. Vnde etiam breuiter P. Octauii decurrit laudes, quod in exordio nō refert. [In eodē virtutis studio sint) Eodem studio detineant virtutis, illi, apud quos laudemus, siue literarium illud studiū sit, siue quodcūq; illud. [Iis quibus velimus) Apud quecunque huius facta velimus memorare. [Quoniam norint) Quia eius scelera cognouerint. Et quæ similes sententias habebunt, qbus sentētiis cōtraria sumuntur à vituperatione [Principio tractato. tū ab re, tum ab aliqua harū, quas ante cōmemorauimus, rationū, narratio non erit vlla, quæ necessario) Eas rationes, & in orationibus aliorū, & per se poterit qlibet inuenire. [Ab externis rebus genus in laude, qbus maioribus natus sit) Scire illud hic oportet, nō omnia quæ extra nos posita sint, quęque accidere hominibus soleant, necessario laudari, qđ habuerit ea, sed qđ his honeste aliquis vsus sit, & quod hæc certissimum morū faciant experimentū. Aut enim meliores propter hæc, aut peiores sumus, vt Salustius in M. Tullium: Leges, inquit, iudiciaq. R. Pop. defendit, atq; ita moderatur quasi vnus sit relictus è familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non repertitius accitusque, & paulo ante insitus huic vrbi ciuis. Pro se ipse respondet Cicero: Ego meis maioribus virtute mea præluxi, vt si prius noti nō fuerint, à me recipiant initium memoriæ suæ. Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas effudisti tenebras, vt ēt si fuerint egregii, ciues certe venerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos viros obiectare, satius est enim me meis rebus florere: quā maiorum opinione niti, & ita viuere vt sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Illud etiam in hoc est considerandum, num ea q̄ à nobis effertur laus, alicui accidat ꝑsonę generaliter aut certæ alicui generaliter, vt si laus, hominis laus, religionis, iustitiæ, prudētiæ, ingenii, & similiū, certo alicui, vt puta Socratis, Aristotelis, Platonis est. Loci laudis, & vituperationis rerum externarum sunt gens, vt Latinus, Græcus, Barbarus: ciuitas vt Romana, Atheniensis & quæ ꝑis clara domus, vt Aemiliana, Cæsariana. dicemus etiā, si qđ euenit vel ex somniis, vel signis, vel huiusmodi prænunciationibus. Victus laudabitur: vt in Achille quod ferarum pastus sit crudis visceribus. Item ludare possumus à iusto, vtili, possibili, decenti. A iusto, vt iustum est ducere vxorē, & quod a parētibus accepimus reddere vtile. multa .n. commoda ex nuptiis accedere ostendemus. Possibile, quod ante nos omnes fecerunt & nunc faciunt, nos quoque posse facere. Decens, quod nō more ferarum in latebris, & sine lege nobis degere liceat. Ab eisdem locis hæc acute referelle poterimus. Per comparationem etiam quæcunque dicemus, augere poterimus, vt si vrbē vrbi, genus generi, victum victui, & similia compares. Comparantur item animi bona inter se, vt virtutes, cū virtutibus, professiones cū professionibus. Corporis quoque bona, vt valetudo cum opibus. Corporis bona cū animi bonis, vt robur cum ingenio, vel rerum scientia, vt si Achillem cū Homero cōpares, animi bona cum externis, vt si iustitiam vel scientiā aliquā cum opibus, cum nobilitate. Est etiā vbi amplitudo plus dedecoris attulerit. vt Galbæ Romanum imperiū, quòd priuatus maior visus est, & capax imperii. Nam quod prius sapientia esse, & ob natalium claritatem metusq. tēporum in eo putabatur, segnities comperta est. Idem de ceteri bonis, ne singula enumerare laborem, intelligendum est. [Si bono genere, parem aut excelliorem fuisse) Subaudiendū, qua eius maiores extiterint. [Ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse præsidium) Sicut Ciceronis ipsius exemplum supra retulimus. [Si malo) Subaudiendum genere. [Non, quemadmodum ceteris) Nam multis, sicut Paridi, forma detrimento fuisse scribunt. [Vires) Corporis robur. [Honestus) Quando non omnino honestus quidem, sed cogentibus alienis præceptis, com

parata

parata esse dici possunt. [Si valetudo) Bona intelligatur, nã medium verbum est. [Ex perpetua diligentia, & tẽperantia cupiditatũ) Quod, quia cupiditates suas diligentius, & tẽperãtia compescuerit, bonã conseruauerit valetudinem. [Quę casu, & natura) Quod non sua diligentia, & tẽperantia validus sit, sed quod in casus tulerit, ita natura eũ produxit, quemadmodum etiam gladiatores, & multos alios esse videmus. [Si non erunt preter formã omnia) Sit formosus, sed dicatur imbecillis, idq. ipsius culpa, & intemperantia, tum non culpandã esse naturam, & similia. Est.n. vbi forma vituperẽ, si videlicet quoquo modo intemperantiæ iuncta sit, & imbecillitati. vt aput Homerũ in Paride, δύσπαρι εἶδος ἄριστε γυναιμανὲς ἠπεροπευτά. Est ẽ vbi forma iuncta simpliciter imbecillitati etiã naturali culpetur, vt de Nireo rursum apud Homerũ. Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα· ἀλλ᾽ ἀλαπαδνὸς ἔην. Et quid fortiter in inimicitiis gerundis) Sustinendis. Nã, vt Varro inquit, cũ imperator res genere dicitur in eo, neque agit, neq; facit, sed gerit. i. sustinet. translatũ ab his, qui onera gerunt, cũ sustinet. [Cuius causa susceperit inimicitias) Vt tamen probari, vel id improbari sciamus. [In diuitiis qualis) An munificus; liberalis, aut secus, aut in paupertate cuiusmodi fuerit) Num continenter vixerit, nec aliena rapere affectauerit. [Cuiusmodi mors eius fuerit) Num eius mortẽ res aliqua secuta sit, vnde possit laudari aut vituperari. si quæ forte, vt in Cæsaris morte, portenta apparuerint. [Vt, si laudemus, aliud iuste) Vt si tribuit vnicuique quod suum est. Et quoniam iustitiam sequuntur, innocentia, amicitia, concordia pietas, religio, obseruantia, humanitas, & similia, eos partes tractari conueniet. [Aliud fortiter) Vt se animum supra omnia gessit pericula, nihilque nisi turpe timuerit. in secundis rebus cupiditatibus resistere potuerit, & aduersa constanter tolerauerit. & quę fortitudinem sequantur decurramus. vt magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificẽtiam, constantiam, tollerantiã; sanctum, & inuiolabile recti propositum. [Aliud modeste) Vt si nihil occuluisse, qui pœnitendum esset, ostẽdemus, & in nullo moderationis legem excessisse, & sub rationis iugo cupiditates domuisse, & quæ modestiam comitantur percurramus, abstinentiam, temperantiam, continentiam, verecundiam, castitatem, pudicitiam, honestatem, moderationem, parsimoniam sobrietatem. [Aliud prudenter) Vt prouidisse prius omnia, & intellexisse eum quam quid quam ageret dicamus, & quę prudentiam sequuntur, omnia perspexisse. Velut si circumspectus fuit, si prouidit, si docilis, si cautus, si consilio plenus ad agendum venit. [Si vituperemus, è contrario) Omnia superioribus contraria afferemus vitia, vt dolori cupiditatiq. cognatas consentaneasq. passiones, emulationem, inuidiam, maleuolentiã, obtrectationem, & similia in eum proferemus. voluptati aũt, in alienis malis ei semper gaudium fuisse, iactantiam de se, & gloriæ vanitatem, fugam sæpe ob scelera meditatum, formidine metuque concussum, & nihilominus sæuitiam, feritatemq. & his proxima, in eum quem vituperare volemus cõgeremus. Vbi custodiendum, ne fortiori coniungatur infirmius, vt sacrilego, furi. homicidiæ, corruptor. nanq; sensus hominis à paruo in maius debet insurgere. Sed hæc ad elocutionis præceptu attinent. [Non necesse esse nos omnes has partes in laudem aut vituperationem transferre) Monet Herennium, quid sit in has præceptione tenendum. dicit enim, non oportere eum existimare, quæ de laude, & vituperatione dixit, omnia vnam in orationem transferenda simul esse, sed ea dũtaxat, quæ viderit cõgruere. [Quæ firmissimus videbuntur) Ad laudandum vituperandum ve. [Legere) Colligere oportebit. [In ipsa causa) Propter quam ad vituperandum venimus. [Crebras & breues amplificationes interponemus per locos communes) Velut si in sacrilegum communi ex loco dicas, deorum enim placatorũ prudentia custoditur respub. violatorum vero ira corrumpitur, & sic progrediemur: Quæ cum ita sint, quantũ iste scelus admisit? vt nimirum rem exponamus, non quasi docentes, sed quasi exaggerantes. quod vniuersæ nocuerit ciuitati, & cõmunibus, & priuatis rebus. & timendum, ne tale scelus consequatur sterilitas frugum, ne hostium superemur armis, & similia. Velut in Salustium ipse Cicero, desine bonos petolantissima cõsectari lingua, desine morbo procacitatis isto vti, desine vnũ quenq; moribus tuis existimare. His moribus amicum tibi efficere non potest, videris enim uelle inimicum habere. [Per locos cõmunes) Vnde similiter nobis dicere tali in re conuenit. De his supra abunde dictũ. [Raro accidit in vita) Quod oune raro accideret, aut laudare, aut vituperare quenquã non sæpissime. [Vt faciendum sit aliquando) Si quidem aliquando, non sæpe. in genere demonstratiuo sic consumuntur orationes, quæ licet raro fiat, non oportet tamen id negligere. [hæc causa minus sæpe tractatur) Non admonium frequenter agitetur. [At in iudicialibus, & deliberatiuis causis sæpe magnæ partes versantur laudis, aut vituperationis. quare in hoc quoque genere causę. Probat, demonstratiuum tum propter se, tum propter iudicialem, & deliberatiuam causam esse necessarium. quod in eis generibus sæpe laudandum multa nobis occurrant.

† DE genere demonstratiuo) Vide Fabium lib. 3. cap. 9. Rodolphum lib. 3. cap. 13. Trapezontium lib. 4. [Laus igitur potest esse rerum externarum; & corporis, & animi) Mirum est, cur hunc in ordinem in recensendis bonis seruet, cum inter triplicia bona vel maxima excedãt quę sunt animi, quę, & vera esse, & sola ab Aristotele recte existimata sunt. Nisi ob id dicamus hæc duo, & fortunę, & naturæ bona pręcedere, quod ipsa virtus in earũ rerũ vsu, & moderatione maxime cernitur. † Dignitas, τὸ ἀξίωμα τοῦ Græci vocant, i. venerandum oris maiestatem, qualis in Pompeio fuit, & quã Cicero etiam dignitatem vocare solet. † Ab nostra, si laudabimus, dicemus) Vt est Nazianzeni in Basilium, debere se laudare tum propter amicitiæ rationes, tum propter memoriam pulcherrimarum virtutum, tum ut habeat ecclesia exemplum optimi, & sanctissimi episcopi. Ceterum narratio, sicut nunquam ferè incidit, cum laudamus cuius facta nota sint, ac sola amplificatione indigent, sic semper inuenitur, cum quod fecerit ignotũ sit, quę non vno in loco tota, vt in aliis generibus cogitur, sed passim, vt quidquam amplificandum est, breuiter narratur. hęc Trapezontius lib. 4. [Petemus vt cognoscant) Alias, ignoscant. † Diuisione hac vtemur) Ea vtemur commode, si naturã eius rei, quã laudamus, diligenter quibus constat, considerabimus. Non. n. oportet, vt plurimi putant, quoniam omnis demonstratio aut ex rebus, quas externas appellant, aut ex iis quę corpori aut animi attribuuntur, in has partes semper orationem distribuere. Nam & fastidium auditoribus pareret si sæpius fieret, & ignorantiæ vitium non euitaret, si quis re naturam relinqueret, & his communibus semper esse occupatus. Quare optimum factum erit, cum omnia, quibus facile absolui possit causa, considerauimus ea reducamus in paucis, quædam genera. Vt si poeta aut orator laudandus est danda est opera vt intelligamus, & quibus rebus poeta eximius, aut eloquentiss. orator ad tãtam facultatem profectus sit. quæ omnia ad quã pauciora maxime possumus, reducemus. Deinde vnunquodque eorum, si pluru diuiditur, suis locis distribuemus. Sic pro Pomp. fecit Cicero, in qua summas imperatoris laudes persecutus est. Vide Trapezontium. † Quomodo ab animo tractata sint) Faciunt quæ scribit Fabius. Omnia, inquit, quæ extra nos bona sunt, quæque hominibus forte obtigerunt, nõ ideo laudantur, ꝙ habuerit quis ea, sed quòd his honeste sit vsus. Nam diuitiæ, & potentia, & gratia cum plurimum virium dent in vtranque partem, certissimum faciunt morum experimentũ. Aut. n. meliores propter hæc, aut peiores sumus, animi semper vera laus est. Sed non per hoc opus via ducitur. Nanque alias ætatis gradus gestarumque rerum ordinem sequi speciosius fuit, vt primis animi lauderur indoles, cum disciplinæ, post hoc operum. i. factorum dictorumq. contextus. Alias in species virtutum diuidere laudem fortitudinis, iniustitiæ, continentiæ, ceterarumque, ac singulis assignare, quæ secundum quanque earum gesta erunt. Hæc ille. [Ab externis rebus) Miror autem cur non addat, & nomen, vt Cato sapiens, & nationem. vt Græcus, & patriam, vt Atheniensis, affectionẽ, vt equorum, canum, armorum studium, vt medicus, orator conditionem, vt seruua, addictus, conditionem aliam quæ ad liberos spectat, vt nupta, adoptiuus, abdicatus, & ceteras circunstantias, quæ subinde oratori uptissima, vel ad laudem, vel ad vituperationem argumenta subministrant. † Conclusionibus breuibus vtemur, enumeratione) . i. vt breuiter quæ in tota oratione dictu sunt, colligantur. [Nunc, absoluta nobis) Transitio an aliu præcepta.

QVoniam hæc causa, &c.) Primo loco dicit quod genus demonstratiuum diuiditur in laudem, & vituperationem, quę quia contrarię sunt, oppositorum autem eadem est disciplina, ideo cõtrariis vtemur in laudatione, & in vituperatione. Deinde ostendit in quibus laus consistat, Ordo autem est. Quoniam hæc causa. s. demonstratiua ad quam paulo ante dixit transeundum esse diuiditur in laudem, & vituperationẽ; tanquã in obiecta, aut in fines præstitutos, ex quibus rebus cõstituerimus laudẽ ex contrariis rebus vituperatio erit comparanda. i. obtinenda, & acquirẽda. Igitur quia satis fuerit alterũ docuisse,

docuisse. Laus, poterit esse rerum externarum.i.bonorum extraneos positorũ, vt sunt bona fortunæ, & corporis, & animi. Theologi tria bona enumerant, summa quibus non cõtingit, abuti, vt charitate, & ceteris virtutibus animi dummodo virtutes maneãt media vt corporis, & infima, vt externa, quibus, & bene, & male vti contingit. Ea sup. bona, aut mala rerũ externarum, sunt quæ possunt accidere.i.contingere alicui secũda aut aduersa, casu aut fortuna.i.à casu, & fortuna vt genus.s.clarũ, educatio.s.accurata, aut inter bonos, diuitiæ, s. magnæ potestas magna. Gloria.s.patria, ciuitates.s.bonæ in quibus nati sumus, aut quibus donati sumus, quia beati putanť qui bonas habitãt vrbes, præsertim si sint in eis ciues amicitię, & quę sunt hmōi. & ea quę sunt his contraria, vt ignobilitas generis, sordida educatio, paupertas, seruitus, infamia, nasci in locis desertis, inimicitiæ. & similia quæ ad vituperationẽ faciunt, quæ omnia pertinent ad bona, & mala externa, quia sine nostro merito contingere nobis possunt, & sine culpa nõ cõtingere aut auferri, prosequitur etiam corporis bona dicens. Ea commoda, aut incõmoda sunt corporis.i. pertinent ad corpus, q natura attribuit corpori, vt sunt velocitas.i.agilitas, & celeritas i cursus, vires.i. robor membrorũ dignitas.i.speciositas, & honesta pulchritudo mẽbrorum per quã quis redditur dignus prælatura, iuxta quod dictum est ꝙ species Priami digna fuit imperio, valetudo.i.sospitas, ac firmitas. & sup. similia quę pertinent ad laudẽ & quæ sunt cõtraria, vt corporis debilitas, indignitas, aut deformitas. Mala valetudo, &c. Quæ pertinet ad vituperationem. Animi sup. bona, & mala sunt ea quę cõstant cõsilio, & cogitatione nostra, vt prudentia, iustitia, fortitudo, modestia, q sunt laudis, & q̃ sunt contraria, vt imprudentia iniustitia, timiditas, aut meticulositas quæ spectãt ad vituperationẽ. Igitur hæc.i. huiusmodi confirmatio, aut confutatio erit nobis s.in genere demonstratiuo. [In huiusmodi causa, &c.) Docet primo quomodo in demõstratiuo sumetur principiũ, prosecuturus, & reliquas partes. Ordo autẽ est principium in huiusmodi causa.s. demõstratiua, aut à persona nostra, aut à persona eius de quo loquemur, aut à persona eorum qui audient, aut ab re. Ab nostra supp. persona sumemus principium si laudabimus sup. aliquem, dicemus ꝙ verbum ponitur, sibi ab eius persona, &c. vereri nos dicemus, &c.) Nos facere sup. id, hoc est laudare eum aut officio, ꝙ.i. quia causa necessitudinis.i. obligatio necessaria intercedat.i. media sit inter ipsum, & nos. aut.i. facere studio.i. voluntate studiosa, quod.i. quia is quẽ laudamus sit eiusmodi virtutis, vt omnes debeant velle commemorare, id quod sectum sit.i. laudabiliter factum, quia omnes intendimus ad virtutem gloria, laudataque virtus crescit, & immensum gloria calcar habent, aut velle ostendere ex laude aliorum, qualis sit animus ipsius.i. noster, sic enim Frãciscus intelligit, vt sicut ipse in recto tres continet personas: nam recte dicimus, ipse facio, ipse facis, ipse facit, ita, & in obliquis, vt, & ipsum iudice quæ vellem calamo permisit agresti.i. & me, nec id tantum in primitiuo, sed etiam in deriuatiuo: vt negocium ipsius intelligitur, aut meum, aut tuum, aut alterius. ideo autem ex laude aliorum ostendimus animum nostrum, quia qualis quisque est, & qualia amat, talia laudat, animi etiam candidi est alienã virtutem commendare, videtur tamen in hoc sensu à Cicero. scribendum fuisse, qualis noster ipsorum animus, vnde malũt quidam sit dicere, aut nos velle ostendere ex laude aliorum, hoc est ex nostra qualis sit animus ipsius quem laudabimus, quia si ostenderimus animi nostri seueritatem, & iudicii integritatem, facile constabit nos nolle laudare eum qui indignus sit, & ita ex animo nostro illius quẽ laudabimus animus qualis sit ostendimus, de hoc tamen iam dicam iterum. Si vituperabimus sup. aliquã à nostra persona nos dicemus nos id facere merito, ꝙ.i. quia, ita sumus tractati ab illo.i. affecti iniuriis, aut contumeliis, vt merito cum male dicta recepimus, aut dicemus nos id facere studio, ꝙ.i. quia putemus vtile esse, vnicã.i. singularem, atque incomparabilem malitiam, atque nequitiã eius, quem vituperabimus, cognosci ab omnibus ne videlicet ab eo contaminẽtur, aut circumueniant. aut ꝙ placeat ostendi ex vituperatione aliorum quid placeat nobis. Hoc dictum approbat peiorem constructionem, & sententiam dicti superioris, nam sicut ex aliorum vituperatione quid nobis displiceat ostendimus, ita ex aliorum laude qualis animus noster sit aperiemus. [Ab eius, &c.) Et sup. sumemus principium à persona eius de quo loquemur supp. sic, si laudabimus supp. eum nos dicemus nos vereri.i. timere, vt nõ possimus, consequi verbis.i. exprimere facta illius, quia dicemus, oportere.i. decens, & conueniens esse prædicare.i. commendare, & extollere omnes virtutes hominis illius, & sup. ipsa facta.i.q ipse fecerit anteire.i. superare eloquentiam omnium laudatorum.s.ab eloquentia, aut arte dicẽdi. Si vituperabimus, nos dicemus ea quæ videbimus posse dici cõtraria.s. laudationi paucis verbis cõmutatis, vt demonstratum est paulo supra.i. paulo ante causa exẽpli, vt dicemus, nos vereri, vt non possumus consequi verbis vitia illius &c. Vbi scies huiusmodi verba, caueo, metuo, vereor, formido, & similia, quia important negationem recte poni sine negatione sequenti, vt caue dicas, vel vt dicas, vereor, vt mihi verba desit, &c. quia tamen duæ negationes sæpe non plus efficiunt quam vna, etiam recte poni cum negatione, vt caue ne dicas vereor, ne verba mihi desint, &c. [Ab auditorum, &c.) A persona auditorum sumentes exordium, si laudabimus dicemus (quoniam nihil noui laudemus, & nihil laudemus apud ignotos) nos esse dicturos pauca causa monendi, quia nõ omnium quæ scimus continuo memores sumus, aut si erũt ignoti i. ignorantes, & rerum inscii: nam vt docet Valla lib. 5. ignotus sæpe actiue accipitur. Quintilianus. Ne quis tamen erret ignotus non est filiu mei nouerca. sed mater, ignotus dixit pro ignorans. & pro hospite, & peregrino non pro ignorato, hæc ille. Cuius ratio videtur ꝙ qui ignotus est.i. cognitus, ẽt alios ignorare soleat, nam qui nouus aduenit in cœtum aliquem citius à singulis cognoscitur quam singulos cognoscat. Veruntamen Franciscus legit, siu fuerit ignota, vt sit sin.i. sed si virtus, aut persona eũ laudabimus, fuerit ignota, sed sic diceret ignotus, quia addit virum dicens. Nos petemus vt velint cognoscere talem virum, & sup. dicemus (quoniam ipsi apud quos laudemus. s. talem virum, sint in eodem studio, & diligenti exercitio virtutis, atque.i. sicut aut in quo ille qui fuerit laudatus) sperare nos probaturos.i. persuasuros facile facta huius.s. amici nostri quibus velimus, q.d. viris probatis, & eiusdem virtutis studiosis, vtpote à quibus laudari gloriosum sit. Vituperatio supp. erat contraria.i. contrario modo, quia si notus dicemus nos pauca dicturos monẽdis gratia, sin ignotus, dicemus ab eorum virtute apud quos dicemus maxime abhorrere, abhortari, vt eum vitent. Vnde quoniam norint, supp. & vitia, eius, dicemus nos esse dicturos pauca de nequitia.i. vtilitate, aut libidine eius, ꝙ si ignorent sup. eũ (nunc dicit si ignorent, pro quo prius si erunt ignoti) petemus, vt agnoscãt, vt possint vitare malitiam.s. eius, quoniam illi qui audiunt, atq; illi qui vituperantur sunt dissimiles.s. in moribus. Et dicemus nos sperare, illos supp. qui audiunt, aut nos. sed potius illos improbaturos Vehementer vitam illius.s. postquã nouerint. Ideo dico potius illos, quia de nobis certo scimus, qđ de illis separamus. A rebus ipsi sup. sumentes principium, dicemus esse incertum quid laudemus potissimum.i. maxime omniũ, & dicemus nos vereri ne cum dixerimus multa. (Ecce vereri sequente negatione, pro quia prius, vt subiungit) prætereamus plura. & supp. dicemus ea quæ habebunt similes sentẽtias, quibus sententiis s. ad laudem demonstrandum facientibus, contraria.i. contrariæ sententiæ sumuntur à vituperatione.i. in vituperando. aut à vituperande. [Principio.) Postquam docuit quali principio utendum sit in demonstratiuo. docet quali neratione. & deinde de ceteris qualitatibus vtendum sit. Ordo est, vlla narratio quæ consequatur necessario.i. quam necesse sit subsequi non erit principio.i. non ponetur post principium ab aliqua tractatione.i. quod principium sumptum sit ab aliqua tractatione harum rationũ. s. laudandi, & vituperandi, quas commemorauimus ante. s. paulo, sed si qua.i. aliqua talis narratio, inciderit.i. incidenter interuenerit, cum aliquod factũ eius de quo loquemur sit narrandũ nobis cum laude. aut vituperatione. tũc supple præceptio narrandi repetetur, de primo libro vbi de ea satis abunde præceptum est. Deinde prosequitur de diuisione dicẽs. Nos vtemur diuisione hac.i. huiusmodi, nos exponemus.i. proponemus enunciabimus, quas res laudaturi sumus, aut vituperaturi, deinde dicemus, ordine.i. per ordinem, & quæq; res erit gesta, vel pro, vel quo tempore erit gesta, vt intelligatur, quidquid is quẽ laudabimus, egerit tute, non credendo se suos, & sua periculis, & caute.i. prudenter. Sed oportebit.s. ad plenã laudem, aut vituperationem. exponere virtutes, aut vitia animi, deinde oportebit demonstrare quomodo commoda. aut incommoda corporis, aut rerum externarũ sint tracta ab animo.s. laudando, & vituperando, hoc est quo animo ea tulerit. Nos debemus adhibere hunc ordinem in vita demonstrãda.i. laudanda, aut vituperando. Nam supple genus demõstrabitur in laude ab externis rebus, vtpote quibus maioribus sit natus. Nam si sit bono genere natus, dicemus supple cum fuisse parem, id est æquiparandum virtutem maioribus suis, & ita non

degeoerasse, aut fuisse excelsiorem.i.eos superasse.Si sup.natus sit humili.i.abiecto genere dicemus ipsum habuisse pręsidiũ.i. honestum iuuamen,& fiduciã in suis viribus,non in virtutibus maiorum suorum.In vituperatione,si booo genere sup.sit natus,dicemus ipsum fuisse generi suo dedecori.i.ad dedecus, vt Cicero.in Salustiũ dixit,si sit malo.i.humili,& abiecto,aut ꝑniciosos genere,nos dicemus tñ, nihilominus, & ipsum fuisse his ipsis detrimento.i.ad detrimentũ gloriæ,aut bonorũ,& ita illis nequiorẽ esse.Educatio sup.demõstrabit in laude.i.demõstratione laudis dicendo,videlicet ꝙ fuerit educatos tota pueritia bene,& hooeste in bonis disciplinis.In vituperatione contra.i.econtrario demõstrabitur à vobis dicentibus,ipsom se retraxisse,inde.i.ab honesta educatione.alii addunt aperte.i.manifeste.Alii legunt à parte corporis,sed verior lectio est.A corporis cõmodis vt sit.laudabitur ẽt à commodis.i.bonis corporis.à natura.s.datis in laude,si dignitas.i.decora,& honesta pulchritudo membrorum virilinm sit sup.ei,atq; forma.i.species quasi muliebris sit ei nos dicemus eam fuisse illi laudi.i.ad laudem,& non detrimento atq; decori,quemadmodum sub.sępe fuit ceteris.Si vires atq; velocitas egregia, sopp.sint illi quem laudabimus,nos dicemus hæc cõparata.i.parta,& acquisita illis honestis exercitationibus atq; industriis.i. vt dicũt naturali ingeniositate.Si valetudo perpetua.i.incolumitas, & infirma sanitas,sup.sit ei,nos sup.dicemus eã comparatã,diligentia,& temperantia copiditatum:quod vulgatius dicas seruanda dietam,& ex bouo regimine.In vituperatione. Prosequitur eandem rem dicens.Nos dicemus in vituperatioue,si hæc.i.iam dicta cõmoda corporis,vt dignitas,forma,velocitas, vires,valetudo perpetua erunt sup.vituperãdo, ipsum male vsum.i.abusum his,vtpote qoę habuerit nõ à virtute,vt temperantia sua, sed citra meritum suom,casu,& natura,tanquã supp.esse quilibet gladiator, qui bonis corporis abuti solet. Sin.i.sed si,omnia erunt sup.ipsi quem vituperamus præter formã.i.siue formã.i.si in omnibus docere carebit, nos dicemus id qđ forma caruerit fuisse culpa,& intẽperãtia ipsius. Deinde hoc est post corporis bona,ant mala:nos reuertemus ad res extraneas.i.extra ipsum positas vt sunt bona fortunę.Et cõsiderabimus quę virtutes si laudabimus,aut quæ vitia animi si vituperabimus, fuerint in his.i. io administratione harum rerũ externarũ quæ aut bonæ,aut malę sunt secundũ rationem vtentium eis,vnde ex bonorum fortuitorum vsu ꝑspicitur virtus,& vitiũ animi. & cõsiderabimus ao diuitiæ supp.fuerint illi,an paupertas fuerat illi, & quæ potestates sup.fuerint illi quæ gloria,sup.fuerit illi,& quæ amicitia fuerit illi, & quid fecerit fortiter in gerẽdis inimicitiis,& coosiderabimus, cuius causa susceperit inimicitias,& qua fide.i.fidelitate.beneuolẽtia, & officio gesserit amicitias.& cõsiderabimus qualis fuerit in diuitiis,aut in paupertate, quemadmodum habuerit animum in potestatibus gerendis.Et si interierit.i.mortuus fuerit, & ita post mortem de eius vita differemus, considerabimus. cuiusmodi mors supp. eius fuerit,& cuiusmodi res sit consecuta mortem eius.i.vtpote an dolor parentum,aut publicus,an lætitia. & de consimilibus.Ad omnes autem res.Docet laudando conducere in primis quatuor illas principales virtutes, Iustitiam, fortitudinẽ, modestiam,& prudentiam,& eis in demonstrando magnopere vtendum esse dicens. Autem pro sed,illæ.s.nobilissimę quatuor virtutes animi erunt accommodandæ ad omnes res quibus animus humanus consideratur maxime. i. præcipue: vt si laudabimus dicamus aliud factum esse iuste.i.per iustitiam, aliud fortiter.i. per fortitudinem, aliud modeste.i.per modestiam ac temperantiam(sunt qui legunt honestę; sed illud genus est,nisi dicas hooestatem:pręcipue in modestia conspicuã) aliud prudenter.i.per prudentiam. Si vituperabimus dicemus aliud esse factum iniuste,aliud ignaue.i.non fortiter,aliud immodeste(ergo prius legendum erat modeste)aliud stulte.i.imprudenter, quod potius põnit quam imprudenter, hoc enim priuationem,aut negationem prudentiæ sonat, illud contrarium vitium significat. Perspicuum est nimirum.i.haud dubie (ita vt non sit mirum si id dicatur) iam ex hac dispositione quemadmodum illa tripartita diuisio laudis, & vituperationis.s.à virtutibus,& vitiis animi,à commodis,& incommodis corporis,& rerum externarum, sit tractanda.i.exercitanda, si assumpserimus.i.addiderimus.& monuerimus etiam illud nõ esse necesse,nos transferre has partes laudem,aut vituperationem.propterea quòd sopp.hæc partes.non incidunt.i.noo occurrunt.aut ita tenuiter,id est exiliter,& modice incidunt, vt non sint necessariæ. Quapropter oportebit lege.i.eligere eas partes quæ videbuntur firmissime.i.maxime incidere aut occurrere. Deinde agit de ultima parte orónis dicens.Nos vtemur conclusionibus breuibus,per enumerationem ad.i.iuxta .i. exitum.i.finem,& perorationem causæ. Oportebit autem interponere in ipsa causa.i.dum adhuc tractatur, amplificationes crebras.i.frequentes.& breues,per locos communes.Nec hoc genus causæ,videlicet demonstratiuum. est commendandum negligentius eo quod accidat raro.in vita.s.hominom.Neque non oportet, immo oportet posse velle facere quam commodissime.i.maxime commode. id quod potest videri accidere.i. euenire, vt sic faciendum aliquando.i. quandoque licet raro. Et si.i.licet,hæc causa.s.demonstratiua, tractetur separatim.i. seorsum ab aliis causarum generibus, minus.i.non sæpe.ota. attamen magnæ partes laudis, aut vituperationis(in quibus consistit demonstratio)versant sępe in causis iudicialibus,& in deliberatiuis, quare nos putamus non nihil.i.aliquid aut(per liptotem) multum industriæ conferendum, quoque.i.etiam in hoc genus causæ.s.demonstratiuum.Nunc difficilime parte rhetoricæ, hoc est inuentione perpolita atque accommodata ad omne genus causę,absoluta nobis.i.a nobis.i.postquam absoluimus difficillimam partem rhetoricæ, videlicet inuentionem, &c. tempus est nos proficisci ad ceteras partes orationis. Igitur quia procedendum est, & maxima pars est dispositio, nos dicemus deinceps de dispositione.

DE DISPOSITIONE.

QVONIAM dispositio est, per quam illa, quæ inuenimus,in ordinem redigimus,vt certo quidq; loco pronunciet; videndum est,cuiusmodi rationem in disponendo habere conueniat,Genera dispositionis sunt duo,vnum ab institutione artis profectũ, alterum ad casum temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus, cum sequamur eã præceptionem, quam in primo libro posuimus, hoc est,vt utamur principio,narratione, diuisione,confirmatione,confutatione, conclusione: & hunc ordinem, quemadmodum præceptum est, ante,in dicendo sequamur.Itẽ ex institutione artis non modo totas causa per orationẽ,sed per singulas quoq; argumẽtationes disponemus, quemadmodum in libro secundo docuimus, id est expositionẽ,rationem,confirmationẽ rationis,exornationem,complexionem.Hæc igitur duplex dispositio est,vna per orationes, altera per argumentationes,ab institutione artis profecta.Est autem alia dispositio,quæ,cum ab ordine artificioso recedendum est,oratoris iudicio ad tp̃s accõmodat: vt sit à narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentione, aut à literarum aliquarum recitatione:aut si secundũ principium cõfirmatione vtamur, deinde narratione, aut si quã hmõi permutationem ordinis faciamus:quorũ nihil,nisi causa postulet, fieri oportebit. nam si vehemẽter aures auditorũ obrutæ videbuntur, atq; animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum, commode poterimus principio supersedere,& exordiri causam,aut à narratione, aut ab aliqua firma argumentatione.Deinde si commodum erit,quia non semper necesse est,ad principii sententiam reuerti licebit. Si causa nostra magnã difficultatem videbitur habere,vt nemo æquo animo principiũ possit audire: à narratione cũ inceperimus,ad principii sententiam reuertamur licebit.Si narratio parum probabilis est,exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His cõmutationibus,& translationibus partium sæpe vt necesse est, cũ ipsa res artificiosã dispositionẽ artificiosa

com

cõmutare cogit. In confirmatione, & confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi conuenit habere, firmissimas argumẽtationes in primis, & in postremis causæ partibus collocare; mediocres, & neq; inutiles ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quæ si separatim ac singulæ dicantur, infirmæ sunt, cum ceteris coniunctæ, firmæ, & probabiles fiunt, interponi, & in medio collocari oportet. nam, & re narrata statim expectat animus auditoris, qua re causa confirmari possit. quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem & quoniam nuperrime dictum facile memoriæ mandatur; vtile est, cum dicere desinamus, recentem aliquã relinquere in animis auditorum bene firmam argumentationem. hæc dispositio locorum, tanquã instructio militum facillime in dicendo, sicut illa in pugnando, parere poterit victoriam.

CAP. De dispositione) Vide Quintil. lib. 7. Cap. 1. & vlt. Trapezont. lib. 4. Rodolphũ lib. 3. Cap. 7. & Doctor. 2. de Copia. cap. vlt. { Ab institutione artis profectum) Quam hic vocat artis institutionẽ, Cic. de Or. 2. naturam, & naturalem ordinem appellat, his verbis: Nam vt aliquid ante rem dicamus. deinde vt rem exponamus, post vt eam probemus nostris præsidijs cõfirmandis. contrariis refutandis, deinde vt cõcludamus, atq; ita peroremus, hoc dicendi genus natura ipsa perscribit. Quam vero hic dispositionem ad casum temporis accõmodatũ Cicero, quæ ex oratoris iudicio, & prudentia comparatur, hoc est artificiosum, quod vtilitatis necessitate hic ordo seruari nõ potest, appellat. { A literarũ aliquarum recitatione) Vt si quis Lentolum accuset, quod Allobrogum legatos ad coniurationem inuitauerit, & literas ab eo legati missas habeant. † Si narratio parum probabilis) Exemplum habes in Miloniana. { Translationibus partium sæpe vti) Alias, tum vti. † Tanquã instructio militum) In acie enim nõ iam refert, quantis copiis dimices, quã quo cõsilio instructis, ac dispositis, ita in oratione summum est, non quã optimis niti argumentis, sed quam aptissime dispositis. Proinde non contemnendũ est artificium dispositionis. Ea enim vt Cic. 2. de Orat. ait, tantum potest in dicendo, vt ad vincendum nulla plus possit.

LONG. Quoniam dispositio, &c.) Tractat dispositionem dicens. Quoniam dispositio est illa. s. pars orationis, per quam nos redigimus in ordinẽ ea quæ inuenimus, vt pronunciemus quidq; etc. i. vnumquodq;, aut vnãquamq; rem, certo. i. suo, & debito loco, ideo sup. videndum est, cuiusmodi. i. qualẽ rationem conueniet habere in disponendo. Incipiens autẽ id docere prænuntiat suo more diuisionem dicens. Genera dispositionum sunt duo, vnũ sup. est profectum. i. ortũ, ab institutione artis, i. iuxta artem prius traditam: alterũ. s. genus dispositionis est accommodatum ad casum temporis. i. ad euentũ variũ pro diuersitate tẽporis, & diuersa dispositione auditorũ. Nos disponemus ex dispositione. i. iuxta dispositionẽ artis cum. i. quando nos sequemur eam dispositionẽ, quã exposuimus in primo lib. hoc est vt vtamur principio, narratione, diuisione, confirmatione, cõfutatione, cõclusione, hoc est omnibus partibus orationis, & sequamur hunc ordinẽ in dicendo. i. orãdo, quemadmodum docuimus in secundo libro. i. expositionẽ rationem. i. confirmationem rationis, exornationem, & sup. cõplexionem. i. per orationem. Item nos disponemus ex institutione. i. iuxta, aut per institutione artis. s. rhetoricæ, non modo. i. non solum totas causas per orationem: sed quoque. i. etiam, per singulas argumentationes, quemadmodũ docuimus in secundo libro. i. expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem. complexionem. Hæc igitur duplex dispositio est s. in causis disponendis, vna per orationes, altera per argumentationes, profecta. i. orta. s. vtraq; ab institutione. s. oratoria, id in altera iuxta artem rhetoricam disponemus partes orationis: de quibus dictũ est primo libro, in altera parte argumẽtationis: de quibus in secũdo. { Est aũt alia dispositio, &c.) Prosequitur dispositionem extemporaneam, quæ ad casum temporis accõmodanda est, dicens. Est autem alia dispositio, quæ accommodatur. i. aptatur, & applicaẽ ad tẽpus iudicio oratoris, cum. i. quando, recedendũ est ab ordine artificioso. i. per artem instituto, vt si dicere incipiamus à narratione (& ita prætermisso principio) aut ab aliqua firmissima argumẽtatione, aut recitatione i. relatione aliquarum literarum, aut si vtamur cõfirmatione, secundũ. i. proxime post. s. principium, deinde vtamur narratione, aut si faciamus, quã. i. aliquã. sup. aliã permutationẽ ordinis. s. partiũ orationis, huiusmodi. i. qualis est, cũ ante narrationem ponitur confirmatio: quorũ. i. quarum mutationũ, nihil oportebit fieri, nisi causa postulet. nam si aures auditorum videbuntur obtusæ. i. hebetatæ, & modestia ob frequentem auditionem affectæ, atq; animi auditorum videbuntur defatigati. i. ad extremã fatigationẽ affecti ab aduersariis. s. nostris multitudine verborum, nos poterimus supersedere. i. carere, & vocare commode. i. oportune. principio. i. exordio, & exordiri causam. i. facere initium dicendi non ab exordio proprie sumpto, sed aut à narratiõe, aut ab aliqua firma argumẽtatione. Deinde. i. post tale initiũ licebit (Quia non semper est necesse, q. d. ideo dico licebit, quod non semper necesse est) si commodum erit, reuerti ad sententiam principii. i. paulatim agere partes principii. Et si causa nostra videbitur habere magnã difficultatẽ, ita vt nemo possit audire principiũ. i. exordium proprie sumptum (quia generaliter omne quod in principio, seu exordio ponitur principium, & exordiũ dicitur, specialiter autem tantum quod in primo libro definitum est) cũ nos incepimus à narratione nos, reuertemur ad sententiam principii. Si narratio est probabilis parum. i. modicum, nos exordiemur aliqua firma argumẽtatione. Necesse est vti sæpe huiusmodi cõmutationibus, & translationibus. { In cõfirmatione, &c.) Locutus est de principio, & narratione, nunc prosequitur de confirmatione, & cõfutatione docens, quomodo disponẽdæ sint, ac dicens. conuenit. i. conueniens est, in confirmatione. s. rationum nostrarũ, & confutatione rationum aduersariũ, dispositiones argumentationũ habere huiusmodi. Oportet argumentationes firmissimas collocari ĩ primis, & in postremis. i. vltimis partibus causę, & oportet mediocres, & pro. i. neq; inutiles ad dicendum. i. quæ possunt vtiliter dici, neq; necessarias ad probandum. i. quæ si omittantur adhuc poterimus per firmiores satis probare, quæ s. mediocres rõnes, si dicantur separatim. i. seorsum à firmioribus, & singulæ. i. per se sint infirmæ, & sup. coniunctę cũ ceteris, firmę, & probabiles fiunt, oportet inquam tales mediocres, interponi, & pro. i. collocari in medio. Ratio aũt est. nam animus auditoris re narrata. i. post narrationẽ expectat statim sup. audire aut nosse, ex qua re causa confirmari possit. quapropter oportet inferre cõtinuo. i. sine dilatiõe, aliquã argumentationem. i. approbationem firmã, & ita firmissima in principio locanda sunt. & quoniã dictum nuperrime. i. minimo ante, mãdatur facile. i. faciliter, memorię. s. audientiũ. ideo sup. vtile est, cũ. i. quãdo desinamus, dicere. i. quando velimus perorare, relinquere in animis auditorum aliquam argumentationẽ bene firmam, recentem. i. paulo ante adductam, hęc dispositio locorum, tanquã sup. esset, instructum militũ. i. militaris aciei poterit parere. i. acquirere, & gignere, facillime victoriã in dicendo, sicut illa s. militum ordinata instructio potest parare imperatori victoriam in pugnando, vnde apte citauit Franciscus supra verba Nestoris Homerici, quæ si integra habuissem lubens reposuisse. Non enim dubium Ciceronem ad ea respexisse, præsertim cum tot Græcos præceptores reuoluerit, qui haud dubiæ illud Homeri artificium in præceptionibus non tacuerit, cum, & nostri subinde (nec immerito) Maronem nunc citent.

DE PRONVNCIATIONE.

PRONVNCIATIONEM multi maxime oratori vtilem dixerunt esse, & ad persuadendum plurimum valere. nos, quid vnum de quinque rebus plurimum profit, non facile dixerimus, nec egregie magnam esse vtilitatem in pronunciatione sola audacter, confirmauerimus. nam commodæ inuentiones, & concinnæ verborum elocutiones, & partium causæ artificiosæ dispositiones, & horum omnium diligens memoria, sine pronunciatione non plus, quàm sine his rebus pronunciatio sola, valere poterit. quare, quia nemo de ea

re diligēter scripsit, (nā oēs vix posse putarunt de voce, vultu, gestu dilucide scribi, cū hæ res ad sensus nostros pertinerēt) & qā magnopere ea pars à nobis ad dicēdum cōparanda est, nō negligēter vř tota res cōsiderāda. Diuiditnr igitur pnnnciatio in vocis figurā, & corporis motum. Figura vocis est, q̄ suum quendā possidet habitum, rōne, & industria cōparatum. ea diuidit in tres partes, magnitudinē, firmitudinē, mollitudinem. Magnitndinē vocis maxime cōparat natura: nō nihil hanc augēt, sed maxime cura conseruat. Firmitudinem vocis maxime natura cōparat, non nihil adanget, & maxime cōseruat exercitatio declamationis. Mollitndinē vocis, hoc est, vt eā torquere in dicēdo p nostro cōmodo possimus, maxime faciet exercitatio declamationis. Quapropter de magnitudine vocis, & firmitudinis parte, qm̄ altera natura, altera cura cōparatur, nihil ad nos attinet cōmouere, nisi vt ab ijs, qui non inscij sunt eius artificij, rō curandæ vocis petatur. De ea parte firmitudinis, quæ conseruatur rōne declamationis, & de mollitudine vocis, quæ maxime necessaria est oratori, qm̄ ea quoq; moderatione declamationis cōparatur, dicendum vř: Firmam igitur quāmaxime poterimus in dicendo vocē conseruare, & quammaxime sedata, & depressa voce principia dicemus. nā læduntur arteriæ, si, anteq̄ leni voce permulsæ sunt, acri clamore cōpleātur. Etiā interuallis longioribns vti cōueniet. recreatur. n. vox spiritu, & arteriæ reticendo acquiescūt. Et continuū clamorem remittere, & ad sermonē transire oportet, cōmutationes. n. faciunt, vt, nullo genere vocis effuso, in omni voce integrissimus. Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. ictus. n. fit, & vulnerātur arteriæ acuta atq; attenuata nimis acclamatione, & si quis splendor est vocis, consumitur clamore vniuersus. Et vno spiritu continenter multa dicere in extrema cōnenit oratione. fances. n. calefiunt, & arteriæ cōplentur, & vox, quæ varie tractata est, reducitur in quēdam sonum æquabilē atq; constantē. Sæpe rerum naturæ gratia quædam iure debetur, velut accidit ī hac re. nā quæ diximus ad vocē seruandam prodesse, eadē attinent ad suauitatem pronūciatione: vt, quod nostræ voci prosit, idē voluptate auditoris probetur. Vtile est ad firmitudinem vocis, sedata vox in principio. quid insuauius, q̄ clamor in exordio causæ? Inter valla vocem confirmant. eadē sententias concinniores dinisione reddunt, & auditori spatium cogitandi relinqnunt. Conseruat vocē continui clamoris remissio. & auditorē quidem varietas maxime delectat, cū sermone animum eius retinet, aut exuscitat clamor. Acuta exclamatio vocē, & fauces vulnerat. eadē lædit auditorē. hēt. n. quiddam illiberale, & ad muliebrem potius vociferationem, q̄ ad virilem dignitatē in dicēdo accōmodatū. In extrema oratione cōtinens vox remedio est voci. quid? hæc eadem nō ne animum vehementissime calefacit anditoris in totius conclusione causæ? Qm̄ igitnr res eadem vocis firmitudini, & pronunciationis suauitudini prosunt; de vtraq; re simul erit in præsentia dictū, de firmitudine quæ visa sunt, & de suauitate quæ coniuncta fuerunt; cetera suo loco paulo post dicemus. Mollitudo igitur vocis, qm̄ omnis ad rhetoris præceptionem pertinet, diligentius nobis consideranda est. Eam diuidimns in sermonem, contentionem, amplificationē. Sermo est oratio remissa, & finitima quotidianæ locutioni. Cōtentio est oratio acris, & ad cōfirmandum. & confutandum accōmodata. Amplificatio est, oratio, quæ aut ad iracundiam inducit. aut ad misericordiam trahit auditoris animū. Sermo diuiditur in partes quatuor, dignitatē demōstrationem, narrationem, iocationē. Dignitas est oratio cum aliqua grauitate, & vocis remissione. Demōstratio est oratio, q̄ docet remissa vōce qūo quid fieri potuerit, aut non potuerit. Narratio est rerū gestarum aut perinde vt gestarum expositio. Iocatio est oratio, quæ ex aliqua re risum pudentem, & liberalem pōt comparare. Contentio diuiditur in continuationē, & distributionem. Continnatio est orationis enunciādæ acceleratio clamosa. Distribntio est in cōtentione oratio frequens, cū raris, & breuibus, interuallis, acri vociferatione. Amplificatio diuiditnr in cohortationem, & conquestionem. Cohortatio est, quæ aliqnod peccatū amplificans, auditorē ad iracundiā adducit. Conquestio est oratio, quæ incōmodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. Qm̄ igitur mollitudo vocis in trea partes diuisa est, & hæ partes ipsæ sunt in octo partes alias distribntæ; harum octo partiū quæ cuiusq; idonea pronunciatio sit, demonstrandum vř. Sermo cum est indignitate, plenis faucibus quamsedatissima & depressissima voce vt conueniet, ita tñ, vt ne ab oratoria cōsuetudine ad tragicā transeamus: cum aūt est in demōstratione, voce paululum attenuata, crebris interuallis, & diuisionibus vti oportet, vt ipsa pronunciatione eas res, quas demōstrabimus, inserere atq; intersecare videamur in animis auditorū. Cum aūt sermo in narratione est, tū vocum varietate opus est, vt, qno quidq; pacto gestū sit, ita narrari videat. Strenue qđ volumus ostēdere factū, celereiuscule dicemus: at aliud ociose retardabimus. Deinde modo acriter, tū clemēter, modeste, hilariter in oēs partes cōmutabimus, vt verba, ita pronūciationē. Si qua inciderint in narratione dicta, rogata, rñsa, si quæ admirationes, de quibus nos narrabimus: diligenter animaduertemus, vt omnium personarū sensus atq; animos voce exprimamus. Sin erit sermo in iocatione, leniter tremebunda voce, cum parua significatione risus, sine vlla suspicione nimiæ cachinnationis, leniter oportebit à sermone serio torquere ad liberalē iocū vocē. Cū aūt contēdere oportebit, qm̄ id aut p cōtinuationē, aut p distributionē faciendū est, in cōtinuatione adaucto mediocriter sono vocis, verbis cōtinuādis, vocē quoq; adaugere oportebit, & torquere sonū, & celiter cū clamore verba cōficere, vt vim volubilē orationis vociferatio consequi possit. In distributione vocem ab imis faucibus exclamatione quàm clarissima adhibere oportet quantum spatij per singulas exclamationes snmpserimus, tantum singula interualla spatij consumere iubemur. In amplificationibus, cū cohortatione vtemur voce attenuatissima, cla-

more

more leni, sono æquabili, commutationibus crebris, maxima celeritate. In conquestione vtemur voce depressa, inclinato sono, crebris interuallis, longis spatiis, magnis commutationibus. De figura vocis satis dictum est: nunc de corporis motu dicendum videtur.

LONGOLIVS.



E pronunciatione) Lege Cicer. 3. de Orat. Fabiū lib. 11. cap. 3. Fortunatianum lib. 3. Trapezōtium lib. 4. Habet, inquit Fabius, pronunciatio miram quandam in orationibus vim ac ptātem. Nec. n. tam refert, qualia sit quæ intra nosmetipsos cōposuimus, quam quomodo efferantur. Nam ita quisque vt audit mouetur. Quare probatio vlla, quę aliquo modo venit ab oratore, tam firma est, vt non perdat vires suas, nisi adiuuatur asseueratione dicentis. Affectus omnes languescat necesse est, nisi voce, vultu, totius prope habitu corporis inardescat. Documento sunt, vel scenici actores, qui & optimis poetarum tantum adiiciunt gratiæ, vt nos infinite magis eadem illa audita, quàm lecta delectent &c. [Pronunciationē multi maxime oratori vtilem dixerunt esse) Ob Demosthenis dictum, qui primas alteras, & tertias, hoc est omnia, pronunciationi tribuebat. Hanc Cic. Vbique actionem appellat, quam hæc sola sic, quæ orationis veluti vita vocitata est, vt testat Asconius. Hoc autem supra modum admiror, ꝙ ordinē naturalem in partibus docendis non obseruauerit, cum neminem lateat, hanc natura sua postremam esse tradendam, ꝙ reliquas omnes partes pronunciatio subsequatur. Nisi forte ob id factum est, aut ꝙ integrum elocutioni librum dedicauerit, aut quia & ipse voluerit non exiguam huius partis demonstrare dignitatem. † Ad sensus nostros) Rerum omnium quædam ad intelligentiam, quędam ad sensum referuntur. Illę ad intelligentiam spectant, quę doceri verbis possunt vt grammaticarum. Illæ vero ad sensum quas verbis docere satis nō est, nisi alicui ex quinque sensibus subiiciantur, vt cytharizare. [Figura vocis) Quæ eadem, & bonitas. † Ratione, & industria) Ratio ad præcepta refertur, industria ad exercitationem. notandum hic quod & Fabius admonet, in pronunciatione esse primas partes naturæ. Nam certe bene pronunciare nō poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in iis quæ subita dicenda erunt, facilitas prompta defuerit, nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt. Corporis etiā potest esse aliqua tanta deformitas, vt nulla arte vincatur. Nos igitur, inquit Fabius, de eo loquamur cui non frustra præcipitur. [Quapropter de magnitudine vocis) Quam aliis claritatē appellant. [Altera cura comparatur) Eam autem curem triplicem esse aiunt, qua. s. vocē bonam alimus qua custodimus, & qua restituimus. Alimus eam, si mox a somno exigua ambulatiuncula corpus exercuerimus, vt si quid crudi adhuc insideat id omne deducatur. Post id mox ad studia nos conferre debemus nec mox tūc scripturi sumus, sed prius aliquid tacita, vel cū leui murmure legemus, tum deinde scribemus, sed voce submissa, non clara, vt quidam. Postea ad curā vocis nos trāsferemus, vt sedendo versus paucos pronunciemus. Custodient aūt vox si quoties declamandum fuerit cum per occupationes liceat, aliquid ante pronuncies, quo vocis itinera præmollias. Si vero subito dicendum sit, hoc ipsum in actionis moderatione conficies, vt in principiis uox tua submisse sit, deinde sensim se intendat. hic ēt stomachi curam habere conuenit, vt huiuscemodi cibis vtare, quod facile concoquatur. Summopere autem à frigida potione tibi caueas, qua nihil inimicum magis tracheæ arteriæ medicorum filii tradidere. Calidus autem potus arteriam aperit vt facilius vocem transmittat. Restituitur vox, si leniter vitiata fuerit, acrioribus cibis, quibus si quid obstat voci perrumpatur, quare iubent, experrectos sorbere aliquid aceti acrioris. Quod si vehementer vox fracta fuerit, restituemus eā siti, vt eius itinera siccentur. Item frequenti ambulatione, vt humeros nimii ad inferiora ex superioribus deducenter. Hic ēt ab vino omni abstinebimus, quoniam voci læsæ est infelicissimum. Vtemur autem cibis quā potest fieri lenissimis. Hæc de vocis cura plerique scripserunt, quæ ob id adiunxi, vt admonerem studiosos, & rationem ostenderem, qua ratione vocis curam, rei sanè maximæ habere debeant. † Qui non inscii &c.) Medicos intelligit, aut potius φωνασκοὺς. i. formandę vocis magistros, quales apud antiquos fuerunt, quorum ars φωνασκία à Theophrasto dicitur, quę tamen hodie non inutiles, vt opinor, essent iis qui causa in foro agunt, aut quibus in magna hominum celebritate aliquando dicendum est. † Si quam maxime sedata) Docet quo pacto in principio, medio, & fine orationis pronunciare debeamus vt firmam vocem cōseruemus. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis, mixti confusiq. cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Gellius lib. 18. cap. 10. [Interuallis) .i. mora & spatio longiore. Meminerimus tamen non tanta mora vtendum esse, vt nostræ videamur orationis obliti, & dum eam ad memoriam reuocemus, diu consistamus silentes, quo nihil deformius. [Et vulnerantur arteriæ) Alias, & vulnus arteriæ. † Sæpe rerum natura) Ostendit præcepta quę superius dedit, non ad conseruandum tantū vocis firmitudinem, sed ad delectationem etiam pertinere. † Vtile est ad firmitudinem) Primum præceptum repetit. † In extrema oratione cōtinens) .i. æqualis, & vno spiritu prolata. † Remedio est uoci) .i. vocis firmitudinem conseruat. [Mollitudo igitur vocis) Hæc eadem, & suauitas. † Sermo est oratio &c.) Sermo quotidiana, & vsitatis verbis, constat, voce quammaxime moderata. Vnde editi ab Horatio Satyrarū libri, Sermones inscribuntur, quod verbis pene vulgaribus illic poeta vtitur, & serpere humi, quod ipsa videtur exigere materia. Quid enim illa oratione in ipso statim principio remissius! Qui fit Mecœnas? &c. Conuenit sermo in exordiis. vt pro Archia. Si quid est in me iudices, quod sentio quàm sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, qua me non inficior mediocriter versatum &c. † Contentio) Contentionis exemplum, Ilioneus apud Virg.

Quod genus hoc hominum? quæ ve hunc tam barbaram morem
Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ.

† Demonstratio) Demonstrationis exemplum, ex Miloniana. Satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria belua docere. Magnam enim causam magnam spem in Milonis morte propositam. magnas vtilitates fuisse &c. † Contentio diuiditur in continuationem) Contentionis per continuationem exemplum, pro Sylla, Quid si hoc non postulo, si ille labor meus pristinus, si solicitudo, si officia, si operæ, si vigiliæ deseruiunt amicis, præsto sunt omnibus, si neque amici in foro requirunt studium meum, neq; resp. in curia &c. Aliud. Contentionis per distributionem, in Verem, Illud viris fortissimis indicarunt dimittere de summa non potuisse, te mulieri deterrimæ recte remisisse senatores iudicabant. Ille de quo lege pop. Rom. iusserat, vt ipsius voluntas posset, & esset pro lege, tamen vno in hoc genere veterum religione legum reprehenditur, tu qui in omnibus legibus implicatus tenebare libidinem tuam tibi pro lege esse voluisti. † Narratio) Narrationem non solum eam intelligimus, quæ orationis pars esse dicitur, sed quidquid aut tanquam gestum, aut quod fieri debeat in aliis quoque partibus orationis exponitur, ac narrationis pronunciationem proferendum putamur. Exempla vide apud Trapezontium. [Ad tragicam) Hac qualitate nobis pronuncianda est quæ de natura rerum, quæ de moribus aut repub. habetur oratio, & omnis earum rerum expositio, quibus eius ipsius, qui dicit, virtus quędā, & dignitas aperiri videtur, vt illud pro Archia, Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumq. desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ &c. [Modeste, hilariter) Alias, mœste, hilare &c. [Vocem quoque adaugere) Alias vocem quoque iungere.

ASCENSIVS.

PRonunciationem &c.) Prosecuturus pręcepta de pronunciatione perquirit eius vtilitatem Dicens. Multi dixerunt pronunciationem esse maxime vtilem oratori, & plurimū valere ad persuadendum. i. ad faciendam fidem dictorum. Nos quidem nō dixerimus facile vnam. s. rem. i. seorsum acceptam qualibet partem, de quinq; rebus ad persuadendū accommodatis posse plurimum nec. i. & non & nos cōfirmaueri imus audacter. i. audeamus cōfirmare, & asserere, vtilitatē magnā egregie. i. excellenter, & multum pręeminenter non esse in sola pronunciatione. Nā inuentiones cōmodæ. i. accōmodatæ excogitatæ. & aptæ, & elocutiones verborum concinnę. i. consonāter. compositæ, & artificiose dispositiones partium, & diligēs memoria horū omnium. i. harū omnium rerum, sup non possunt valere plus sine pronūciatione, q̄ pronūciatio sola potuit valere sine his rebus. Et ita vult dicere ꝙ nulla pars, si sola sit multū pōt, atq; ita innuit omnes obseruandas, pręcipue tñ pronūciationem quę omnibus aliis maxima inseruit, & penitus ne-

gligi non poteſt. vnde addit. Quare.i. quamobrem, quia nemo ſcripſit diligenter de ea, nanque omnes.ſ. rhetoricæ artis præceptores putarunt, vix.i. difficillime, aut quaſi nullo modo poſſe ſcribi dilucide, de voce & geſtu, quæ ad pronunciationem ſpectant, cum hæ res, videlicet, vox & geſtus, pertinerent ad ſenſus noſtros. Et quia ipſa pars, videlicet pronunciatione, eſt comparanda.i. acquirenda nobis.i. à nobis magnopere.i. magno ſtudio, aut diligenter, ideo ſup. tota res videtur conſideranda.i. conſiderari debere non negligenter, immo valde diligenter. Igitur (quæ vox continuatiua eſt, q.d. vt de pronunciatione dicere incipiamus) pronunciatio diuiditur in figuram.i. modum, & qualitatem vocis: & in motum corporis.i. geſtum. Figura vocis eſt, quæ poſſidet quendam habitũ ſuũ.i. ſibi proprium, comparatum i. acquiſitum ratione.i. conſideratione & induſtria.i. ingenita ingenioſitate, ſeu ſubtilitate.

Ea.ſ. figura vocis diuiditur in tres partes, videlicet, magnitudinem, firmitudinem, & ſupp. mollitudinem. Natura cõparat.i. parit, & acquirit nobis, maxime.i. præcipue, magnitudinem vocis, accuratio.i. adhibitio diligentis curæ, auget ſupp. eam non nihil.i. aliquantulum, ſed conſeruat maxime, quia facundiam. & plenam ac magnam vocem qui nequanquam à natura habet vix per artem acquiret, qui tamen mediocrem habet meliorem facere poteſt, & maxime habitam conſeruare. Similiter natura maxime comparat firmitudinem.i. contentionem, & robur firmi lateris, vnde firma profertur vox exercitatio declamationes.i. orationis in fictis cauſis ſub rhetore exercendi, atviſcendi gratia, adauget nonnihil.i. aliquantulum, & cõſeruat ſup. eã maxime. Econtrario exercitatio declamationis faciet.i. comparabit mollitudinem.i. flexibilitatem, & volubilitatem voci, hoc eſt vt poſſimus torquere eam pro cõmodo noſtro. Quapropter nihil attinet ad nos commouere de magnitudine vocis, & parte ſ. vna firmitudinis, quoniam altera ſ. pars firmitudinis, & etiam in magnitudinis comparatur.i. acquiritur cura.i. per curam mediocrum, qui de plaſmatis bibendis tractant altera.ſ. pars, comparatur natura.i. per naturam (poſſet videri ſic explanandum, altera videlicet firmitudo, altera videlicet magnitudo, ſed non procedit, quia vtraque comparatur per naturam, ſed augetur, & conſeruatur cura) nihil inquit attinet ad nos cõmouere de parte quę comparatur cura niſi vt ratio vocis curãdæ petatur ab iis qui ſunt non inſcii.i. periti, ſed ſup. videtur dicendum de ea parte firmitudinis.ſ. vocis, quæ conſeruatur ratione declamationis, & de mollitudine.i. flexibilitate vocis, quę eſt oratori neceſſaria, maxime, quomodo ea comparetur: quoq;.i. etiam, moderatione.i. temperamento declamationis.i. exercitationis orando, videlicet in nõ veris cauſis ſub rhetore aliquo. Firmam igitur &c. Igitur, vt quod dicendum videtur dicam nos poterimus quammaxime.ſ. ſummopere cõſeruare vocem in dicendo, ſi dicemus principia, voce ſedata.i. tranquilla quammaxime, & depreſſa id eſt, ſumiſſa, & quod dicunt baſſa. Nam arteriæ.i. venę, in quibus aer ad vocem faciens continetur, læduntur.i. defatigantur, & corrumpuntur, ſi compleantur.i. inflentur, acri clamore, priuſquam vox eſt permulſa.i. lenita & mitigata, & volubilis facta bene.i. multum, aut decenter. Ea conueniet.ſ. pro ſecundo remedio vti interuallis.i. vt dicunt pauſis, & interpellationibus longioribus.i. ſatis, aut multum longis. Etenim pro quia, vox recreatur.i. reficitur ſpiritu.i. flatu, aut anhelitu recepto, & arterię requieſcunt conticendo. Et oportet (pro tertio medicamento) omittere clamorem continuum, & redire pariter.i. ſimul, aut ſimiliter, ad ſermonem.i. orationem ſedatam, & non vehementem. Enim pro quia, cõmutationes.i. variationes vocum efficiunt, vt ſimus in omni voce.i. genere vocis integri, q. d. recentes, & non læſi, ſed parati dicere, nullo genere vocis effuſo.i. per acrem clamorem extincto. Et debemus (pro quarto præcepto) vitare acutas exclamationes vocis. Enim pro quia, ictus.i. cõpulſio organi fit, & arteriæ vulnerantur: acclamatione nimius acuta.i. altiſona, atq́ extenuata.i. clara & ſubtilita, & ſi quis ſplendor.i. eminẽs decor vocis eſt, is ſupl. cõſumitur vniuerſus.i. ſimul totus, uno.i. perpetuo, & vehemẽter clamore. & cõuenit in extrema oratione.i. in peroratione dicere multa cõtinenter.i. ſine interuallis. vno. i. perpetuo & non interrupto ſpiritu.i. anhelitu. Enim pro qa. fauces.i. gutturis orificia (vnde prodit vox quaſi a faucibus dicta mutatu aut in o) & arteriæ complẽtur.ſ. ſpiritu in fine, & vox quæ tractata eſt variæ in principio reducitur quedam ſonum æquabilem atq; conſtantem. Quia vero quædam gratia.i. gratificatio, & recognitio beneficiorum, ita vt abs quo beneficiũ acceperis illi gratus ſis, & minime moleſtus, debetur ſępe inte, id eſt merito naturę rerum, velut.i. quemadmodum accidit in hac re, videlicet, in cõſeruanda firmitudine vocis (nam hoc idem quod diximus prodeſſe ad ſeruandam vocem attinet ad ſuauitatẽ pronunciationis, vt quod natura proſit, id eſt cõducat, & cõſe at voci. idem probetur, id eſt approbetur voluntate.i. conſenſo, ac voluptate auditoris? quia inquã talis gratia naturæ debet. vox ſedata, id eſt tranquilla, & minime vehemens in principio eſt vtile.i. res vtilis ad firmitudinẽ vocis. Enim pro quia. quid ſupple eſt inſuauius, id eſt magis abſonum, & durũ auditu, quã clamor in exordio; quaſi dicat nihil, & ita commendat primũ præceptum, addit commendationẽ ſecundi. interualla, id eſt interruptiones moderatæ pronunciationum confirmant vocẽ, & eadem.ſ. interualla reddũt ſentẽtias concinniores.i. conſonãtiores, & aptius connexas diuiſione, id eſt per intermiſſionem prolationis & relinquunt auditori ſpatium cogitandi.ſ. de veritate, & pondere ſententiarũ. Et quod dixit in tertio præcepto. Remiſſio, id eſt laxatio, continui clamoris conſeruat, vocem ne penitus ſangarur, & varietas delectat quidẽ maxime auditorẽ, & ſilicet varietas pronunciationis retinet animũ auditoris, ſermonẽ.ſ. leni, & exuſcitat id eſt vigilem facit, clamore, & ideo neque cõtinua lenitas, neque continuus clamor placet, ſed varietas ipſa. Repetens autem quartum preceptum dicit, Exclamatio acuta vulnerat vocem, & fauces, & eadem lædit, id eſt offendit auditore, habet enim quidam illiberale, id eſt ruſticum, & ſeruile; & accommodatum, id eſt applicabile potius, id eſt magis ad vociferationẽ, id eugilationem muliebrem, quam ad dignitatem virilem in dicẽdo.i. ad grauitatem, & decentiam quàm virum decet ſeruare in dicendo, quod ſint, & aliæ dignitates eius addidit in dicẽdo. Et pro quinto præcepto ſubiungit. Vox continens, id eſt perpeto, & non intermiſſa, eſt voci remedio ne.ſ. varietate immutata rauceſcat aut rũpatur, in extrema oratione, calefactis, videlicet, & mollificatis iam (vt dixit) arteriis. Quid ſupple facit, hæc eadem.ſ. continens vox, nonne calefacit vehementiſſime animum auditoris in concluſionẽ totius cãæ? quaſi dicat haud dubiæ. Deinde per tranſitionem ac paraſceuem dicit. Igitur quoniã eædem res proſunt.i. cõducũt, & vtile ſunt, firmitudini vocis, & ſuauitati pronũciationis. erit dictũ in præſentia.i. hoc loco de vtraque re ſimul. videlicet. de firmitudine, & ſuauitate voci, nam ſupple dicta erunt. de firmitudine ea quæ viſa ſunt, & de ſuauitate ea quæ coniuncta fuerunt, id eſt q̃ adiecimus eo qđ eſſent ſimilia. Nos dicemus cetera, ut de mollitudine vocis, & motu corporis, poſt.i. poſtea, ſuo.i. opportuno loco. mollitudo igitur vocis. A pro ordine poſt firmitudinẽ, & ſuauitatem vocis deſcribit & diuidit, & mollitudine eius dicens. Igitur vt quod promiſi exequar. Mollitudo vocis (quoniam ipſa omnis, id eſt tota, & in quolibet membro ſuo pertinet ad præceptionem rhetoris, id eſt. præceptoris de arte dicendi) eſt conſideranda nobis diligentius ſcilicet quam cetera, aut quam ceteris aut diligentius, id eſt, multum diligenter. Nos diuidimus eam ſcilicet mollitudinem vocis in ſermonem contentionem, & amplificationem. Sermo eſt oratio remiſſa.i. non acri ſpiritu pronunciatus, & finitimus.i. confinis locutioni quotidianæ.i. qua quotidie vtimur. Contentio (quæ vox dicitur à contẽdo hic nõ à cõtineo) eſt oratio acris accõmodata i. apta ad confirmandũ, & ad cõfutandũ. Amplificatio eſt oratio quæ aut inducit animũ auditoris in iracundiam, id eſt ſummã indignationẽ, aut trahit ad miſericordia. Sermo diuidit in quattuor partes, videlicet in dignitatem demonſtrationem, narrationem, & iocationem. Dignitas eſt oratio cum aliqua grauitate, & remiſſionem vocis. Demonſtratio eſt quæ docet voce remiſſa quid potuerit fieri, aut non potuerit fieri Narratio eſt poſitio ſupple cum voce remiſſa (nam ea in omni ſermone eſt) rerum geſtarum. Iocatio eſt oratio quæ poſſit mouere, id eſt excitare riſum prudentem, id eſt prudẽtiæ iudicẽ, & liberalẽ id eſt ab liberum non ad ſcurram pertinentẽ, ex aliqua re veriſimili, licet non ſit penitus vera. ſed ad iocationem excogitata. Contentio diuiditur in continuationem, & diſtributionem. Cõtinuatio eſt acceleratio clamoſa, id eſt clamoris plena, orationis enunciandæ quæ, id eſt enunciatur, aut enunciabilis. Diſtributio eſt oratio frequens in contentione cũ raris, & breuibus interuallis: & ſupple vociferatione acri, id eſt, vehementi. Amplificatio diuiditur in cohortationem, & cõqueſtionem. Cohortatio eſt oratio quæ amplificans.i. exaggerans aliquod peccatum, adducit auditorẽ ad iram. Conqueſtio eſt oratio q̃ perducit animum.ſ. auditoris ad miſericordiẽ, amplificatione .i. per exaggerationem incommodorum, quæ.ſ. reus accepit. Quoniã igit̃ mollitudo diuiſa eſt in tres partes, videlicet, ſermonem, contentionem, & amplificationem, & hæ ipſæ partes

distributæ sunt in octo alias partes. Nā sermo in quatuor diuisus est. cōtentio, & amplificatio in binas videtur demōstrandum quę sit idonea pronunciatio, cuiusq; s. dictorum. Cum. i. quando sermo est in dignitate q prima sermonis, erat pars tūc sup. conueniet, vt plenis faucibus voce quam sedatissima. & depressissima, & tamē ita ne transeamus ab consuetudine oratoria ad tragicam. quia tragœdi nō tamen sedata grauitate, sed etiam horrenda vtuntur, & nō solū de pressissima voce. sed et præ mœrore singultibus interrupta. Autē pro sed. cum sermo est in demōstratione, tūc sup. oportet vti voce attenuata paululū crebris interuallis, & diuisionibus, vt videamur inserere, atque interserere. i. distinguere in animis auditorū ipsa pronunciatione eas res quas demonstrabimus. Autem, pro sed. cū sermo est in narratione. tunc sup. opus est varietate vocum, vt quidque. i. vnumquodq; videatur, ita narrari quo pacto gestū est: vnde nos dicemus celeriuscule. i. modicum, aut aliquantulum celeriter id. quod volumus ostendere factum, sup. esse strenue. i. acriter, & animose. at i. sed nos retardabimus ociuse. i. lēte pronunciabimus. aliud. i. quod non sit strenue factum. Deinde commutabimus modo acriter, tum. i. deinde clementer, & ita leniter mœste hilariter in omnes partes vt. i. sicut mutabimus verba, ita sup. pronunciabimus pronunciatione. Si qua. i. aliqua, dicta, rogata, responsæ, & si quæ. i. aliquæ, admirationes. de quibus nos narrabimus inciderit in oratione, nos animaduertemus diligenter, vt exprimamus voce, sensus atq; animos omnium personarum. Sin. i. sed si, sermo erit in iocatione quæ vltima pars sermonis, oportebit torquere leniter vocem à sermone serio. i. nimis seuero ad iocum liberalem. i. nō scurrilem, voce tremebunda leniter cum parua significatione risus, sine vlla suspicione nimię cachinnationis. i. profusissimi risus, quia dissimulabimus nos velle ridere. [Cū autem, &c.) Prosequitur membra secundę partis mollitudinis dicens. Autem, pro sed. cum. i quando oportebit contendere. i. habere vocem contentam, quoniam id faciendum est per continuationem, aut per distributionem, ea. n. sunt contentionis membra, oportebit in continuatione, sono vocis adaucto mediocriter, iungere quoq;. i. etiam continuare vocem verbis continuandis. s. vt verba continuabuntur, ita, & vocem continue contendemus, & oportebit torquere sonum, & conficere verba celeriter clamore. i. per clamorem, vt vociferatio possit consequi vim volubilem. i. flexuilem, orationis? hoc est, vt voce celeritatem verborum æquemus. In distributione. i. qū vtemur contentione per distributionē, oportebit adhibere vocem ab imis faucibus exclamatione quam clarissima. i. quantum fieri poterit clarissima, & nos iubemur. s. à rhetoribus, consumere tantum spatii inter singulla interualla quantum spatii sumpserimus per singulas exclamationes. Deinde declarans tertium membrū mollitudinis dicit. Nos vtemur amplificationibus cohortatione. i. quando vtemur priore membro amplificationum quæ est cohortatio, voce attenuatissima. i. subtilissima clamore leui, sono ęquabili. i. sui vbiq; simili, commutationibus crebris & maxima celeritate. In conquestione. i. in amplificationibus cum conquestione vtemur voce depressa, & sono inclinato, interuallis crebris. i. spatiis longis, & sup. cōmutationibus magnis. De figura vocis satis dictum est, nunc. i. deinceps de corporis motu dicendum videtur.

DE MOTV CORPORIS.

Motvs est corporis gestus, & vultus moderatio quædam, quæ pronuncianti conuenit, quæ probabiliora reddit ea, quæ pronunciátur. Conuenit igitur in vultu pudorem, & acrimoniam esse; in gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, vt aut histriones, aut operarij videamur esse. Ad easdem igitur partes, in quas vox est distributa, motus quoq; corporis ratio videtur esse accommodanda. Nam si erit sermo cum dignitate, stantes in vestigio, leui dexteræ motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad sermonis sententias accōmodata. Sin erit in demonstratione sermo, paululū corpus à ceruicibus demittemus. nam hoc est à natura datum, vt quam proxime cum vultum admoueamus ad auditores, si quam rem docere eos, & vehementer instigare velimus. Sin erit in narratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, qui paulo ante demonstrabatur in dignitate. Sin erit in iocatione, vultu quandam debebimus hilaritatem significare, sine commutatione gestus. Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur. Sin contentio fiet per distributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione, acri, & defixo aspectu vti oportet. Sin vtemur amplificatione per cohortationem, paulo tardiore, & consideratiore gestu cōueniet, vti, similibus ceteris rebus, atq; in contentione per continuationem. Sin vtemur amplificatione per conquestionem, fœmineo plangore, & capitis ictu, nonnunquam sedato, & constanti gestu, mœsto, & cōturbato vultu vti oportebit. Nō sum nescius, quantum susceperim negocii, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sim voces. verum nec hoc confisus sum posse fieri, vt de his rebus satis cōmode scribi posset: nec, si id fieri non posset, hoc, quod feci, fore inutile putabam: propterea quòd hic admonere voluimus, qđ oporteret, reliqua trademus, exercitationi. hoc scire tñ oportet, pronunciationem bonam id perficere, vt res ex animo agi videatur. Nunc ad thesaurum inuentorū, atq; omnium partium rhetoricæ custodē memoriá transeamus.

LONGOLIVS.

Pvdorem, & acrimoniam).i. vt neque iu verecunde nimis dicamus, sed vehementia quadam, quę tamen non excedat modum. †Venustatem).i ne speciositas quędam nimia ad fastidium vsque spectantium accedat, si omnes prosequamur argutias, gesticulationes, delicias, &c. [Aut operarii videantur esse.) ἐργολάβοι quos histriones esse cōductitios scribit Athenęus, nempe qui histrionicam quidem non facerent, sed quoties opus esset operam suam histrionibus collocabant. †Stantes in vestigio) Stare in vestigio est, non adequatis vtrinq; pedibus, promoto ad porrectio paulum pede altero, ita vt impares sint pedes, & passus fieri videatur, in eodem loco consistere minimeq. corpore commoueri. Idem Fabius ait, dextrum pedem proferendum. † Leui dexteræ motu) Manum gestus necessarius est sine quo inanem, & truncam actionem hab. esse dicit. Nam cetere partes loquētem adiuuant, manus vero ipsæ pene loquuntur. † Inambulatione) Quod modeste tamen faciendum, nec si crebro discursauerimus, tale quid in nos dicatur, quale à Flauio Verginio rhetore in quendam eius temporis antisophistam dictum est. de quo quia crebro, & inepte discursaret, vrbane Flauius interrogauit, Quot millia passuum declamasset? Fabius.

Motus, &c.) Primo describitur motum corporis dicens Motus corporis est quędam moderatio gestus. s. actus, & ductus totius corporis præter faciem, vnde addit, & vultus quę moderatio conuenit pronunciationi, & reddit, i. efficit ea quę pronunciantur probabiliora. s. quàm per se sint. Igitur, vt sciamus qualis moderatio sit necessaria. Conuenit, i. conueniens est, pudorem. i. verecundiam, & acrimoniā esse in vultu, & conuenit. nec venustatem conspicuam. i. euidentē, & nimis apparentē, hoc est elegantias delitiosas, & histrionicas: nec turpitudinem. i. obscœnam rusticitatem, conspicuā, id est etiam euidentē esse in gestu, ne videamur esse, aut histriones. i. minimi, propter conspicuam venustatē in gestu. aut operarii, scilicet operum turpium vt fabri. ferrarii, crepidarii. lanii, agricolę, &c. Propter conspicuam turpitudinem in gestu. Igitur ratio motus corporis. videtur quoq;. i. etiam accommodanda. ad easdem partes, in quas vox est distributa, vt ad sermonē, cōtentionem, & amplificationem. Nam si sermo erit in dignitate oportebit nos stantes in vestigio, id est altero pede protenso, quasi ad progrediendū, loqui sup. cū leui. i. modico motu dextrę. s. ASC.

træ.s.manus.& hoc hilaritate.tristitia.mediocritate.i.media inter vtranq; dispositione .'vultus accommodata ad sententias sermonis,vt in sententiis tristibus.& seueris. insit tristus seueritas.in lætis.& exhilarantibus,insit læta hilaritas , in mediocribus vtriusq; mediocritas.Sin.i.sed si.sermo erit in demonstratione(non dicit in genere demonstratiuo,quia de eo non loquitur seorsum.sed in ea parte sermonis quam supra demonstratione vocauit)nos demittemus.i.seiungemus. corpus paululum i.modico tractu à ceruicibus.extenso videlicet ad auditores capite.nam hoc est datum.i.insitum à natura. vt admoueamus ad auditores,quamproxime. i. vt maxime prope fieri potest.tum.i.& vultum.tum.i.& manū, si velimus docere eos quam.i.aliquam rem , & velimus eos instigare.i. impellere ad aliquid faciendum aut credendum vehementer.Sin.i.sed si, sermo.i.illa prima pars vocis,erit in narratione. i. tertia spē sua , idem motus qui demonstrabatur paulo ante in dignitate.i.dū sermo est in dignitate,poterit esse idoneus.Sin.i.sed si.sup.sermo erit in iocatione q̄ est tertia pars. nos debemus significare .i.indicare.& præferre vultu quandam hilaritatem. sine commutatione gestus alioqui posset dici Persinum illud . An Romule ciues:Et hæc de prima parte vocis ; De secunda dicit sic. Sin.i. sed si.contendemus.i.vtemur contentione,per continuationē (quę prior species eius supra posita est)nos vtemur brachio celeri,vultu.i.dispositione faciei per quam voluntas indicat̄ mobili.i.variabili.aut potius(quia aspectu subiungitur) vultu.i. facie ipsa,mobili.i.agili.& traducibili,modo in dextram , mō in leuam.& aspectu.i.oculorum præcipue applicatione acri. Sin.i.sed si.contentio fiet per distributionem,quæ secūda eius pars est.oportet,aut oportebit vti celeri porrectione.i. extensione brachii.& ambulatione. i. quasi progressione , & sup. i. moderata pulsatione dextrei pedis,qui pes dexter solum pulset.& aspectu acri,& defixo. [Sin vtemur &c.) Describit motū corporis in tertia spem orationis dicent.Sin.i.sed si.vtemur amplificatione per cohortationem.i.secundum priorem speciem eius,tunc sup.conueniet vti gestu tardiore paulo, & gestu cōsideratiore.i.moderatiore.vt fit à circunspectis , & consideratis viris,& oportet vti ceteris rebus similibus. atq;.i. veluti in contentione per continuationem,Sin.i. sed si nos vtemur amplificatione per conquestionem, oportebit vti nonnunquam fœmineo plangore.i. pectoris concussione,& ictu capitis. sed sedato,ne tragœdiam agere videamur , & gestu constanti , & vultu mœsto ,& cōturbato.Non sum nescius.i non me fugit , aut non latet.sed bene scio,quantū negocii susceperim.s. scribendum qui conatus sum exprimere verbis motus corporis & imitari scriptura,voces.i.qualitates vocum , verum. i. sed nec confisus sum hoc posse fieri.i.vt posset scribi.s.a me,aut à quouis alio ,satis commode de his rebus, videlicet de motu corporis,& vocibus.nec putabam hoc, quod feci , fore inutile, si.i. tametsi.id fieri non posset.s.satis commode. ideo autem putabam non fore inutile, propterea φ voluimus admonere hic.i. in his præceptis,sup.id quod oporteret, aut qd oporteret sup. fieri aut sciri.nos trademus.i.committemus exercitationi, reliqua vt quæ scribi non possunt,exercitando doceantur.Tamen oportet hoc scire,bonam pronunciationem proficere, eo.i.ad id,vt res videatur agi ex animo.i.ex animi sententia,& non ficto pectore.Nunc.i.deinceps transeamus ad thesaurum.i.recōditorum inuentorum,atq; omnium partium rhetoricæ, videlicet , ad memoriam , aut ad memoriam appositoriæt hesaurum &c.

DE MEMORIA.

MEMORIA vtrum habeat quiddam artificij,an oīs à natura proficiscat̄,aliud dicendi tempus magis idoneum dabitur. nunc,perinde atq; constet in hac re multum valere artem,& præceptionem,ita ea de re loquemur.placet.n.nobis esse artificium memoriā. quare placet alias ostendemus:in præsentia,euiusmodi sit ea,aperiemus.Sunt igitur duæ memoriæ, vna naturalis,altera artificiosa. Naturalis est ea, q̄ nostris animis insita est, & simul cum cogitatione nata. Artificiosa est ea,quā confirmat inductio q̄dam,& rō præceptionis.Sed quia in ceteris rebus ingenii bonitas imitatur sæpe doctrinā, ars porro naturæ cōmoda cōfirmat,& auget:ita fit in hac re, vt nonnunquā naturalis memoria, si cui data est egregia,similis sit huic artificiosæ, porro hæc artificiosa naturæ commoda retineat, & amplificet ratione doctrinæ.Quapropter, & naturalis memoria præceptione coformanda est, vt fit egregia : & hæc,quæ doctrina datur, indiget ingenii. nec hoc magis aut minus in hac re, q̄ in ceteris artibus fit, vt ingenio,doctrina,præceptione,natura nitescat quare & illis,qui natura memores sunt, vtilis hæc erit institutio,qd̄ tute paulo post poteris intelligere.φ si ille freti ingenio nostra præceptione nō indigerent,tamen iusta cā daretur , quare iis, qui minus ingenii hēnt,adiumento velimus esse. Nūc de artificiosa memoria loquemur. Constat igitur artificiosa memoria ex locis , & imaginibus. Locos appellamus eos,qui breuiter, perfecte, insignite aut natura,aut manu sunt absoluti,vt eos facile naturali memoria cōprehendere , & amplecti q̄amus,vt ædes,intercolumnium, angulum , fornicē, & alia quæ his similia sunt. Imagines sunt formæ quædam.& notæ,& simulacra eius rei , quā meminisse volumus:qd̄ genus,equi,leones,aquilæ:quorum memoriam si volemus habere imagines eorū certis in locis collocare nos oportebit. Nūc cuiusmodi locos inuenire. & quo pacto reperire, & in locis imagines cōstituere oporteat, ostendemus. Quemadmodum igitur qui literas sciunt,possunt id quod dictum est scribere,& recitare quod scripserunt:ita qui μνημονικὰ didicerūt,possunt quæ audierūt in locis collocare, & ex his memoriter pronunciare.Loci .n. ceræ aut chartæ simillimi sunt, imagines literis,dispositio,& collocatio imaginū scripturæ,pronunciatio lectioni. Oportet igit̄, si volumus multa meminisse:multos nobis locos cōparare,vt in multis locis multas imagines collocare possimus.Itē putamus oportere ex ordine hos locos habere,ne qñ perturbatione ordinis impediamur,quo secius,quotoquoq; loco libebit, vel à superiore,vel ab inferiore,vel à media parte imagines secuti,ea,quæ mandata locis erunt, edere, & proferre possimus.nam vt,si in ordine stantes notos cōplures viderimus,nihil nostra intersit, virū à summo,an ab imō,an ab medio nomina eorum dicere incipiamus: itē in locis ex ordine collocatis eueniet,vt in quamlibet partem, quotoquoq; loco libebit,imaginibus cōmoniti dicere possimus id,quod locis mandauerimus.Quare placet, & ex ordine locos cōparare,& locos, quos assumpserimus,egregie cōmeditari oportebit , vt perpetuo nobis hærere possint.nā imagines, sicut literæ, delent,vbi nihil illis vtimur:loci,tanquā cera, remanere debent.Et ne forte in numero locorum falli possimus,quintum quenq; locum placet notari : quod genus,si in quinto loco manum aureā collocemus,& si in decimo aliquē notū, cui prænomē sit Decimo:deinde facile erit similes notas quinto quoq; loco collocare.Itē commodius est in derelicta , quàm in celebri regione locos comparare: propterea φ frequentia, & obambulatio hominū conturbat, & infirmat imaginum notas : solitudo conseruat integras simulacrorum figuras. Præterea dissimiles forma atq; natura loci comparandi

sunt,

ſunt,vt diſtincte interlucere poſsint:nã ſi qs multa intercolumnia ſumpſerit,conturbabitur ſimilitudine locorũ,vt ignoret quid in quoq; loco collocarit. Et magnitudine modica,& mediocres locos haberi oportet.nã,& præter modũ ampliuagas imagines reddunt,& nimis anguſti ſæpe non vñr poſſe capere imaginũ collocationẽ. Tum nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos fieri oportet:ne aut ob cæcent tenebris imagines, aut ſplendore pfulgeant. Interualla locorũ mediocria eſſe placet,fere paulo plus, aut minus pedum tricenũ.nã vt aſpectus,ita cogitatio minus valet, ſiue nimis procul amoueris, ſiue vehemẽter prope admoueris id,qđ oportet videri. Sed q̃q̃ facile eſt ei,qui paulo plura explorauerit, quamuis multos, & idoneos locos comparare:tñ ſi quis ad iſta ſatis idoneos inuenire ſe non putabit,ipſe ſibi cõſtituat q̃ volet multos licebit. cogitatio enim quãuis regionẽ põt amplecti, & ĩ ea ſitũ loci cuiuſdã ad ſuum arbitriũ fabricari, & architectari. quare licebit, ſi hac prompta copia contenti nõ erimus, noſmet ipſos nobis cogitatione noſtra regionem conſtituere,& idoneorũ locorũ commodiſsimam diſtinctionem comparare. De locis ſatis dictũ eſt nunc ad imaginẽ rationẽ tranſeamus. Quoniã ergo rerũ ſimiles imagines eſſe oportet,& ex oĩbus verbis notas nobis ſimilitudines eligere debemus:duplices ſimilitudines eſſe debẽt, vnæ rerũ, alteræ verborũ. Rerum ſimilitudines exprimunť, cũ ſummatim ipſorũ negociorum imagines cõparamus. Verborũ ſimilitudines cõſtituunť, cum vniuſcuiuſq; noĩs & vocabuli memoria imagine notať. Rei totius memoriã ſæpe vna nota, & imagine ſimplici comprehendemus, hoc mõ: Vt ſi accuſator dixerit ab reo hominẽ veneno necatũ, & hereditatis cã factum arguerit,& eius rei multos dixerit teſtes,& cõſcios eſſe. Si hoc primũ,vt ad defendẽdũ nobis expeditũ ſit, meminiſſe volemus: in primo loco rei totius imaginẽ cõformabimus, ægrotũ in lecto cubantẽ faciemus ipſum illũ, de quo ageť,ſi formam eius detinebimus:ſi eum non agnouerimus,aliquẽ ægrotum nõ de minimo loco ſumemus, vt cito in mẽtẽ venire poſsit, & reũ ad lectũ eius adſtituemus,dextera poculũ,ſiniſtra tabulas,medico teſticulos arietinos tenentẽ. hoc mõ,& teſtium,& hrđitatis, & veneno necati memoriã hr̃e poterimus. Itẽ deinceps cetera crimina ex ordine in locis ponemus, & quotieſcunq; rem meminiſſe volemus.ſi formarum diſpoſitione, & imaginum diligenti notatione vtemur,facile ea,q̃ volemus,memoria cõſequemur. Cum verborũ ſimilitudines imaginibus exprimere volemus,plus negocii ſuſcipiemus,& magis ingenium noſtrum exercebimus id nos hoc mõ facere oportebit: Iã domuitionẽ Reges Atridæ parãt. In loco cõſtituere oportet manus ad cœlũ tollentẽ Domitiũ, cũ à Regibus Martiis locis cædať. Hoc erit, Iã domuitionẽ Reges. In altero loco Aeſopum,& Cimbrũ ſubornate Iphigeniã, Agamemnonẽ, & Menelaũ: hoc erit, Atridæ parãt. hoc mõ oĩa verba erũt expreſſa. Sed hæc imaginũ cõformatio tum valet, ſi naturalẽ memoriã exuſcitauerimus hac notatione,vt,verſu poſito,ipſi nobiſcũ primũ trãſeamus bis aut ter eum verſum, deinde cum imaginibus verba exprimamus. hoc mõ naturæ ſuppeditabiť doctrina:nã vtraq; altera ſeparata, minus erit firma,ita tñ,vt multo plus in doctrina atq; arte pſidij ſit. qđ docere nõ grauaremur, ni metueremus, ne,cum ab inſtituto nr̃o receſsiſſemus,minus cõmode ſeruareť hæc dilucida breuitas pceptionis. Nunc,qm̃ ſolet accidere, vt imagines partim firmæ,& acres, & admonendũ idoneæ ſint, partim imbecilles,& infirmæ q̃ vix memoriã poſsint excitare:qua de cã vtrunq; fiat,conſiderandũ eſt,vt, cognita cã,quas vitemus, & quas ſequamur imagines,ſcire poſsimus. Docet igiť nos ipſa natura, quid oporteat fieri.nã ſi quas res in vita videmus paruas,vſitatas,quotidianas, eas meminiſſe nõ ſolemus:propterea ꝙ nulla niſi noua,aut admirabili re cõmoueť aĩus:at, ſi qd videmus aut audimus egregie turpe,aut honeſtum, inuſitatum,magnũ incredibile,ridiculum,id diu meminiſſe cõſueuimus. itaq; quas res ante ora videmus, aut audimus,obliuiſcimur plerunq; q̃ acciderũt in pueritia,meminimus optime ſæpe:nec hoc alia de cã põt accidere,niſi ꝙ vſitatæ res facile è memoria elabuntur,inſignes,& nouæ maneť diutius. Solis exortus,curſus,occaſus nemo admirať, ppea ꝙ quotidie fiunt:ac eclipſes ſolis mirantur, qa raro accidunt,& ſolis eclipſis magis mirantur,q̃ lunæ, qm̃ hæ crebriores ſunt. Docet ergo ſe natura vulgari, & vſitata re nõ exuſcitari, nouitate vero, & inſigni quodã negocio cõmoueri. Imitetur igitur ars naturã,&,qđ ea deſiderat,inueniat; qđ oſtendit, ſequatur.nihil eſt enim,quod aut natura extremũ inuenerit,aut doctrina primum: ſed rerum principia ab ingenio pfecta ſunt, & exitus diſciplina cõparantur. Imagines igitur nos in eo genere cõſtituere oportebit,qđ genus manere in memoria diutiſsime poteſt.id acciderit,ſi quammaxime notas ſimilitudines cõſtituemus:ſi nõ mutas, nec vages,ſed aliquid agentes imagines ponemus ſi egregiam pulchritudinem,aut vnicam turpitudinẽ eius attribuemus:ſi aliqua re exornabimus, vt ſi coronis, aut veſte purpurea, quo nobis notior ſit ſimilitudo:aut ſi qua re deformabimus, vt ſi cruentã aut cœno oblitam,aut rubrica delibutã inducamus,quo magis inſignita ſit forma:aut ſi ridiculas res aliquas imaginibus attribuamus.nam ea res quoque faciet,vt facilius meminiſſe poſsimus.nã quas res veras facile meminimus, eaſdem fictas,& diligenter notatas meminiſſe nõ eſt difficile. Sed illũ facere oportebit, vt idẽtidẽ primos quoſq; locos imaginum renouandarum cã celeriter aĩo pcurramus. Scio pleroſq; Græcos, qui de memoria ſcripſerunt,feciſſe,vt multorum verborum imagines cõſcriberẽt,vti, q̃ eas ediſcere vellent,paratas hẽrent,ne qd inquirẽdo cõſumerent operæ:quorum rõnẽ aliquot de cauſis improbamus:primũ,ꝙ in verborum innumerabilium multitudine ridiculum ſit mille verborum imagines cõparare. quantulum enim poterunt hæc valere, cum ex infinita verborum copia, mõ aliud,modo aliud nos verbum meminiſſe oportebit? Deinde cur volumus ab induſtria quẽquã remouere,vt ne quid ipſe q̃rat, cũ nos illi omnia parata quæſitaq;

trada-

tradamus? Praeterea similitudine alia alius magis commouetur. nam vt saepe, formam si quā similē cuipiam dixerimus esse, nō omnes habemus assensores, quod alii videt aliud, ita fit in imaginibus, vt, quę nobis diligenter notae sunt, eae parum videantur insignes aliis. quare sibi quenq; suo commodo cōuenit imagines comparare. Postremo praeceptoris est docere, quemadmodum quaeri quidq; conueniat, aut vnum alterum, non omnia quae eius generis erant, exempli causa subiicere, quo res possit esse dilucidior. vt cum de proœmiis quaerendis disputamus, rationem damus quaerendi, non mille proœmiorum genera conscribimus: ita arbitramur de imaginibus fieri conuenire. Nunc ne forte verborum memoriā aut nimis difficilē, aut parum vtilem arbitreris, & ipsarum memoria rerū contentus sis, quod, & vtiliores sint, & plus habeant facilitatis; admonendus es, quare verborū memoriam non improbemus. nā putamus oportere eos qui velint res faciliores sine labore & molestia facile meminisse, in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriam inducimus, vt versus meminisse possimus, sed vt hac exercitatione illa rerum memoria, quae pertinet ad vtilitate, cōfirmetur: vt ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatē transire possimus. Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis, tū vero in μνημονικῇ minimū valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Quamplurimos locos vt habeas, & quammaxime ad praecepta accōmodatos, curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quotidie cōuenict. non. n. sicut in ceteris studiis adducimur nonnunquā occupatione, ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua. nunquā est enim quin aliquid memoriae tradere velimus, & tum maxime, cū aliquo maiore negocio detinemur. quare cum sit vtile facile meminisse, non te fallit, quod tantopere vtile sit, quanto labore sit appetendum: quod poteris existimare vtilitate cognita. pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia, ne aut tu nostro, aut nos tu studio diffidere, aut minus, quàm res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rhetoricae deinceps dicemus: tu primas quasq; partes in animo frequenta, &, qđ maxime necesse est, exercitatione confirma.

CAP.

MEMORIA vtrū habeat quiddā artificii, Nunc de artificiosa memoria Ciceronis locum exposituri recte facturi videmur, si aliquanto altius hāc rem repetamus. & primū quid sit memoria, & in qua corporis quiescat sede. & quibusdā causis in aliis hebescat, in aliis autem florescat, dicamus post, quibus remediis imbecilli possit occurri memoriae quantum nobis veteres iunioresq. qui aliquid dicere nisi sunt, tradiderunt, ostendemus. Ipsam igitur memoriā ita definit Plato: Μνήμη διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας. August. aūt intellectus vim esse dicit memoriā, eorū quae ingenio inuēta sunt conseruatricem. sic enim inquit, Ingeniū est vis animae sine intentio, qua se extendit anima, exerceturq. ad incognitorū cognitionem, Ingenium. quidē exquirit ignota, ratio discernit inuenta, memoria recondit iudicata. & offert adhuc iudicanda. sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, & vna à summis dependent. Aristoteles aūt memoriā a reditione in memoriā. ita differre arbitratur, quod vt meminisse quidem omniū animantium sit, velut cibi, potus, somni voluptatis, ita, in memoria in reuocare qđ exciderit, non nisi homines posse. Proinde tardos quidem, & pinguis ingenii homines, etiam memores esse. redire aūt in memoriam, solum acris, & velocis ingenii sit. Sed cur id senserit, ipse docet. & cum Aristotele enarrāt Auicenna, Alexander. Themistius. Alpharabios. Albertus Alemanus. Distingui si quidem caput ita aiunt vt in sincipite, hoc est in cerebro. & parte quae frontem versus porrigitur, sit cōis sensus. in media autē parte distinctio, in occipit vero imaginū recentio, quod maxime experientia percipi potest. Nam laeso occipite, rerum oritur obliuio, & cognitio, distinctio, atque imaginum quaedam aestimatio manet. laeso autē sincipite, sensus cōis. laesa parte capitis media aestimatio abiicitur, sed manent cetera. Proinde cum in occipitis parte rei antea visae tenet imago, vt continuus sit, & vniformis ad memoriam alicuius rei motus, meminisse dicimur. Cum aūt doctrina, arte, sciētia, ingenio, praeceptis. per quasdam quod obliti sumus vestigamus imagines. redire in memoriam dicimur. Qua de cā hanc quidem reminiscentiam, illam vero memoriam quidam nominare tentauerunt. & memoriam rudis, & pinguis hominis esse, quod nullo ingenio. nulla indigeat scientia, esse dixerunt, reminiscentiā vero, ingenii acuti, & acris, & eruditi, sed nos iam sine metu memoriā hanc nominabimus, quando & Cicero, & alii ita appellarunt. Proximum nunc est vt dicamus cur hāc in aliis hebescere videamur. Calidi, & humidi, vt Aristoteles inquit, velocis quidem sunt plerunq; ingenii, sed immemores, propter humidum quod facile recipit, & calidum, quod multum mouet. Calidū enim multas per se mouet imagines, quas vniuersas continue fluens humidum commiscet atq; perturbat. Econtrario qui sicci supra modum sunt, pinguis ac tardi sunt ingenii. quod vbi nullus in occipite humor sit, nullam illi figi imaginem posse. Si igitur nihil prorsus figatur, redire aliqd qui potest in memoriam? Velocissimi itaq; ingenii, & tardissimi, sunt immemores. Hi quidem, qui humido superfluunt, calido nempe multas inueniente rerum imagines, ac ideo magis in humido effluitantes, quod altera, alteram etiam pellat. Illi autem, quia nec calor suscitat, nec vllus humor retinet imagines, etiam si calor suscitans affuerit. Qua de causa, & qui frigidi sunt, tardi videntur, & eo tardiores, quo sicciores extiterint. Calidi autem ad inueniēdum parati sane. sed si sicci supra modum, immemores erunt. Sin autem quantum satis sit humidi calidiq. simul erit, ad inueniendū etiam parati tum, & memores erunt. Quoniam in nimium humida anima imago nō manet, siccorum aūt animam imago non tangit. sed nullus ita infelix, vt opinor est. nisi prorsus sit stolidus. qui aliquantum humidi calidiq. in occipite non hēat, si praesertim iuuenta adhuc floreat. Nam quo magis ad senium aetas declinat, magis calor extinguitur, & humor exiccatur. ac per hoc ad vecordiam propius etiam acceditur. Quoniā igitur, & quae sit memoria, & q̄ sedem occupet, & in quibus hebescat vigeat ve iam dictum est dicendum iam videtur, quo pacto in memoriam eorum q̄ aut vidimus, aut audiuimus, redire possimus, hoc est, acuti fiamus si frigidi iam à natura sicciq. simus. In qua re quātū quisq; studio perficere queat, Themistocles nobis esse testis potest, quē vnum intra annum optime locutū Persice constat. vel Mithridates, cui duas, & viginti linguas, quod nationibus imperaret, traditur notas fuisse. vel Crassus Licinius ille diues, qui cū Asię praeesset, quinq; Graeci sermonis differentias sic tenuit, vt qua quisq; apud eum lingua postulasset, eadē ius ipsi redderet. vel Cyrus, quem omnium militum creditum est tenuisse nomina. Sic etiā semel auditos, licet multos versus, breui tamē memoriter retulisse Theodectes fertur, Facit praeterea prompti ingenii famam memoria, cum in omnibus scientiis, & artibus, tū oratoribus, vt ea quae dicunt non mō attulisse, sed ibi protinus sumpsisse videantur. Contra immemores, tardi pinguesq. & sunt & habent. velut Curionē habitū legimus, qui adeo nullius fuit memoriae, vt aliquoties cū tria proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret. Ob id quod ego tardū ēt in cogitando, & in construendo dissipatum fuisse crediderim, ac ēt eius motum fuisse incompositū, cū se toto corpore iactaret. Nam cum ad redeundum in memoriam, eum multum animo aestuasse verisimile sit, eadem ratione corpus iactasse, & cū meminisse vellet multū laborasse, facile intelligi potest. quę oia incommoda ex memoriae imbecillitate proficisci ostendimus. Sed iam vnde digressa est. eo nostra redeat oratio. Vt igitur in memoriam nobis redeāt, quae aut ipsi vidimus aut ab aliis audiuimus, adminicula duobus ex locis petēda sunt. tū ex nobis, tum extrinsecus. Ex nobis, aut vt memores simus, aut vt alii esse videamur, ac vt hoc aliqua virtute incommodū tegere valeamus. At quantum adminicula pertinet. primū quatenus a

nobis

nobis fieri, potest bonam conseruemus valetudinē, ne crapulę inseruiamus, & cibus in stomaco digerat, liberumq. cogitationibus animum habeamus. Quare, & pueri, vt plurima discant, cum ea ætas memoriæ studio multum etiā iuuetur, procurandum, & studiū illis hoc quasi peculiare esse oportet, lecta scriptaq. sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi: Habeatur tamen delectus à pręceptore, in hoc, vt ea quę optima sint, proponantur. idq. leuius fieri potest, si pauca primū, & quę odium non afferāt, cœperint ediscere, deinde ad infinitū vsque perueniant, & poetica prius, postmodum oratorū, nouissime et solutoria numeris, & magis ab vsu dicendi remota, qualia sunt iurisconsultorum, memoriæ mandent. Sit autē omnibus exercitatio, & labor multa dicendi, multa cogitandi; & si fieri potest, quotidie. Nihil enim tam auget memoriam, quam cura nihil tam corrumpit, quam negligentia. In quibus rebus dāda prius opera est, vt qđ discimus, intelligamus, & si longius aliquid complectendum memoria fuerit, orationem per partes ediscere proderit. Quoniam nimio onere obruitur mens. Eæ vero partes non sint perexiguæ, alioquin nimis multæ excidant. dandi quidam termini sunt, vt cōtextum verborum, qui est difficilius continet crebra meditatio, & breuis eum omnē mentia decurrat vigor. partes deinceps ipsas repetitus ordo cōiungat. Nec erit inutile, quo hæc facilius hæreant, aliquas notas apponere quarum recordatio eius partis nos commoneat & memoriam excitet. Nemo enim fere tam socors est, vt quod cuique loco signum destinauerit, nesciat. Et ipsæ quinque literarum notæ, si quid noui habebunt, excitare poterunt. Hoc pacto vestigiis quibusdam quod legerimus oculis, non paginas modo, sed versus, nec versus modo, sed singula prope verba videbimur intueri. Tacite autem hæc ediscere, expeditius, & potētius esse existimatur, si non subeant, velut otiosum animū, plerunque aliæ cogitationes, quibus mens impediatur. Ceterum voce, & publici motu iuuetur memoria dicendi, & pariter audiendi. sed hæc vox sit modica, & magis murmur. Quod autē legente alio ediscimus, in parte tradamus, nam acrior est oculorum quàm aurium sensus. In parte tamen iuuamur, si cum semel aut bis audierimus, continuo nostram experiemur memoriam, vt cum legente contendemus. Si igitur facilis rerū nobis suffragatur memoria, & tempus non deest, nulla potest effugere syllaba, sin autem debilis admodum memoria est, vim rerum atque ordinem complecti satis sit, nec quisquam se tenere parum iudicet, dum illud retinet. Nam dum nihil prætermittere verborum volumus, fit, quod turpissimum est, interruptus actionis impetus, & resistens, ac salebrosa oratio & qui dicit, ediscenti similis, etiam bene scriptorum gratiā perdit. Sed de hac parte iam satis diximus. Nunc superest, vt immemoris ingenii incommodum virtute aliqua regendū doceamus. Memoriæ ergo deficientis incommodum eloquentia emendare poterimus, vt aut q̄ proxime diximus, aliis verbis efferamus, exornemus, & verborum sententiarumq. figuris tantisper inuoluamus, quo ad nobis quæ volumus suggerantur. Vt si memoria, & ipsa inuentione commendari non possumus, cōmendemur eloquentia, velut Curio, quem Cicero vltra omnes immemorem annotauit. cum tamen inter oratores positū, propter verborum varietatem, & expeditam ac profluentem quodammodo celeritatē esse volui. id enim solum in eo alicuius speciem fecit oratoris. Quod autem splendidis vtebatur verbis, vsu domestico creditur sibi comparasse. Aliqui voce canora, & suaui, sicut Cn. Lentulus, aliqui formæ etiam dignitatem suauitati vocis, & magnitudinis addētes, velut P. Lentulus, tarditatis emendatores magnopere probati sunt, si ita memoriæ vitium per interualla, seu voce, vel motu corporis emēdarunt. Exposuisse satis iam videmur, quo pacto ex nobis ad memoriæ incommoda adiumentum possimus comparare. nunc proximū est, vt quibus adminiculis extrinsecus iuuari possimus, aperiamus. Extrinsecus duabus ex causis iuuare possumus memoriam: medicamine, & locis, quæ secum aliquarum rerum ferant imagines. Medicamine, vt syrupis, medicinisque, aut sanguine nimium capitis exiccemus humorem. quo visa audita ue hæreant tenacius. Quibus rebus multi salubre, & mirabile tulerunt imbecilli memoriæ remedium, sed hæc ad medicos relegamus, quando de hac re multæ tardi medelæ possunt. & licet aliquæ, quæ maxime probantur, ad nos peruenerint, perquirendum tamen ab his medicis, vnicuique suademus. vltima artificiosæ memoriæ pars fuit de locis, & imaginibus eius, quæ à nobis tum tractanda restat; quam Cicero totam partē luculentissime, vt omnia, exequitur. Sed antequam Ciceronis verba aperire incipiamus, prius vale, ac ab hoc loco non alienum factum videmus, si vnde cœpisse originem tradatur, exponamus. Artificiosæ igitur memoriæ hanc partem primus dicitur Simonides lyricus poeta ostendisse, cuius vulgata fertur etiam à Cicerone historia: Cum, vt Quintilianus, inquit, pugili coronato carmen, quale componi victoribus solebat, mercede pacta scripsisset, abnegatam ei pecunię partem, quod more poetis frequentissimo, digressus in laudes Castoris, & Pollucis hęserat. Quapropter partem ab his petere, quorum facta celebrasset, iubebatur, & hi persoluerunt, vt traditum est. Nam cum esset grande conuiuium in honorem eiusdem victorię, atque adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio est euocatus, quod eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorem in modū dicebantur, & illos quidem non inuenit, fuisse tamen gratos erga ipsum eos exitu comperit. Vix enim eo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit, atque ita confugit, vt nō ora modo oppressorum, sed membra etiam omnia, requirentes ad sepulturam propinqui, illos nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur, memor, ordine quo quisque discubuerat, corpora sui reddidisse. Est autem magna inter auctores dissensio, Glaucone Caristio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopę scriptū sit. id carmen, & Pharsali fuerit hęc domus, vt ipse quodam loco significare Simonides videtur, atq; Apollodorus, & Eratosthenes, & Euphorion, & Laryssęus Eryphilus tradiderunt, an Crannonę, vt Apollas, Callimachus, quem secutus Cicero hanc famam latius fudit. Scopa certe nobilem Thessalum periisse in eo conuiuio constat. Ex hoc Simonidis facto notari videtur iuuari memoriā signatis animo sedibus, idque crederem suo quisq; experimento. Nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantum sed etiam quę his fecerimus reminiscimur, qui in memoriam subeunt. Nonnunquam tacitę quoque cogitationes in mentē reuertuntur. Nata est igitur, vt in plerisque, ars nec à natura discepat. Memoria vtrum habeat quiddam artificii, an omnis à natura proficiscatur, aliud dicendi tempus idoneum dabitur. [Nunc, perinde atque constet in hac re multum valere artem, & pręceptionem. ita ea de re loquemur) Natura definiuit Empedocles, vt diceret natura est ignis artifex, quadam via vadās in res sensibiles procreandas, quod omnia (vt ipse vult) principe igne generentur. Plato autem sic definit, natura est dei voluntas. Quodcunq; igitur ex intima rei alicuius vt sponte exit (quoniam quod voluntate factum diuina est) id ab eius rei natura dicitur proficisci. Sed verum memoria à natura proficiscatur, nec ne, quæri posse videtur. Nam si memoria vis quędam propria animę est, sicut volūtas, & intellectus, quę in hominis cerebri parte postrema occiput contingente perficitur, velut paulo supra memorauimus, à natura homini insita dici posse videtur. [Porro, cum animæ sensus, corporis sensibus, vt Aristoteles voluit suscitentur: quippe qui animam velut rasam quandam tabellam in qua nihil pictum esset, dixit, habilem tamen creatam ad omnium rerum suscipiendas formas, molem enim corporis obstare, ne quiduis ad vnguem, & mox intelligat. Ex quo manifestum est, magnum ad memoriam, sicut ad ceteras animę vires, quibusdam rebus pręstari adminiculum. Quod cum ita sit, apparet memoria, sicut, & cetera, artificio comparari posse. Cum autem natura, & arte constet memoriam, nascitur quidem à natura, ab arte vero excolitur. [Placet enim nobis esse artificium memoriæ) Subaudiendum, de qua daturi pręcepta sumus. Simul cum cogitatione nata, quę vis est animę, quam confirmat inductio quędam cum arte inducitur ad ea quę pręterita sunt, comminiscendum. (Naturę commoda retinear) Nam de locis, & imaginibus Cicero dicturus est, ad quas comminiscendas mente nobis opus sit, & ingenio ad similitudines rerum effingendas, illam, vero per naturam, hoc etiam a pręceptoribus accipimus. [Constat igitur artificiosa memoria ex locis, & imaginibus) De qua dicturi sumus. [Locos appellamus eos, qui breuiter) Vt sine cunctatione ac mora omnes cogitatio possit percurrere, ne ipso occursu hęreamus. Plus enim quam firmam esse oportet memoriam, quæ aliam memoriam adiuet. [Perfecte) Vt quidquid animo occurat, illic diligenter affigi possit, at ob hoc nihil sit imperfectum [Insignite) Vt ea loca multa varietate signata concipiantur. [Aut natura) Vel vt in itinere longo rupes, vel quidquid insigne occurat, & si non sint, liceat nobis effingere. [Aut manu sunt absoluti) Velut domus, opera aliqua publica, vrbium ambitus. picturę quæ sint, vel quas nobis effingamus. Opus ergo est locis, quæ vel finguntur, vel sumuntur, porro sumuntur vel natura, vel manu absoluta. [Vt eos facile naturali memoria comprehendere)

dere) Vno mentis cursu colligere. [Et amplecti.) Sepire, & circumuallare quæramus. quod facere posse videmur, si non sint nou numerosa, si minime spatiosa perfectaq. ac varietate distincta. [Vt ædes) Vt domus magna, & in multos recessus diducta. [Intercolumnium) Si tamen varia rerum facie sit insignitum. [Angulum) Velut angiportum, si huic rei sit accõmodatus. [Fornicem, & alia quæ his similia sunt) Si tantum pateat, vt in eo multi figi possint imagines, vel si in eius ædibus hæc, & alia insignita compareant. [Imagines sunt formæ quædam, & notæ, & simulacram eius rei, quam meminisse volumus: quod genus, equi, leonis, aquilæ, quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum) Vt si signum nauigationis anchoram, & militiæ signum aliquid ex armis ponas. [Certis in locis collocare nos oportebit. Nunc cuiusmodi locos inuenire, & quo pacto reperire, & in locis imagines constituere oporteat. ostendemus) Ne erremus, sit ne is primus vel secundus, aut quotusquisque locus alius, cui eam imaginem concredidenmus, scire oportet. opus ergo locis est, imaginibus, & simulacris, & ad ea quę figenda sunt illustribus ac explicatis modicis interuallis, aut ita prorsus insignitis, vt occurrere celeriter & pcurri animo possint. Metrodorus sane se duodecim signis, p q sol meat, tricenos, & sexagenos locos inuenisse iactauit. aliqui in anulis se formasse dixerunt. [Quare placet, & ex ordine locos comparare) Nam ita aliqui dixerunt primum locum vestibulo quasi assignant. secundum puta ambulacro. tertium atrio, tum atria circumeunt, nec cubiculis modo aut exhedris, sed statuis etiam picturis ue, similibusq. per ordinem committitur. Hoc facto, cũ est repetenda memoria, ab initio incipiunt loca hæc recensere, & quod cuique crediderunt reposcunt, & eorum imagine quidnam id sit admonentur. ipsa loca nimiũ illustria, aut nimium obscura esse voluerunt, distantia inter se. nam plusquam quinque passus, vel paulo plus minus ue. Et cum quæ locauimus, auferre voluerimus, à dextro vel sinistro prout progressus domus patietur, incipiemus, nec vt retrorsum cedas, ac à sinistro in dextrum abeas, paulo curiosius pcipi solet. Dissimilia vero inter se loca esse, recte pcipitur. Quãobrem ne cellulę quidam sacerdotum commodæ huic rei videri, ob nimiam inter se similitudinem debent. [Si in quinto loco manum auream collocemus) Quæ imago, quintum adesse locum nõ tam demonstret, qoam rei nouitate animum ad cõminiscendum eum locum excitet. [Distincte interlucere possint) Discreti ita sint, vt per se perluceant, appareantq. [Paulo plus, aut minus) Subaudiendum, id posterius paulo. [Pedum tricenum) Triginta pedum. trigenum dici deberet per g literã, non per c, nam tricenum per syncopam factum est, alias tricentenum. sed cum dicat non nimiam esse oportere inter huiusmodi loca distantiam. trigenum videlicet oportere scribi videtur. & est ęque syncopa trigenum, pro trigenorum. nec mirũ videatur, si cum genitiuo plus minusq. construuntur, cum, & cũ accusatiuo etiam. nedum cũ ablatiuo coniungi inueniantur. [Ita cogitatio minus valet. siue nimis procul amoueris) Siue paulo distant ora fuerint inter se loca, siue propinquiora quã conueniat. [Arbitriũ fabricari) Cudere, inuenire, [Et architectari) Cõstruere. [Vnæ rerũ) Quibus rebus. [Alteræ verborũ) Quibus verba exprimuntur. [Cum summatim) Cum collectim paucis. [Hereditatis causa factum arguerit) Ostendet. [In lecto cubantem) Loco quem ipsi inuenerimus. [Si formam eius detinebimus:) Si cuiusmodi formæ sit meminerimus. [Nõ de minimo loco) Nõ pauperem, nec abiectũ. sed nobilẽ, & opulentũ. [Dextera poculum) Quo veneno necatũ ostendamus. [Sinistra tabulas) Quibus hereditatem, & testamentum significemus. [Medico testiculos arietinos tenentem) Vnde testes, quique conscii veneni dati sint, reminiscantur. Et vna hac hois imagine, vnũ complexi sumus negocium. [Veneno necati) Neco, necui. suffocaui significat, vt Horat. Bos est enectus arando. neco necaui ferro, vel quauis alia vi occidi. Hinc necem, cædẽ appellamus. & hinc internecio, vitæ priuatio, vel interitus. Cæsar in Cõmẽtarus de bello Gallico. Hoc pręlio facto, & prope ad internecionem gente ac nomine Neruiorum redacto. potius quam a supino occtum, vt Priscianus volult, sublata nempe litera. [Plus negocii suscipiemus) Plus curarum, sic Plautus: Quid tu mihi exhibes negocium. Et magis ingenium nostrum exercebimus) Quoniam pluribus opus est imaginibus, cum & verba multo plura esse quã negocia, necesse sit. [Iam domuitionem Reges Atridæ parant) Si huius versus velis reminisci. [Manus ad cœlũ tollentem Domitium) Aliquẽ notum, q Domitius nominetur. vt huius nominis domi meminisse valeas. [Tollentem manus ad cœlum vt) Futuram vltionem demonstrans, imploret auxilium. [Cum à Regibus Marciis loris cędatur) Verum à regibus, quicunq; loris Marcius, quibus in bello vtuntur milites. an certe a regibus Marciis, Remo, & Romulo. Marciis filiis, loris cędatur, & Remus Romulusq. Agamemnona, & Menelaũ in memoria nobis suggerant, qui in bello Troiano fratres, simul, & reges totius exercitus duces extitere. [In Altero loco Aesopum, & Cimbrium subornarę.) Per quos histriones Atridæ fratres dentur intelligi. [Subornari) Adornari, ad tragœdiæ recitationem, vel quiduis simile. [Iphigeniam) Notum satis est Iphigeniam, quam, & Sophocles, & Lucretius, ita multi alii, Iphianassam nominarũt, Agamemnonis ex Clytemnestra fuisse filiam, cuius immolandę loco ceruã suppositæ fertur. [Nobiscum primum transegimus) intra nos meditemur, & decurramus. [Cum imaginibus verba) Ea coniungendo exprimamus. [Ne, cum ab instituto nostro) Artificiosam docendi memoriã. [Recessissemus) Docendo, quo pacto in artificiosa memoria plus sit pręsidii, quam in naturali. [Egregie turpe) Multa sunt huiusmodi verba, quæ in bonum, & in malum, & vtroque versus capi possunt, velut nobilis, illustris, insignis, singularis. Cicero ipse de lege frumentaria: Ad istius flagitiosas libidines, singularemq. nequitiam natum atque aptum, inquit. [Eclipses solis) Defectus. Nam ἐκλείπω deficio significat. [Hic lunaris eclipsis.) [Et, quod ea desiderat, inueniat) Desiderare, quo deest quærere. [Quod ostendit) Natura. [Sequatur) Ars. [Nihil est) Quod aut natura extremum, quia antecedit semper. [Aut doctrina primum:) Quia ars semper naturam imitatur. [Manere in memoria diutissime potest) A diu comparatiuũ dius, vnde diutile dle quippiam percunctetur, ambulant, diutile, & fabulantur. Apuleius vsus est. ab hoc diutissime superlatiuum. [Nec vagas) Non consistens. [Vnicam turpitudinem) Præcipuam. [Cœno oblitam) Inquinatam, ex ob, & lino, vnde litura descendit. [Aut rubrica delibutam) Creta rubra conspersam. est enim creta, vt Columella, in hanc ipsam rem liquida rubrica, vt illiniri possit, à rubro colore dicta, sicut, & rubrica, qui libris exscribitur. Persius.

Si quid mensuri declares linea quæris.
Rubra potest dici. Et rursum Persius,
Oculo rubricam dirigat vno.

[Vt identidem) Idem, & idem. [Imaginum renouandarũ) Quia renouantur imagines in omnibus negociis. licet perpetuo loca ipsa remaneant. [Quantulum. n. poterunt hæc valere) h. d. quàm parum habere momenti poterunt cõparatæ imagines, si infinitam verborum species copiam, vt cum minus memineris stati alias meminisse adhuc oporteat. [Similitudine alias alius magis commouetur) Vt alii subabsurda forte videatur. [Non omnes habemus assensores) Non omnes nobis assentientur, in rerum quàm sumpserimus similitudine. [Quòd alii) Quicunq; sit. [Videtur aliud:) Subaudiendum, q̃ nobis ipsis visum sit. [Admonendus es) Ne inutilem verborũ memoriã credens, Aut difficiliorem quàm vt te assequi posse arbitratus, p̃ceptione nostra adhuc non satis persuasus sit. [Qui velint esse faciliores sine labore) h. d. quicunq; exigui animi leuia cõsectatur, ea videntur duriora obscurioraq. quàm vt cito capere possit, necesse est, quæ sunt maiora. At qui difficilioribus assuevit faciliora pene contemnit, quippe qui nihil in eis laboris esse sibi p suadet. Et hoc in omnibus fere humanis rebus accidit. Idẽ accidit plerunq; discentibus, qui pręceptorem leuia humiliaq. sequentem, & in promptu posita sequi malunt, quam eũ qui paulo remotiora, & maiore cura elucubrata promat. Infirmi enim semper ac debiles, & sunt, & habentur. Quamobrem difficilioribus semper inuigilandum, quo leuia quæq; nobis non maiora difficultate subiiciantur quàm cupiamus, nec desperãdum, ne aliquando intelligamus, cum homini ita natura intelligere datũ sit, vt natare piscibus, auibus volare est. [Quæ ptinet ad vtilitatẽ) Nã versus reminisci, ad voluptatem fere tantũ attinet. [Difficili consuetudine) Imaginum verborum omniũ reminisci. [Ad illam facilitatem) Quę est, vt rerum, non etiam verborum meminerimus, cum ea in prompto forte habere necesse sit. [Nisi industria) Corporis. [Studio) Solertia. [Labore) Quanquam ad vtrunq; referri potest. [Diligentia) Quę à iudicio maxime proficiscitur, ex aliorũ animaduersione. [Abducimur) Semouetur, nonnunquam occupatione aliarum rerum. [Non te fallit) Qui potest fallere te, cum tantopere sit vtile? [Ad eam te hortari) Ad memoriam parandam, laborẽ omnẽ subeundum. [Non est sententia) sententiam veteres, orationẽ generaliter aliquid complexam, vel dehortantem aut ostendentem aliquid nominarum. Hortantem, vt.

Qui cupit optatam cursu contingere metam:

Multa

Multi illis fretisque puer, fidentis & alsit.

Dehortatem, vt,

Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis.

Demonstrantem, velut, Quibus fortuna aspirat, hi occasionẽ insipientes viuendi habent. Sententiam quoque, quod animo sensissent, vocauerunt, vnde adhuc dicimus, ex animi nostri sententia aliquid dictum factum ue, & gratulantes, ex sententia dicimus Sententiæ anocantur etiam, quas Græci γνώμας appellant, quę similes decretis atq; consiliis sunt. Vnde inuen.

Non est sententia verum,

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ

Ita hic Ciceronis non est sententia, non est consilium, mens nõ est. Nunc ad vltimam Rhetoricę partem, quę elocutio dicitur, transit.

MEmoria verum habeat quiddam artificii, an omnis à natura proficiscatur, aliud dicendi tempus, &c.) Quęstionem eam satis videtur explicasse in 2. de Oratore, vbi ex Simonidis inuento, & Scepsii Metrodori, Carneadisque philosophorum auctoritatibus, artificialem memoriam esse definiuit. [Locos appellamus eos, qui breuiter, &c.) Breuiter, hoc est modicis interuallis. distantia enim locorum notabilis, omnem memoriæ coniunctionem dissipat. [Quod genus, equi, leones, &c.) Vides vt in imaginibus acres insignitasque collocet, quę occurrere passim celeriterq; percurrere animum possunt. quod sane Mnemonistarum inscitiam arguit, qui vilibus, absurdis, vulgaribus, & contemptis imaginibus rem tractant. [Loci enim ceræ aut chartæ, &c.) Hæc ex similitudine Carneadis dicta sunt, qui tanquam literis in cera, sic se aiebat imaginibus in iis locis, quos haberet, quæ meminisse vellet, pscribere. [Edere, & proferre, &c.) Alias, videre ac pferre. [Quare placet, & ex ordine locos comparare, &c.) Quia si loci essent confusi inter se, varietates imaginum tolerari non possent, sed varietas formarum facit, vt inter se distincti sint. [Si in quinto loco manum auream, &c.) Propter numerum quinarium, qui digitis significatur. [Medico testiculos arietinos tenentẽ. &c.) Vide Politiani Miscell. qui locum hunc exponit cap. 62. [Iam domuitionem Reges, &c.) Obscurum exemplum quod per verba memoratur. Primum vltionem significant manus ad cœlũ eleuatæ, & à summo Ioue vindictam implorantes. Domi vero hic substituitur nomen aliquod proprium, quod similitudine literarũ affine sit, vt Domitius Causi dicus. Reges sunt Martii Rom. dicti Reges Sed vt ab ipso vocabulo Regum ad singularia nomina perueniam, hoc est Agamemnonem, & Menelaũ suppono duas personarum imagines, Aesopum actorem tragœdiarum, qui solebat repræsentare personam Agamemnonis & Cimbrum histrionem, qui Menelaũ agere solebat. Sed vt dicebam, obscurum est exemplum, quare aliud, & facilius, in verbali imaginum forma ponamus. u. g. Si virginem violatam meminisse voluero, in eo loco ponam virgam quandam, & in hac violas. Cum igitur iam locos posuero, in altero virgam, & in altero violam, videbor quodammodo videre quasi inscripta. Nam & virga erit litera, qua admoneat virginis, & viola erit quasi nota quędam, quæ admonebit violatam. [At quod recẽs &c.) Alias, itaque quas res inuentas videmus, aut, &c. [Sed aliquid notum agentes, &c.) Alias, sed aliquid nouum agentes. [Scio plerosque Græcos, qui de memoria scripserunt, fecisse, vt multorum verborum imagines conscriberent) Hoc sane ob id Gręci fecerunt, quia videbant maiorem esse varietatem imaginum, quibus verba ac dictiones meminisse volumus, quàm rerum. Nam res sæpe vna pluribus dicenda verbis est. Quot autem sunt verba, tot ferme imagines sunt. Ergo, quia vna res dicendo pluribus verbis, & singula verba suam habent imaginẽ, sequitur maiorem esse oportere varietatum imaginum in verbis ac dictionibus. Sed Gręcorum sententiam in ea re non accipimus. Quia res de qua agitur, semper memoria seruanda est, verba non item. Nam aliis verbis eadem res agi potest, si sententia fortè exciderit. Si tenueris rem adhuc causam agere poteris, etiam si verba non tenueris, quia verba non semper eadem in causa necessaria sunt, igitur maior est vsus rerũ, quàm verborum. Accedit ad hoc, quòd pleraq; sunt verba, quibus nullas imagines applicare poterimus, quales sunt articuli, vt, et, ac, et sed, & reliqua aduerbia coniunctionesq. [Pluribus verbis ad eã te hortari, &c.) Quandoquidem ardua quędam, & vix maximis ingeniis imitabilia, de memoria Cicero scripsit, non inutile mihi visum est, si, & aliam exercitationis memoriæ rationẽ, à præclarissimis rhetorum traditam subiicerem, Maximã itaq; memoriæ partem, exercitationem, & laborem rectè dixerunt, Hęc autem exercitatio commodius fieri non potest quàm primo in poematibus, deinde orationibus, postremo operibus durioribus qualia sunt scripta iuris, & similia. Deinde vt voce modica, & magis murmure ediscamus ea rsi ratione, vt sæpe nos tentemus, an teneamus. Ac semper ad verbum ediscendũ est: si tempus permiserit: sin minus, res ipsa tenebimus, dehinc his verba de tempore accommodabimus. Obseruandum autẽ in hac re, ne consuescamus nobis ignoscere, nam, & admoneri, & cum dicas ad librum respicere vitiosum est. Quod si autem natura memoria durior fuerit, aut temporis ratio, & angustia non permittet, non te ad omnia verba alligabis, nam obliuio vnius verbi, aut deformem hæsitationem habet, aut etiam silẽtium inducet. In oratione autem longiore ediscenda, hoc prępceptum inuenio, vt per partes ediscatur. Quoniam dandi sunt quidam termini, vt contextum verborum, qui est difficilimus, continua, & crebra meditatio partes, deinde ipsas repetitus ordo coniungat. Et his q difficilius hęserint aliquas apponemus notas, & eas sępe repetamus, & iisdẽ chartas ediscamus, qbus scripsimus. Optimum aũt mandandæ aliquid memoriæ tẽpus est, vt noctu priusquam somnum capias ediscas, quoniam nusquam auocatur intentio, & post istam cogitationẽ vel lectionẽ nihil amplius animo cogitamus, & statim capimus qetem. [Ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere, &c.) Alias, ne aut tuo studio diffisi. [In animo frequenta) alias, in animo frequẽti, quod maxime, &c.] Libet adscribere, quę hũc potissimũ facere videnẽ, memoriæ præcepta ex Fabio Quintiliano, in ordinem tamen ea atque compendium redacta, hoc modo.

1 Si longior complectanda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediscere, & hæ partes nõ sit perexiguæ, alioquin nimis multæ erunt, & eam distinguent atque concident.

2 In his quæ scripsimus complectendis multum valent, & in his quę cogitamus continendis prope solę, excepta quæ potissima est exercitatione, diuisio, & compositio. Nã qui rectè diuiserit, nunquã poterit in rerum ordine errare, quam Cicero memoriæ lumen ait. Etiam, quę bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nã sicut facilius versus ediscimus quàm prosam orationem, ita prosam vinctam quam dissolutam.

3 Ediscendum est tacite. Hæc vox sit modica, & magis murmur.

4 Ediscendum legendo. Nam qui legente alio ediscit, in parte tardatur, quòd acrior est oculorum quàm aurium sensus.

5 Subinde tentare teipsum debes: quia continua lectio, & quæ magis, & quæ minus gerent, æqualiter transit. In experiendo teneas ne, & maior intentio est, & nihil superuacui temporis perit.

6 Semper ad verbum discendum est, si tempus permiserit, sin minus, res ipsas tenebimus. Nam si tempus non suffragabitur, etiam inutile erit, ad verba omnia se alligare, cum obliuio vnius eorum cuiuslibet, aut deformem hæsitationem, aut etiam silentium inducat.

7 Cauendũ est in primis, ne nobis discamus ignoscere. Ideo que admoneri cum dicas, & ad libellum respicere, vitiosum, quod libertatem negligentię facit nec quisquam se parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat timet.

8 Ea quæ noctu meditamur, facilius ac firmius tenemus, quoniam nusquam auocatur intentio, & post istam cogitationem, vel lectionem nihil amplius animo cogitamus, & statim capimus quietem.

9 Si quis tamen vnam maximamq. à me artem memorię q̃rar, exercitatio est, & labor, multa ediscere, multa cogitare, & si fieri potest, quotidie: potissimum est. Nihil æque vel augetur cura, vel negligentia intercidit. Quare, & pueri statim quã plurima ediscant, & quæcunq; ætas operam iuuandæ studio memorię dabit, deuoret initio tędium illud, & scripta, & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundẽ cibum remandendi. Quod, & ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum, & quę tędium non afferant, cœperimus ediscere. Hęc ex Fabio.

Superest elegans etiã de memorię vsu locus apud Plu. περὶ ἀγωγῆς, quem hic quoq; adscribere haud alienum fuerit ait. n. πάντων δὲ μάλιστα τὴν μνήμην τῶν παίδων ἀσκεῖν καὶ συνεθίζειν αὕτη γάρ ὥσπερ τῆς παιδείας ἐστὶ ταμιεῖον καὶ διὰ τοῦτο μητέρα τῶν μουσῶν ἐμυθολόγησαν εἶναι τὴν μνημοσύνην αἰνιττόμενοι καὶ παραδηλοῦντες οὕτως ὅτι οὐδὲν γεννᾶν καὶ τρέφειν ὡς ἡ μνήμη πέφυκε. Hoc est, Omnium vero maxime puerorum exercenda, consuescendaq. memoria est, ea enim eruditionis siue disciplinę tanquam promptuarium est. Atque iccirco sane Musarum matrem esse Mnemosynẽ fabulis prodiderunt, obscure innuentes atque significantes, nullam naturã rem ita gignere atq; alere, vt memoriam solere.

ASC. MEmoria) Descripturus memoriam, & quæ eam concernunt. Primo mouet dobium an memoria artificio iuuetur, deinde eo præsupposito diuidit eam io naturalem, & artificialem, & quia naturalis ooo est præceptis trandēda, sed artificialis quæ ab arte depender oaturalem mulrū iuuat, ideo ad artificialis præcepta trandenda progreditur. Oido est. Aliud. s. quam præsens tempus idoneum dicendi. i. disputādi vtrum memoria habeat quiddam artifieii, an omnis. i. rota proficiscatur à natura dabitur. s. nobis, nunc loquemur de ea re. i. de memoria, ita. i. sic. perinde atq; . i ac si. constet. i. euidens sit, & sine controuersia inter omoes cooueniat artem, & pręceptionem valere multum in hac re. i. io memoria augenda. Placet. n. nobis, artificium. i. adiumentum artificiosum memoriæ esse. i. repetire oos ostendemus alias. i. alio tempore, quare sup. id placeat, & aperiemus in pręsentia. cuiusmodi ea. s. memoria præcipue artificialis sit. Igitur, vt id aperiamut memoriæ sunt duæ, vna sup. est oaturalis, altera sup. est artificiosa. Naturalis est ea quę est insita animis nostris. i. virtori memoriatiuæ ab animo dependenti, licet in postica capitis cella organum hēre dicatur, & quę oata est sioe multa cogitatione. i. sine accuratione nostra. Artificiosa est ea quā quędam inductio. s. ad credendum. i. persuasio confirmat. & rano preceptionis, ideo autem inductionē præmittit, quia oportet addiscentem credere. Sed quia bonitas ingenii. i. naturalis capacitatis imitatur sæpe doctrinam in ceteris rebus, porro. i. sed profecto, ars cōfirmat & auget commoda naturę, ita. i. consimiliter fit in hac re. vt nonnuoquam memoria naturalis si data est alicui egregia, sit similis huic artificiose. & ita vtraq; alterā imitetur. Porro. i. sed hæc artificiosa retinet commoda naturæ. i. naturalis memorię, & amplificat sup. ea ratiooe doctrinę. Quapropter memoria naturalis est cōfirmanda præceptione, vt sit egregia. i. excellens & hæc quę datur doctrina. i. per doctrinā, hoc est artificiosa, indignet ingenii. i. capacitatis nobis ab natura ingenitæ. Nec hoc fit magis aot minus in hac re, quam inceteris artibus, hoc inquām vt doctrina nitescat. i. præeminat, ingenio. i. per ingenium, & natura intescat præceptione, vnde vtruoque alterum iuuat. Quare hæc constitutio. s. memoriæ artificialis, qoā hic tostituere iotendit erit, & . i. simul vtilis illis, q sunt memores. i. prędıti memoria, aut virtute memoratiua, natura. i. p oaturā quod. i. quā rē, tute. i. tuipse ò Herenni poteris intelligere paulo post. i. postquam. s. legeris, & iorellexeris institutionē, & . i. simul si. i. quamuis illi. s. memores, freti. i. adioti, & confisi suo ingenio oō Indigetēt oostro, s. ingenio, quo hæc instituimus, aut nostro. i. nostra re, hoc est arte, & pceptione, tñ iusta causa daretur quare velimus esse adiumento, his qui minus. i. nō satis iogenii hñt. Nuoc. i. deinceps loquemur de memoria artificiosa. (Constat &c.) Ordo est. igitur vt de artificiosa memoria loquamur. Memoria artificiosa constat ex locis. s. ab addiscente signatis, & imaginibus, p locos suos debite dispositis. Nos appellamus (inquit Cic.) locos eos, qui sunt absoluti breuiter pfectæ, & sup. insignite. i. signanter, & p discretionem, aut natura, aut maou. i. artificio, ita sup. queamus comprehendere, & cōplecti eos facile. i. faciliter memoria oaturali, licet reoui, vtpote quā artificialis p̄suppooit. sit ędes. i. domos p ordinē dispositas, intercolumnium spatium inter columoas, aut deambulacri, aut porticus, aut tēpli, aut domus, aut angulū, aut fornicē. i. circunferentiā, & arcū. vt in theatris, & ædificiis testudinatis, & alia quæ sunt similia his, q̄ omnia ad artificium pertinent, vnde quia loca naturalis pręterit sine exēplis ea minus prodesse nouit. Imagines sunt formę quędā, & sunt notę i. notamenta aut signa, & simulacra eius rei quā volumus meminisse. i. memoria tenere, qđ genus. i. cuius gñis suot equi, leones, aquilæ. Si nos volumus habere memoriā oportebit uns collocare imaginet eorū. s. per quem volumus memores fieri io certis locis. Nunc. i. deinceps. itaq; ostēdemus cuiusmodi loca oporteat inuenire, & quo pacto oporteat reperire supp. eos, & connectere imagines in locis. Igitur quemadmodum ii qui sciunt litteras possunt scribere id, quod dictū est, & recitare, id quod scripserunt, itaq; didicerunt inmodica. i. valde prolixa, aut quam plurima simul possunt collocare id, quod audieruot in locis. s. certis, & pronunciare ex his memoriter. Enim, p qa, loci sunt simillimi ceræ, aut chartæ. in qua. s. vulgo scribimus, q̄ falso nomine papyrum vocant, & imagines sup. sunt simillimæ literis disporio imaginum, & collocatio imaginū sup. sunt simillime scripturæ, pronunciatio sup. est similima lectiooi. Igit si volumus meminisse. i. memoria tenere multa, oportet cōparare. i. acqrere nobis multos locos, vt possimus collocare multa imagines in multis locis. Itē non putamus oportere. i. necesse, aut cōueniens, habere. i. vt habeamus hos locos. s. multos, & à nobis cogitatos, ex ordine. i. per ordinē signatos, ne impediamur. i. aliquādo perrorbatione. i. cōfusione ordinis, quo secius. i. quo minus sup. possimus sequi imagines, vel à superiore parte, vel ab io feriore, quoco loco libebit, vt possimus edere. i. enūciare & proferre ea quæ erant mandata. i. commissa locis. Suot qui legant secios sine quo, vt sit secius. i. aliter dūmodo sit seruatus ordo, possimus sequi &c. Nam vt. i quemadmodum si nos videmus complures, notos staores in ordine nihil interſit nostra. i. nihil iɔferat, quo ad nos, vtrum incipiamus dicere nomina eorum à summo, an ab imò, item. s. similiter eueniet, in locis collocatis ex ordine. vt nos commooiti imagiotbus. i. per imagines possimus dicere id, quod mandauerimus, locis in quamlibet partem quotoqooque, siue primo, siue vultimo, siue quotouis inter medio loco licebit. Quia vero multi textus habent quoquo, qoæ lectio ooo procedit, scies puet illud qooque esse a nominatiuo quisqoe. vt patet si dicas quotusquisq; locus fuerit. Potius legam quidquequām qooquo, vt sit quoto loco, & io quamlibet partem licet quidque, i. quamlibet rē collocare. Potest etiam legi quoqoe diuisis dictionibus. vt sit & quo loco &c. Quare placet &c. Concludit omnioo ordinem seruandum, & in signandis locis nihil hæsitaodum ne frustra cooemur memoriam labilem per rem vacillaotem cōfirmare dicens. Quare. i. quambotem, quia res ita se habet, placet comparare locos ex ordine. & oportebis ootare. i. signare egregie. i. excellenter, & commoditer. i. iuxta commodom nostrum (vbi scies ab adiectiuis secundæ interdum deduci aduerbia tertiæ formæ: vt ampliter duiuer cōmoditer &c.) locos quos assumpserimus, vt possint hærere nobis. i. fixi esse in memoria nostra perpetuo. i. sioe interuallo, aut interruptione. oam imagioes delentur. s. è memoria, sicut literæ, delentur. s. è cera, vbi. i. postquam, aut qua parte nihil. i. in nullo vtimur, sup. locis loci debent remanere taq̄ cera. i. tabula cerata. in qua nihil scriptum est. Et ne forte possumos falli. i. errare in numero locorū, placet quintum quenque locum. i. è singulis quoq; vnū (sed vt videtur hoc loco uoo quemlibet, sed eum qui è quinq; sempee vulimus sit iotelligit) notari. i. signati aliqua nota, quod genus. i. cuius generis supp. sit, si io quinto loco manum auream collocemus, & si in decimo aliquem notum, cui prænomen sit Decimo. i. eui loco prænominis sit Decimus. Nā prænomina sumebātnt à numeris: vt, Secundi, Quinti, Sexti, Octaui, Noni, Decimi, à quibus deducti assumunt elementū: vt, Quinti, Sextū, Octauū, Nonū, &c. deinde facile erit collocare similes notas. i. similia signa, quinto quoq; loco i. ei qui deinceps numerādo per quinq; vulimus erit: vt, decimusquintos, vigesimus, &c. Item cōmodius est comparare locos in regiooe derelicta, q̄ in celebri. i. frequētata multis, & claris hoomibus, propterea q frequētia, & obambulatio homioum conturbat, & infirmat. i. partim delet, notat imaginum, & solitudo cōseruat figuras simulacrorum. i. signorum illic collocarorū per imaginanonem integras. i. inuiolatas. Præterea loci sunt comparandi dissimiles forma, atq; oatura, possiot iotelucere. i. cū emioenti differentia locis apparere distincte, nam siquis sumpserit multa intercolumnia. i. spatia intercolumnas, ipse conturbabit similitudine, nā columnæ fere sunt æquales, & æqualiter distantes, & ita ignorabit qđ collocarit io quoq; i quolibet, aut vnoquoq; loco. Et oportebit bñi locos modica magnitudine, & mediocres. nam loci ampli præter. i. supra, modū. i. mensurā, redduot imagines vagas. i. vagantes in cellis memorię, & loci nimis angusti vīr sępe non posse capere. i. complecti. & io se tenere collocationē imaginū. Tū. i. iosuper oporter locos haberi, nec oimis illustres. i. splendētes, nec obsuror vehemēter, oe imagines aut obcæcentur tenebris, aut perfolgeaot, seu perfulgeaot splēdore. Oporter ioterualla. i. spatia intermedia. locorum esse mediocria, ferè paulo minus, aut paulo plus, quam sup. pedum trigenum. i. singula triginta pedum (sic Franciscus legit, & verius, quàm qui tricenum. i. terceorum pedum, singula volunt. dicit autē trigenū p syncopam, q̄ in numeralibus aptissima est) nā vt. i. quemadmodū, aspectus valet minus, siue amoueris oculis procul id, quod oportet videri, siue admoueris vehementer prope id, qđ oportet videri. ita cogitatio valet minus repere. siue remoueris, siue admoueris nimis id, qđ oportet videri p cogitationē. Sed quanquā facile est ei, q exploraueris. i. scrutatus est. paulo plura. i. plures quam alius locos, cōparare locos quamuis. i. qoantumuis, multos, & idooeos, tñ. si quis. s. in expertus, & nouitius in locis signandis, putauit se non inuenire locos, sup. idoneos ad ista, licebit. i. licitū erit, q. d. per me non prohibeς quo minus. ipse cōstituas sibi locos multos quot volet.

let, aut qro ad.i.quantū volet multos.enim, pro qa, cogitatio potest amplecti quamuis.i.quamlibet, siue magnā vehemēter, siue paruam regionē, & potest fabricare. & architectari in ea.i. regione situm.i.dispositionem, & tractū locis ad suū arbitriū. quare licebit, si non erimus contenti.i.si aliquis non erit cōtentus hac copia.s.locorum manu, aut natura constitutorū, cōstituere nosmetipsos.i.quemlibet, sibi cognitione nostra.i.quisq; sua regionem, & compatare distinctionem locorū cōmodissimam.i.iudicio nostro. deinde concludens hanc partē dicit Satis dictom est de locis, transeamus nunc.i.deinceps ad rationē imaginum. Quoniam ergo. Incipit perscribere imagines dicens Ergo quoniam oportet imagines rerum esse similes.s.rebus ipsis, non tamen inter se nosmet.i.nosipsi debemus eligere nobis ex omnibus verbis.i.dictionibus, similitudines notas nobis. Igitur (continuata est particula) duplices similitudines esse debent, vnæ.i.alterę rerum, alteræ.i.reliquæ verborum. Rerum similitudines exprimuntur, cum.i.quando nos comparamus summatim.i.in generali, imagines ipsorum negociorum: hoc est, quando capita rerum imaginamur, & per ea ad singlua negocia dicenda admonemur. Verborū similitudines cōstituuntur, cum.i.qn̄ memoria vniuscuiusq; nomini, & vocabuli notatur imagine, vt si quis Regis Persarum qui Valerianum Imperatorem Roma cepit, & capro sic illusit, vt per eius deorsum equum ascenderit nomen memoriæ mandare cupere, imaginetur nomen verbale in ora sapio quòd est sapor, idemq. est illius nomen. Aliud exemplum affert Cic. dicens. Non comprehendimus sepę memoriam totius rei vna nota, & simplici imagine, hoc modo, vt si accusator dixerit hominem necatum ab reo veneno, & arguerit id sup. factum esse, causa hereditatis.s. ab eo obtinendæ, & dixerint multos esse cōscios eius rei, si volemus meminisse.i.memoria tenere hoc primum, vt sit nobis expeditum.i.paratum, & facile, ad defendendum nos cōfirmabimus in primo loco imaginem totius rei.i.facinoris dicti. nos faciemus illum ipsum, de quo agetur, ægrotum cum cubantē in lecto.i.per imaginationē fingimus eum qui veneno interat decubantem in lecto, si detinebimus.i.memoria perfecte tenebimus formam.i.speciem, & staturam eius, si agnouerimus eum.s.qui mortuus est, nos sumemus scilicet per imaginationem, aliquem ægrotum non de minimo loco.i.alto loco, & claris natalibus ortum, vt possit cito venire in mentē, quia nobilius citius meminerimus quā ignobiliū, & nos statuemus.i. state faciemus per imaginationem reum, videlicet eū quē homicidij accusamus ante.i.iuxta lectū. eius.s.ęgroti, aut veri, aut simulati, vtriusque tamen per imaginationem facti, reum dico tenentē dextera.s. manu sua, poculum in quo sit illa venenata potio, & tenentē sinistra s.manu, tabula.s.testamēta res, in quibus scriptus sit heres, & ideo ne mutet testamentum dicemus q eum occiderit, & tenentē medico.i.digito secūdo à minimo testiculos arietinos, quia dū manus occupata est, solemus, aut claues, aut aliud quidquam medico depēdens tenere. testiculis aūt arietinis pro loculis quidam vsi sunt, non tamen ideo vult eos dependentes a medico digito esse, sed vt per testiculos testiū meminerit. hoc modo poterimus habere memoriā, &.i. simul, testiū ꝓpter testiculos, & hereditaoa non propter similitudines arietis. vt vult Franciscus, sed propiere tabulas, & necati veneno, propter poculū. Item nos ponemus, deinceps in locis cetera oīa q volumus meminisse ex ordine, & quotiescūq; volemus meminisse rem: nos consequemur facile memoria ea quæ volemus. si vtemur dispositione formatū, & diligenti notatione imaginum. Cum verborū Aggredit̄ determinationem de imaginibus ac similitudinibus verborum, dicens. Cum.i.qn̄ nos volemus exprimere similitudines verborum imaginibus.i. ꝑ imagines, nos sumemus plus negocii.i difficultatis, & exercebimus magis ingenium nostrū, & oportebit nos facere id hoc mō. Iam domi.i.ponamus pro exemplo, vt velimus meminisse versum, cuius sensus est, Atridę Reges.s. Agamemnō, & Menelaus, parant iam domi, vltionem.s.de raptu Helenę oportet cōstituere in loco.s.vno domitium.s.virum notū, quem nouit loris cæsum, tollentem.i.erigentem manus ad cęlum cum tędat loris.i.flagellis ex loris factis, a Marciis Regibus, pronomine, aut cognomine, hoc erit.i.signabit, quòd iā domi Reges vltionem (nondum addit parant, sed tantum vltionem, quia illa pręsentatione vult tantū vltionem significari) In altero loco sup. oportere Aesopum, & Cimbrū. minos illos, aut gladiarores nobilissimos, qui strictis gladiis alter alteri minentur, suburnari.i. per imaginationem constitui, & Iphigeniam filiā Agamēmnonis, vagantem.s.per aulidem quasi in ceruā Dianæ pro qua occidi iussa erat murata sit, & hoc.s.sic subornatū, & cōstitutum erit, Atridæ parant. hoc modo omnia verba erunt expressa.i. ꝑ ordinem hunc iam domiuitionem Reges Atridæ parent. Nam dominatur per domitium, vltionē per hoc quòd manus ad cœlum tollit Reges per Marcios Reges, Atride per minos, aut gladiatores illos, parant, quia qui parat in motu est, ꝑ Iphigeniā vagantem, quasi pererrantem. Sed hæc imaginū conformatio valet, tum.i.tunc, si.s.aliquando naturalem memoriā exuscitauerimus, quasi sopitam in cellulis suis hac noratione, vt versu posito.s.ante oculos mētis, ipsi trāseamus nobiscū.i.memorādo, bis aut ter eum versum, deinde eum imaginibus verba exprimamus. hoc modo doctrina suppeditabit.i.subministrabit opitulatura naturæ, nam vtraq;.i.iam doctrina, quam natura, altera existente separata, vel separata ab altera.i.seorsum habita, erit minus.i.non satis firma, ita tamen, vt multo plus p̄sidii sit in doctrina, atq; arte sup. quam in natura (Verū vt D. Ang. de doctr. Christiana recte docet, vt citius ingredi scimus, quàm artem ingrediendi, ita facilius sepæ meminimus, quā artē memorādi discimus, presertim cum pro vnius versiculi memoria tot sint imagines memorię, vt videmus mandandę. ideoq. videmus qui artificiali duntaxat memoria valet minus ꝑspicaces, sed audiamus Ciceronem) Quod.s. plus pręsidii esse in arte, nos nō grauaremur docere, ni.i.nisi, metueremus, ne, cū.i.postquā recessissemus ab instituto nostro, hęc dilucida breuitas p̄ceptionis, quam videlicet in hoc toto opere seruauit, reseruaret minus.i.non satis commode. Nunc.i.vt cetera pręcipiam, quoniā solet accidere, vt imagines sint, partim.i.pro parte firmę, id est bene in parte memoratiua radicatę, & idoneæ ad mouendam .i.ad excitandam memoriam, aut ad mouendum.i.monefaciēdum eam, & partim.i. parte sint imbecilles.i.debiles, & infirmę, quę vix possint excitare memoriam (hoc docet legendum prius mouendum) ideo sup. considerandum est, qua de causa .i.ob quam causam, vtrunque.s. quam firmæ, aut infirmæ sint, fiat, vt, causa cognita.i.postquā nouerimus causam, possimus scire, quas imagines vitemus i.vitare debeamus, & quas sequamur.i.sequi debeamus. Igit̄ ipsa natura docet nos, quid oporteat fieri. nam si nos videmus in vita.i.inter viuendum, & conseruādum in hoc mūdo paruas.i.parui momenti, & paruæ difficultatis, & ita vsitatas, & quotidianas nos non solemus meminisse.i.memoria tenere eas, propterea q animus, sup. noster, nulla.i. nō vlla nō cōmouet̄.i.nō afficit̄, vlla re, nisi noua, aut admirabili, atu. sed ecōuerso, si nos videmus aut audimus, quid.i.aliquid, turpē, aut honestū. egregie.i.non vulgariter, sed excellenter, aut incredibile, aut megnum ridiculum.i.quod excellentē cām risus exercitandi hēat, nos cōsueuimus meminisse id, itaq;.i. & ita nos obliuiscimur plerunq; sup. eas, res quas res nos videmus ante ora.i.qua si præsentes, & meminimus.i. memoria tenemus optime, & sæpe ea quæ acciderunt in pueritia, nec hoc potest accidere alia de causa.i.ob aliam causam, nisi q res vsitatæ labuntur, facile.i.faciliter ē memoria, & res insignes..i.excellentes, & nouæ.insuetæ, manent diuitius. Solis exortus, Docet exemplis quæ res non sint admirationi. eo q consuetæ, quæ tamen si raræ erunt etiam stupori esse possent, dicens: nemo admiratur, exortus solis qui man fit ex oriente, nec cursus, qui contioue fit ex oriente in occidentem motu firmamenti, & ab occidente rursus in orientem ꝑ oppositum hemisphenum, & tamen motu proprio contrario modo occurrit, & occasus in occidentē, propterea q quotidie fiunt. at sup. plerique mirantur eclipses solis, quia raro accidunt. & solis eclipses magis mirantur, quàm lunæ, quoniam hæ.s.eclipses lunæ crebriores sunt, fiunt enim per interpositionem terræ inter solem & ipsam lunam, & eclipses solis. per interpositionem lunę inter solem. & eos quibus fit eclipsis.i.defectas solis, rarius autem cōiungit, lunam precise sub sole esse, quàm terram sic interponi, vt eclipsin faciat lunæ, quæ nisi à sole illum inetur expers sit luminis. Ergo natura docet sub animum nostrum non exuscitari re vulgari, & vsitata, vero pro sed. Docet supp. ipsum, commoueri nouitare, & negocio quodā insigni. Imitetur igitur ars naturā, & ea.s.ars inueniat: id, quod desiderat, si sequatur sup. id, quod hæc.s.natura ostendit. Dicit quod hæc ostendit, enim pro quia nihil est, quod aut natura inuenerit extremū.i.cōsumatissimū, ita vt nihil superandi possit, aut quod doctrina inuenerit primum, quia necesse est rem naturalē pro obiecto habeat, aut eam creet, quod mortalibus negatū est, rationem adfert Cic. qa principia rerū.i.per quæ res cognoscuntur, sunt profecta ab ingenio.i.naturali intellectu Prima enim principia nō docentur, sc intelliguntur cognitis terminis, q enim nō doceantur paret, quia necesse esset doceri per alia, & ita in infinitum, igitur continget nihil scire, cum ignotum non possit scire per ignotū, aut

deuenietur ad prima principia que non demonstrentur, sed intelligantur. & ita principia profecta sunt ab ingenio. id est, ingenita nobis virtute intelligendi, & comparantur, id est. acquiruntur ex disciplina eius scilicet igenii, hoc est per ingenium perspicax inuenta, traduntur aliis per disciplinam, & ita ars imitatur naturam. igitur (vt ad institutum redeat) oportebit nos constituere imagines in eo genere, quod genus possit remanere diutissime in memoria, id scilicet tales imagines construere, accidit, id est. contingit nobis, si constituemus similitudines quammaxime notas, si ponemus imagines non mutas, nec vagas, id est, incertas, sed agentes aliquid per quod possit nobis certe occurrere. & si tribuemus eis, scilicet, imaginibus, pulchritudinem egregiam, aut turpitudinem vnicã, id est, singularem. Et si exornabimus aliquas scilicet vt si sup. exornabimus aliquas, coronis, aut veste purpurea, quo. i. qua re, aut iõ. vt similitudo sit nobis notatior. i. magis notata. aut si nos deformabimus aliquã rem, vt si inducamus. s. in memoriam, aut locos imaginum nostrarum, aliquam re cruentam. aut oblitam. i. inuolutam (ab obliuor media breui ab obliuiscor autẽ oblitus media longa dicitur) coeno. i. luto immundo. aut delibutam. i. tinctam, rubrica. i. terra rubra, quo. i. vt forma eius sit magis insigna. Aut si attribuamus imaginibus aliquas res ridiculas, vt suem nentem, aut asinum cythara ludentem &c. nam ea quoq; res faciet, vt possimus meminisse facilius, nam quas res veras. i. quæ vere contigerunt, meminimus facile, easdem nõ est difficile meminisse fictas, & notatas, diligenter. Sed oportebit facere illud, vt peruagemur. i. percurramus celeriter, animo. i. cogitatione, identidem. i. subinde, & interdum primos quosq; locos. i. quos primos constituimus, causa imaginum nouandarum [Scio plerosque) quia parum de imaginibus pcepit. ne insufficiens putet, improbat opiniones rhetorum græcanicorum, qui discipulis suis plurimas verborum imagines censerunt tradendas, idq. plusculis rationibus dicens. Scio. i. me non latet, plerosque græcos, qui scripserunt de memoria, fecisse vt conscriberet, id est, conscripsisse (quam elegantiam Valla quoque notauit) imagines multorum verborum, vti, id est, vt illi qui vellent discere haberent eas paratas, ne quid operis putem legendum operæ, id est, laboris consumerent in quirendo, quorum scilicet græcorum rationem. nos improbamus aliquot de causis, id est, ob aliquot causas. Primum, ꝙ sit, id est, contigat comparare, ridiculum, id est, ridicule, aut inutiliter, mille. i. quamplurimas imagines verborum, in multitudine verborum innumerabilium enim pro quia, cum. s. infinita sint verba, & singulorum fingendæ sint imagines quantulum . i. quam modicum, q. d. ferè nihil. hæc. i. copia ab eis tradita poterit valere? cum. i. quandoquidem oportebit nos meminisse ex infinita copia verborum, modo vnum, mõ aliud. Deinde cur . i. qua ratione, volumus remouere quenquam ab industria. i. propria, & naturali subtilitate alicuius faciendi aut inueniendi ne ipse quid. i. aliquid, quærat. i. inuestiget, aut acquirat, cum nos tradamus illi omnia parata, & quęsita. i. acquisita. q. d. nulla ratione fecerimus, cum meliora, & firmiora sint a nouis inuenta. quàm ab aliis tradita. Pręterea. i. tertio loco, alius enim mouetur. i. afficitur, aut commouetur magis alia similitudine, hoc est non omnes vna excitantur, aut admonentur eadem similitudine, sed alius alia. i. diuersus diuersa. & ita non possunt tradi similitudines, quæ omnibus conueniat. nam vt. i. quemadmodũ si dixerimus sępe, quam. i. aliquam formã similẽ, cuipiam. i. alicui, habemus non omnes. i. aliquos nõ, assensores. i. idem nobiscum sentientes, quia quod nobis videtur non semper omnibus videtur. ꝙ. i. quia aliud videtur, alii. i. diuersum diuerso. item. i. similiter fit in imaginibus, vt ea quę si diligenter notata nobis videatur, parum insignis. i. notata, aliis, quare. i. quamobrem, conuenit. i. conueniens est. quenq;. i. vnumquenque. comparare. i. constituere sibi imagines, suo commodo. i. ad suum commodum. Postremo. i. vltimo loco, aut vltima ratione. est præceptoris. i. pertinet ad præceptorem docere, quẽadmodum conueniat quidque. i. vnumquodque quæri. i. inuestigari, & subiicere causa exempli aliquod vnum, aut alterum id est, secundum. i. vnum, aut duo. & non omnia quæ eius generis erunt. quo. i. vt, res possit esse dilucidior. i. clarior, vt. i. veluti, cum disputamus de procemiis quærendis. i. acquirendis, tunc sup. damus rationem quærendi. i. acquirendi, & sup. non conscribimus mille. i. quamplurima genera procemiorum, ita. i. similiter arbitramur de imaginibus fieri conuenire, vt. s. rationem generalem describamus, & non mille exempla debemus. Nunc ò Herenni ne arbitreris forte memoriam verborũ (de qua parum præcepit) aut nimis difficilem. aut parum vtilem, & ipsarum memoria rerum contentus sis, licet nõ habeas memoriam verborum, ꝙ. i. quia supp. memoriæ rerum sunt vtiliores. s. quàm verborum, & habeat facultatis. i. administrationis, ideo sup. admonendus es quare verborum memoriam non improbemus. nam putamus oportere eos, qui velint res faciliores, sine labore, & molestia facile meminisse, in rebus difficilioribus esse ante. i. prius exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriã inducimus, vt versus meminisse possimus. sed confirmemus. i. stabiliamus hac exercitatione. s. memoriæ verborum, illa rerum memoria, quę pertinet ad vtilitatem, vt possimus transire sine labore ab hac difficili consuetudine. s. memoria verborum, ad illam facilitatem, quæ in memoria rerũ. Sed cum in omni disciplina infirma est artis præceptio, sine summa assiduitate exercitationis. cum vero. i. tunc multo magis. & verius, doctrina minimum. i. in minimo. valet in memoriis, nisi comprobetur industria. studio, labore, diligentia. Tu ò Herenni poteris curare. vt habeas quamplurimos locos, & accommodatos quammaxime ad præcepta. conueniet. i. conueniens est supp. te, & alium quemlibet, exerceri quotidie in imaginibus collocandis, non. n. sicut abducimur. i. auertimur, nonnunquam. i. interdum, in ceteris studiis. i. exercitiis. occupatione. s. aliqua ita aliqua causa potest deducere nos ab hac re id est à memoria exercenda. nunquam est enim quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum sup. volumus maxime cum aliquo maiore negocio detinemur. quare cum sit vtile facile meminisse, non fallit te. i. bene scis id, quod tantopere vtile sit, quanto labore sit appetendum. quia nimirum maximo, quod id est, quam rem, poteris existimare. i. iudicare, vtilitate cognita id est. postquam cognoueris, & perceperis vtilitatem. non est sententia. i. non est decretum meum. adhortari te pluribus verbis ad eam rem scilicet memoriam exercendam. ne videamur dexisse, aut nos tuo studio diffidere, aut minus, quàm res postulat, hoc est ne plurima dicendo significemus rem esse difficillimam. aut nos non satis dixisse. Nos dicemus deinceps in quarto, videlicet libro. de quarta parte rhetoricæ. tu frequentia. i. frequenter exerce, primas quasque partes, & , quod maxime necesse est, confirma sup. eas exercitatione idest per exercitationem. Et hæc in tertium ad Herennium.

M· TVLLII CICERONIS
RHETORICA AD
C. HERENNIVM.

LIBER QVARTVS.



VONIAM in hoc libro C. Herenni de elocutione conscripsimus; & quibus in rebus opus fuit exemplis vti, nostris exẽplis vsi sumus; & id fecimus pter consuetudinem Græcorũ, qui de hac re scripserunt: necessario faciundũ est, vt paucis rationem nostri consilii demus. atq; hoc nos necessitudine facere, non studio, satis erit signi ꝙ in superioribus libris nihil neque ante rẽ. neq; præter rem locuti sumus. nunc, si pauca, quæ res postulat, dixerimus, tibi id, quod reliquum est artis, ita vti instituimus, persoluemus. sed facilius nostram rationem intelliges, si prius, quid illi dicant, cognoueris. Compluribus de causis putant oportere, cum ipsi præceperint quo pacto oporteat ornare elocutionem, vniuscuiusq; generis ab oratore aut poeta probato sumptum ponere exẽplum. & primum se id modestia commotos facere dicunt, propterea ꝙ videatur esse ostentatio quædam, non satis habere præcipere de artificio, sed ipsos etiã videri velle artificiose gignere exẽpla. hoc est, inquiunt, ostentare se, non artem ostẽdere. quare pudor in primis est ad eam rem impedimento; ne nos solos probare, nos amare, alios contemnere, & deridere videamur. etenim cũ possimus ab Ennio sumptum, aut à Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, & ad sua deuenire. Præterea, exempla testimoniorum locum obtinent. id enim, quod admonuerit, & leuiter fecerit præceptio, exẽplo sicut testimonio comprobatur. non igitur ridiculus sit, si quis in lite, aut in iudicio domestico pugnet, & sui ipsius testimonio abutaſ? vt enim testimoniũ, sic exemplum rei confirmandæ causa sumitur. non ergo oportet hoc, nisi à probatissimo, sumi; ne, quod aliud confirmare debeat, egeat ipsum confirmationis. etenim necesse est, aut se omnibus anteponãt, & sua maxime probent: aut negent optima exempla, quæ à probatissimis oratoribus, aut poetis sumpta sunt. si se omnibus anteponant, intolerabili arrogantia sunt. si quos sibi præponant & eorum exempla suis exemplis non putent præstare: non possunt dicere. quare sibi illos anteponant. quid igitur ipsa auctoritas antiquorum, non cum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit? imò erigit omnium cupiditates, & acuit industriam, cum spes iniecta est posse imitando Gracchi aut Crassi consequi facultatem. Postremo hoc ipsum est summum artificium, res varias, & dispares in tot poematibus, & orationibus sparsas, & vage disiectas, ita diligẽter eligere, vt vnumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis. hoc si industria solum fieri posset, tamen essemus laudandi, cum talem laborem non fugissemus: nunc sine summo artificio nõ potest fieri: quis est enim, qui nisi summe teneat artẽ, possit ea. quæ iubeat ars, de tanta, & tam diffusa scriptura notare, & separare? ceteri, cum legũt orationes bonas, aut poemata, probant oratores, & poetas, neque intelligunt qua re commoti probent, quod scire non possunt vbi sit, nec quid sit, nec quo modo factum sit id, quod eos maxime delectet. at is, qui, & hæc omnia intelligit, & idonea maxime eligit, & omnia in arte maxime scribenda redigit in singulas rationes præceptionis, necesse est eius rei summus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, in arte sua posse, & alienis exemplis vti. Hæc illi cum dicunt, magis nos auctoritate sua commouent, quam veritate disputationis. illud enim veremur, ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam, ꝙ ab ea steterint ii, qui, & inuentores huius artificii fuerunt, & vetustate iam satis omnibus probati sunt. quòd si, illorum auctoritate remota, rem omnino volent cum re comparare, intelligent non omnia esse concedenda antiquitati. Primum igitur, quod ab eis modestia dicitur, videamus ne nimium inutiliter, & pueriliter proferatur. nam si tacere, & nihil scribere modestia est: cur quidquam scribunt, aut loquuntur? sin aliquid suum scribunt: cur, quo secius omnia scribant, impediunt modestia? quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit vt mittatur, impudentesq́. illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, & narret aliis, quo modo Ladas aut Boius cum Sicyoniis cursitarint: sic isti cum in artis curriculum descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificii, elaborent, aiunt facere immodeste: ipsi aliquem antiquum oratorẽ, aut poetam laudant, aut scriptorem, sic vt in stadium rhetoricæ artis prodire non audeant. non ausim dicere, sed tamen vereor, ne, qua in re laudem modestiæ venentur, in ea ipsa re sint impudentes. Quid enim tibi vis, aliquid inquiet? artem tuam scribis, gignis nobis nouas præceptiones, eas ipse confirmare non potes, ab aliis exempla sumis: vide ne facias imprudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores, & poetæ, & suum quisque de libris suis tulerint: nihil istis, quod suum velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item conuenit, vt testimonia, ab hominibus probatissimis sumi.

Primũ omnium exempla ponuntur hic non cõfirmandi, neq; testificandi causa, sed demonstrandi. nõ enim, cũ dicimus esse exornationem, quæ, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, & ponimus hoc exemplũ à Crasso. Qđ possumus, & debemus testimoniũ collocamus, sed exemplũ. Hoc igitur interest inter exẽplum, & testimoniũ. Exemplo demõstratꝰ id, quod dicimus cuiusmodi sit. Testimonio esse illud ita, vt nos dicimus, cõfirmatꝰ. Præterea oportet testimoniũ cum re cõuenire: aliter enim rem nõ põt confirmare, at id, quod illi faciunt, cum re non conuenit. Quid ita? quia pollicent artem se scribere, & exempla proferunt ab iis plerunq;, qui artem nescierunt. Tũ quis est, qui possit id, quod de arte scripserit, cõprobare, nisi aliquid scribat ex arte? Contrà faciũt, q̃ pollicerivñr. nam cũ scribere artem instituunt, vñr dicere se excogitasse, quod alios docerent: cũ vero scribunt, ostendũt nobis quid alij excogitarint. At hoc ipsum difficile est, inquiũt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? vtrum laboriosum, an artificiosum? Si laboriosum, non statim præclarum. sunt enim multa laboriosa; quæ si faciatis, non cõtinuo gloriemini. nisi etiam, si vestra manu fabulas, aut orationes totas trãscripsissetis, gloriosum putaretis. Sin aũt istud artificium egregium dicitis; videte ne insueti rerum maiorum videamini, si vos parua res, sicuti magna, delectat. nã isto modo eligere rudis quidẽ nemo potest. sed sine summo artificio multi. quisquis enim audierit de arte paulo plus, in elocutione præsertim; omnia videre poterit, quæ ex arte dicunt; facere nemo poterit, nisi eruditus. ita, vt, si de tragœdiis Ennij velis sentẽtias eligere, aut de Pacuuianis periodos; sed, quia plane rudis id facere nemo poterit, cum feceris, te literatissimum putes; ineptus sis: propterea ꝙ id facile faciat quiuis mediocriter literatus. Item si, cum ex orationibus, aut poematibus elegeris exempla, quæ certis signis artificii notata sunt, quia rudis id nemo facere possit, artificiosissime te fecisse putes, erras: propterea ꝙ isto signo videmus te non nihil eius scire, aliis signis te scire multa intelligimus. Quòd si artificiosum est intelligere quæ sunt ex arte scripta, multo est artificiosius ipsum scribere ex arte. qui enim scribit artificiose, ab aliis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile, non continuo ipse commode scribit. Et si est maxime artificiosum, alio tempore vtantur ea facultate, non tum cum parere ipsi, & gignere, & proferre debent. Postremo, in eo vim artificii consumant, vt ipsi ab aliis potius eligendi, q̃ aliorum boni electores existimentur. Contra ea, q̃ ab aliis dicuntur, qui dicunt alienis se exemplis vti oportere, satis est dictum. Nunc, quæ separatim dici possunt, consideremus. Dicimus ergo eos omnes, ideo ꝙ alienis vtantur, peccare: tum etiam magis delinquere, ꝙ à multis exempla sumant: & de eo, quod postea diximus, ante videamus. Si concederẽ aliena oportere assumere exẽpla, vincerẽ vnius oportere. Primũ, ꝙ cõtra hoc nulla staret eorũ rõ. liceret. n. eligerent, & probarent quelibet, qui sibi in oẽs res suppeditaret exẽpla, vel poetã, vel oratorẽ, cuius auctoritate niterẽt. Deinde interest magni eius, qui discere vult, vtrũ vnũ oĩa; an oĩa nemiꝑẽ, sed aliud aliũ putet cõsequi posse. Si. n. putabit posse oĩa penes vnũ cõsistere, ipse quoq; ad oium nitet facultatẽ: si id desperaret, in paucis se exercebit, ipsis. n. cõtentus erit: nec mirũ, cũ ipse ꝑceptor artis oĩa penes vnũ reperire nõ poterit. allatis igit exẽplis à Catone, à Gracchis, à Lelio, à Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, ceterisq. item sumptis alijs à poetis, & historiarum scriptoribus, necesse erit eũ, q discet, ab oĩbus putare oĩa, ab vno pauca vix potuisse sumi. Quare si vnius alicuius esse similẽ satis hẽbit, oĩa, q̃ oẽs habuerint, solũ hr̃e se posse diffidet. ergo inutile est ei, q discere vult, putare nõ vnũ oĩa posse. Igit nemo in hãc incideret opinionẽ, si ab vno exẽpla sumpsissent. nũc hoc signi est ipsos artis scriptores nõ putasse vnũ potuisse in oĩbus elocutionis partibus enitere, q̃m neque sua ꝓtulerũt, neq; vnius alicuius, aut deniq; duorũ, sed ab oĩbus oratoribus, & poetis exẽpla sumpserunt. Deinde, si qs velit artẽ demonstrare nihil ꝓdesse ad discendũ, nõ male vtatꝰ hoc adiumento, ꝙ vnus oẽs artis partes consequi nemo potuerit. Qđ igit iuuat horũ rõnem, q omnino improbent artẽ, id nõ ridiculũ est ipsum scriptorẽ artis suo iudicio cõprobare? Ergo ab vno sumenda fuisse docuimus exẽpla, si semꝑ aliũde sumerent. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumenda nõ fuisse. Primũ oĩum, qđ ab artis scriptore affertꝰ exemplũ, de eius artificio dẽt esse, nõ vt si qs purpurã, aut aliud quippiã vẽdens, dicat, Sume à me, sed huius exẽplum aliunde rogabo, tibiq. ostẽdã. si, merces ipsi qui venditant, aliunde exẽplum q̃ritent alind mercis: aut si aceruos se dicãt tritici hr̃e, & eorum exẽplum pugno nõ hẽant, qđ ostendãt: si Triptolemus, cum hoĩbus semen largiretꝰ, ipse ab aliis hominibus id mutuaret: aut si Prometheus, cũ mortalibus ignẽ diuidere vellet, ipse à vicinis cũ testa ambulãs carbunculos corrogaret: nõ ridiculũ videret? isti magistri oĩum dicẽdi ꝑceptores nõ vñr sibi ridicule facere, cum id, qđ aliis pollicent, ab aliis q̃rũt. si qui se fontes maximos penitus abscõditos aperuisse dicat, & hæc sitiens q̃ maxime loquatꝰ, neq; hẽat quo sitim sedet; nõ irrideat? isti cũ nõ mõ dominos se fontiũ, sed se ipsos fontes esse dicãt. & oĩum rigare dẽant ingenia; nõ putãs fore ridiculũ, si, cũ id polliceant aliis, arescãt ipsi siccitate. Chares à Lysippo statuas facere non isto mõ didicit, vt Lysippus caput ostẽderet Myroniũ, brachia Praxitelea, pectus Polycletiũ: sed oĩa coram magistrũ facientẽ videbat; ceterorũ opera vel sua spõte cõsiderare poterat. isti credunt eos, qui hæc velint discere, alia rõne doceri posse commodius. Præterea ne põt quidẽ ea, q̃ sumut ab aliis exẽpla, tã esse accõmodata ad artẽ, q̃ propria ꝑpea, ꝙ indicẽdo leniter vnusquisq; locus plerunq; tangit, ne ars appareat; in ꝑcipiendo expresse conscripta ponere oportet exẽpla, vt in artis formã cõuenire possint: & post in dicẽdo, ne possit ars eminere, & ab oĩbus videri, facultate oratoris occultatꝰ. Ergo et vt magis ars cognoscatur, suis exẽplis melius est vti. Postremo hæc quoq; res nos duxit ad hanc rationem, ꝙ nomina rerum Græca, quæ conuertimus,

uertimus, ea remota sunt à consuetudine. quæ, n. res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse vsitata. Ergo hæc asperiora primo videantur necesse est; idque fiet rei, nō nostra difficultate. Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. hæc aliena si posuissemus; factum esset vt, quod commodius esset in libro, id nostrum nō esset, quod asperius, & inuisitatum, id proprie nobis attribuetur. Ergo hanc quoq; incommoditatem fugimus. His de causis, cum artis inuentionē Græcorum probassemus, exemplorum rationem secuti nos sumus. Nunc tēpus postulat, vt ad elocutionis præcepta transeamus.

IN CICERONIS RHETORICAE AD *Herennium librum quartum, Hieronymi Capiduri Commentarius.*



VONIAM in hoc lib. C. Herenni de elocutione conscripsimus;) Solent qui rhetorica præcepta conscribunt, cum de elocutione præcipiunt, veterum auctorum in singulis præceptis exempla subiicere, quod facere Ciceroni non visum est, postusquam vt suis vteretur exemplis. In hoc igitur longiore totius libri proœmio qui facere, confutat opiniones. [Atq; hoc nos necessitudine facere) Sensus est. signum satis manifestum, nos necessitate compulsos, vt nobis præfari liceat, quo rationem nostræ sententiæ demus, cum supra nec ante, nec post tradita præcepta id fecerimus. [Ornare elocutionem, vniuscuiusque generis) In quocunque genere, cum elocutionem ornare volueris exēplum eius ornatus non siue summi alicuius viri auctoritate proferes. [Elocutionem, vniuscuiusq; generis) In quocunque poetarum sit, vel oratorem genere. [Non satis habere) Præcipere de artificio. si satis sibi non arbitrantur esse, vt dent præcepta, nisi etiam sua quæ sequantur exempla subiecerint. [Ab Ennio sumptum) Quod ille summus in heroico carmine poeta sit existimatus. Nam in Cicer. de Optimo genere oratorum de eo scribit. [Aut à Graccho ponere exemplum; videtur) Quem clarissimum oratorem fuisse tradit ita dicēs: Vtinam in T. Graccho, Caioq. Carbone talis mens ad remp. bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendū fuit. profecto nemo his viris gloria præstitisset. Sed eorum alter propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex inuidia fœderis Numantini bonis iratus accesserat, ab ipsa rep. interfectus, alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem morte voluntaria se a veritate iudicium vindicauit. Sed fuit vterque summus orator, atque hoc memoria patrum teste didicimus. nam & Carbonis, & Gracchi habemus orationes. nondum satis splēdidas verbis, sed acutas, prudētiæq. plenissimas. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris à puero doctus, & Græci literis eruditus. Nam semper habuit ex Græcia exquisitos magistros, iam quidem adolescens Diophanem Mytilenæum, Græciæ temporibus illis disertissimum. sed & breue tēpus ingenii augendi. & declarandi sui. [Egeat ipsum confirmationis) Si abiecti alicuius sint oratoris exemplum. [Non possunt dicere) Quare illos sibi anteponant, cum eorum exempli commodū esse orationem putent vt imitemur, aut cur præcepta sua probare contendant, si negent Gracchi aut Crassi facultatē acquiri posse? Hoc Crasso, & Antonio oratoribus, Cic. existimat, cū Græcorum gloria Latine dicendi copiā æquatum fuisse. Quippe q Crasso, inquit, nihil statuo fieri posse perfectius. Erat summa grauitas, erat cum grauitate iunctus facetiarum, & vrbanitatis oratorius, non scurrilis lepos, Latine loquendi accurata & sine molestia diligens elegantia, in disserendo mira explicatio, cū de iure ciuili, cum de æquo, & bono disputaretur, argumentorum, & similitudinū copia. Hoc si industria solum fieri posset. tū essemus laudandi, cum talem laborem nō fugissemus, nunc sine summa artificio fieri non pōt. Quis enim est qui cū non summæ teneat artem, possit ea quæ iubeat ars, de tāta, & tam diffusa scriptura notare, & separare? [Ceteri, cum leguat) Vt tantum probari deberemus, quod ea in vnū diffusa exempla composuissemus. [Orationes bonas) Luculentas. [In arte sua posse) Vt ex se præcepta inueniat, quę magnorum auctorū auctoritate confirmet. [Ad Olympiacu venerit cursum) I. ad Olympia dicata ab Hercule quendā Ioui certamina in Elide venerit. veluti diffuse in Cōmentariis Artis poeticæ Horatii complexi sumus. [Quo modo Ladas aut Boius cum Sicyniis cursitarint) De hoc certaminis genere. nihil hodie sciri pōt. [In artis curriculum) in præceptionem artis, quæ tanquā de cursus præceptorum est. [At exempla illorum subiungit, qui exempla in præceptis probant aliena. [Ex similiter desinentibus verbis) Quod ὁμοιοτέλευτον Græci vocāt. [Nisi aliquid scribit ex arte) Nisi eā artem secutus scribat aliquid, quod ad eam ipsam attineat. [Ostendunt nobis quid alii excogitarint) Cum alienis vtūtur exemplis. [Nisi etiam, si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis) Ordo est, Nisi forte etiā gloriosum putaretis, si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripsissetis, nedum partem, quā pro exemplo sumatis quod nullo modo æstimandum est. [Transcripsissetis) Transcribere, transducere significat, & vnde, & coloniæ transcribi à veteribus dicebantur. hinc Ouid. in Ibin dixit,

Iuste transcribens veterum tormenta virorum.

Hic aūt transcripsissetis exempla, trāstulissetis significat, cū id exscribere dicat. vt, si voluissem ad necessarios vsus licebat exscribere, hoc est exempla transferre, velut Pædianus etiā interpretatur sic inuenimus ascribere pene idem quoq; significare. velut in Clodium, Ipse denique ille nouicius Ligur, venalis, ascriptor, & subscriptor tuus. nisi q ascribere merē alterius, in scripta trāsferre est. Licet ēt ascribere, & imputare, & deputare alicui significet, quemadmodum proscribo. nam cū aliquē in exilium promulgo significet, aliquoties tamē pro eo quod est palā facio accipitur, vt Tranquillus de Nerone. Multa, inquit, Græce, Latineq. proscripta, & vulgata sunt. Sicut illa.

Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem: & quę sequūtur. Item describo, verbis depingo, aut longius aliquid compositione prosequor, significat, Tranquillus tū de Domitiano. Liberalia, inquit, studia imperii principio neglexit, q̄q̄ bibliothecas incendio absumptas impensissime præparari curasset, exemplaribus vndique petitis, missisq. Alexandriam, qui describerent emendarentq. epistolas, & orationes. vbi describerent pro exscriberent, velut hic Cic. transcriberent, posuit. Mille sunt huiusmodi, quæ non tū vicinam mutuantur significationē, sed ēt in longinquam diuersamq. transferuntur. quamobrem minus mirum esse debet, si pro quo hic transcribo, alibi exscribo posuit. [Si vos parua res, sicuti magna, delectat) Videtur enim parua, si artem cognoscas tantum, non etiam ex arte scribas. [Nam isto modo eligere) Ex aliis quæ scribas. Nam oportet vt te illius artem ostendas cognouisse, nec eius rei te rudem esse. cum autem id facis, & ostendis, non tū, quid ipse possis, significas. [Paullo plus, in elocutione præsertim; omnia) Hoc est, vltra prima rudimenta aliquid. In elocutione præsertim, quæ intellectu facilis est, licet tractatu diffusa sit. [Nisi eruditus) Multū exercitatu. nam elocutionis eruditionē, exercitatio multa præstare poterit. [Nō sine iudicio de Pacuuianis) Quæ Pacuuii sunt, qui Tragicus poeta fuit. [Periodos;) Ambitus, circuitiones, clausulas. [Sed, q plane rudis id facere nemo poterit, cum feceris, te literatissimum putes:) Ordo est, & sensus, ideo te non putes, literatissimum continuo eruditissimumque, cum feceris, hoc est, cum id fueris consecutus, vt artificiosa eligas dicta, quod alius nemo facere posit, ex oratoribus nempe poetis ue artificiose dicta sic eligendo. [Quia plane rudis) Artis expers sit, & ignarus. [Ineptus iis) Si te ob id literatissimum existimabis, eris vtique stultus. [Propterea quod isto signo videmus te) Signum. n. ipsa dictorum annotatio est, artificium in illis fuisse, qui ita scripserunt. [Ab aliis cōmode scripta) Quod sint cōmode, & cum arte scripta. [Non continuo ipse cōmode scribit) Quia aliud est, qd alii dixerint intelligere, aliud est exercitatum esse. [Non tum cum patere) Cum aliis hanc dicendi facultatem dēnt suggerere. alio igitur in tempore efficiant, cum iam præceptis traditis quid alii fecerint, ostēdere voluerint. Velut de optimo genere oratorum ipse fecit, qui Demosthenis in Aschinem, & Aeschinis in Demosthene orationes in Latinū vertit, vt quod nam genus optimum oratoris esset ostenderet, & virtutes alieno exēplo oratorias exprimeret. Sic in Oratore ad Brutum, aliquando Crassi exempla, vt elocutionis virtutes apparerent, protulit. [De eo, qd' postea diximus) Quod secundo loco posuimus. [Deinde interest magni eius, q discere vult,) Hoc dicit, multum refert, vtrum is qui vult discere, putet vnius auctoris, cuius ipse velit esse simulis, omnē dicēdi virtutes esse sibi complectandas, & id efficere posit ne suo studio, an non. [Ad illius facultatem) Quam ille fuit cōsecutus. [Ad omnium nitetur facultatē) Elaborabit vehementer, vt virtutes quibus ille nitutetur imitetur. [Ipsis enim cōtentus erit) Paucis illis, quas

poterit

poterit imitari, virtutibus contentus erit, nel vltra quærat. nec sanem rum, si paucis cōtentus erit. [Penes vnum reperire non poteric) Quippe, qui à muliis exempla colligit. [Allatis igitur exemplis a Catone, à Gracchis, à Lęlio, à Scipione, Galba, Porcina, Grasso, Antonio, ceterisq.) Catonem illum perifcum dicit oratorem, cuius alibi ita meminit. Catonem vero quis nostrotum oratorum, qui quidē nunc sunt, legit? aut quis nouit omnino? At quem vitum, dii boni! mitto ciuem, aut senatorem, aut imperatorem (oratorem enim hoc loco quærimus) quis illo grauior in laudando, acerbior in viperando, in sententiis argutior, in dicendo edisserendoq. subtilior? Resertæ sunt eius orationes amplius centū quinquaginta, quas quidē adhuc inuenerim, & legerim, & verbis & rebus illustribus, licet ex his matto plura possunt eligi quæ noratione, & laude digna sint. omnes. n. oratoriæ virtutes in eis reperientur. Iam vero origines, quem florem, aut quod lumen eloqnentiæ non habent? amatores huic desunt, sicuti multis iam ante seculi, & Philisto Syracusio & ipsi Thucydidi. Nam vt horum concisis sententijs, interdum etiam non satis apertis, tum breuitate, tum nimio acumine officit Theopompus, elatione atque altitudine orationis suæ, quod idē Lysiæ Demosthones, sic Catonis luminibus obstruxit hęc posterorum quasi exaggerata altus oratio. Sed in nostris apparet, quòd hi ipsi, qui in Græcis antiquitate delectantur, eaque subtilitate quam Atticam appellant hanc in Catone ne nonerūt quidem. Hyperidis malunt esse, & Lysię, laudo. sed cur nolunt Catonis! Attico genere dicendi se gaudere dicunt. sapienter id quidem, atque vtinam imitarentur, nec ossa solum. sed etiam sanguinem gratum est tamen, quod volunt. cur igitur Lysia & Hyperides amantur: cum penitus ignoretur Cato: antiquior est huius sermo, & quędam horridiora verba (ita. n. tum loquebantur) id muta quod tum ille nō potuit. & adde numeros, vt aptior si oratio. ipsa verba compone & quasi coagmenta, quod ne Græci quidem veteres factitauerunt, iam neminem antepones Catoni. Omari orationem Græci putant, si verborum inmutationibus vtantur, quos appellant tropos, & sententiarum orationisq. formis, quæ vocant schemata. incredibile est, quam sit in vtroq; genere, & creber, & distinctus Cato, nec vero ignoto, nō esse satis, politum hūc oratorem haberi quærendum esse aliquid profectius, quippe, cum ita sit ad nostrorum temporum ratione vetus, vt nullius scriptum extet, dignum quidem lectione, qnod sit antiquius. [A Gracco) Hunc qualē Cicero fuisse censeat, supra docuimus nisi qđ Q. Martio, & Cn. Seruilio cos. T. Grachus P. Gracchi filius, qui bis Consul & Censor fuit, eius autem oratio Græca apud Rhodios extat. quem ciuem cum grauē, tum etiam eloquentem fuisse constat. [A Lelio) Hic Scęuolæ socer fuit, cuius oratione negat Brutus quidquam fieri posse dulcius. Addit hic Augusthnus, quòd Cicero dixeric adeo abiectam fuisse, vt eam aspicere nemo vellet, sed probat tamen etiam alibi Cicero, à Cornelia filia, cur Læliæ nomen fuit ipsius elegantiam sic inquiens: Sed magni interest, quos quisque audiat quotidie domi. Loqnitur. n. puer quemadmodū patres, pędagogi, matres loquuntur. Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorū. apparet filios nō tam in gremio educatos, q̃ in sermone matris. Auditus est nobis Læliæ filię sępe sermo. Ergo illam patris elegātia tinctā vidimus, & filias eius Mutias Ambas. Potest ergo à Lælia videri scriptum, non minus, q̃ a Lælio. [A Scipione) Superiorem Scipionem non infantem fuisse, Cic. dicit, filium aūt eius, qui Scipionem minorē à Paulo adoptauit, si corpore voluisset, in primis, inquit, ipse habitus esse disertus. Indicant id cum oratiunculę, tum historia quędā Gręce scripta dulcissime. P. ēt Scipionem Nasicam, qui est Corculum appellatus, qui itē bis Consul & Censor fuit, habitum eloquente, minoris illius qui facta acceperat filiū, accepimus. [Galba) Sua ętate, vt Cic. inquit. Ser. Galba sine controuersia eloquentia animos præstitit, & nimirum hic princeps ex Latinis, illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit vt egrederetur à proposito orandi causa, vt delectaret animos, vt permoueret, vt augeret rem, vt miserationibus, vt communibus locis vteretur. Tradit autem hic idem auctor, Lælium in senatu causam pro publicanis accurare, vt semper sortus esset eleganterque egisse. sed quod voluerat, cōsequi nō potuisse. Paucis interpositis deinde diebus, iterum Lælium ipsum multo diligētius meliusq. dixisse, frustra tamē. Itaq; cum eum socii domum reduxissent, egissentq. gratias, & ne defatigaretur orauissent, locutū esse, se quæ fecisse honoris eorū causa studiose accurateq. fecisse, cæterū arbitrari causam illam à Ser. Galba, qđ is in dicendo acrior esset grauius & vehementius posse defendi. Quare publicanos auctoritate Lælii ad Galbam causam detulisse. Quem primo se luctatum, ne ei viro succederet, postea tandē suscepisse. Breui vero tēpore plurimis audientibus, illum coram ipso Lęlio causam hanc rāta vi, tantæq. grauitate tractasse, vt nulla pars orationis silentio prætereretur. Itaq; multis querelis multaq. miseratione adhibita, socios illa die periculo liberato. Elegantiam igitur in Lælio fuisse, vim autē in Galba pater. Sed hic simulac ociosus stylum prehenderat, motu illo omnis impetus animi desertus est. quod his, qui limàtius dicendi cōsectantur genus, accidere non solet, propterea q prudentiam nunquam deficit oratorem, ardor animi nō semper adest, isq. cum discedit, omnis illa vis, & quasi flamma oratoris extinguitur. Nulla autem res tantum ad dicendum proficit, quantū scriptio. Memoriā. n. qui accurate scribit in posterum ingenii sui non desiderat. Ita hac de causa non scripserunt aliqui, q se putauerunt satis magnam adeptos fuisse dicendi gloriam, eamq. etiam maiorē visum iri, si in existimantium arbitriū sua scripta non venissent. Alii item dicere se posse melius q̃ scribere putant, quod per ingeniosis hominibus, neque satis doctis, plerunque contingit. veluti Galbæ euenit. [Porcina) M. Aemilius Lepidus, q est Porcina dictus, iisdem, inquit Cic. temporibus fere quibus Galba fuit, sed paulo iunior natu, & summus orator hic est habitus, & fuit. Hoc in oratore Latino primum Ciceroni videtur, & lenitas apparuisse illa Græcorum, & verborum comprehensio, & artifex, vt ita dicā stylus. Et cum duo adolescentes ingeniosissimi, propeq. ęquales C. Calbo, & Gracchus, diligenter audire soliti sunt. [Crasso) Verum P. Crassum, Carbonis, & Gracchi tepibus probatum oratorem, qui & ingenio valuisse traditur, & studio, qui ēt cum summo illo oratore Ser. Galba, cuius Caio filio filiā collocauerat, affinitate fuit coniunctus, & cum esset P. Mutii filius, fratremq. haberet P. Scæuolam, domi ius ciuile cognouerat, an certe L. Crassum, cuius supra meminimus, dicat dubium est. Hunc quidem omnes suos antecessores dicēdo superauisse, Cic. vult, licet Antonium alii parem esse ei dicant. Crassi luculentissimam quandam se Cic. memoria tenuisse oratorē profitetur, ac sibi fuisse in dicendo magistram dicit. [Antonio) Antonii Cic. cum in multis locis, tum de Claris oratoribus meminit, cū ita dicit: Omnia veniebant Aotonio in mentem, eaq. suo quęque loco, vbi plurimum proficere, & valere possent. Vt ab imperatores equites, pedites leuius armatura, sic ab illo maxime opportunis orationis partibus omnia collocabātur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi dicendū videbatur sed ita paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse. Atqui diligenter loquendi laude caruit. neque tamen est admodum inquinate locutus, sed illa, quæ propria laus oratoris est in verbis, ei non fuit. nam ipsum latine loqui, est illud quidem in magna laude ponendum, sed non tam sua sponte, quam quod est plerisq; neglectum. nō. n. tam pręclarum est scire latine, quam turpe nascire, sed tamen Antonius in verbis, & eligendis, & collocandis, & comprehensione deuinciendis, nihil non ad rationem, & tanquā ad artem dirigebat. Verum multo magis hoc idem in sententiarum ornamētis, & cōformationibus. Quo in genere, quia præstat omnibus Demosthenes, idcirco à doctis oratorum est princeps iudicatus. Schemata. n. quæ vocant græci, ea maxime ornant oratorem, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam illuminandis sententiis. sed cum hęc magna in Antonio tum actio singularis, quæ si partienda est in gestum, atque vocem, gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens, manus, humeri, latera supplosio pedis, status, incessus, omnesq. motus, cū verbis sententiisq. cōsentiens Vox permanens, verborū subracua natura. Sed hoc vitium huic vni bonū conuertebatur, habebat enim flebile quiddam in quęstionibus, aptumq. cum ad fidē faciēdam, tum ad misericordiā cōmmouendam. Hunc insigni quodam casu periisse ferunt. Nam cum inter Syllam Mariumq. orta iam fuissent bella ciuilia, & in vrbe Marius grassaretur, M. Antonium qui ad villam effugeret, agricole benignę suscepit occuluitq. Sed postquam seruo per imprudentia derectus est, Marius Tribunū militū misit, vt necaretur. Is cum milites in cubiculum præmisisset, & eos Antonius pulchro grauique sermone detineret, ingressus ipse tribunus Antonium adhuc disserentē obtruncauit, capudq. ad Mariū detulit. [Omnia, quæ omnes habuerint, solū habere se posse diffidet, ergo inutile est ei, q discere vult, putare non vnū o1a posse) Quę assecuti omne fuerint oratores vel poetæ. [Incideret in hanc opinionē, si ab vno exempla sumpsissent. nunc hoc signi est ipsos artis scriptores nō putasse) Vt plures quam vnū

solum

solũ vellet imitari.[Vnũ potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere.qm neque sua protulerunt,neq; vnius alicuius, aut denique duorũ,sed ab omnibus oratoribus,& poetis exẽpla sumpserũt. Deinde, si qs velit artem demõstrare nihil prodesse ad discendum,non male vtatur hoc adiumento)Cũ plus vtilitatis vnus afferat,& ipsi à multis sumpserint.[Quod vnus omnes artis partes cõsequi nemo potuerit)Dicit,ideo hanc artẽ disci nõ prodesse,qa comprehendi omnia,quæ in arte sunt non possint.Id.n.ex eo colligi videbitur, quod hoc nullus antea fuerit cõsecutus. Nam & virtutes oratoriam si quis velit discere,à multis discat necesse sit.[Suo iudicio comprobare?) Quod pro argumento sumi posse videtur ab eis, qui artem velint improbare.[Eius artificio dẽt esse) Ex sua officina debet exire. Debet esse artifex ex artificio eius, qui artẽ gignit. [Sed huius)Purperæ,quam dixerim me venalem habere. [Exemplũ aliunde rogabo)Ab alia suscipiam,vt meæ similem ostendam [Aliunde exemplum quærerent aliud mercis:) Subaudiendũ, nonne ridiculi viderentur? [Et eorum)Aceruorum. [Exemplum)Vt si quid exempli proferant.[Pugno)In pugno. quod pugno continere valeant. [Non habeant, quod ostendant:) Subaudiendum,nonne ridiculi viderentur? [Si Triptolemus, cum hominibus semen largiretur)Hercules,vt apud Diodorum est,præsidia Calydoniis ferens,Thesprotis illato bello Ephyrã vrbem vicœpit, & phyleum Thesprotorũ regem occidit, filiã vero eius captiuã compressit, ex ea qua Triptolemũ suscepit qui serere agros docuit primus. Alii dicunt, cum Ceres Proserpinam filiam suam quæreret,ad Eleusiũ regem peruenisse: cuius vxor Hionia puerum pepererat Triptolemum. Hanc regina, cum Ceres ipsa se offerer nutricẽ, filio suo recepit, deditq.nutriendum. Ceres,quod alumnum suũ reddere cuperet immortalem,diuino lacte,eum nutriebat.Sed noctu semel cũ mater puerũ igne obrui intueretur,exclamauit. Vnde irata Ceres Eleusium examinauit, ac Triptolemo alumno suo æternũ beneficium contulit.nam fruges ei propagandas. & currũ draconibus iunctum tradidit. quibus ille orbem terrarũ frugibus victor obiuit. Postcaquam domum redit, Cephus rex eum tanquã æmulus interficere conatus est, sed recognita iussu Ceteris Triptolemo regnum tradidit,ibiq.oppidũ constituit, qđ ex patris sui nomine appellauit Eleusiũ. [Ipse ab aliis hominibus id mutuaretur) Subaudiendum, nonne rediculus videretur? [Aut si prometheus, cum mortalibus ignem diuidere vellet)Iaperus cœli terræq. filius, vt Græcorum narrant fabulæ,filios ex Climene:vt alii scribunt:ex Themide:viginti & nouem vt Proclus refert,suscepit,quorum à Græcis nominantur(quãtum ipse legerim) solum Menœtius, Atlas Prometheus, & Epimetheus. Atlas, velut in Theogonia fabulatur Hesiodus, columnas in cœlum vsque produxit,in herum antem vertice, quod Iouis secreta rimari niteretur, Prometheus à Ioue vinctus.aquilam in se immissam iecore suo pauisse fertur, quam postea sagittis Hercules confixit quod ne Iuppiter quidem ægre tulit,ex quo eam suisset suus gloriam consecutus. deinde cum cuncti ad consultandum dii conuenissent, Iouis prudentiam Prometheus voluit experiri. Ex boue enim a se cœlo omnia collegit ossa,abrasa vndique omni carne, deinde ita cõstruxit, vt superne super ossa pellis circumcirca explicata bouis integri speciem habere videretur,hunc ergo se Diis venientibus immolaturum dicebat.sed id tamen Iouem non latuisse aiunt, qui cum propius accessisset, detracto tergore dolum Promethei detestatus, mortalibus ignem in cœlum sustulit. Prometheus ad fallendum paratus, fulminis in terram à Ioue missi ignem aridulis lignis ceterisq. fomentis excepit, & clam ne persentisceret Iuppiter occuluit,vtendumque dedit mortalibus,quam ob causam indignatus Iuppiter, sumptis à Vulcano adamantinis cathenis, Prometheum in Caucaso montem insolubilibus nexibus constrinxit.Sic de Prometheo ligato scribit Aeschylus in tragœdia.nec nos prætererit,multos fuisse, qui dicerent eundem in Caucaso monte aquilam iecore suo pauisse.Martialis quidém hæc de Prometheo.

Qualiter in Scytica relegatus rupe Prometheus,
Assiduam nimio pectore pauit auem.

Hoc ergo Cicero dicit,si Prometheus, cum ipse largiri ignem partiriq. deberet mortalibus,ipse peteret à vicinis,vt vnusquisque carbunculos,sibi traderet,eosq́. ille testa susciperet nõne ridiculos videretur?[Ipse à vicinis) Quod ipse vicinis largiri deberet.[Cũ testa)Ignitabulo,siue id testa sit,siue quiduis aliud. nam testa à figulis ex argilla fit,vt & regula,vel simile huic aliquid.[Corrogaret)Corrigereret. [Non riduculum)Au non ad irrisionem idoneus videretur? ac si dicas, videatur necesse est.

[Et hæc sitiens quammaxime loquatur,neque habeat) Amphibolon est,vtrum quammaxime sitiens, an quammaxime loquatur.sed quod dixi posterius,magis congruit, ne sit quodãmodo anastrophe.[Quo sitim sedet) Extinguat, vel aliqua ex parte leuet.[Et omnium rigare debeant ingenia)præceptis, & rerum inuentione perfundere.[Lysippus caput ostenderet Myronium)Cum eum sculpere fingere ue sta..as doceret, non à minore statuario caput fictum demonstraret. [Brachia Praxitelia,pectus Polycletium)Quos Plinius nobilissimos fuisse statuarios refert.[Sed omnia curam videbat) Intuebatur magistrum faciẽtem ipse Cares Lysippum[Ceterorum opera) Quę fecissent alii,per se poterat & videre,& considerare.[Alia ratione)Quam vt a suo præceptore discant omnia.[Tam esse accommodata ad artem,Quam ipse præceptor sibi fingit, quando illi vt casus tulit.vt causa,ve locus postulauit.&persona,locuti sunt.Qui antem sibi artis docenda causa exempla effingit nihil ponit,nisi quod ad id artificium attinere videatur. [Ne ars appareat:in pręcipiendo,expresse conscripta ponere) Qua iactare non oportet.[Vt in artis formam conuenire possint) Vt ars ita tractari debere significetur. [Ne possit ars eminere) Ne ab omnibus possit manifeste deprehendi.[Facultate oratoris occultatur)Ingenio tegitur oratoris, idq. omnium confessione de arte scribentium verum est.[Hęc quoq; res) Hæc pręceptio.[Nos duxit ad hanc rationem)Ad iudicii nostri aperiendam sententiã.[Quæ enim res apud nostros non erant) Atqui in Catone, Antonio,& multis aliis oratoribus, qui Ciceronem ætate antecesserunt,tropos fuisse ipse dicit.& schemata, quorum hęc vocabula Græci singula singulis facere. ipse vero Latine eadem in hoc libro effert,ergo ita accipiendũ est. An quæ res apud nostros non erant,quod dicendi apud Latinos magister nullus fuit,qui hæc tradidisset,aut quod licet veteres oratores illis vterentur,sed tamen eis vti nescirent, vtpote quę ex ingenio magis quàm ex arte profluerent. [Idque.fiet rei)Subaudiendum difficultate,non nostra quippe non ita absurde,& remote loquimur,vt à quouis facile non queant intelligi.[Reliquum scripturæ) Cum nomina græca expresserimus. [Hæc aliena)Subaudiendum exempla. [Asperius, & inusitatum, id proprie nobis attribueretur)Quæ nunc attribui poterit, cum nostris vsi fuerimus exemplis. [Cum artis inuentionem Gręcorum) Quasi inuenta ab illis,Latini reddidere pręcepta.Illorũ Gręcorum. [Exemplorum rationem)Vt ab aliis acciperemus potius quàm a nobis ipsis quodammodo cuperemus.

IN RHETORICAE AD HERENNIVM LIBRVM *quartum, Giberti Longolij annotationes,& Claudi Pontani Scholia.*



VONTAM in hoc libro)Parasceue.i. præparatio quædam ad sequentem quęstionem, de exẽplorum vsurpatione.Oritur autem hæc disputatio à facto necessitatis,quod nisi defenderet, in vitio esse videri poterat.Hoc itaq; proœ. cõtentiosum est, quia Gręcorum superstitiosam curam in alienis exemplis probandis reprehendit. † Initio purgat se,quod pręter quorundam morem propriis sit vsus exemplis,diluens quæ ab aduersariis obiici poterant. Est autem tota hæc disputatio in genere deliberatiuo. Consulturum enim alienisne an propriis exemplis,quæ dicuntur,comprobari debeant. Argumenta à partibus honesti sumuntur, vt à prudentia, Item a consuetudine, à decoro &c. [Neque ante rem) Hoc est cum ordinem obseruauimus: vt quodque suo loco diceremus [Compluribus de causis putant oportere) Didascalicum ordinem seruat, vt aduersariorum opinionem, rationes,confirmationesque, prius supponat, quàm ad destructionem,& suam asseuerationem perueniat. Sic enim facilius persuadebit, & incidentes dubitationes omnes tollere facilius poterit. Est antem primum argumentum à dignitate sumptum. [Prima aduersariorum argumentatio est, quadripartita, cuius propositio est) Meram esse ostentationem cum præcepta de dicendi ratione, abs te tradita sint, nolle adhibere,veterum exempla, sed potius propria fingere. Impudenter enim, & parum modeste fit, si quid sua duntaxat amet, vetera vero negligat. Deinde superuacaneum est, cum ex veteribus abunde satis exemplorum supperat, confingere noua Præterea cum veterum exempla testimoniorum locum obtineant, recens autem atq; adeo abs te inuenta non eã habeant auctoritatem, illis vti præstat quàm nostris. Industriæ de

niquc singularis argumentum est. ex antiquorum scriptis exēpla collecta tuis præceptis ita posse accomodare vt hæc non temere edidisse videaris. [Ve enim testimonium) Ab exempli natura. [Etenim necesse est) Dilemma. [Quid igitur ipsa auctoritas antiquorum) Arguit rursus ab vtilitate. idq. imitationis facultate. [Postremo hoc ipsum) Ab eruditionis, & ingenii admiratione. [Hoc igitur ipsum) Complexio. [Hæc illi cum dicunt) Confutatio. Captat autem principio beneuolentiam ab aduersariorū falsa assueratione, qui auctoritatibus plus quā veritati tribuebant. Diluit autem singula capita, iuxta ordinem quo proposita fuerunt. [Quasi si quis ad Olympiacum) Confirmatio à simili. [Quo modo Ladas aut Bonus) Ladæ, & Boni insignium cursorum meminerunt apud Græcos Pausanias, Atheneus, Lucianus, apud Latinos. Catullus Martialis, & Solinus capite quinto. [Quid enim tibi vis) Prosopopœia disputantis. [At exempla, quoniam) Aliud aduersariorum argumentum, de testimoniorū ratione, quod diluitur ab interpretatione nominis diuersa, & etymologia. [At hoc ipsum difficile) ὑποφορά [Quod dicitis difficile!) Anthypophora, quæ tractatur dilemmatica argumētatione. [Multo est artificiosius) Alias, Multum est artificio suis, &c. [Contra ea, quæ ab aliis dicuntur) Transitio ad reliquas obiectiones. [Dicimus ergo eos omnes) Propositio duplex. [Dicimus ergo eos) Si sumenda aliunde exempla sunt, non à multis, sed ab vno sumenda esse dicit, deinde nullo modo sumenda esse demonstrat [Si concederem aliena oportere, &c.) Hæc argumentatio omnem imitationis spem, & vtilitate subuertere conatur. [Ergo ab vno sumenda) Transitio ad alteram propositionis partem. [Primum omnium) Confirmatio à dissimilibus variis. [Isti magistrati) Applicatio. [Si qui se fontes) Alia confirmatio, ab exemplo dissimili. [Chareas à Lysippo) Ab exemplo contrario. Huius aut statuarii meminit Plin. lib. 34. cap. a. [Præterea ne possunt) Aliud argumentorum à possibili. [Postremo hæc quoque res) Arguit à necessario, non omnia exempla reperiri apud Latinos auctores. [Nunc tempus postulat) Epilogus disputationis.

ASC. QVoniam &c. In præfatione huius quarti, & vltimi libri Rhetoricorum ad Herennium in quo de elocutione determinare constituit. Primo purgat quod præter græcorum morem propriis exemplis vsurus est, ad cuius purgationis facilitatem primo affert, quæ ab aduersariis potissimum græcis obiici possint. Ordo est. O Herenni, quoniam nos scripsimus in hoc libro scilicet quarto, de elocutione, & quoniam vsi sumus exemplis nostris, id est, à nobis excogitatis, in illis sup. rebus, in quibus opus fuit vti exemplis, & quoniam fecimus, præter consuetudine græcorum qui scripserunt de hac re? videlicet de elocutione, faciendum est necessario, necessitate tamen conditionata, vtpote si volumus, obiectionibus obuiare, vt demus paucis. s. verbis rōnē nostri consilii. i. paucis ostendendum erat, cur id fecimus. Atq; satis signi. i. apparentiæ erit nos facere. hoc. i. dare rationem nostri consilii, hoc est per digressione nos purgare: necessitudine. s. conditionata, vt dictum est, nō studio. i. affectione quadam, & proprio motu, hoc inquam satis signi erit, ꝙ in superioribus libris nihil sumus locuti, neque ante rem. s. principaliter tractandam, vt nunc facit, neq; præter rem, q. d. quod parum fecet ad rem. Nunc si dixerimus tibi pauca quæ res postulat. s. de purgatione obiectorum: nos persoluemus tibi reliquam artis, ita vti, . i. vt instituimus. Sed tu intelliges facilius nostram rationem: si cognouerimus prius quid illi . s. græcorum studiosi, aut græci ipsi dicant. i. obiiciant in me. Ipsi putant compluribus de causis, id est propter multas causas oportere, com. i. postquā ipsi præceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, ponere exemplum vniuscuiusque generis: sumptum ab oratore probato, aut a poeta probato. Et dicunt primum. i. pro prima ratione: se facere id. i. sumere exempla ab aliis cōmotos. i. prouocatos ad hoc faciendum modestia . i. pudore tenente modum contra insolentē superbiam: quod id est, eo quod videatur esse quædam ostentatio. i. iactantia suę artis non habere. i. non reputare satis supple esse: præcipere de artificio. s. dicendi, aut eloquēdi. sed ipsos velle videri gignere. i. producere, & fingere exempla. artificiose, id est abunde iuxta artem, Hoc scilicet facere, est (inquiunt) ostentare se, id est ingenium, aut artem suam, sup. & non ostendere artem. s. ipsam alteri. Quare (vt inquiunt) pudor. i. verecundia, qua veremur nostra ostentare, aut plus laudis quā mereamur sumere. est in primis. i. præcipue impedimento ad eam rem. i. ne ea res fiat, hoc est ne exēpla afferamus de nostris ne videamur ꝓbare . i. approbare nos solos. i. ingenia, & inuēta nostra, & sup. amores nos solos, quod vitiū dicit græci φιλαυτία. i. amor sui, vero pro sed. videamur sup. contemnere, & deridere alios cū eorum exēplis vti nolimus, & ea improbemus. Etenim cum possimus sumere exemplum ab Ennio. s. poeta, aut à Gracco oratore relinquere. illa. s. exempla ab Ennio, aut Graccho sumēda, & deuenire ad sua. i. propria exempla videtur esse arrogantię. i. pertinere ad arrogantia. Et hæc est prima ratio græcorum. Præterea (quæ secunda est ratio) exempla obtinent locū testimoniorū . i. approbationū. enim pro quia id quod præceptio admonuerit, & fecerit leuiter. i. trāseunter, comprobat exemplo, sicut. i. veluti testimonio. Igitur non. i. nonne rediculus sit, si quis pugnet. i. certet cum aliquod certaminem verborum. i. cōtentione coram iudice, pugent in quam, aut contendat, in lite aut iudicio, testimoniis domesticis. i. domui suę duntaxat notis? q. d. etiam. Enim pro quia, vt i. quemadmodum testimonium sumitur causa rei confirmandæ, sic exemplum sumitur causa rei cōfirmandæ, ergo non oportet hoc. s. exemplum sui nisi à probatissimo, ne id ipsum quod debeat cōfirmare. i. corroborare aliud, egeat confirmatione, aut confirmationis. Etenim. i. quia certe necesse est, vt suppo. aut anteponant. s. suis exemplis vtentes, omnibus aliis se. s. ipsos, & probent. i. commendet, & approbent, maxime sua. s. exempla, & inuenta, aut nō negent optima exempla esse quæ sumpta sint, aut à probatissimis oratoribus, aut à poetis, si. s. tales anteponant se omnibus, tunc sup. sunt arrogantia intollerabili. i. habent arrogantiam intollerabilem. Si præponat, quos sibi, & non putent exempla eorum præstate, id est meliora esse suis exemplis illi non possunt dicere, quale anteponant sibi illos. Igitur (supp. dices) quid sup. facit aut proficit auctoritas antiquorum! q. d. non parum. Nam cum res est probabilior scilicet per eam. tum. i. insuper reddit, studia hominum alacriora. i. lętiora ad imitandum, immo erigit cupiditates omnium, & acuit industriam cum spes est iniecta posse consequi facultatē Gracchi, aut Crassi. i. optimorum oratorū, imitando. s. eos, aut exempla eorum. Postremo. i. pro vltima ratione, vt dicunt, hoc ipsum. s. quod statim dicet. est summum artificium, videlicet eligere res varias, & dispares, sparsas ac disiectas vage. i. sine certo ordine, inter poematibus, & orationibus. eligere inquam ita, vt possis subiicere vnumquodque genus exemplorum sub singulos locos artis. Si hoc. s. eligere apta & varia exempla posset fieri solum. i. duntaxat industria, tamē . i. nihilominus nos essemus laudandi. cum non fugissemus talem laborem, nunc supp. ita est quod non potest fieri sine summo artificio. Quis enim est qui cum non teneat summe. id est, excellentissime, artem. s. aliquam, sed in proposito intelligenda ex elocutio, possit notare, & separare de tanta, & tam diffusa scriptura ea quæ ars iubeat? q. d. nemo. nam cetera cum legunt orationes bonas. i. artificiose factas, aut poemata supple bona, & supp. probant. i. approbant oratores, quorum orationes legunt, & poetas quorum poemata legunt, neque intelligunt, quare. i. quo artificio commoti probent. s. ea quæ approbant, quod. i. quia nō possunt scire vbi sit, nec quid sit, nec quomodo factū sit. id quod delectet maxime eos. At. i. econtrario is, qui, &. id est simul intelligit hæc omnia. s. vbi quid, & quomodo, &c. &. i. simul eligit hæc omnia, & redigit omnia, maxima scribenda in arte, in singulas præceptiones. i. ad singula præcepta affert exempla apta idonea ex oratoribus, & poetis, necesse est, vt supp. is sit summus artifex eius re, cuius exempla affert. Igitur (vt dicunt) hoc ipsum videlicet posse vti, &. s. etiā alienis exemplis in arte sua, id est à se tradita, est maximum artificiū. Hæc illi cū dicunt, &c. Responsurus ad obiecta pro græcis præceptoribus contendentibus scripta vniuscuiusque non suis sed alienis exemplis esse declaranda: dicit se primo loco plus commoueri auctoritate id asserentum quā veritate disputationis, id est virtute argumentorum. Cum enim antiqui sint, & diu in precio habiti difficillimum esset illorum auctoritati refragari. Callide ergo innuit se parum argumentis ipsis moueri. Sunt tamen adhuc multi in ea hæresi qui putent nō modo ad modestiam, sed vel ad fidem astruendam, & artem decorandam multum facere alienis vti exemplis. Nā, quemadmodum in grammatica si quis colligeret præcepta, & ea suis exemplis confirmaret parum fidei sibi faceret, nisi quatenus præcepta aliorum quoque fulcirentur auctoritate, aut exempla essent aliorum simillima, quod non pateret, nisi aliena abdoceret. Sic, & in rhetorice non viderentur fidem factura præcepta, nisi doctissimorum exemplis, aut confirmentur, aut demonstrentur. Pręterea ars ipsa videtur multo clarior si ea demonstretur continere pręcepta quę ab optimo quoque sunt quammaxime conseruata, quanque ea quę solius præceptoris declarentur exemplis. Quod vero argote dicet auctor, noster, quod

sua

suæ professioni minus faciant fidei qui alienis nituntur exemplis facile ab illis purgaretur. Dicerent enim se non aliena adducere exempla puniri à proprionum (nam qui præcepta tradere possunt, videntur etiam exempla posse tradere) Sed vt plus fidei & auctoritatis inesset præceptis tot doctorum oratorum exemplis illustratis. Ad hanc autem sententiam videntur accedere omnes qui rhetoricam modo docent, aut declarant. nam qui optime Ciceronem interpretantur, & exponunt ex ipsius orationibus exempla præceptis consona adducunt, in qua re Franciscus Maturantius singularem meruit laudem. quocirca si nobis licet hæc præcepta Ciceronianis exemplis declarare licebit, & aliis: vt Salustianis, Hortensianis, & similibus si modo extarent. quocirca non penitus errauerunt græci, qui documenta sua alienis exemplis confirmauerũt: vnde & Valla subinde in Raudensem, & Priscianum recte animaduertit, quod in malis præceptis, aut nullis, aut suis duntaxat fulciantur testimoniis. Sed de hac re hæc satis, dummodo ausi sint qui nouo præcepta adducunt: ea non modo suis, & sed alienis fulcire exemplis. Nam quod variis exemplis probabit ridiculos esse qui illud vendicent, cuius etiam exemplis ab aliis mendicent, aut corrogent, id contra sic dici possot ridiculum esse qui sua inuenta ostentaret, & ea nulla auctoritate aut exemplo à probans sumpto confirmaret, ut qui de musica pessime præciperet, & perinde ac præceperit, cecinerit nonne omnibus ridiculus esse, quod idem in ceteris quoque disciplinis locum habet. vt in grammatica, qui hanc præceptionem daret, Omnia nomina propria in ius, quę vocalem habent in antepenultima nominatiui, & dubitantur an t, an c, habeant post vocalem debeant per c, scribi. & comprobaret bis exemplis Oracius, Lucrecius, & similibus quæ docti per t, scribunt, ipse tamen iuxta regulam suam per c, scribat in penultima nonne ridiculus sit: Quod autem dicit artem melius declarari exemplis propriis, quam ab oratore sumptis eo quod orator artem celare quando possit debet. argute quidem id dicit, & facit, vt concedam quòd cum alienis etiam nostra possint adduci, non vt sola nostra. Adde quod aptiora videntur exempla quę talia sint qualibus in vera oratione liceat vti, quam quæ id in aperto habent, quod in dicendo celandum sit. Difficile est enim consueta relinquere, & eo ferè modo loquimur prouicti, quo instituti sumus ab infantia, unde nequaquã illis scribam, qui futurũm oratorem sordidis, & minus latinis verbis erudiant, & artem dicendi tradere moliantur, cum ipsi dicere nesciant. Sed finem facio. non enim refellendam sententiam auctoris, sed exponẽdam recepi. Si tamen ob eius auctoritatem quis eos rideat, qui aliena adducant exempla, tota grammaticorum manus contra eũ stabit, quin & auctor ipse in libris officiorum, atque aliis disciplinabilibus alienis ferè utitur exemplis. Verum institutum nostrum ordinem prosequamur qui talis est. Cum illi. s. Græci præceptores, aut eorum defensores, dicunt hæc. s. paulo ante recitata, & nobis obiecta, ipsi magis commouẽt nos sua auctoritate, quę summa apud græcos erat propter vetustatẽ, qua veritate disputationis. i. rationum ab eis adductarum. Non. n. veremur illud, ne cui. i. vt non alicui, vt nõ sit satis. s. aucturitatis alicui, ad probandam, aut persuadendam rationem contrariam, hoc est nostram, aut potius nostrę, vt paulo post dicam ante secundum notabile, ꝙ. i. quia, hi qui fuerunt inuentores huius artificii. i. artis rhetoricæ, hoc est græci præceptores, qui primi de ratione dicendi præceperunt, steterint ab ea. i. ab aduersa ratione, hoc est pro ea pugnauerint. Vbi prius quam pergamus duo noranda diximus, alterum quod vt prius monui, vereor, timeo, formido, caueo, & similia verba includant negationem, quæ quando in principio in aliqua dictione includitur sępe nõ plus facit quam si nulla esset, quo circa in eodem sensu dicere possis. vereor ne cui satis sit. & vereor ne cui satis non sit. Sunt præterea qui legant improbandã, vt si vereor ne cui sit satis ad improbandam contrariam rationem, quòd ab ea steterint &c. Alii autem sic intelligũt, vereor ne cui sit, aut videatur satis ad probandam rationem contrariam. s. nostræ. i. ne hoc videatur sufficere pro eius ꝓbatione, quod ab ea steterint &c. & hic certe sensus, & ordo videtur mihi optimus. Alterum quod notatum velim est, eleganter dici stare ab aliquo, pro eo quod est esse illi præsidio, & pro ea pugnare. quæ res tracta est à militibus in acie instructis, & pro suo vtrinque duce stantibus. Qua elegantia vt aliis multis lepide vsus est vir disertus Guilhelmus Budæus, in translatione Plutarchi de fortuna Romanorum, & virtute Alexandri magni. Sed ad ordinem reuertamur) & vereor ne cui sit satis ad probandum contrariam rationem. s. vt modo dixi aduersariorum, ꝙ illi qui steterint pro ea, sint iam satis probati. i. approbati. (Ferè enim Cicero probare pro approbare, seu comprobare accipit) omnibus vetustate. i. propter vetustatem, vbi latenter improbat id quod Horatius in arte, & in epistolis damnat, vulgus laudare antiquos eo dũtaxat nomine, ꝙ antiqui sint, & improbare nouos auctores non alio nomine quam quòd noui sint. Quòd si remota. i. seclusa auctoritate illorũ hi, qui pro antiquis pugnant, volent comparare res oẽs cum re. i. rationes antiquorũ cum rationen nostra re. i. non moneatur auctoritate illorum, sed quid dicatur animaduertãt, (Posset etiam lege rę omnes cum re. ut sit omnes volẽt, & ipsi intelligent non omnia esse cõcedenda antiquitati. Igitur videamus primum ne pro an, illud quod dicitur ab eis de modestia (dicunt enim ad modestiã pertinere alienis uti exemplis, & ad ostentationem suis) proferatur ab eis niminũ inutiliter, & puerilitter. Nam si tacere. & nihil scribere est modestia cur scribunt, aut loquuntur quidquam? [Et si dicant modestiæ est, quæ scripseris alienis non tuis testimoniis comprobare. contra quod dicit) sin. i. sed si ipsi scribunt aliquid suum. i. proprium, & à se inuentum, cum impediuntur modestio. i per modestiam, quo secius. i. quominus, aut vt non scribant omnia scilicet sua! q. d. nulla (possent tamen ad hoc respondere multum esse discriminis, nam ideo præcepta tradimus, quòd aliquid melius, aut commodius inuenisse videmur, ideo vero ex alienis non nostris cõprobamus exemplis, ut arrogantiam uitemus, & fidem nostram astruamus. [Sed audiamus auctorem) Quasi. i. id faciunt, perinde ac si quis venerit ad cursum olympiacum, vbi in stadio currebatur olim. & steterit. s. paratus, vt emittatur. s. è carcere in stadium, aut curriculũ, & dicat illos esse impudentes. i. inuerecundos ac infinitos, seu offrontes, qui cœperint currere, ipse stet intra carcerem. i. ante repagulum coercens cursuros donec signum datum sit, & narret. i. recitet alii quomodo lædas, seu Boius, qui duo excellentissimi fuerunt cursores, cursitarunt cum Sicyonis. s. populis à Sicyonia vrbe Peloponnesi profectis, & ad cursum optimis, sic isti. s. scrupulosi præceptiores, cum descenderint in curriculum artis. i. in exercitium, & experimentum ubi quæ diximus, aut pręcepimus comprobãda sunt, dicunt illos, qui elaborent in eo quod est artificii, facere immodeste. i. contra mudestiam, quia arroganter, & ipsi laudant aliquem oratorem, aut poetam antiquum, aut scripturam. s. antiquam, sic ut non audeant prodire in studium. i. exercitium artis rhetoricæ. Non ausim dicere, sed tamen vereor ne ipsi sint imprudentes in ea ipsa re, in qua re ipsi uenentur. i. aucupentur laudem modestiæ. Enim pro quia, aliquis) non dicit quod ipse id faciat) inquiet quid tis tibi. i. quid prætendis? tu scribis artem tuam, & gignis. i. profers, & paras nobis nouas præceptiones, & ipse id est, tute non potes confirmare eas. s. exemplis tuis, sed sumis exemplis ab aliis. Vide. i. prospice ne facias imprudenter qui velis libare. i. degustare aut offerre tibi laudem ex laboribus aliorum. s. quorum exempla adducis. Nam si antiqui oratores, & poetæ penderint. i. acceperint in manus volumina eorum. s. qui alienis exẽplis vtunt, & quisq; tulerit è libris tuis aut potius eorũ, nam dura videretur personarũ variatio, suũ. i. quod è suis libris excerptum dependerit, nihil relinquetur istis quod sup. sit suum. i. proprium, At exempla. Refellit nunc secundam obiectionem dicentium. At. i. sed (inquiunt (Quoniam exempla sunt similia testimoniũ, conuenit, item. i. similiter exẽpla sumi ab hominibus probatissimis vt. i. quemadmodum testimonia. Primum omnium. i. pro prima respõsione dico, quod exẽple ponentur. hic. i. in hac re. non causa confirmandi, neq; testificandi (quia vt philosophus dicit exempla ponuntur non vt sint, sed vt per ea quæ sunt intelligantur, vnde exemplorum non requiritur veritas, sicut testium) sed causa demõstrandi. i. docendi vel declarandi. Non enim cum diximus exornationem colorem illum rhetoricum, esse verbi causa. i. exẽpli gratia) quæ cõstet ex verbis desinentibus similiter. & ponimus hoc exemplum à Crasso. i. orationibus Crassi, in quibus est quod possumus, & debemus, quæ duo verba similiter desinũt, nos collocamus. i. constituimus, aut simul ponimus, testimonium. s. definitionis nostræ, sed exemplum. Quæ duo nõ idem sunt, neq; idem faciunt. Nam si quis falso definiat rem quempiam, poterit nihilominus ex bonis auctoribus exemplum nõ testimonium adducere. vt si quis dicat elegantiam esse si antecedens præcedens confirmetur relatiuo in casu. cum in diuerso ars positum veiit. & det pro exemplo illud Aen. i. Vrbem, quã statuo vestra est exemplum erit non testimonium, neq; approbatio, vnde dicit auctur. Igitur hoc interest inter exemplum, & testimoniũ, quod supp. demonstratur. s. à nobis, exemplo. i. per exemplum, cuiusmodi sit id, quod dicimus, sed supp. confirma

tur.s. a nobis, testimonio.i.per testimonium, illud esse ita, vt uos dicimus. Præterea oportet testimonium conuenire cum re. enim pro quia. testimonium non potest aliter.i. nisi conueniat cum re confirmare rem, at.i. sed id quod faciunt.i. adducere exempla aliena non conuenit cum re. Quid.i. cur id dicis: O Cicero cum exempla habeant esse rebus conformia? Respondet, quia tales pollicentur se scribere artem.s. rhetoricā, & supple proferunt plerunque exempla, vel.i. etiam ab his qui nescierunt artem. Tum.i. insuper quis est qui possit comprobare id, quod scripserit de arte. nisi scribat aliquid ex arte? q.d. nullus, que.i. & tamē ti faciunt contra.i. contrarium, qui videtur polliceri.i. se tradere artem. Nam cum instituunt.i. prætendunt scribere artem. videntur dicere se excogitasse, id quod doceāt alios vero pro sed. cum scribūt. tunc ostendunt nobis. quid alii excogitauerunt. quia aliena adducunt exempla. Ad hoc ipsum &c. Respondeot vltimæ obiectioni aduersariorum dicens. At.i. sed, ipsi inquiūt.i. dicunt. hoc ipsum est difficile eligere de multis.s. scriptis exepla ad propositum. & preceptum nostrum facienda, & ita videntur ob difficultatem sibi laudem, & gloriam venari. Vnde respondens Cicero docet gloriosum non esse dicens.

Quid dicitis.i. vocatis difficile: verum laboriosum aut artificiosum, hoc est verū id quod sit laboriosum, an id quod artificiosum Si supp. vocatis, aut dicitis difficile, laboriosum.i. quod sit laboriosum nō statim.i. non ideo supp. erit, aut dicetis præclarum. Sunt enim multa laboriosa quæ si faciatis non cōtinuo.i. non ideo gloriemini.i. debeatis gloriari: vt de præclaro facinore, nisi forte putaretis gloriosum si transcripseris vestra manu fabulas aut orationes totas: id enim laboriosum est. & minime gloriosum Sin autē.i. sed si: dicitis istud.s. difficile, gloriosum, & egregiū, videte.i. attendite, ne videamini insueti.i. inexperti rerum maiorum, cū nesciatis quę sint res maiores aut magnę, hoc est laude dignę. si parua res delectat vos sicut magna. Nam eligere isto modo.s. de aliorum scriptis, quidem i. certe nemo potest rudis. i. qui sit penitus rudis, & ignarus artis, sed multi sup. possunt eligere sine summo artificio. Enim pro quia. quisquam.i. quicunque audiuit de arte.i. dicendi. presertim de elocutione paulo plus. s. quam reliqui poterit videre.i. discernere omnia quæ dicentur ex arte, sed supp. (quod tamen eleganter omittitur) nemo potest facere supp. ex arte.i. ipsemet non potest dicere ex arte nisi eruditus. Ita vt si velis eligere sentētias.i. dicta sententiosa, de tragœdiis Ennii. aut periodos.i. clausulas, de pacuuianis supp. tragœdiis nemo poterit id facere qui sit plane.i. omnino. rudis.i. imperitus. & ineruditus in arte, & sup. cum feceris sup. id.i. cum sententias, & periodos excerpseris, quod plane rudis nemo facit, putes te supp. propterea, literatissimum sis ineptus, quia stolidus, aut inaniter glorians. propterea quod literatus. quamuis.i. quantumuis mediocriter faciat facile, id.i. decerpit sententias, & periodos. Item si, cum.i. postquam elegeris exēpla ex orationibus. aut ex poematibus quæ sunt notata certis signis.i. iudicijs artificij, quia nemo rudis possit facere id putas ne ideo, te fecisse artificiosissime: erras.i. fallentis, & stulte id putas, propterea quòd videamus.i. oculis mentis.i. cognoscimus ipso signo.i. per ipsum signum te scire non nihil.i. modicum quippiam, eius rei.i. artis, cuius exempla aliunde ad dixeris, sed supp. intelligimus aliis signis. si videlicet tuta exempla. hoc est per te scripta attuleris, te scire multa.s. eios rei. Quod si intelligere quæ sunt scripta ex arte, est artificiosum, tunc ipsum.i. te, aut alium, aut ipsum pro articulo dixit, q.d. τὸ γράφειν, hoc est ipsum scribere ex arte, est artificiosius multo. Enim pro quia :is qui scribit artificiose, ipse.i. ipsemet poterit intelligere facile.i. faciliter scripta ab illis commode.i. conuenienter, sed non econuerso, qa is qui eligit facile supp. ē scriptis aliorum, nō continuo.i. non ideo, ipse.i. quod dicunt in propria persona, hoc est ipsemet, scribet commode.i. conueniēter, & vtiliter. Et si sup. adducet exempla ab aliis, est maxime artificiosum, vt ipsi dicunt. vtantur ea facultate alio tempore, non supp. tunc dum ipsi debent comparare.i. acquirere, & gignere.i. excogitare & proferre.i. edere sup. similia exempla. Postremo consumant sup. tales qui volunt laudare, vim.i. potestatem artificii.s. sui, in eo id est, in ea re, vt supp. ipsi æstimentur.i. reputentur, & iudicentur potius eligendi.i. scripta sua eligenda, ab aliis quam vt æstimentur boni electores aliorum, quia gloriosum putabant si ex scriptis suis exempla sumantur, vnde est illud Persianum. Ten cyrrhatorum centum dictata fuisse. Pro nihilo pendas? Per transitionem autem.i. per formam transeundi ad aliam disputationem concludit tractatum hunc dicens. Satis dictum est contra ea quæ dicuntur ab his qui dicunt oportere se vti exemplis alienis, & ita dicunt alios quoque non suis, sed alienis vti oportere & arrogante fecisse Ciceronem qui suis usus est. Nunc.i. deinceps consideremus quæ possint dici.s. in aduersarios tales, separatim eis noua obiciendo non contra eorum dicta, sed separatim eis noua obiciendo. (Dicimus igitur &c.) Duo dicit in aduersarios, alterum quòd aduersarii peccent in eo quod alienis vtantur exemplis, alterum quod delinquant etiam grauius: quod ea sumenda censeant, non ab vno quouis oratore, & poeta, sed à multis, & diuersis, & prius prosequitur quod posterius proposuerit. Ordo est. Igitur quia in eo separatim aliqua dicere constituimus, nos dicimus eis, tum.i. simul peccare, quòd vtantur alienis.s. exemplis. tum.i. simul delinquere etiam grauius quòd sumant exempla a multis. Sed videamus ante de eo quod diximus postco.i. de secunda particula, videlicet quod delinquant etiam grauius quòd sumant exempla à multis. Si concederem oportere sumere aliena exempla, vincererem.i. vincendo aduersarios probarem contra eos oportere.i. sumere exempla, vnius.s. auctoris, & non multorum vt ipsi præcipiunt, & tactant se facere. Primum supp. vincerem, quod.i. quia nulla eorum ratio staret contra.i. pro aduersa opinione.i. quia nihil possunt probabiliter ferre in contrarium. Liceret enim eligere, aut ut eligerent, & probare, aut & probarent quelibet.s. vnum, vel poeta, vel oratorem qui suppeditaret sibi.s. elibentibus.i. abundæ subministraret exempla in omnes res.i. ad omnium præceptorum demonstrationem, cuius.s. vnius poetæ vel oratoris, auctoritates ipsi niterentur id est, fulcirentur. Quasi dicat, quia liceret vnum adducere qui suppeditaret exempla ad omnis elocutionis præceptare, frustra adducerent plures, quia frustra fit per plura quod æque bene, aut melius fiat per pauciora melius autem fieri per pauciores auctores probat subdens. Deinde magni interest eius qui vult discere (vbi interest duos regit genitiuos, magni, & eius, sed magni ad æstimationem pertinet, sicut dicimus magni facio. magni pendo, magni curo &c. eius ad officiū; hoc est magna differētia vtilitatis eius qui vult discere est vtrum putet supp. se posse consequi.i. obtinere, omnia.s. exempla quæ imitari debeat, ab uno.s. oratore aut poeta, an supp. putet neminem posse consequi.i. obtinere omnia.s. necessaria ad artem, sed putet alium consequi, aliud.i. diuersos diuersa. seu diuersas partes) Filium orationis videretur n. eius textum si dicatur an omnia ab nemine, sed aliis ab alio, sed maluit uni uerbo dare uariam constructionem. (Rationem autem d Cti sui affert dicens) Enim pro quia, si videlicet is qui vult discere, putabit omnia posse consistere penes vnum.s. auctorem, ipse quoque nitetur.i. contendet peruenire ad facultatem omnium.i. qua & ipse omnia possit, & possideat. si desperauerit id, videlicet omnia posse consistere penes vnum, ipse exercebit se in paucis. Erit enim contentus, ipsis.s. paucis. Nec mirum.i. & non erit mirandum cum ipse præceptor artis non poterit reperire omnia.s. quæ artis sunt, penes vnum.i. in unius potestate aut scriptis. Igitur exēplis allatis.i. postquam exempla erunt allata.i. citata, & vt dicunt allegata a Catone.s. maiore, à Gracchis.s. fratribus. C & Tiberio. A Lælio scilicet maiore, & a Scipione etiā maiore, à Galba. a Porcina à Crasso, ab Antonio, & ceteris.s. oratoribus claris. Item.i. & similiter aliis exēplis supp. sumptis a poetis, & scriptoribus historiarum, necesse erit eum qui discet putare omnia potuisse sumi ab omnibus.s. oratoribus poetis. & historiographis, & pauca potuisse vix.i. etiam cū summa difficultate. sumi ab vno poeta. Quare si habebit.i. existimabit satis supp. se esse similem alicuius unius, diffidet se solum posse habere omnia quæ omnes habuerint. Ergo inutile est ei qui discere vult non putare vnum posse omnia, vel putare vnum non posse omnia. Igitur quia inutile est, nemo incidet in hanc opinionem, si sumpsisse (aut ipsi præceptores sumpsissent) exempla ab vno. Nūc est hoc sign.i. hoc est pro signo, ipsos scriptores artis non putasse vnum potuisse emittere.i. edere exempla in omnibus partibus elocutionis, quoniam neque protulerunt sua.s. exempla, neque alicuius vnius, aut denique duorū supp. exempla, sed sumpserunt exempla ab omnibus oratoribus, & poetis. Deinde si quis velit demōstrare artem nihil prodesse, aut dicēdum nō utemur male.i. impertinenter, hoc adiumento.i. medio id probandi, quòd nemo vnus.s. solus poterit consequi omnes partes artis.s. elocutionis. Igitur nonne ridiculum est ipsum scriptorem.s. artis cōprobare iudicio.s. suo.i. affectione sua id, quod iuuat, rationem i. argumentationem horum, qui improbēt, omnino.i. ex omni parte, artem.s. rhetoricā, & pręcipue elocutionis, q.d. maxime, Ergo, &c. Concludens superiorem partem, videlicet quod sit exempla aliunde essent sumenda, potius deberēt sumi ab

vno

vno quam à pluribus, quo conclusio redit ad probandā alteram partem quæ prior erat, in diuisione, videlicet ꝙ exempla non sint sumenda aliunde quam ab ipso artis præceptore. Ordo est. Ergo nos docuimus exempla sumēda fuisse ab vno, si semper sumerentur.i.deberent sumi, aliunde.i.ab alio quam ab artis præceptore. Nunc intelligemus non fuisse omnino.s. penitus non fuisse sumenda aliunde, sic.i. tribus argumentis. Primum omnium exemplum quod affertur.i. adducitur ab scriptore artis debet esse de artificio eius, & ita nō aliunde sumptum. Non ne si quis vendens purpuram, aut aliud quippiam, dicat sume.i.eme à me.s.purpuram, aut aliud, sed ego rogabo tibi, aliunde.i.ab alio exemplum quod, ostendam.i. quod vulgo dicunt monstram, hoc est simile huius.s. quod tibi vendam, aut tu sumas, non ne inqua videretur riduculus? Si ipsi qui venditant merces quærerent exemplum mercis.s.quā vendere putant, aliunde.i.ab alio mercatore, aut si dicant se habere aceruos tritici, & non habeant pugno,i.in manu exēplum eorū.s. quæ vendere volunt, quod.s.exemplum ostendant.s.emptoribus. Et si Triptolemus qui missus erat à Cerere ad iudicandū mortalibus vsum frumenti serendi, cum largiretur hominibus semen.i.seminatum granum ipse mutuaretur.i. mutuo acciperet, id.s. semen ab hominibus.s. (Vnde scies ꝙ secundum Vallam mutuare, est mutuo dare, muturi, mutuo accipere, & ita verūque accusatiuum fregit, sed mutuo cum datiuo, mutuor cum ablatiuo repete semper nonne ridiculus videretur) Aut si Prometheos cum vellet diuidere mortalibus ignem quem contra præscriptum Iouis furatus erat à curru solis, ipse.s. Prometheus, ambulans vicinis.i.per vicinas cum testa.s.in qua solent pauperes ignem medicatum referre corrogare. i. à multis rogaret carbunculos.i.minutiores carbones, non.i. nonne videretur ridiculus? q.d. maxime. Et tamē isti.s.insulsi, magistri.s.elocutiones existentes præceptores omnium dicendi.i.in arte dicendi, non videntur sibi facere ridiculum, cum quærunt ab aliis vepote ab oratoribus, & poetis id, quod pollicentur aliis, videlicet artem dicendi, aut eloquentiā, quod rursus confirmat alio exemplo dicens. Si quis dicat se aperuisse.i. iudicasse, aut disco operuisse fontes maximos penitus absconditos, & loquatur hæc sitiens quam maxime, neq; habeat.s.aliquid æquæ, qui.i. quo sedet.i. mitigare valeat sitim.s. suam, non.i. non ne rideatur? q.d. prorsus. Isti.s. præceptores inepti, cum dicant se non modo dominos fontium.i. torrentium dicendi, sed dicant sese ipsos esse fontes, & debeant rigare.s.abundātia elocutionis suæ ingenia omnium non putant fore ridiculum, si cū pollicentur id.i.rigare ingenia omnium, ipsi arescant.i.desiccentur, & siccitate cū nullum habeant exemplum, ꝙ de suis sumant. Affert & aliam similitudinem dicens. Chares.s. ille consumatissimus statuarius, non didicit isto mō à Lysippo facere statuas, vt Lysippus ostēderet caput.s.alicuius faciendum, & Miro alter statuarius ostēderet manus, & Praxiteles alius statuarius ostenderet brachia eiusdem, & Polycletus etiam statuarius ostenderet pectus, sed videbat magistrum.s. Lysippum facientem omnia.s. coram statuam alicuius.s.corā.i.in conspectu suo, & sup. poterat cōsiderare opera ceterorum, vt Mironis, Praxitelis, & Polycleti. vel.i. etiam sua sponte.s.sine mandato magistri. Isti.s. contemnendi (sonat enim iste in contemptum) credunt eos qui volunt dicere, hoc.i.hanc artem, seu statuariam, seu oratoriā posse doceri cōmodius alia ratione.s. quam vt præceptor artis sua exēpla afferat quæ imitetur discipulus. Præterea ea quidem exempla q̄ sumuntur ab aliis non possunt esse tam accommodata ad artem, vt.s.ea quæ fiunt ab ipsius qui artem tradunt, propterea ꝙ vnusquisq; locus tangitur, plerunq, leuiter.i.transeunter in dicendo.i.orando in veris causis, potius quā in pangendo poemate ne ars appareat, sed supple oportet ponere in percipiēdo .i.tradendo artem, exempla cōscripta expresse, vt possint conuenire.i.quadrare, in.i.ad formam artis. & post.i. postmodum in dicendo.i.orando in veris causis, ars occultatur facultate.i.per facultatem, & ingenium oratoris, ne ipsa ars possit eminere, & videri ab omnibus. Ergo etiam melius est vti suis exemplis, vt ars magis cognoscatur, quia docendo dēt ars detegi, orando tegi. Postremo hęc quoq; res.i.etiam id quod dicam, ducit nos ad hanc orationem.s.vt propriis vtamur exemplis. ꝙ ea nomina.s.exornationum, & colorum rhetoricorum, græca quæ cōuertimus.fecimus latina, sunt remota à consuetudine.s.latina quia nuper traducta.n.pro quia nomina earu.n rerū quæ res non erant apud nostros (per quod innit, quod primus hanc artem saltem sub hac forma tradidit) non poterant esse vsitata. Ergo quia inusitata sunt nomina, oportet, vt supp hæc videantur primo asperiora.i.aliquantulū aspera, idq;.i. & id hoc est ꝙ asperiora erant, fiet difficultate rei, quia res sunt incognitæ, nō nostra difficultate, quia non fecimus ea difficiliora, aut obscuriora q̄ essent, aut non erat nobis difficile ea vertere, cū simus in vocabulis abundantes, sed ignoratio rerum facit etiā apertissima vocabula difficiliora. reliquum scripturæ.i. quód post traditionem artis scribetur à nobis, consumetur in exēplis si nos posumus. hæc.s.exempla aliena, factum esset, vt illud cōmodi quod esset in hoc libro non esset nostrū.i.nobis acceptū ferendum, sed illis à quibus exempla mutuaremur, & illud supp. qđ esset asperius, & inusitatū videlicet nomina, id attribueretur proprie nobis. Ergo nos effugimus hanc incōmoditatē, quoq; id est etiam his de causis, ne videlicet dicamus nihil commodi, sed multum asperitatis attulisse ad artem cum probassemus.i. approbassemus inuentionem græcorum quæ actiua est artis.s. rhetoricæ, quæ passiua est; frequenter autem Cic. vni verbali. duos dat genitiuos, alterum actiuæ, alterum passiuæ significantes) quos sumus secuti.i. approbauimus, rationem exemplorum quæ illi aliena nos nostra censemus ponenda. Nunc tempus postulat. vt transeamus ad præcepta elocutionis.

DE ELOCVTIONE.

DIPERTITA erit igitur nobis elocutionis præceptio. primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse. deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.

SVNT igitr̃ tria genera, quæ nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio nō vitiosa cōsumitr̃: vnā grauem, alteram mediocrem, tertiā extenuatā vocamus. Grauis est, q̄ constat ex verborū grauiū magna, & ornata cōstructione. Mediocris est quæ constat ex humiliore, neq; tamen ex infima, & peruulgatissima verborum dignitate. Attenuata est q̄ consuetudinem. In graui figura consumetur oratio, si, quæ cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri, siue propria, siue translata, ad vnamquanq; rē accommodabunt̄: & si graues sententiæ, quæ in amplificatione, & commiseratione tractantur, eligentur: & si exornationes sententiarū, aut verborum, quæ grauitatem habebunt, de quibus post dicemus, adhibebunt̄. In hoc genere figuræ erit hoc exēplum: Nā quis est vestrum iudices, q̄ satis idoneam possit in eum pœnam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? qđ maleficiū cū hoc scelere cōparari? quod huic maleficio dignum supplicium pt̄ inueniri? In ijs, qui violassent ingenuam, matrē familias cōstuprassent, pulsassēt aliquē, aut postremo necassent, maxima supplicia maiores nostri consumpserunt: huic truculentissimo ac nefario facinori singularē pœnā non reliquerunt? Atq; in alijs maleficis ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit: huius sceleris qui sunt affines, vno cōsilio vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinant̄. O feros animos, ò crudeles cogitationes, ò derelictos ab humanitate hoīes, qui agere ausi sunt, aut cogitari potuerū, quo acto hostes, reuulsis maiorū sepulchris, deiectis mœnibus, ouantes irruerēt in ciuitatem; quo modo deum, spoliatis tēplis, optimatibus trucidatis, alij abreptis ī seruitutē, matribusfamilias, & ingenuis sub hostilē libidinē subiectis, vrbs acerbissimo cōcidat incēdio cōflagrata: q̄ se nō putant, id, qđ voluerint, ad exitū perduxisse, nisi sanctissimæ patriæ miserādū sceleratí vi

derint cinerem. Nequeo verbis consequi iudices
indices indignitatem rei: sed negligentius id fe-
ro, quia vos mei nō indigetis. vester enim vos ani
mus amantissimus reip. facile edocet, vt eum, qui
fortunas omniū voluerit prodere, pcipitē pertur-
betis ex ea ciuitate, quam iste spurcissimorum ho
stium dominatu nefario voluerit obruere. In me-
diocri figura versabitur oratio, si hæc, vt ante di-
xi, aliquantulū demiserimus, neq; tamē ad infimū
descenderimus, sic: Quibuscum bellum gerimus,
iudices videtis: cū sociis, qui pro nobis pugnare,
& imperium nostrū nobiscū simul virtute, & indu
stria conseruare soliti sunt. Hi cū se, & opes suas,
& copiam necessariorū norunt, tum vero nihilo-
minus propter propinquitatem, & omniū rerū so
cietatem, quid in omnibus rebus populus R. pos-
set, scire & æstimare poterant. Hi, cū deliberassent
nobiscū bellū gerere; quæso, quæ res erat, qua fre
ti bellum suscipere conarentur? cum multo maxi
mam sociorū partem in officio manere intellige-
rent; cum sibi non multitudinem militum, nō ido
neos Imperatores, non pecuniā publicā præsto es
se, viderent, nō deniq; vllam rē, quæ res pertineat
ad bellum administrandū. Si cum finitimus defini
bus bellum gererent; si totū certamen in vno præ
lio positum putarēt: tū omnibus rebus instructio
res ac paratiores venirent, ne dū illud imperium
orbis terræ, cui imperio oēs gentes, reges, natio-
nes partim vi, partim voluntate consenserunt, cū
aut armis, aut liberalitate à populo R. superati es
sent, ad se transferre tantulis viribus conarentur.
Quæret aliquis; Quid Fregellani, non sua sponte
conati sunt? Eo qdē minus isti facile conarent, q
illi, quemadmodū descissent, videbant. nā rerū im
periti, q vniuscuiusq; rei de rebus ante gestis exē
pla petere non possunt, ij per imprudentiam faci-
le deducuntur in fraudē. at ii, qui sciunt qd aliis
accideret, facile ex aliorū euentu suis rationibus
pñt prouidere. Nulla igit re inducti, nulla spe fre-
ti arma sustulerunt? Quis hoc credat, tm̄ amentiā
quenq̄ tenuisse, vt imperiū populi R. tentare aude
ret nullis copiis fretus? Ergo aliqd fuisse necesse
est: qd aliud, nisi id qd dico pt esse? In attenuato fi
guræ gñe, qd ad infimū, & quotidianū sermonem
demissum est, hoc erit exēplū: Nam, vt forte hic in
balneas venit, cœpit, postq̄ perfusus est, defricari.
deinde, vbi visum est vt in alueum descenderet, ec
ce tibi iste de transuerso, Hens, inquit, adolescens
pueri tui modo me pulsarunt satisfacias oportet.
Hic, qui id ætatis ab ignoto pter consuetudinem
appellatus esset, erubuit. Iste clarius eadē & alia
dicere cœpit. Hic vix tandē inquit, Sine me consi-
derare. Tū vero iste cœpit clamare voce ista, q̄ fa-
cile cuius rubores eiicere posset: Ita petulans es,
atq; acer, vt nō ad solariū qnidē, vt mihi vr̄, sed pe
nes scenā, & in eiusmodi loci exercitus sis. Cōtur
batus est adolescens. nec mirū, cui et nunc pæda-
gogi lites ad auriculas versarentur, imperito eius
modi conuitiorē. vbi. n. iste vidisset scurrā exhau
sto rubore. q se putaret nihil hr̄e, qd de existima-
tione perderet, vt oīa sine famæ detrimento face-
re posset? Igitur gña figurarū ex ipsis exemplis in
telligi poterunt. Erit. n. & attenuata verborū cō-
structio quædam, & itē alia in grauitate, alia posi-
ta in mediocritate. Est aūt cauēdū, ne, dū hæc gña
cōsectemur, in finitima, & propinqua vitia venia-
mus. Nam graui figura, quæ laudanda est, propin
qua est ea, quæ fugienda est. q recte videbit appel
lari, si sufflata nominabitur. nā vt corporis bonam
habitudinē tumor imitatur sæpe: ita grauis orō
sæpe imperitis vr̄ ea, quæ turget, & inflata est, cū
aut nouis: aut priscis verbis, aut duriter aliunde
trāslatis, aut grauioribus, q̄ res postulat, aliqd dr̄,
hoc mō: Nam qui perduellibus venditat patriam,
non satis supplicii dederit, si præceps in Neptu-
nias depulsus erit lacunas. Pœniter igitur istum,
qui montes belli fabricatus est, cāpos sustulit pa-
cis. In hoc genus pleriq; cū declinassent; & ab eo,
quò profecti sunt, aberrauerunt; & specie grauita
tis falluntur nec perspicere possunt orōnis tumo-
rē. Qui in mediocre genus orationis pfecti sunt,
si peruenire eò non potuerunt, errātes perueniunt
ad confine genus eius generis, quod appellamus
fluctuās, & dissolutū, eo q sine neruis, & articulis
fluctuat huc, & illud, nec pt confirmare, nec virili-
ter sese expedire. i. hmō: Socii nostri cū belligera
re nobiscū vellent, profecto ratiocinati essent etiā
atq; etiam quid possent facere, si quidē sua sponte
facerent, & non haberent hic adiutores multos, &
malos homines, & audaces. solent. n. diu cogitare
omnes, qui magna negocia volunt agere. Non pt
huiusmodi sermo tenere attētū auditorē: diffluit
enim totus, neq; quicquam cōprehendens perfe-
ctis verbis amplectitur. Qui non possunt in illa fa
cetissima verborū attenuatione cōmode versari,
veniunt ad aridū, & exangue genus orationis, qd
non alienū est exile nominari, cuiusmodi est hoc:
Nam istic ille in balneas accessit: ad hunc post ea
dixit, hic tuus seruus me pulsauit. postea dixit hic
illi, cōsiderabo. post illi, cōuitiū fecit, & magis ma
gisq; pñtibus multis clamauit. Friuolus hic qui
dē iā, & illiberalis est sermo. non. n. adeptus est id,
qd hēt attenuata figura, puris verbis, & electis cō
positā orationē. Omne genus orationis, & graue,
& mediocre, & attenuatā, dignitate afficiunt exor
nationes, de qbus post loquemur: q̄ si raræ dispo-
nentur, distinctā sicuti coloribus; si crebræ collo-
cabuutur, oblitā reddunt orationē. Sed figurā in
dicendo commutari oportet, vt grauē mediocris,
mediocrem excipiat attenuata. deinde identidem
commutentur, vt facile satietas varietate vitetur.

BIPERTITA eritigis nobis elocutionis præceptio) Quas Cic. figuras, Gręcorum alii characteras, alii plasmata vocant. Has igitur cuiuscunq; orationi figuras. Apollonius quinq; esse dicit. philosophicam, historicam, oratoriam, epistolarem, commemoratiuā philosophorum, vt Platonis, Aristotelis, vel Ciceronis, vbi philosophorum sententias complexus est. Historicorum, velut Herodoti, Thucididis, T. Liuii, Salustii. Oratorum, vt Demosthenis Ciceronis in orationibus Epistolaris, vt rursum Demosthenis Ciceronisq. in epist. Oratio quinta, quam ille ὑπομνηματικὴν vocat, nostri (si modo recte conuersim videtur) commemoratiuam vocant. qualis est in Isocratis orationibus. ad Demonicum presertim, & Nicoclem, q̄ quidem sunt quædam quasi vitæ institutiones. Oratoriæ porro orationis figuras, alii tres, alii quatuor faciunt, & aliis alii ea tria appellare conuenerunt nominibus. nam sunt quæ longam breuem, & mediā nominent. Longam, vt apud Virg. in 11. vbi de Camilla narrat.

Pulsus ob inuidiam regno viresq; superbas. & quæ sequuntur.

Vel

Vel vt habent secundi, & tertii Aeneidos libri narrationes. Breuis, velut in quinto. vbi de Ganymede strictim narrat sic.

Victori chlamydem auratam quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.
Intextusq; puer frondosa regius Ida,
Veloces iaculo ceruos: & reliqua.
Media: vt in primo,
Huic coniux Sichæus erat.

Est enim castigata narratio, sic tamen, vt omnia completa sit. Sunt qui ἁδρὸν, quam grauem transfert Cic. alii grandiloquũ orationis genus ἰσχνὸν, Cicero attenuatam figurã, alii gracilẽ, alii leuem nominarunt. Tertium genus μέσον Cic. mediocrem, aliqui mediam vocant, Qui quartam adiiciunt figuram, eam ἀνθηρὸν. i. floridam nominarunt, vt in septimo Virgilii illud est, vbi luci ac fluminis amœnitatem describit.

Verticibus rapidis, & multa flauus arena,
In mare prorumpit variæ circumq; supraq;
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo,
Aethera mulcebant cantu, lucoq; volabant.

Sanè quales orationæ istæ figuræ sint, Homerus in tribus Græcorum ducibus ostendit. Nam cum breuem quidem cum iucunditate, & propriam (id enim non errare verbis est) & carẽtem super vacuis eloquentiam Menelao dedit, leuem orationis expressit figuram, his verbis:

Ἤτοι μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευεν,
Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος,
Οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς, ἦ καὶ γένει ὕστερος ἦεν.

Cum autem ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluxisse sermonem, qua certe delectatione nihil fingi maius potest, mediocre genus attigit his versibus.

Τοῖσι δὲ Ν. [illegible]
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής.
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Sed ad summam regressus in Vlysse facundiam, illum animi magnitudine cunctos vicisse ostendit, ita orationem ei similẽ nimbis hybernis, & copiã verborum, atq; impetũ parẽ tribuit, cumque cũ ipso neminem contendere posse mortaliũ credit graue illud & validum grandiloquium complexus est, dicens.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος εἵη.
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.
Οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Cicero ipse in Orat. ad Brutum, hæc tria dicendi genera ita distinguit: Tria sunt, inquit, omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt, peræque autẽ id, quod volumus sed per pauci in omnibus. Nam & gracia quidam eloquentes, vt ita dicam fuerunt, cum ampla, & sententiarum grauitate, & maiestate verborum vehemẽtes, varii, copiosi, graues ad ꝓmouendos & conuertendos animos instructi, & parati, quod ipm alii aspera, horridaque oratione, & nec perfecta, nec conclusa, alii leni, & instructa, & terminata, & cõtra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora non ampliora facientes, subtiles tamen, & pressa oratione limati. In eodem genere alii callidi sed impoliti, & in consilio similes rudium ac imperitorum. Alii in eadẽ ieiunitate concinniores. i. faceti, florentes, etiam leniter ornati. Est autem quidam interiectus intor medius, & quasi temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine vtens superiorum vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque si verum quærimus, potius expers. isque vno tenore, vt aiunt in dicendo fluit, nihil afferens præter facultatem & æquabilitatem. Non enim addit aliquos extrinsecus colores, sed omnem orationem ornamentis modicis, verborum sententiarumq. distinguit. Horum singulorum generum, quicunque saltem unum cursecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt. Ex hac igitur a Cic. lata differentia, nobis licet animaduertere, cum tria optimus præstare orator debeat, vt dicendo animos audientium, & doceat, & delectet, & promoueat, attenuato genere dicendi auditorem maxime doceri posse, graui autem, permoueri, mediocri vero, delectari. Itaq; illo leni (siue attenuatum malis appellare) præcipue ratio narrandi probandique consistit. quod licet detractis ceteris virtutibus constet, suo tamen in genere plenum erit. Porro mediocre illud, translationibus breuibus, & figuris, erit iucundius, egressionibus amœnum, compositione aptum sententiis dulce, ac animis lucidus, & vigentibus vtrinque filius in numbratus. At grandiloquum illud torrentis simile, qui saxa deuoluat in pontem indignetur, ripas sibi faciat, iudicem vel renitentem cogat ire quo contendat, hoc in genere orator delun-

ctos excitabit, frequenter exclamabat, amplificationibus vtei, patriã inducet, vt superlatiuorum aget, vt, quę Charybdis tam vorax? &, Oceanus medius fidius ipse. Nota sunt studiosis hæc lumina, vt hoc, deũ ipsum, & diuos incongressum prope vestrũ sermonemq. deducet, vt item, nos. n. Albani tumuli, atque luci, vos inquam Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi R. sociæ, & æquales implorant. Cum aũt iram vel misericordiam excitare conabit orator, dicet: Hic te vidit, & appellauit, & fleuit. Quid multis? per omnes ibit affectus, Quare si ex tribus his generibus necessario sit eligendo vnũ, quis dubitet hoc præferri debere oibus, vt maximis quibusque caussis accommodatissimum? [In graui figura consumetur oratio) De hoc genere ipse in Oratore ad Brutum. Tertius, inquit, est ille amplus, copiosus, grauis, ornatus orator in quo ꝓfecto uix maxima est, hic est. n. cuius ornatum dicendi, & copiam admiratæ gentes, eloquentiam in ciuitatibus plurimum valere passæ sunt. Hanc igitur eloquentiã, quæ cursu magno sonituq. fertur, suscipiũt oẽs, admirantur, hanc se assequi posse diffidunt. Huius est tractare animos huius omni modo promouere hæc modo perfringit, modo irrepit in sensus, inserit nouas opiniones, euellit insitas, sed multũ interest inter hoc dicendi genus, & illa duo alia. Qui in illo subtili, & acuto elaborauit, vt callide arguteq. diceret, neq; quidquam altius cogitaret hoc vno perfecto magnus orator est, si non maximus, quod minime in lubrico versabitur, & si semel constiterit, nunquam cadet. Medius ille autem, quẽ modicum, & temperatũ voco, si modo suum illud satis instruxerit, nõ extimescit ancipites dicendi incertosq. casus, etiam si quando minus succedet, vt sæpe fit, magnum tamen periculũ non addit. Cadere enim non potest. At uero hic noster, quem principem ponimus, grauis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus, aut in hoc solo exercuit, aut huic gñi studet vni, nec suã copiam cum illis duobus generibus temperauit, maxime est contemnendus Hic. n. submissius quod acute, & veteratorie dicit ille. Nã medius suauis est, hic autem copiosissimus, in quo si nihil est aliud, uix certe satis sanus interdum videri solet, qui. n. nihil tranquille, leniter nihil partite, diffinite, districte, facere dicit presertim cũ causæ, partim totę, partim aliqua ex parte eo modo tractãdæ sunt, is non præparatis auribus, simula ac inflamare rem cœpit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolenter videtur. His M. Tullii verbis non potuit melius explicari, quo modo hoc graue dicendi genus tractari conueniat. Nam perspecto hoc exemplo, nihil est quod ad eius generis vsum prætermissum esse videatur. [Maxima supplicia maiores nostri consumpserunt, huic truculentissimo ac nefario facinori; &c.) Quia futurum neminem arbitrati sunt, qui patriam vllo in tempore proditurus esset, sicut nec, qui parentem trucidassent. Sane ferunt Solonem de septem illis sapientibus vnum, qui leges scripsit Atheniensibus, quibus vti postea fuere, cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondisse, se id neminem facturum putasse. Sapienterq. fecisse dicitur, cum de eo nihil sancierit, quod antea commissum non erat, ne non tam prohibere, quam admonere videretur. Ergo postea demum inuenta pœna, qui inferretur eis, qui parentes necassent suos. Sed nondum, qui patriam prodidissent, pœnam fuisse tum excogitatam apparet. [Nefario facinori singularem pœnam non reliquerunt? Atq; in aliis maleficiis ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit) Impium distat à nefando, vt Pædianus, inquit, quod nefandum est, non fandum, nefarium, quod sacra polluit tanquam pio solita celebrari. [Singularem pœnam) Peculiarem, & quasi illi sceleri soli tributam. Huius sceleris, qui sunt affines, omni consilio vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinantur. Qui sunt coniuncti, aut sanguine, aut in eo scelere duntaxat perpetrando. [In mediocri figura versabitur oratio, si hæc, vt ante dixi) In Oratore ad Brutum, de hoc genere ita disserit, vt dicat vberius esse hoc aliquantoque robustius, quam humile, de quo posterius dicetur, & summissius magis opportunũ, quam humile, de quo iam dictum amplissime. Hoc in genere verborum, & dicendi, suauitatis est vel plurimum. Est autẽ plenius quàm enucleatum illud ornatum copiosumque summissius, cum omnia dicendi ornamenta conueniunt, & multi in hac orationis forma floruerũt apud Græcos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit ceteris, cuius oratio cum sedate placideq. loquitur, tum illustrant eam quasi stellæ quædam, translata verba, atq; immutata, translata dico, ut cum per similitudinem ad aliam rem aut suauitatis, aut inopiæ causa trãsferuntur, mutata, in quibus pro verbo subiicitur aliud q̃ idem significet, sumptum ex re aliqua consequenter. Quod, quan-

quam transferendo fiat, tamen alio adhuc modo transtulit Ennius, cum dixit, arcem, & vrbem orbas, vel cum pro Africa iñ horridã hãc hypallagem rhetores, quia quasi sumuntur verba pro verbis metonymiã Grãmatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autẽ translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem, quam catachresin vocant, ponit, vt cum minutum dicimus pro paruo, & abutimur verbis propinqs, si opus est, vel si libet, sed cũ fluxerunt continuæ plures translationes, alia plane fit oratio. Nã genus hoc Græci appellant allegoriam, recto nomine. Genere tamẽ melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Ceterum hæc frequentat Phalereus maxime, suntq. dulcissima. Et quanquam translationum est apud eum multũ, tamẽ immutationes nusquam crebriores in idẽ genus orationis (loquor n. de illa modica ac temperata verborum varietate) cadunt. Multum enim eleganter, & multa sententiarum copia disputationes ab eodem explicantur, & loci communes sine contentione dicuntur. Ne pluribus agam: Ex philosophorum scholis tales fere euadunt, & nisi totã erit comparatus illo fortior, per se hic quem dico, probabitur. Et enim quiddam insigne & florens orationis, pictum, & expolitũ genus in quo omnes verborum omnes sententiarũ illigantur lepores. hoc totum è sophistarum fontibus defluxit in forũ, sed spretum à subtilibus, repulsum a grauibus, in ea de qua loquor mediocritate consedit. [Hi cum se) Partim se. [Tum uero) Sed maxime. [Nihilominus) Nihilo secius. [Quid in omnibus rebus populus R. posset, scire, & æstimare poterãt) Atqui non videntur scisse, & æstimasse. ergo imprudenter id ab eis factum, ut contra Romanos qd quam molirentur. [Cum deliberassent nobiscum bellum gerere;) Ex hoc, aliquorum fraude, & intestinis insid iis eos laborasse probat. [Sociorum partem) Italicorũ partem, qui socii Romanis asciti fuerãt, velut supra retulimus. [In officio manere) vt Romanis quod possent, præstarent auxilium. [Ad bellum administrandum) Ad trahendum longius bellũ. ne sociorum certamen in vno prelio positum esset Bellum est hostilis aliquãdo confligendi voluntas, & nocendi. cuius contrarium est, pax. Nã si distrahatur per aliquot dies bellum, inducię dicuntur. Prælium vero, conflictus initium, quasi præludium. cũ uero vtrinq; cõfligitur, & iam furentibus animis omnes marte cõcaluerũt, pugna nominatur. Nã certamen, quomodocunque contendatur, dici potest. [In vno prœlio) Vno conflitu. [Ne dum illud imperium orbis terræ) Quod Romanorũ longe omnium potentissimum est. [Partim vi, partim volũtate consenserunt) Armis n. aliç sunt superatæ nationes, aliæ spõte cesserũt, seq. dediderũt. [Ad se transferre) Imperium Romanum, cui totos cessisset orbis. [Tantulis) Tã exiguis uiribus, si cum Rom. compatentur. [Quid Fregellani, non sua sponte conati sunt?) Contra Rom. arma sumere. quor tu defendis. Eo quidem respõdet ipse. Ideo Fragellani Romanorũ socii in armis acrius persliterunt, quod alii socii contra datam fidem minus conati sunt, hoc est, minus palam aduersati Romanis. Nesciebant etiam, quemadmodum alii similiter lapsi essent, & suorũ conatuũ pœnas luissent. [Nã rerum imperiti) Sicut Fregellani. [Exempla petere non possunt) Quia nunquam simile quidqnam experti sunt. [Deducũtur in sedem) Intestinis malis laborantes, idque propter seditiosos ciues. [At ii) Præter Fragellanos. [Arma sustulerunt?) Ad arma concurrerunt, ut ultro bellum inferrent. [Nullis copiis fretus?) Nisi fallatur insidiis. [Quid aliud, nisi id quod dico potest esse?) Vt fraude intestina instigent imprudenter. Romanos ad bella lacessant. [In attenuato figuræ genere) ipse ad Brutum in Oratore de attenuato genere, inquit, Summissius & humilis consuetudinem imitatur, ad indisertis re plusquam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quamuis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas, mirabilis illa quidem videtur esse æstimanti, sed nihil est cum experiate minus. Etsi. n. non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, vt si. s. illis maximis viribus careat, sic, vt ita dicam, integra valetudine.

Primum igitur eum, tanquam è vinculis numerorum eruamus. sunt. n. quadam oratorii numeri obseruandi, ratione quadam, sed alio in genere orationis in hoc omnino relinquendi solum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Verba etiam verbis quasi coagmentare negligebat. Habet. n. ille tanquam habitus concursu uocaliũ molle quiddam, & ei qui indicet, non ingratam negligentiam, de re homini magis q̃ de verbis laborantis. Sed erit uidendum de reliquis, cum hæc duo ei liberiora fuerit, circuitus conglutinatioq. verborum. Illa. n. ipsa contracta, & minuta, non negligenter tractanda. Sed quædam etiam negligentia est diligens, nam vt mulieres esse dicuntur nonnullæ inornatę, quasi id ipsum deceat, sic hæc subtilis oratio ẽt incompta delectat. fit. n. quoddam in utroq;, quo sit venustius, sed non vt appareat, tũ remouebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarũ, & ne calamistri quidem adhibebuntur, fucati vero medicamenta candoris, & ruboris omnia relinquentur. elegantia modo que, & mũditia remouebitur sermo purus erit, & latinus dilucide planeq. dicetur. quid deceat circumspicietur, vnũ aberit, quod quartũ numerat Theophrastus, in orationis laudibus, ornatũ illud suaue, & affluẽs. acutæ crebræq. sentẽtiæ ponẽtur, & nescio vnde ex abdito erutæ, atque in hoc orator dominabitur. verecundus erit vsus, oratoriæ quasi supellectilis. supellex est. n. quodã modo nostra quæ est in ornamentis, vel rerum, vel verborum. ornatus autem duplex, vnus simplicium, alter collocatorum. simplex probatur in propriis vsitatisq. verbis, qđ aut optime sonat, aut rem maxime explanat. In alienis aut translatum, aut sumptum aliũde mutuo, aut factum ab ipso, nouum, aut priscum, aut vsitatum, sed ẽt vsitata, & prisca sunt in propriis, nisi quod raro vtimur. Collocata autem uerba habent ornatum si quid cõcinnitatis efficiunt, quod uerbis mutatis non maneant. mãnente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quæ permanent etiam si uerba mutaueris, sunt illa quidem permulta. sed quæ emineant pauciora. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus. & parcus, & in priscis reliquisq. ornamentis verborũ ac sententiarum demissior, translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis vtitur, non modo vrbanorum, sed ẽt rusticorum, ut sunt grammare vites lasciuire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta, nihil horum audacter, sed aut simile illi vnde transferas, aut si res suum nullum habeat nomen, docendi causa scriptum, non ludendi videatur. Hoc ornamento liberius quam ceteris vtetur hic orator summissus, nec tam licenter tamen, q̃ si genere dicendi vteretur amplissimo. illam autem concinnitatem, qua locorum collationem illuminat, iis luminibus quas Græci quasi aliquos gestus orationis, schemata appellãt adhibebit, sed paulo parcius vt si in epularum apparatu magnificentiam recedat non se parcum, solũ uerum ẽt elegantem uideri uolet. Eliget quibus vtatur. Hinc enim acuto fugienda sunt paria paribus relata. & similiter cõclusa eodemq. pacto cadẽtia, & mutatione unius tantum literæ quasi quæsitę venustates, nec elaborata cõcinnitas, vt quoddam aucupiũ delectationis manifesto deprehensum appareat. itemq. si quæ uerborum iterationis contentionem aliquam, & clamorem requirent, erũt ab hac summissione orationis alienæ. ceteris promiscue poterit vti, continuationem uerborum modo resoluat, & diuidat, vtaturq. verbis quamusitatissimis. translationibus quammollissimis. etiam illa sentẽtiarum lumina assumat, quæ non erunt uehementer illustria. non faciet Romanum populum loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequenter una complexione deuinciet. Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui dicendo multum quandoq. valent, quorum duo sunt genera. vnum facetiarum, alterum dicacitatis. vtetur vtroq;, sed altero in narrando aliquid venuste, altero in iacendo mittendoq. ridiculo. tñ ridiculo sic uti debere opinor, ut nec illud nimis frequẽs nec scurrile sit, nec subobscœnum. nec insulsum, nec petulans, nec improbum, nec calamitatem alicuius, aut inhumanitatem rerum fortunã, nec odii locum risus occupet. Hanc ego iudico formam summissi oratoris, sed magni tamen, & Germani Attici. Quoniam quidquid salsum aut salubre in oratione, id propriũ Atticorum est [Postquã perfusus est) Calida aqua aspersus, lotusq;. [Defricari. deinde, ubi visum est) Strigilibus, & linteis abstergi. [Vt in alueum descenderet) Vbi aqua corpus ablueret. [Ecce tibi iste de transuerso) Ecce proprium hoc Ciceronis est in rebus improuisis, quod Virgilius, & legit, & transtulit: vt

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta,
Horresco referens, immensis orbibus angues.

[De transuerso) Et hoc vulgare verbum, quod huic figuræ conuenit soli. [Pueri tui) Serui tui. [Hic qui id ætatis ab ignoto preter cõsuetudinem appellatus esset, erubuit) rubore suffusus est, quod appellatus esset id ætatis adolescens. [Vix tandem inquit Sine me considerare) Permitte me, inquit, & si uix permittis, tandem permitte, ut considerem quod dicis. [Cœpit clamare) Petulantius clamare, instare. [Petulans es) Temeratie postulans est. n. à petendo uerbum defluxum. M. Tul. de Rep. lib. 3. itaq; à petendo petulantia, à precando, & poscendo procacitas nominata est. [Atque acer, peruicax) Sic Iuuen.

Acer & indomitus, libertatisq; magister.

[Vt

[Vt non ad solarium quidem) Solarium, eminentiorem ædiũ contignationem nominamus. Palladius in rebus rusticis. Nũc circa extremum mensis, pauimenta in solariis fiunt. Tranquillus de Nerone, formam ædificiorum vrbis nouam excogitauit, & vt ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur. Dictum autem solarium, quod cum primo sol diluculo oritur, ad radiis illustret. Item solariũ à Latinis dictum, quod à Græcis horologium, vt Varro inqt in quo horę ex sole inspiciebantur. Hoc autem Cornelius in Basilica Aemilia, & Fuluia primus inumbrauit. [Ergo vt ne ad solarium quidem, vt mihi videtur, exercitatus sis) Vel vbicũque prudentes, non furiosi, vt tu, conuenire soliti sunt. [Sed penes scenam) Vbi ab omnibus mimis clamaretur, abiectisq. quibuslibet. [Cui etiam nunc pædegogi lites ad auriculas versarentur) Non mirum si adolescens illum clamantem non tulit, cum custodis sibi audire minas videretur, dum illum inclamentem auscultaret. [Pædagogi lites) Pædagogus, à Græcia, à Latinis puerorum custus recte dici potest à παῖς παιδὸς & ἄγω dirigo. [Lites ad auriculas) Nunc lites pro iurgiis ponat. distat enim à lite iurgium, quod iurgium leuior res est si quidem inter beneuolos, aut propinquos dissensio vel concertatio, iurgium, inter inimicos dissentio, lis appellatur. vt ipse Tullius de Rep. in 4. Admiror nec rerum solum, sed etiã verborum elegantiam. si iurgant, inquit, beneuolorum est concertatio, non lis, inimicorum dicitur. & in sequenti. Iurgare ergo lex putat inter se vicinos, non litigare. [Lites ad auriculas versarentur) Hypocoristicos dixit auriculas, quod id adolescentes tenere videretur. licet aliqui aurem meatum, per quẽ vox ad cerebrum ingreditur dici velint, auriculam vero, circumductam chartilaginem. [Imperito eiusmodi conuitiorum) Conuitium, inquit, Non. Marcellus doctorum virorum indagine, à vicis dictum, quod secundum ignobilitatem loci maledictis, & dictis turpibus homines cauillentur. [Vbi .n. iste vidisset scurram) Ordo est, & sensus. Ad hæc enim iste adolescẽs vbi vidisset scurram, abiectum hominem, impurum exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de estimatione perderet. [Vt omnia sine famæ detrimento facere posset ?) Igitur gña figurarũ ex his exẽplis intelligi poterunt, erat. n. attenuata verborum constructio quædã, & alia in grauitate alia posita in mediocritate. [Conturbatus est) .i. excãduit ira, incẽsus est. [Vidisset scurrã) Scurrã veteres dixerũt, magnorũ virorũ atria gulę auiditatẽ secutus subiret. Vnde illud Plautiũ est, Tũ isti serui scurrarũ, q ludunt in via. Et rursum in Epidico, Scurra es, scio hoiem temulẽtẽ nõ esse. [Est aũt cauendũ, ne, dũ hæc consectemur, in finitima, & propinqua vitia veniamus) Hactenus q̃ dicẽdi genera probentur, explicatũ est. Nunc quæ fugenda, vtpote vitiosa, exemplis exponit Cic. sed prius de eis quæ probantur, quędam nobis dicenda sunt ne hunc locum illotis, vt dicitur pedibus incuria quædã pręterisse videamur. Sanè sciendũ est his tribus quasi formis inclusam eloquentia non esse, Nam vt inter gracile validumque, tertium aliquid constitutũ est ita horum interualla sunt, atque inter hæc ipsa mixtum quiddam ex duobus medium, quorũ & subtili genere plenius aliquid atq; subtilius, & vehementi remissius, atque vehementius inueniẽ, quod illud lene, aut ascendi ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur, ac si prope innumerabiles species reperiuntur, quæ vtiq; alio momento inter se differãt sicut quatuor ventos generaliter per totidem mũdi cardines flare accipimus, cũ plurimi sint medii eorum, Varie etiam aliquid regionũ ac fluminũ propria deprehendũtur. Ille aũt optimus ab ipso Cicer. dr̃, & solus eloquens, q humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria tẽperate potest dicere. Vtendũ ergo plane his dicendi figuris, nõ vbique. quid enim deceat, videre oportet. adhibendaq. eloquẽti sapiẽtia est vt nõ modo quid causa, sed & quid causæ partes exigant, videat. ac is ex differentiam personarum, locorum temporumq. locutionẽ mutabit. Ita ad quodcũque decebit, ad id orationis etiam partes accõmodabit, ne sit vel ieiunus, ne grãdis aut inornatus sit sermo. nec item nimiũ diu eberradicat, sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. Principia verecũda, nõ elatis incensa verbis, sed acuta sententiis vel ad offensionẽ aduersarii, vel ad cõmendationem sui. narrationes credibiles, nec historico, sed ꝓpe quotidiano sermone explicato dilucide. Deinde si tenues causæ, sit ẽt argumentandi tenue filum, & in docendo & in refellendo. Idq. ita tenebitur, vt quanta ad rẽ, tanta ad orationẽ fiat accessio Cũ vero causa ea inciderit, in qua vis eloquentiæ possit exprimi, tum se latius fundet orator, tũ reget & flectet animos, & sic effinget vt volet. i. cãæ natura, & ratio tp̃is postulabit. Dicat igit̃ idem vbi deceat grauiter, seuere, acriter, vehemente, concitate, copiose, amar cõiter. remisse, subtiliter, blãde, leuiter, dulciter, breuiter, vrbane, nõ vbiq; simul, sed vbi decorum quod greci πρέπον dicunt, poscet. tunc laudem non doctorum modo, sed ẽt vulgi consequetur. Duo autẽ sunt, vt artis scriptores multi consentiunt, & ipse in primis in Oratore Cic. quæ bene tractata ad oratore admirabilẽ eloquentiam faciant. quorum alterum est, quod Gręci ἠθικὸν vocant. ad naturas & mores, & ad omnẽ vitę cõsuetudinẽ accõmodatũ. alterũ quod idem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, & concitãtur. In quo vno retineat oratio illud superius cõmune, & iucundum, ad beneuolentiam reconciliandam paratum, vt hoc vehemens, incensum, incitatum quo causæ eripiuntur, excitet nobis apud auditores, opinionem rationis, & consilii. Quo genere nos mediocres. inquit, aut multo etiam minus, magno semper vsi impetu, sępe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis certe ꝓ familiari reo summus orator non respondit Hortensius, a nobis autem homo audacissimus Catilina accusatus obmutuit nobis etiam priuata in causa, magna & graui, cum cœpisset Curio dissentire, cessit postq̃ sibi veneris ereptam memoriam dixisset: Proinde cũ plures sint eloquẽtiæ quasi facies, & cum omnis facies, modo recta sit, suũ habeat vitium, atque idipsum omine sit oratoris consultat qui dicturus est suas vires, & vbi eius maxime dominari possit oratio putet optimum. In quo ne nos coruptum fallat iudicium, magnum periculum est. Falluntur siquidem multi, qui vitiosi dicẽdi sequuntur genus. quod aut verborum dicẽtia resultet, aut puerilibus sententiosis lasciuiat, aut immodico tumore turgescat, aut inanibus locis bacchetur, aut quasi casuris, si leniter quatiantur, floribus niteat. Quæ ideo à plerisque corrupti iudicii probari solent, qđ popularia ac plausibilia sint. Item, sicut aliquos effusius immodice, & redũdanter dicere inuenias. ita alios infirme, & ieiune. Alius enim excessisse, alius non impleuisse dicitur materiã, sed alter imbecillitatẽ alter viribus peccat, vterq; suo forte iudicio, qđ ne nos fallat Cic. commonet. & horum nobis generum, in quibus falli iudicio possimus poni exempla, inquiens. Nam graui figuræ, q̃ laudatur, propinqua est ea q̃ vitari debet. & hec recte videbitur appellari, si suffulta nominabitur. Vt enim corporis bonã habitudinem (sic turgida, & nimium elata fermè suffulcinõ, ne corruant, vnde & domus suffulta columnis) tumor imitatur sæpè, ita grauis oratio, sæpe imperitis videtur vitiosa, qđ turgeat. cum aut nouis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde trãslatis, aut grauioribus, qua res postulat aliquid dicitur, hoc modo, cum impinguatur. Nam qui perduellibus venditat patriã non satis supplicii dederit, Duellum, bellum veteres dixerunt, quod à duabus partibus de victoria contẽdẽtibus geritur. inde & perduellio, qui pertinaciter retinet bellũ. Cic. in Oratore. Nam vt duellum bellum, & duis, bis, sic Duillium cũ, qui Poenos classe deuicit, vt bellicum nominauerũt, cũ superiores appellati essent semper Duelli. Plin. lib. 9. Mirum apud antiquos t. Punico bello classem Duellii imperatoris, ab arbore excisam sexagesimo die nauigasse. Hoc autẽ tępore prisco vsus verbo est. [Neptunias depullus erit lacunas) Neptunus maris deus apud veteres habitus Dictus, quod mare terras obnubat, vnde nubes a cœli nuptu. i. operatione, vt Varro inqt. a quo nuptię, & nupta dicta. Lacuna, aquæ collectio, à lacu deriuatur, quã, vt Festus inquit, alii lamam, alii lustram dicunt. In Neptunias igit̃ lacunas, in mare significat. hoc ideo vitiosum est, quod Neptunias dicens, verbum nimium licenter nouit, id enim magis ad poetam, quam ad oratorẽ pertinet. [Qui mõtes belli) Maximos belli tumultus, quod duriter aliunde trãslatum est. [Campos sustulit pacis) Et huc quod dicit, Cãpo pacis, durissime in oratione saltem soluta translatum est. [Et ab eo, quo profecti sunt) Vnde dicendi sumpserunt exordium. [Aberauerũt) Longius vagati sunt. [Nec perspicere possunt) Quia ingenium iudicio caret, & specie boni fallitur, quod omnium in eloquẽtia pessimum est. Perueniunt ad cõfine eius generis quod appellamus dissolutũ. Cũ ab ea laude, quæ in mediocri figura est, declinat, fit dissolutus, q dicit. Et sane sicut plura laudis quã tria illa paulo ante interiecta gña diximus ita vitiosa illis esse plura facile intelliguntur. Quo magis enim a graui, media, & attenuata figura recedimus eo magis ad vitiosam accedimus orationẽ & contra. Itaque sicut probatores, & probatissimæ, ita & paulo vitiosiores &, longe vitiosissime, in omni genere possunt inueniri. Primum autem illa sunt optima, quæ minime accersita & simplicibus, atque ob ipsam varietatẽ perfectis similia sunt satis enim aperte Cic. ostendit, in dicendo vitium vel maximu esse, à vulgari genere orationis, atque à consuetudine cõis sen-

sus abhorrere. si quidem omnia illa quę curam fatētur, & ficta atq; accersita videri volunt, non gratiam consequuntur, sed fidem amittunt. Propterea q; sensus, propter quos inuenta verba sunt, nō modo non explicant, & referunt, sed obumbrāt, & aperiunt. Vtcunque autem nobis blandiamur, superciliose nimiū erratur, cū & quod recte dici potest, circuimus amore verborum, cū quod uno verbo patet, pluribus ubi opus non fuit, auditorem oneramus, cum parum disertū credimus, quod simpliciter dictum esset, cum deniq; à corruptissimis versibus, aut orationibus figuras & translationes mutuamur. Sed tū demū ingeniosi s. essemus, si ad nos intelligendo, post rerum dignitatem, quibus erudimur, curā quoq; verborum & totius orationis adderemus. E diuerso videas alios tantū æmulos breuitatis vt necessaria quoq; orationi subtrahant verba, & qui velut satis habeant, si sciant ipsi quid dicere velint, nec quantum ad alios attineat, quidquam expendant cū pessima quæ sint per se satis aperta, præclari sensus tā natura, q; dicentis inscitia non semel occulti maneant. Porro alios inuenias, non ita sensibus vt verbis stolidos, dum inquinatis, dum barbaris, dum impropriis vtuntur verbis. Alii autem ita dissipati oratione fluctant, vt legentis mentem, & audientis aures, quæcunque ab his dicūtur, prætereant. Rursus alii duri, nimiumq. morosi sunt, qui hærentes circa singula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderant, ac dimetiuntur, hac ipsa mora, cogitationis omnem plerunq; calorē extinguunt. Alii item otiosi sunt, & plane frigidi, concisa oratione gaudētes. Alii denique propter imperitiam, & literarum ignorantiam, sordidis verbis sensus vel egregios inquināt. Ita complures autem memorię imbecillitate laborantes, aut ingenio incompositi labuntur, nec vllo orationem nectentes vinculo præterfluunt. Huiusmodi vero orationis Cicero ponit exemplum, quod appellat dissolutum, quia sine verborum, quibus hæreat, constructione sit. [Et articulis) Neruis, quibus vincitur ne fluctuet oratio. articulos vocat Græcorum more, qui pronomen relatiuū, quis, qui, quæ, qđ, vel quid, inter articulos posuerunt, quos partem vnam orationis esse voluerunt. [Nec potest confirmare) Quia nullus perfectus elicitur sensus. [Nec viriliter) Quia vires habet nullas, sed flaccescit & sua leuitate difluit. [Sese expedire) Vt aliquo sensu terminetur. hoc ex hoc exemplo satis aperte colligitur, vbi nullo uerbo tota, vt debuit clauditur oratio. [Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem) Qui poterit? cum nullus comprehendi ex eo queat sensus? [Qui non possunt in illa facetissima) Exponit aliud vitiosum dicendi genus, quod attenuatæ figuræ est. [In illa facetissima verborum attenuatione) Facetissima, exculta, & quasi iocunda constructione. Velut etiam Quint. sentit, cū sic dicit: Facetum quoque non tantum circa ridicula opinor, consistere. neq; .n. diceret Horatius, facetum genus Catoni minus à natura cōcessum esse, Virgilio quidem esse. Decoris. Hanc magis exculte cuiusdam elegantiæ appellationem esse puto. Ideoq. in epistolis Cicero hæc Bruti refert verba, quæréris. an illi sint pedes faceto, ac deliciis ingredienti molles. qđ conuenit cum illo Horatiano, Molle atque facetum, Virg. [Nam istic ille) Hic apparet q; nullius sanguinis, nullius sit neruі sermo. [Cōuitium fecit) Cōuitiatus est, sic Martial. Ingenti faciet cōuitia voce. Plautus in Mercatore: Post haud multo ad me venit, male mihi precatur, & facit conuitium. Et sunt & huic pleraque similia, ut facio tibi iniuriam, & facio tibi cōtumeliam, quod tamen à Cicerone, vt Quintilianus inquit, reprehendi solitū est. Affici .n. cōtumelia dici voluit. Facio ludos, illudo Plaut. in Mercat. Miris modis dii ludos faciunt hominibus. Flagitium autem & damnū facio, absolute, pro eo quod flagitium & damnū patior, vt vulgo dicitur. Plautus in eadem comœdia ait, Sese illius opera atq; aduentu, cape flagitium, & dānum fecisse haud mediocriter. [Friuolus hic quidē) Iā nullius momenti, & ferè nullus est istis etymologi aiūt. [Et illiberalis) Nō dignus, quo liber & ingenuus vtatur sermo. [Puris) Sed iniquitatis. [Et electis) Sed eisdem sæpius sordide quidē repetitis verbis. Hęc in omni orationis genere fuerunt vitia quæ vt in iuuene emendent, & in melius, vt ita dicā refingantur à pceptore in primis laborandum reor, antequam nimiū sibi placere cōsuescat, & ipsa male dicendi consuetudo ei blandiatur. Huius igit erit operis adiicere, detrahere, mutare Sed facilius in his simpliciusq. iudiciū, q; replenda vel deiiciēda sunt præmere vero tumentia, humilia extollere, luxurientia astringere, dissoluta componere, exultantia coercere, duplicis est operæ. Nā & dānanda sunt q; placuerunt, & cur ita emendemus nobis. ratio reddēdo est. qđ si emendari stultum iudicium, aut nō intelligendo, aut arroganter, & peruicacius instando non admittat, vlterius tēpus non terendū est, si nedumq. vt se solus amet sibiq. placeat. [Dignitate afficiūt exornationes) Dignitatē afferunt cunctis dicendi gñibus. [Quæ) Exornationes hoc est, tropi & schemata. [Si raræ disponent, distinctam sicuti coloribus, si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationem) Nam cum hęc, ut quædā eloquentiæ lumina sint (dum per orationē quasi oculos spargere conueniat) non, videlicet recte fieri arbitremur, si tota corpora oculi sint, ac cetera membra officium suū perdant. sicut igitur opportunę positæ, orationē exornant, ita ineptissimæ sunt cū immodice per orationes accumulātur. [Si crebræ collocabuntur, oblitam reddunt orationem) In vitiū delectunt quia neglecto rerum pondere, & viribus sententiarū, sed ad inania verba, & hos loquendi modus deprauant. id tamq. id ridiculum est, quàm habitum gestumq. quærere sine corpore. Itaque vt locus quisque postulabit, eis vtemur exornationibus. [Deinde identidē commutentur) Vt idem, & idem, hoc enim est identidē in aliis atq; aliis figuris misceatur, ac ita facile satietas per varietatem vitetur.

SVnt igitur tria genera, tres dicendi figuræ. † Trium generū dicendi meminit Gell. lib. 5. cap. 14. Porro graue, alii grande, sublime alii uocant. Quibus autem formulis oratio grādis continetur, erudite vt omnia, Hermogenes, & post hunc Trapezontius. † Nam quis est vestrū iudices) Oratio est in genere deliberatiuo. Consultatur .n. eiiciendus ex vrbe sit nec ne, is qui patriam hostibus, prodere tentauit. Nam quis est vestrū iudices. Propositio, figurata interrogatione, quæ maxime rem vrget. [In iis, qui violassent) Arguit à minore ad maius. est autem amplificata argumentatio per αὔξησιν verborū stuprare, pulsare, necare. [Atque in aliis maleficus) παραύξησις rerū per collationem. [O feros aīos) Exclamatio indignationis plena. [Quo pacto hostes) ὑποτύπωσις qua sub oculos ponit incōmoda proditę hostibus patriæ. [In mediocri figura uersabitur oratio) Alias, ratio. † In mediocri exēplum) Constitutio est coniectura lis Quæritur .n. sponte ne sua sociæ ciuitates populo R. bellum intulerint, an a Liuio Druso concitatæ. vnde Florum lib. 3. cap. 18. † Virtute & industria) Virtus ad vires industria ad consilia spectat. † Hi cum se) Argumentum à spe perficiendi, quam ostēdit socius esse non potuisse. † Cum sibi non multitudinem) Argumentum à facultatibus, quas non adfuisse indicat. Facultatum autē nomine, commeatus, milites, duces, arma, &c. continentur. [Quibuscum bellum gerimus) Defensio. Non sumpsisse aduersus Rom. Pōp. arma, socios. arguit autē ab anteactis, & officio sociorum. Aliud argumentū est deliberatiuū. à tuto & possibili. [Si cum finitimis) Confirmatio a minore. † Exornatio est per comparationē à minori. [Quæret aliquis) ὑποφορὰ aduersariorū confutat aūt ab euentu, & hinc defectionis. [Quæ obiici poterant refutat) Nota aūt comparationes: De finibus, non de imperio. alterum minuitur. alterum augetur. [Nulla igitur) Occupatio. [Quid aliud) Altera occupatio. [Nam, vt fuit hic &c.) Narratio simplex rei gestę. nullis grandioribus aut mediocribus figuris ornata. [Exercitus sis) Alias, exercitatus sis. [Est autem cauendum) Vitia abutentium figuris dicēdi. [Si sufflata nominabitur) Alias, sufflata igitur & in quibusdam antigraphis subsultans, quod non displicet. Quemadmodum enim res quæ inflātur, subsultant. & supra quam natura decet attolluntur, ita etiā oratio. [Si præceps in Neptunias, &c. Hæc figura per circumlocutionem, quia poetica est. & incerta pro mari, non conuenit omnino orationi solutæ. Montes autem belli, & campus paucis duriter aliūde trāslata sunt, pro fluctibus, & trāquilitate. nec metaphora hęc necessaria est, nec venusta, nec intentionē declarans, quę sunt translationis causæ principaliter.

BIpartita, &c.) Vt docilem reddat, quæ traditurus est, præmittit, dicens. Igitur quoniam de elocutione dicendum est præceptio elocutionis. i. de elocutione erit nobis bipertita. i. in duas parte diuiso. Nam nos dicemus primum in quibus generibus. i. characteribus, & figuris dicendi, omnis elocutio oratoria debeat semper esse, deinde ostendemus, quas res elocutio oratoria debeat habere semper. ASC.

LONG

SVNT igitur tria genera. s. dicendi, quæ genera nos appellamus figuras, in quibus. s. generibus, omnis oratio non uitiosa consumitur. i. depletur, & coacuatur nos vocamus vnam supp. figuram grauem, alteram. i. secundam mediocrem, & supple tertiam extenuatam. i. gracilem, tenuem, aut exilem. Grauis supp. figura dicendi est quæ constat ex magna. i. prolixa, & ornata constructione verborum grauium. i. momenti plenorum. Mediocris scilicet figura est, quæ, quæ constat ex. s. constructione verborum, humiliore scilicet quàm grauis, neque tamen constat ex infima, & peruulgatissimi dignitate verborum. Vnde minus sæpe dicimus pēr comparatiuum, q; per absolutum.

Nam

Nam manum maiorem pigmeo dicimus, non tamen magnũ. Attenuata, quàm prius vocauit extenuatam, est quę est demissa.i.humiliata, vsque ad vsitatissimam consuetudinem sermonis puri.i.minime ornati, non tamen vitiosi. Oratio consumetur in figura graui, si verba cuiusq; rei, quæ poterunt reperiri ornatissima, siue propria i.apta, & sua cuiusque, siue extranea.i. translatitia accommodabuntur in vnam quanq; rem, & si sententiæ graues, tractentur in amplificatione, & commiseratione, & si exornationes verborum, & sententiarum, quæ habebunt grauitatem adhibebuntur. tria ergo requiruntur, grauitas.s.verborum, grauitas sententiarum, & vtriusq; exornatio. Hoc.s.quod sequitur erit exẽplum in hoc genere figuræ.s. grauis. Nam quis vestrum est iudices (tantum hoc non deberet construi. nam construendo amittat grauitatem suam, cuius causa apponitur: est enim pro exemplo vide duntaxat vocculas explanauero) Quis est, q.d. diceret nemo. Ingenuam.i.liberam, & liberis maioribus ortam, consumpserunt.i.depleuerunt, aut expenderunt, maiores prisci Romani. O homines derelictus.i. destitutos ab humanitate. pulchra declamatio per contrarium nam homines sine humanitate non sunt homines, nisi tantum facie, sed ferocissimæ beluæ. Sic vt Iuue. dicit Inter Socraticos notissima fossa cynædos ad diuersa respiciens, vtpote Socraticos, verbis, & cynedos vita. Quid agere ausi sunt? hoc est. si quæritis. quid pro ausi sint, aut quid cogitare possint. Respondendum sup. eos cogitare dum patriam proderent, quo pacto &c. Deũ deorum Trucidatis truculenter occisis. Vrbs.s. Roma, posset tamen idem dici de qualibet alia, conflagrata.i.simul combusta. Neque verbis consequi.i.exprimere Mei.i. exortationis meæ, istæ.s. iniquissimus. Cetera patent, presertim si cum Francisci explanatione conferantur. In mediocri &c. Oratio, inquit, versabatur in mediocri figura, si vt dici ante nos demiserimus.i. deorsum miserimus aliquantulum, hæc tria.s. in genere graui videlicet verborum rerum, & exornationum pondera. neq; tamen descenderimus ad infimum.s. genus dicendi, sic.i. hoc modo. Quod exemplum etiam non censui construendum, tum quia facile est tum quia eius gratia construendo amittatur, nõ oratio dum à grammaticis dicitur cõstrui, potius dicatur destrui, aut saltem resolui. Videtur autem hoc prętendere oratio, vt à sociis qui ab Romano imperio desciuerint, transferatur crimen in eiusmodi defectionis auctores, qui erant principis Romæ. vt Drusus, & eius sequaces. Est autem coniecturalis constitutio, quia variis coniecturis probat socios nulla potentia potuisse induci ad spem potiundę verbis, nisi ab Romanis principibus fuissent adiuti. Aliquid.s. externæ opis, quid aliud nisi quod dico, videlicet à Druso persuasos, & adiutos id conatus, id autẽ non dicit. vel quia in Drusum vtendum censuit alio genere dicendi, vt superiore exemplo patuit, quod totum in ipsum conuerti potest, vel quia satis pro exemplo adductum est, vel quia noluit totam orationẽ ponere ne non exemplũ, sed vera aliũde assumpta putetur oratio, cum prius attestatur sit se nolle aliena assumere. In attenuato &c. Affert exemplum attenuatę figuræ dicens. Hoc.s. quod sequetur, erit exemplum, in attenuato genere figuræ hoc est in genere figurę attenuatę, quę infima est, id quod.i. quod genus attenuatam, est demissum.i. humiliatum vsque ad sermonem quotidianum.i. quo vtimur quotidie domi cum familiaribus nostris loquentes. Nec longum erit exemplum. Nam &c. Possunt etiam huius exempli verba quo contextu polita sunt legi, sed vt facilius intelligantur (quilibet enim ea, vt sita sunt in auctore legere poterit) sic explanantur, vt narretur accusatio scurrę qua adolescentem pudicum in balneis incesserat, hoc modo. Nam hic.s. adolescens, de quo fingit multa prius locutus, vt.i. postquam venit forte in balneas, cœpit postquam perfusus sup. erat oleo.i. iunctus, confricari, deinde vbi visum est.s. commodum, vt descenderet in alueum.i. pelim, aut lapidem cauatum, aut ligneum vas in quod se vmbilico tenus dimittebant. ecce, ibi iste.s. vilis scurra, de transuerso sup. inspiciens adolescentem, inquit, heus (reuocandi est aduerbium) adolescens pueri.i. ministri, aut serui tui, pulsarunt me modo.i. paulo ante cum ingrederer, oportet sup. vt satisfacias s. mihi pro pueris tuis. Hic.i. hoc tempore: à loco, seu in hoc facto, aut hic videlicet adolescens, qui id etatis.i. eius ætatis, esset appellatus ab ignoto, præter consuetudinem, non enim consueuerat iniuriarum postulari, erubuit, & ita nihil respondit, iste,.s. scurra, cœpit dicere eadem, & alia clarius.s. quam prius, hic.s. adolescens, vix.i. cum summa difficultate, inquit, tandem sine.i. permitte me considerare.s. quid respondeam. Tum vero.i. tunc præcipue quasi ad uerum, cœpit iste.s. vilis scurra, clamare, voce ista.s. ineptissima, & conuitiosissima, quæ posset perfacile.i. valde faciliter, iniicere cuius.i. cuilibet etiam non adolescenti, ruborem clamando autem dixit hæc verba, ita.i. in tantum petulans.i. proterue lacessens vnumquenq; es atque acer.i strenuus pulsator, vt ne quidem.i. non etiam sis exercitatus ad solarium.i. in sole cum nudis mendicis ante solarium tu eras solitus. Nam solaria semper soli exponuntur. & ita habent locum apricum & soli expositum. & tamen à borea defensum quocirca talis locus perditis hominibus qui fere nudi sunt: vt apricentur conueniens est solarium enim est horologium.i. instrumentum horas discernens per vmbras quas facit stipes in medio circuli soli oppositus, non exercitatus es. vt mihi videris ad solarium. vbi perditi quidem sed miseri, & minus cauti exercitantur. sed sis exercitatus penes.i. iuxta scenam.i. inter scurras, mimos, & histriones, & in locis eiusmodi, vbi qui exercitati sunt calidissimi sunt. Adolescens audita tam graui contumelia conturbatus est, nec mirum. supple est, si est conturbatus. cui etiam nunc pro tunc, scilicet cum talia audit, lites.i. castigationes, pædagogi, id est magistri puerorum, versarentur ad auriculas. improprio.i. propter improperium, & contumeliam, seu probrum, & dedecus eiusmodi conuitiorum.

Vbi enim iste, scilicet pædagogus (aut adolescens, sed potius pædagogus, qui nihil in scurram dicit, sed discipulum castigauit, quod à tali conuitia audiret) vidisset scurram exhausto, id est effœto, & extincto pudore, id est in quo nihil pudoris reliquum erat, vtpote qui putaret se nil habere quod perderet de existimatione, id est iudiciu hominum de se aut de ęstimatione sui, ita vt posse facere omnia sine detrimento, id est in diminutione famæ, quia nullam habuit. Non est completa narratio, sed non decerei completam esse, ne forte non putetur exemplum ad rei demonstrationem ab auctore fictum, sed aliunde sumptum. Ex quo animaduertere licet quo sermone loquabantur, tunc qui attenuato genere versabantur. Ceterum magnopere considerandum est genera dicendi esse argumentis, seu materiis accommodanda. nam vbi de salute vrbis egit in sublimi genere locutus est, vbi de salute sociorum in mediocri, vbi de conuitio scurræ in adolescentem attenuato. Igitur genera figurarum poterunt intelligi ex ipsis exemplis. Erat enim quędam constructio verborum, vtpote vltima hæc. attenuata, & alia.s. prima, erat posita in grauitatę, & alia, scilicet media, in mediocritate. Est autem cauendum ne, id est, vt non, vt dum consectemur hæc genera, veniamus in vitia finitima, & propinqua.s. his generibus, vnde singulorum vitia exemplis declarat. Nam graui figuræ. Recitat primum vitium quod finitimum est graui figuræ dicens, nam graui figuræ, quæ est laudanda est propinqua ea, quæ est fugienda, quæ videbitur recte appellari, si nominabitur sufflata.i. quasi suffarcinata turgida, & in flata, non solida nec succiplena, nam vt tumor, id est inflatio imitatur sępe bonam habitudinem, id est solidum, pingue corporis, ita ea oratio videtur sępe imperitis grauis, quæ turget, & inflata est. dum aliquid dicitur, aut verbis nouis, aut prisci, id est primi seculi, hos est nimium uetustis, aut translatis duriter, id est violenter, & sine grana, aliunde, aut grauioribus quam res postulat, hoc modo. Nam qui vendidit patriam per duellionibus, id est hostibus nostro more quam prius per duelliones dicebantur, non dederit. id est luerit, aut persoluerit satis supplicii, si erit præceps, id est precipitetur, depu.sus quod nunc dicitur depulsus, in lacunas neptunias, id est vuragines maris, quæ translatio nimis affectata est. Igitur pœniteat istum, scilicet cœpti sui, qui fabricatus est montes belli: cum, id est postquam sustulit, id est abstulit: campos pacis, id est effecit summas commotiones, & maximos tumultus belli, postquam corruperat tranquillitatem pacis. Pleri que, scilicet oratorum minus peritorum cum declinauissent in hoc genus, scilicet dicendi graue: vt, id est postquam profecti sunt, id est discesserunt ab eo: quia nequiuerunt continuare oberrauerunt, & fallunt specie, id est similitudine grauitatis, id est graui stili: quia vt dicit Horatius in Arte Poetica. Omnes decipimur specie recti. Breuis esse laboro. Obscurus fio: Sectantem læuia, nerui deficiunt &c. nec possunt prospicere, quia studio nimio excæcati. tumorem, id est turgiditatem orationis. Qui &c. Prosequitur vitium mediocris figurę male obseruatę dicens. Qui profecti sunt in mediocre genus orationis, si non potuerunt peruenire, eo, id est vsque ad ipsum: ipsi errantes perueniunt ad confinium, id est finitimum eius: quod appellamus dissolutum, quod.i. eo quia vel quia est sine neruis, i. vinculis, ac decentibus iuncturis, & sine articulis.i. nodis, circa quos sint nerui, vt appellem, id est appellare possim modo: hoc, scilicet genus dicendi, fluctuans

eo,

eo.quod.i.quia fluctuat huc & illuc, nec põt confirmare.s.qđ dicere vult, nec expedire.i.consultando dicta aduersariorũ, liberare sese.viriliter.i.animose, & fortiter, vt virum decet. Id.i.tale genus vitiosum circa mediocritatem est huiusmodi? Socii nostri cum vellent belligerare.i.bella gerere nobiscum, profecto.i.reuera essent ratiocinati.i.consultassent, & per ratiocinationem disquisiuissent etiam atque etiam.i.frequenter, & diligenter, quid possent facere.s.contra tantum imperium vrbis, quidem.i.certe ratiocinati essent, si facerent sua sponte.i.proprio motu, & instigatione, & non haberent, hinc.i.è nostra ciuitate multos homines malos, & audaces. Enim pro quia, omnes qui volũ agere magna negocia, solent cogitare diu.i.multo ante, sup.quid incipient, aut quid agere parant. Hactenus est exemplum vitiosæ orationis peccantis contra præscripta de mediocritate seruanda, de qua dicit Auctor sic. Huiusmodi sermo, non potest tenere auditorem attentum. Enim, pro quia, ipse totus diffluit.i.in diuersa fluit: neque amplectitur quidquam comprehendens.s.ipsum verbis profectis, aut quia nulla sunt perfecta, aut perfectis.i. ad finem vsq; ductis. Qui nõ possunt. Prosequitur vitium attenuatis generis dicens. Sup.illi qui non possunt versari in illa facetissima attenuatione verborũ, veniũt ad genus orationis aridum.i.siccum, & exangue.i.succi expers, quod non est alienum, id absonum, nec abhorrens à re ipsa nominari exile, cuiusmodi est hoc.s.sequens. Nam ille.s.famosus, hic.i.de quo loquor. videlicet scurra, accessit in balneis, ad hũc .s.adolescentẽ, & sup.dixit postea. hic seruus tuus pulsauit me. Postea hic.s.adolescens, dixit illi.s.scurræ, considerabo.s.qđ faciam, aut dicam tibi. Post.i.deinde ille videlicet scurra fecit cõuitium.i.cõtumeliam intulit, & clamauit magis, magisq. multis præsentibus &c. Hactenus est narratio vitiosa propter stili illiberalitalitatẽ, vnde addit auctor hic quidẽ sermo est iã friuolus, & illiberalis.i.non decens liberos homines. Non.n.est adeptus.i.non.n.obtinuit id, quod figura attenuata habent, videlicet orationem compositam verbis puris, & electis. Et hæc in genera dicendi, & eorum artem, & contra artẽ vitia addit, quod ad exornationes spectat dicens. Exornationes afficiunt dignitate, omne genus orationis, & graue, & mediocre, & attenuatũ, de quibus.s.exornationibus nos loquemur post, quę.s.exornationes si disponentur raræ, ipsæ reddunt.i.efficiunt orationẽ distinctã sicuti.i.veluti.s.distinguerentur coloribus, si collocabũtur crebræ.i.condensæ, & frequentes, reddunt orationem obliquam.i.deformem, & exorbitantem. Sed oportet commutare figurã in dicendo, vt mediocris excipiat.i.in se transferat grauem, & attenuata mediocrem, non tamen attenuata graue, ne nimis vehemens sit commutatio. Deinde commutentur identidem.i.subinde, & per interualla, ita vt rursus ex attenuata fiat mediocris, & ex mediocri attenuata, facietas.s.audiendi vitetur facile varietate.i.per varietatem dicendi sub varijs figuris.

DE DISPOSITIONE.



VONIAM, quibus ĩ generibus elocutio versari debeat, dictũ est, videamus nunc quas res debeat habere elocutio cõmoda & pfecta. Quæ maxime admodũ oratori accõmodata est, tres res in se debet habere, elegantiã, cõpositionem, dignitatem. Elegantia est, quæ facit vt vnumquodq; pure, & aperte dici videatur. Hæc distribuitur in latinitatem, & explanationem. Latinitas est, quæ sermonem purum cõseruat ab omni vitio remotũ. Vitia in sermone, quominus is latinus sit, duo possunt esse, solœcismus, & barbarismus. Solœcismus est, cum in verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. Barbarismus est, cũ verbum aliquod vitiose effertur. Hæc qua ratione vitare possimus, in arte grammatica dilucide discemus. Explanatio est, quæ reddit apertam, & dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus, vsitatis verbis, & proprijs. Vsitata sunt ea, quæ versantur in sermone, & consuetudine quotidiana. Propria, quæ eius rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur. Compositio est verborum constructio, quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas. ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam atq; hiãtem orationem reddunt, vt hoc est. Baccæ æneæ amœnissimæ impendebant. Et si vitabimus eiusdem literæ nimium assiduitatem, cui vitio versus hic erit exemplo: nam hic nihil prohibet in vitijs, alienis exemplis vti.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Et hic eiusdem poetæ:

Quidquam quisquam cuiquam quod conueniat, neget?

Et, si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus: ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio non extet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et si non vtemur cõtinenter similiter cadentibus verbis, hoc modo: Flentes, plorantes, lacrymantes obtestantes. Et si verborum transiectionem vitabimus, nisi quæ erit concinna; qua de re posterius loquemur: quo in vitio est Lucilius assiduus, vt hoc est in priore libro: Has res ad te scriptas Luci misimus Aeli. Item, fugere oportet longam verborum continuationem, quæ & auditoris aures & oratoris spiritum lædit. His vitiis in cõpositione vitatis, reliquũ operæ consumendum est in dignitate. Dignitas est, quæ reddit ornatam orationem varietate distinguens. hæc & in verborum, & sententiarum exornationem diuiditur. Verborum exornatio est, quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est, quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

CAPIDVRVS.

QVONIAM, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictum est, videamus nunc quas res debeat habere elocutio commoda, & prefecta. Quæ maxime admodum oratori accommodata est. tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem) Quod in omni fieri oportet oratione, quã ad posteros peruenire cupiamus. [Elegantia est, quæ facit vt vnumquodque pure & aperte dici videat.) Elegans vsque ad ætatem M. Catonis, vt Gellius scribit, vitii, non laudis fuit. Videbatur enim elegans dictus, q nimis læto amœnoq. cultu victuq. esset. Postea, inquit, reprehendi quidẽ desijt, sed laudem ex hoc habebat nullã, nisi morbus erat moderatissimis. Ceterum elegantes multorum consensu ac consuetudine eruditorum nõ solum ab ingenii elegantia, aut elocutionis cultu delectuq., sicut in hoc loco, & plerunque, dici inueniuntur, sed etiam a vitiis, per contrarium. Vt ipse Cicero in Clodium & Curionem: Tu elegans, quem decet muliebris ornatus, quem saltus psaltrię, qui lauare vultũ mollire vocem potes carmine. [Hæc distribuitur in latinitatem, & explanationem) Quã græci φράσιν vocant, latini elocutionem. hanc spectamus in verbis aut singulis, aut coniunctis. In singulis videndum, vt sint latina, perspicua, ornata. In coniunctis, vt emendata, vt collocata, vt figurata. hæc in perpetua oratione dignitas seruanda est, dũ modo principia lenius, narrationes simplicius, argumenta ornatius, epilogi effusius proferantur. de singulis autem nunc, de compositis post paulum dicemus. Vt igitur latinitas in singulis sit verbis, primum considerandum est, ne barbarismum, aut solœcismũ committas, ne peregrina, & externa verba afferas, multo enim quibus loquendi ratio non desit inuenire licet. Sed eos curiose potius loqui dixeris, quam latine. Velut Sisennam cum dixisset quædam sputatilica crimina p risum C. Rufius ita excepisse traditur, Circumuenior iudices nisi subuenitis. Sisenna quid dicas nescio metuo insidias. sputatilica quid est: sputa quid sit scio, tilica nescio. Ita Cæsar rationẽ adhibẽs,

libruma

librum edidit, in quo vitiosam consuetudinem, & corruptam puta, & incorruptas consuetudine emendauit. perspicuitas in verbis præcipuam habet proprietatem. Proprietas autem dicitur, vniuscuiusque rei, vt Quintil. inquit, simplex appellatio. In qua vitabimus obscœna, & sordida, & humilia, sunt autē humilia, infra dignitatem rerum aut ordinis. In hac proprietatis specie magna virtus est. Ei contrarium est vitiū. Græci ἄκυρον nostri improprium vocant. quale est, tantum sperare dolorē. Verum proprietas non ad nomen, sed ad vim significationis referri debet. nec auditu, sed intellectu perpendenda est. sunt. n. multa, quæ cum proprium nomen non habeant, per abusionē aut translationē nominata impropria de eis, quæ exprimunt, dici non possunt, cum iam ita omnibus manifesta sint fallere non possint. Verba autem omnia quæ plus significant, quam eloquuntur, in parte etiam ponenda sunt perspicuitatis. Vitandaq. ambiguitas omnis non tantum vbi sensus perturbari possit, sed etiam vbi nihilominus maneat. vt si quis dixerit, visum à se hominem librum scribentem. nam etiamsi librum ab homine scribi patet, male tamen composuerat, feceratq. ambiguum quantum in ipso fuit. Itaque nobis, inquit Quintil. prima sit virtus perspicuitatis propria verba, rectus ordo, non in longum dilata conclusio, nihil neq; desit, neque superfluat, ita sermo, & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hęc est eloquendi obseruatio. Nam si neque pauciora quam oportet, neque plura, neque inordinata, aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter, quoque audientibus aperta. Tertio loco ornatum in singulis verbis perpendēdum esse diximus quo pene solo apud omnes admirationi eloquentia est, qui tam in pluribus verbis, quam singulis, sicut, & perspicuitas, consideratur. quanquam rectissime traditum est, perspicuitatem proprie translatis ornatum verbis egere. Itaque alia verba aliis honestiora, sublimiora nitidiora, iucundiora, vocaliora vt in omni orationis genere, omniq. exprimenda sentētia ponēda sint. Delectus item cum acri iudicio est adhibendus. nam vt syllabæ è literis melius sonantibus sunt clariores, & verba syllabis magis vocalia, ita quo plus spiritus habent, hoc pulchriua quoq; resonant. quod idem verba inter se cōiuncta efficient, vt aliud alii iunctum melius sonet. Ita rebus atrocibus. verba etiam ipso vultu aspera magis conuenient. Sordidis autem nusquam in erudita oratione locus. licet humilibus plerunque sit iunctura iucundissima. Velut in illo Virgil.

Sæpe exiguus mus, Et Horatiano,

Nascetur ridiculus mus.

Vbi casus singularis in fine versus, monosyllabum magis decuit. Quædam non tam ratione, quam sensu iudicantur, vt illud,

Cæsa iungebant fœdera porca.

Quod si fuisset porco, vile erat. quodcunque enim in sermone tenui sublime nitidumq. fuerit, discordat. Item ornatus in inusitatis, nouatis, & translatis verbis multum probari, & à Cice. & Quintiliano solet, inusitatis dignitatem dat antiquitas, nanque, & sanctiorem, & magis admirabilem facit orationē. Sed sint huiusmodi, vt ex vltimis tenebris repetita videantur. Et licet poetæ liberiores sint quā oratores, tamen vt Crassus apud Cic. de oratore dicit, habet etiam in oratione poeticum aliqd̄ verbum dignitatem. Neque. n. inquit illud fugerem dicere, vt Lelius, qua tempestate Pœnus in Italiam venit nec prolē, aut sobolem, aut fari, aut nuncupari, aut vt tu solet Catule non rebar aut opinabar, & alia multa quibus loco dispositis grādior atq; antiquior oratio videri solet. nouantur autem verba, quę ab eo, qui dicit ipso gignuntur ac fiunt. Velut in illo: Vis huiusmodi versutiloqua expectorat. fingere tamen Græcis magis concessum est, nostri autem iungendo, aut deriuando paulum aliquid ausi: iungendo vt, gradus eliminat, an dici in tragœdia posset, à Pomponio, & Seneca dubitatum, deriuando, vt beatitas, & beatitudo, medietas, & alia complura, quæ à Cice. sicut, & ab aliis numerantur. Ea si ex græcis in latinum transferendo excipiamus, magis permittitur. quale illud Cic. in Hortensio, ἐνάργειαν vt Græci sic perspicuitatem aut euidentiam nos, si placet, nominemus & fabricemus vsque, si opus erit, verba. idque confirmat Horatius dicens:

Et noua fictaq; nuper habebunt verba fidem si
Græco fonte cadant.

Si quid autem non apte satis conuersum videatur aliquo, verbo mox corrigendum est, vt Cic. in Timæo. Si modo hoc, inqt, recte conuersum videri potest. Et si quid ēt periculosius finxisse videbimur, medii quibusdā id præmuniemus, hoc modo, vt ita dicam, si licet dicere, permittamus nobis, vix audeo dicere.

Quale Cic. illud est: Vt in singulis essent bina media (vix. n. audeo dicere mediocritates, quas Græci μεσότητας appellant, sed quasi ita dixerim, prorsus intelligatur. Quę quidem etiam in hi centius translatis proderunt, si non tuto dici posse videbuntur, in quo non falli iudicium nostrum, ex re manifestum erit. Tertius vero modus transferendi verbi ornatus, qui late patet posterius abunde qualis esse debeat, ab ipso Cic. inter dicendi figuras positus, tractatur. & à nobis exemplicabitur. [Latinitas est] Latinos quidam dictus putant à Latino qui Vlyssis Circesq. filius fuit, vt Hesiodus.

Κίρκη δ' ἠελίου θυγάτηρ ὑπεριονίδαο.
Γείνατ' ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἐν φιλότητι,
Ἄγριον, ἠδὲ λατῖνον, ἀμύμονά τε, κρατερόν τε.

Alii à Latino Fauni filio, cuius mater Carmenta à Græcis literas mutuata Latinis dedisse fertur, primum Latinitatem, vtpote emendatiorem linguam, esse dictam volunt. Festus Pompeius, nisi me codices fallunt, Latinam linguam à Latio dictam vult. Constat autem, & Ciceronis, & aliorum consensu, hanc deinde locutionem adeo corruptam fuisse, vt pars maxima ēt Ciceronis ætate interiisse diceretur. Quamobrem, & C. Cæsar librum de Ratione latine loquendi accuratissime scripsit, primoque in libro disserit, verborum delectum originē esse eloquentiæ, & M. Varro de origine linguæ latinæ, ad Ciceronem scribens, verborum latinorum etymologias scrutatur. Quare latinitas à grammatica ita mihi differre propemodum videt, vt latinitas non tam adigi, & astringi regulis verba velit, quam sermonis suauitati inseruire. Vt sit quidem exempli causa grāmatice dictum, audaciter, emicauit, sonauit, conitre, audiuisse seruisse, non scio, fingulis mille nummorum, & alia his similia. latine autem potius, audacter, emicui, sonuit, coire audisse, seruisse, nescio, singuli, mille nummum. Hinc est quod Quintil. etiam inquit, mihi non inuenuste dici videt, aliud esse latine, aliud grāmatice loqui. & Cicero ipse, iisdemq. temporibus L. Furius Philus per bene latine loqui putabantur, literatiusq. quam ceteri; quod scilicet suauitati verborum regulas etiam accommodaret grammatices. Nam si ita accipiamus, sicut quidam, vt linguam latinam literalem dicamus, qua veteres Romani, & populares, & eruditi viri indifferenter vterentur, & vt comœdiæ; tragędiæq; conscriptæ sunt, ita vulgus loqueretur. Sed primū omnes literarum græcarum quam eruditissimos fuisse oportuit, quod Comœdiæ quo antiquiores sunt, eo vocabulis, & orationibus græcis magis refertæ sunt. Et id tam Tyro Ciceroque, quam veterum ostendunt historiæ. Afferrem vero exēpla nisi id non dubium esse cuiquam intelligeretur. Nondum. n. vt etiam Lucretius, inquit, Latina lingua tamen habebat copiam vt non indigeret Gręcorum adiumento. Transferentes ergo versiculo in latinum è græco Comici, græcos etiam aliquādo inserebant. Præterea si Latinus ille linguam correxit, vnde, & latinitas nomen habeat, quo pacto omnium vnus potius illico sermo esset? Vel si Latini soli ita loquebantur, qui Italię minimam partem possidebant, ceteros alium sermonem habuisse oportuit, quo ante, & post correctam linguam vterentur scriptores, & quo tam poemarum quam historiarum orationumque, quando minus corruptam ad huc illam veterem linguam eos seruasse credi par est ceteri qui secuti sunt melius loqui debuerunt. Sed legimus Liuium Andronicum, Ennium Catonum, Lælium, plerosque alios quod veteri illa quasi rubigine referti essent, à Crasso, Hortensio, Cicero neque, & ceteris fuisse repudiatos, licet cetera, q̄ eorū ingeniis ostenderunt, summopere iidem probauerint. Nam, & Catonis verba Cicero diligenter excusat, vt supra retulimus. Fuit ergo latinitas, vt mea semper tulit opinio, selectus quidam castigatusque sermo, literalis quidem (quod Græcorū Latini veteres secuti vestigia sint) sed suauitati multum inseruiens. Et cum nihil vnquam simul, & inuentum, & perfectum fuerit primum hanc Latinus, vnde latinitas dicta, selegit post, qui secuti sunt, & auxerunt, & magis emendarunt. Loquebantur autem etiam ante Latinum illū Itali, & Latini isto sermone, sed non omnino latine, hoc est electiore sermone. Nam cum eius mater, ut diximus, Carmenta, literas à Græcis sumptas ei dixisset, tum demum incepisse talē eleganter dicendi formam putandum est. quod in partibus orationis omnibus facile cuiq; licet intueri, vt. s. figuræ orationis sicut & constructiones ab ipsis effinxerunt. Vnde fit, ut mater admodum, quosdam hæc non satis aduertisse, quod, & Cic. ipse ostendit, cum dicit. Latinitas est quę sermonem purū conseruat, ab omni vitio remotū. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse soloecismus, & barbarismus. [Soloecismus] Gellius in quinto noctium Atticarum, cum græcum

autem,

autem, inqt. vocabulum sit sœlescimus, an Attici homines, q elegantius locuti sunt, vsico sint, quæri solet, sed nos neque su lęscimum, ueque barbarismum apud Græcorũ idoneoa adhuc inueniemus. Nam sicut barbaron, ita solœcon dixerunt nostri quoque antiquiore. solœcon facile, solęscismũ haud scio, an vnquẽ dixerint. quod si ita est, neque in Græca, neque in Latina, solœcismus probe dicitur. Sed non ex Græcis dicimus, verũ que recte dici posse. cuius rei ꝙ solœcismus recte dicaẽ, & barbarismus, tam Grecorum, quam Latinorum infinita reddi exẽpla possent, quæ tamen cum nunc proferre nunc oporteat, consulto prætermittimus. Dictum autem solescismum Strabo putat, vel à Solarum vrbe, qui vitiose loquentes, a Græcis eum risu excepti sunt, vel alio ex populo, vt idem, inquit, verbum effictum est. Solęcismum porro Sinius, vel Capito in literis quas ad Clodium Tuscum dedit hisce verbis diffinit. Solescismus est impar & inconueniens compositura partium orationis. Augustinus vero in eo libro quem de doctrina Christiana inscripsit, Solœcismus, inquit, qui dr̃, nihil est aliud quàm cum verba non ea lege sibi coaptantur, qua coaptaũt, qui priores nobis, non sine auctoritate locuti sunt. Verum.n. inter homines, an inter hominibus dicatur, ad rerum nõ pertinet cognitionẽ. Intergritas ergo locutionis nihil aliud est, nisi alienæ consuetudinis conseruatio, veterum auctoritate firmatæ. [Solœcismus cum in uerbis pluribus consequens verbum superiori nõ accõmodatur) Totius grammatices (quàm in latinum vertentes literaturam alii, alii studium literarum appellarunt) ars in duas est generales diuisa partes, in preceptorum rationem, quàm Græci μεθοδικὴν nominauere, quę præcepta quibus in hac ꝓfessione erudimur, docet, & in vocabulorum expositionem, fabularum autem, historiarũ, & huiusmodi enarrationẽ, Gręci ἱστορικὴν dixerunt. Methodicen deinceps in tres partes idem diuiserunt, in loquendi rationem, Græce σύνταξιν, recte scribendi peritiam ὀρθογραφίαν, & pronunciandi scientiam, προσῳδίαν. In his tribus solœcismus barbarismus ue. vitia inueniuntur. Sed in omnibus tamen vtrunque. nam barbarismum in omnibus quidem, solœcismum autem in loquendi tantummodo ratione comperias, idque modis, quatuor, κατὰ πλεονασμὸν. i. per adiectionẽ, seu redundantiã κατὰ ἔλλειψιν. i. detractionẽ, siue defectum, κατὰ ἐναλλαγὴν. i. per trãsmutationem, κατὰ ὑπερβατὸν, hec est per confusum dictionũ ordinẽ. Per adiectionem, vt veni ad Mediolanum, ad Placentiam detractione, vt ambulo viam, ex Aegypto venio, trãsmutatione, vt qua ordo turbatur, vt quoque ego.n. hoc, per hyperbaton, vt, in eum ille dulsit genio, ꝓ indulsit. At cum in hac poete versus necessitate incidunt, aut ornandi causa sententiam, asyntheto vel, vt alii, solœcephanes nominatur. Et id faciunt non tantũ, poetæ, sed etiam aliquando oratores. velut Cic. in Verre illud ad Messanam venit, detrahunt item illud.

Italiam fato profugus Lauinaq; venit.

Littora: pro ad Italiam, & ad Lauinia Littora.

Salustius, radice montis accessit, quod sane Lactantius annotauit. Transmutationem vtuntur: vt, Transtra per remos ducere: Ita per partes orationis omnes solœcismna fit, vt in verbo, si genus mutetur, si cõiungatio, si modus si numerus, si tps, si ꝑsona, idem in nominibus, ceterisq; partibus intelligendum, vt si pronomẽ, pro pronomine posuerit, vt hirundo pascit pullos eius. Est etiam vbi vitium potius videatur, quam reuera sit, vt apud Senecam. Sæpe in magistrum scelera redierũt sua, quod ita in constructione resoluendum est. Scelera magistri sępe redierunt in ipsum, sine in illum. Aliquando longo ac duro ambitu verborum respondendum est: vt, Suum cuique soluaẽ aliter, quod cuiusque est, ei soluaẽ. aut, sua cuiusque sunt: aliter, quæ cuiusque sunt, ipsius sunt. Item, & suus est Homeri mos: aliter, mos Homeri est eius. Aut cum genus mutamus, vel alio quam oporteat numero loquimur. vt cũ ponimus literam pro epistola, & id genus alia. Fuerunt qui barbarismum hic dici mallent, ꝙ barbarismus quide in singulis esset dictionibus, in coniũctis vero ad constructionẽ solœcismus. Vt si verbo aut nomini ceteris ue partibus casum non reddas quẽ desiderant, aut si pro aliis alios ponam. vel si vbi nomẽ ponere debuerim pronomen positum sit. Simpliciter, vbicunque partẽ aliam pro alia referas. Vt cum negantis aduerbium pro aduerbio prohibentia ponam, sic, non feceris. pro ne feceris. In singulis autem fieri verbis solœcismus videtur, cum vnum qs ad se vocans dicit, venite, aut si plures a se dimittens ita loquatur abi vel discede. nec non cum responsum ab interrogãte dissentit. vt si dicenti, quem video? ita occurras, ego, qm̃ hic subaudit qđ expressũ non est. Est ergo solœcismus in vno aliqñ verbo, nisi quam in solo. Eo denique superstitiosi fuerunt vsq; aliq. vt hoc vitium in gestu etiã esse scripserint, cũ aliud voce aliud nutu vel manu demonstretur. Est autem vbi ab oratore, nedũ poeticis huiusmodi inuenias posita, sed tum schemata, non solœcismi dicuntur. Est enim solœcismus, vbi per imprudentiam imperitiamque ita loquimur. Sed de Solœcismo hactenus dictum sit. multa tamen plane essent hic dictu necessaria. ideo cõsulto etiam preterimus, ne grammaticam scribere videamur. Nam satis videri debet, si exposuimus quid sit quod Cicer. dixit, solęcismus est ex verbis pluribus in quibus inuenitur, in solo enim verbo inueniri non potest. [Verbum superiori non accommodatur) Sed disconuenit, quantum veterem auctoritate sancitum est. [Barbarismus est, cum verbum aliquod vitiose effertur) Barbarismus, inquit Augustinus, quid aliud est, nisi verbum non eis literis, vel eodem sono non enunciatum quo ab eis qui ante nos locuti sunt enunciari solitum est. Barbari autem, vnde barbarismus, dicti, vt Strabo in quartodecimo de situ orbis tradit, à nominis ficti voce. Sic enim inquit. Barbarũ opinor esse nominis effictionem in his, qui proferendo verba cum labore, duriter & aspere loquerentur, sicut balbutire, lallare, balbare. Omnibus igitur pinguius sonantibus, balbaris nomen inditum. Barbaros autem Græcus primum nuncupauit, videlicet ad exprobandam pronunciationem, quæ contingebat illis per innatam quandam ineptitudinem, & oris pinguedinem atque vocalium instrumentorum denique per quibusdam sermonum, seu linguarum proprietates. Nostra vero in lingua aliud apparuit oris vitium, sicuti barbaro loquentia, siquis sermonem Græcum non recte proferat, sed vocabula Græca barbarorum more pronunciet. Hoc maxime Caribus contingit. hinc Alcęus eos Barbarophonos appellat, quod gręca inepte proferant. Hanc igitur barbarismi, sicut & solœcismi fœditatem, à latinitate abesse oportere dicit Cicer. quæ in singulis tantum verbis committi posse inuenitur. sed & pluribus modis, aut locutione, aut temporis dimensione, ac enunciatione, aut scriptura. Vt si quis Aphrum vel Hispanum alienum ue quodlibet a Latino nomen, modo Græcum non sit Latinæ inserat orationi, nisi receptum sit vt Rheda vehiculum, quod gallicum nomen est, & attegię, quo vtitur Iuuenalis. Maurorũ attegias. Item si verborum, nominum, ceterorumq. partiũ orationis impropria significatione quis vtatur, vt cũ reputo pro existimo vtuntur quidam, & importat pro refert, & infinitis pene aliis. tum si secundum analogiã nomen quod in vsu nõ sit, deducere velimus, velut si à Cremona Cremonanus, & à Parma Parmanus dicatur, quod simile sit à Roma Romanus, à Nolã Nolanus. & sicut a cubatione cubiculum, sic putes recte dici à sessione sessiculum. & sicut dulcedo dicitur, ita si quis albedinem pro albore, & similia dicat si rhetoricalis. grammaticalis, & similia cum græcis nos, vt possessiuus nostris dici posse putemus, sicut literalis. Aut cum vtitur verbis, quæ apud nullum auctorẽ leguntur, & quæ nec vlla defendi deriuatione possunt; vt tregua, pro induciis, & guerra, pro bello. His proxime accedunt, ea quę licet deriuationis formam aliquã habere videantur, tamen dici latine non queant. Vnde saluator, quod Græci σωτῆρα dixerunt. Nam licet in ore multorum saluator sit, latine, tamen vno verbo exprimi nõ posse Cic. dicit. quippe qui in Verrinis, ita loquit: Cũ non solum patronum illius insulę, sed etiam σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis. hoc quãtum est? ita magnum, vt latine vno verbo exprimi non possit. is est nimirum soter, qui salutem dedit. quod vitium iam late patet, propter eorum, qui Græca in Latinum transferunt imperitiam. Nec in solis id verbis fieri solet, verũ etiã, & iunctis. Vt cum dicunt hoc implus se habet, quod Græci ἔτι πλεῖον ἔχει dicant, & alia prope infinita. Non.n. omnia enumerare, quæ etiam possimus, cõsilium est, sed barbarismi loca duntaxat ostendere, quod vitiũ etiam sæpe inuenias, cum verbis vtuntur, quæ nusquam sunt, vt contentor, pro cõtentus sum. nã quod Hor. recitto dixit:

Si bene te noui, metues liberrime Lolli,

Scurrantis speciem præbere.

Et odoror, est nanque sagacium odor, & Cicero ancilior, vt, non enim vni priuatim ancillatus sum sic & alia quædã auctoritate non carent, ideoque intrepide eis vtimur. at noua quasi cudere non sine periculo possumus, quæ si permitti vobis velimus, acri pensanda iudicio sunt. In genere quoque nullam obseruationem putarunt aliqui esse barbarismum, alii solœcismum dici maluerunt, quod iunctura, id animaduertatur. Nec sum animi dubius, hic futurum aliquem, qui dicat horũ quæ iam diximus, & dicturi sumus, pleraq; figuris defendi posse. id verum esse nouimus, sed cum cõsulto, & cum iudicio probata sunt,

sunt, non cũ imprudenter aut per inscitiam dicta, figuris defendi posse credamus. Barbarismus quoque esse credi par est cum pluraliter tantum deflexũ nomen in singulari dicas. vt scala pugillaris. biga, quadriga. liber pro filio. loculus, & similia. aut cũ singulari numero inueniatur tãtum. & pluralẽ proferas, vt sangnines, argenta. aura, aurichalca, & id genus alia. Aut si verborum iã traditæ nobis non seruentur inflexiones. velut si dicat quis prandidi. ostendidi, reprehendidi. Vel cum nominum prima positio inuertatur, vt si quis crebri dici putet, vt Alexander. Alexandri. Et uerborum, velut cum prandeo dicatur, si huic simile cęno esse arbitreẽ. si itẽ inscita in dicendo diuida diphthongon, velut si ęnophorum, ęnotriam. ęreum diuidat. vel Oetam. Aeneum, & id genus alia. Sed de Barbarismo, qui in locutione communi potest quantum ad hunc locum attinet. iam satis dictum. si quidem genus illud barbarismi, quod ab animi natura proficiscitur. vt cum quid insoleter, aut minaciter, aut crudeliter ab aliquo dictum sic cum barbare locutum dicimus, ad pręsentem quęstionem, vt reor, non attinet. Quod si quis attinere sibi persuadeat, vitium esse quidquid suo loco, & tẽpore nõ factum sit. à nobis iam admonitus, taceat. De temporis dimensione paucis concludendũ est, aliam tacitam, aliam pronunciãtis uoce consideratã. Tacite in temporum dimensione barbarismus est, vt in uersu si pro longa breuis, aut pro breui longa ponatur. velut illud Iuuen.

Quid modum, & frustra rogamen

In metro enim barbarismus est. nisi, qđ multa egregie scripserit, systoles figuræ venia subleuetur. Quæ autẽ pronunciantis voce detegitur, manifesta est. uelut cũ pro flexo accẽtu acutus ponitur, vt si Cethegum penultima correpta aut Tullium producta pronuncies. Est in sola pronunciatione barbarismus, si alio quam debeas accentu syllabam pronuncies. vt si nostras, & vestras, & cetera, quæ per apocopam proferri debent, in vltimo loco non flectas. uel vt differentiam facias, si non notula aggraues, vel alias, cum aduerbium est, & circum littora, circum Piscosos scopulos. Ne si primam acueris, circus dici uideatur. item, Quale eruditi grammatici interrogantes, vltimo loco grauabunt, comparantes, acuto tenore concludent. Aduerbia quoque composita sub vno accentu pronunciabunt, vt aliquando, deinde, interea loci. Et ut paucis finiam, ubicunque accentus lex corrumpetur, erit barbarismus, quam legem quisque à grammaticis discet. Et si cui nostra, quæ olim de accentu composuimus, discere placuerit, hoc vitium euitare poterit, si minus quid hic dicatur intelligit. Conantur enim illa q nesciunt, non iam eruditos docere. Scriptura barbarismus cõmitti potest, si literarum ordo perturbetur, vt pro disciplinã, disciplina. Subtractationem simplicis consonantis, vt à facio factum, sine c, litera si fatum scribas. Simplicis consonantis interpositione, vt columpna, sompnus, contempno. p. enim litera inter m, & n. est posita. Fit Barbarismus etiam aliis consonãtibus, ubi non debet apponi, vbi duplicata subtrahitur. vt bellum adiectiuum. uel si addas consonantem, ubi non oportet, ut tellum, cœllum, simplicis in duplicem uersione, ut locuple, pro locuples. Duplicis in geminatam. ut nissus. pro nixus, lassus pro laxus, cum hæc manifeste inter se differant sensus. Si pro eadem geminata, alteram ponas: ut stegma, cum g, litera ante m. pro stemma scribas. aut si pro altera simplici, alteram simplicem ponas: vt si conuitium per t, literam t non per c, sic apud per d, vel apud per t. Idem uitium est, & obtimus per b, non per p, scriptum. Item si uocalem alteram pro altera notes: vt si mundus in prima syllaba, vel columma, aut abundo in secunda, non per u, literam, sed per o, scribas. E diuerso si muntem, funtem, puntem. per u. non per o, barbarismus est. Item si aspirationem auferas a vocali, ut ab habeo secundæ coniugationis uerbo. vel a consonante vt pulcher, si apponas uocali vt, habundo: consonanti, vt archades. si Latinum i, per y, Græcũ, vt cista. sydus. si y Græcum per i, Latinum. Et eo magis barbarase à nonnullis omnia corrumpentibus hæc fiunt, quod i, Latinis, velut mei, tui, & similibus, y græcum scribi solet, cum i. Græci. nominibus barbarisque nonnullis tantum scribatur. de quo longius tractauimus in his libris, quos de Ortographia cõscripsimus. Sunt etiam qui y, literæ græcæ, & i, latinæ ordinem peruertentes, in barbarismum incidant, vt Hyppolitus, Lybia, Sybilla. cum in prima syllaba i, in penultima y, gręcũ esse oporteat. Postremo barbarismus est si diphthongon alteram pro altera, aut vbi nulla sit potestas, vel vbi scribi debuit, nõ scribas, si diuisas vocales, ut Danahe, Phasiphahe, Phahethon. De barbarismo iam satis multa nec breuius vt reor, dicere etiam de tantate potuimus, si loca huius vitii decurrere omnia debuimus

[Ea comparatur) In contrariis obscuritas maxime solet inueniri. Nam si ab vsu valde remota verba sint, nubem menti plerunque omnia obiiciunt, vt sensus comprehendi non possint. In quo genere tantopere sunt aliqui delectari, vt cum in idonei alicuius auctoris locum incidissent paulo magis abstrusum non sci indagatione, sed vnius aliquando verbi ignoratione, toros illic intenderunt sensus, lacunaria modo suspexerint, modo in terram declinarint oculos, interroganti nil responderint, & cogitatione miseri, tanquam Sibyllæ futuri interpretes exæstuarint. Quod si eius obscuritatis nodum tandem comperisse, hoc est vnius uerbi, & nullius pene momenti significationem sibi inuenisse persuaserunt, conuentus pararunt, se rem inauditam, è mediis eruta tenebris depromptu ros, tumore supra modum elati iactitarunt hinc adducto supercilio, contractisq. naribus, ac fronte rugata meras effutiuerunt insanias. Quibus iam ab omnibus eruditis cuiuam ciconiarum colla, ac manu asini aures agitari, & æstuantis canis protendi linguam, & quæcunque ludibrii speciem habent, præberi videas. idq. meritissimo. cum rerum scientiam, quam præ ceteris rebus habere oportet, nihil æstimẽt, vnius autem literali notæ significatione tantum vetentur. ac vt verius dicã insaniant. non hoc dico, quin verborum velim sciri proprietates: sed, vt eorum quæ iam exoleuerunt tanta non sit, aut vt saltem si rebus posterior cura, prouidendumq. in primis, ne sordida, ieiuna, tristis. ingrata, vilis nostra sit oratio. contra sit acuta, nitida, copiosa hilaris, iucunda. Accurata. Quod consequi poterimus, si rerum in primis quam maximam curam habuerimus, postea verborũ electissimorũ, vt in nobis auctoritas in verbis sententiæ, vel graues, vel aptæ opinionibus hominẽ ac moribus esse videãtur. Quod si in verbis inhærere, scrutari. & ea quidem ab vsu remota velim. eloquentiã ex hoc inde consequi posse confidemus! Superfluum erat nunc hoc reprehendere, nisi prætequã à paucissimis ceteris omnibus id iam summa cura quæreretur. Sed iam vnde exiuit, eo noster redeat sermo: si perspicuam velimus ex nobis exire orationem, vsitatis verbis componenda est: non tantum ex nimia vetustate repudiatis illis. sed, & paulo remotioribus. Nam, & ductare exercitus, & patrare bella apud Salustium nõ adeo vsque probata sunt, vt orator eius ubicunq; velit vtatur. Sic videat, vt vsitata huiusmodi vsitatiora adhuc sint, exercitũ ducere, & bellum gerere, delectum. n. eum in primis habeamus oportet, vt suo loco ac tempori omnia accomodemus De explanatione ergo nũc loquimur, cui perspicuitas est necessaria, perspicuitati autem vsitata verba. Nam quid in latinitate, & ornatu obseruandũ sit, si nõ supra docuimus, eius tamen formã aliquam illic ostendere tentauimus, præclare vero etiam ad afferendam rebus lucem repertæ sunt similitudines. quarum alię sunt, quæ probationis causa inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem compositę, quod est huius loci proprium: vt,

Prorsus ani similis, quæ circum litora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat æquora iuxta.

Quo in genere. i. præcipue custodiẽdum, ne id quod similitudini gratia asciuimus, aut obscurũ sit, aut ignorũ. (Vsitata sunt ea, quæ versantur in sermone, & consuetudine quotidiana) Hic iam aliquibus occurram oportet, qui vsitatum putabãt sermonẽ, quo vulgares, & imperiti vti consueuerunt, quod minime verum est. Nam is demum vsitatus est sermo, quo quotidiano in sermone consuetudineq. loquẽdi, uiri vtuntur eruditi, sicut enim bonorum virorum consensus bene viuendi nomen hẽt, ita recte loquendi eruditorum consuetudo. Cum igitur eruditus nõ sordidus, non inquinatus, & rusticus sermo deceat, sed purus, clarus, latinus, & ornatus, non conuenit vsitatũ hic à Cicerone sermonem dictum intelligere, quo vulgus vtit imperitum. (Propria, quæ eius rei verba sunt, aut esse possunt, de qua loquemur) Propria multis modis dici possunt. sunt. n. propria, & multis rebus imposita uerba, vt canis, significat. n. astrum, animal quadrupes, & piscẽ sunt propria quasi vni peculiaria vt vrbem Romã, & poetam Virgilium, & ceteris generis eiusdem. Alia sunt propria, suę quarumq. rerũ appellationes, vt lapis aer bos mare. Item propria, indiuiduum significantia. Item substãtiua sunt, vt Demosthenes, Cicero, Crassus, sed in nullis horum virtus oratoris inspicitur. At illud proprium dicit hic Cic. quod in oratore non mediocriter probandum est, quod etiam hoc modo laudari solet, vt proprie dictum sit. i. quo nihil possit significãtius inueniri. velut cum vulgo dici solet, proprium appositum esse epitheton. vt cum Virg. Deductum carmen. & Horat. Acrem tibiam, aut Annibalem durum dixerunt. Item

generta

generis pene eiusdem, dulce mustum cum dentibus albis excepta, leues auras, rupibus altis, tẽpus irreparabile. & huiusmodi omnia. Item, quæ bene translata sunt, propria dici solent. Deinde quæcunque sunt in quoque præcipua, proprii locum accipiunt. velut Fabius inter plures imperatorias virtutes, cunctator est ab Ennio appellatus sicut Aeneas pius à Virgilio, Achates fidus. Et ab Homero Vlysses polytropos. i. multa vertẽs, callidus, & verbiũ versator sicut, & pedibus celer Achilles. Hæc igit̃ est vna oratoris virtus, quæ eẽ explanat, & exprimit. quã Cicero elegantiæ partẽ esse voluit. [Propria, quæ eius rei verba sunt) Quæ eã rem cõplectuntur propriaui. [Aut esse possunt de qua loquimur) Si ẽt ad aliud eesern posse videantur. Cõpositio est verborum constructio quæ facit, omnes partes orationis æquabiliter perpolitas. Ea conseruabitur, si fugiamus crebras vocaliũ concursiones, quæ vastam atque hiantem reddunt orationem. vt hęc est. [Baccæ æneæ amœnissime impendebant. Et si vitabimus eiusdem literæ) In omni rhetoricę orationis cõstructione tria considerari solent, ordo, iunctura, numerus. De ordine, & iunctura dicetur à nobis, quando locus Ciceronis hic ita exigit. De numero qui late patet, & nos temporis pręmimur angustia, si post huius libri conclusa commentaria tempus nobis superetit, tractabimus. Primum igitur vt ia de ordine dicamus, eius obseruatio in verbis est singulis, & contextis. In singulis cauendum, ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, vt sacrilego fur, homicidę corruptor. Nanq; sensus hominis à paruo in maius debet insurgere, vt optime Cic. Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate aliud. n. maius alio superuenit. At si cœpisset à toto corpore, nõ bene ad latera sauceisq. descendisset. Est, & alius ordo, vt viros ac fœminas, die ac nocte, ortum, & occasum, dextrũ ac sinistrũ, ante ac retro melius dicas, q̃ retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua, velut apud Salustium, in tugurio mulieris ancillę, ac si dicas in tugurio ancillæ mulieris, superfluũ erit mulieris. si quidẽ ancilla conditionem ostendit, & sexum. item, res erat pęcoribus nota solis. Hoc sufficerat, male ergo additur, ignota ceteris. quod si conuertas, nil superfluum inuenitur. Et fratres gemini, nã si præcesserit gemini, fratres addere non est necesse. Et si dicas, tenemur amicitus, ridiculũ. n. est, si addas, mutuis, cum amicitię vtrunq; significẽt, hoc est amorem, & mutuum. Alia ideo antecedunt, q ab eis quę sequuntur clarius ad eã sententiã dici, & quasi exponi videantur, vt Ciceronis illud, quid tandem illi mors mali attulit? nisi forte ineptiis atq; fabulis ducimur, vt existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre. in qua loco non bene diceretur fabulis atq; ineptiis. Est vbi quid primum ponamus non refert, nisi verborum moneamur consonantia quod apud poetas summa opera custoditur. vt cum dicit Virg.

Pacisq; imponere morem.

Quod si, moremq. imponere paci, dicatur, debilior, vt ẽt Boetius vidit, sonus videbitur contra autẽ, vt vis cõsurgeret verborum. Ac imã exæstuat vnda, Non dixit. at vnda exæstuat ima. Ita Cicero cum dicit, Vestram simul iudices æquitatem, & mãsuetudinem mulier oppugnat, mansuetudinem enim sua hac longitudine spiritum intersistit, & pronunciantis mora rem exaggerat magis. Auget autem significantia, cum dicit. Cæcam crudelitate, & scelere. nam, & scelus in crudelitate, vtpote genus est. Aliquando autem multa coniunguntur, quorum aliqua præpostera in serie duci possunt. vbi vltimo tantum loco ponatur, quod omnibus emineat. quale illud est Ciceronis, cuius cupiditatem nulla vnquam turpitudo retardauit quæ vitiis animi in deterrimas partes iura hominum conuertit omnia, cuius ea stultitia est vt nemo hominem, ea vis ut nemo fœminam, ea crudelitas ut nemo matrem appellare possit. eo iã denique adducta est, vt sibi pręter formam nihil ad similitudinem hominis reseruarit. Illa autem nimia quorundam fuit obseruatio, vt nomina verbis, verba rursus aduerbis, & nomina ipsa appositis pronominibus essent priora. Nam fit cõtra quoque frequenter non indecore. Sed illud nimiæ est superstitionis, vti quęque sunt tempore, eam facere etiam ordine priora, non quia frequenter non fiat hoc melius, verum quia interdũ plus valent ante gesta ideo, q leuioribus magna supponenda sunt. Variis autem verbis eundem sensum longius trahere, nã, & hoc inter figuras, ponitur, optimum est. quod quide in mouendis affectibus maxime potest adhiberi. Sæpe etiam est vehemens aliquis sensus in vltimo verbo, quod si in media parte sententię latet, transire inuentionem & obscurare circuniacentibus verbis solet. In vltimo autem loco positum, animo quasi infigitur auditoris quale est illud Ciceronis, cum tibi in conspectu populi R. vomere necesse esset. transfert enim hoc vltimum. pene nihil valebit, si dicas, vt tibi necesse esset vomere in conspectu populi R. nam totius ductus hic est quasi mucro vt per sæfœda vomendi necessitas, iam nihil vltra expectantibus. hanc quoque adiicere deformitatem, vt prandium cibus teneri non posset. Felicissimus igitur sermo est, cui, & rectus ordo, & apta iunctura, & cum his numerus opportune cadẽs contingit. Quædam vero transgressionem vt Quintilianus inquit, & longæ sunt nimis, & interim etiam compositione vitiosæ, quæ in hoc ipsum petuntur, vt exultent atque lasciniãt, quales illæ: Sole, & aurora rubent plurima, inter sacra mouit aqua fraxinos, ne exequias quidem vnus inter miserrimos viderem meas. quod interim pessimum est, quia in re tristi ludit compositio. Hæc de ordine à nobis dicenda putauimus. Sequit̃ iunctura. quæ vt Cicero inquit, facit omnes orationis partes æquabiliter perpolitas. Nã inconcinna verborum compositio, illiberalem, & subrusticum plerunque sermonẽ reddit. Nec me præterit, eum de philosophia, de rep. deq. similibus disputationẽ, aut epistolas conscribentem, tanta cura in verborũ compositione laborare, quanta oratorem nõ oporteat. nisi cũ supra suam naturam forsitan aliquid tractant. Sed ea, inquit Cic. conseruabitur, si fugiemus crebras vocaliũ concursiones, quæ vastam atque hiantem orationem reddunt. Vt hæc est, Vaccæ æneæ amœnissime impendebant. Poterimus, inquit, perpolitam verborũ cõpositionem a fœditate immunem conseruare, si procurabimus, ne antecedẽtis dictionis vocalem, vocalis sequens hiatu excitat, qui vastam, & dissipatã reddat orationem. Vastam atque hiantem reddunt orationem, vt hęc eadem est, Vaccæ æneæ amœnissime impendebat. Hiat autem, qui ore patet: ab hio hias hisco hiscis fit. est autem hiscere, os aperire, vt loquatur. Iuuen.

Si quid mandaueris vnquam Mifarte.

Huius iteratiuum verbum est hiato. Plaut. Si qua forte concio est, vbi hiatare nondum in mentem venit. Cn. Atticus in vigesimo. Iliados, ille hiatus herbam moribundo ore. Laberius quoque in Tauro, passiuum enunciauit. Hiatantur fores, inquit pro eo sane quod est habitant, i. patent. vt hęc est, Vaccæ æneæ. sequentis enim dictionis initium præcedens vltimam excipit vocalem, cum reprehendendo hiatu. (Amœnissimæ impendebãt) Supra ostendit, similem à simili vocalem excipit hic, licet diuersas, inconcinne tamen magis. Hoc igitur docet Cicero, non tantum cauendum esse, ne pręcedentis verbi extrema vocalis, vocalem primam includat verbi sequentis, sed ne quidem vocalium concursus fiat, qui cum accidat, hiet, & intersistat, & quasi laboret oratio, Vt si dicas, æte emit, illi incumbit, in foro vel omnia ita impedit, tolerare omnia, ego eram, quod plenior fiat, structiorq. iunctura, si consonantes vocalibus applicẽtur, hoc pacto, ęre mercatur, illis totius incumbit, in foro cetera impedit ita, omnia tolerare, eram ego. Pessime tamen longę, quæ easdem inter se literas committant, sonabunt, præcipuus autem erit hiatus earum quæ cauo aut maxime paulo ore efferuntur. è planior litera est, langustior, ideoq. obscurius in his vitium. Minus peccabit, qui longis breues subiiciet, & qui longe pęponet breuẽ, minima est in duabus breuibus offensio. Nec tamen id omne vt crimen ingens expauescendum est. ac nescio negligentia in hoc an solicitudo sit peior, quando his metus impetum dicendi inhibeat, & a potioribus auertat necesse est. Quia vt negligentiæ est pars, hoc pati, ita humilitatis, vbique perhorrescere. Nec nos hęc solicitudo in verbis potius quam in rebus teneat occupatos, cum prius sensibus, deinde verbis ordo tribuendus sit, vt non tantum decore, sed etiam viribus impleatur oratio. Et nonnunquam hiulca decent, faciuntque ampliora quædam, vt pulchra ratione acta oratio. Et vt Ciceronis potissimum verbis vtar, habet ille tanquam hiatus, & concursus vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratã negligentiam hominis, magis de re quam de verbis laborantis. (Et si vitabimus eiusdem literę nimiam assiduitatem) Cui vitio hic versus erit exemplo nam hic nihil prohibet, in vitiis, alienis vti exemplis,

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Et eiusdem poetę.

Quidquam quisquam quenque quisque conueniat, neget?

[Et si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus) Ea est huiusmodi. Nam cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non est aggerenda. Nec vtemur continue similiter cadentibus verbis, hoc modo: Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestãtes. Verborum etiam traiectionẽ vitabimus. nisi quæ erit concinna, qua

na, qua de re posterius loquemur, quo in vitio est Cęcilius assiduus, ut in priore libro.

Has res ad te scriptas luci misimus Aeli.

Fugiendam quoque illã iuncturam ducere aliqui, ubi antecedens uerbũ in m, literam terminet, sequens à uocali incipiat: vt, bonũ aurum, iustum enim est. Sed ego non video, cur in oratore tantopere damnetur cum manifestum sit, quoties ea litera ultima est, & sequẽtis uerbis vocalis eã excipiat, parũ exprimi, non tamen amoueri, vt multũ ille & quantum erat. Pene .n. nouæ cuiusdam literæ sonum reddit, neque tamẽ eximitur sed obscuratur. Consonantes quoq; vitandæ, & præcipuæ quæ sunt asperiores in cõiunctura uerborũ, vt duo ss, veluti, vas studiorũ, vel cum s. litera clauduntur, vt Sex. Ruscius, vel cũ s, vltima, & x, sequentis initium est vt fluuius Xanthus, & cõtra aut cum ultima est x, & sequentis dictionis eadẽ prima, vt rex Xerxes. Eadem ratio de ceteris consonantibus est, si nimium frequentes ponantur, vt error Romulũ Remum sustulit. Videndum etiam, ne sæpius iungantur similiter conclusa: vt,

O fortunatam natam me consule Romam.

Item monosyllaba plura male cõtinuabuntur quia necesse est, compositio multis uerbis concisa subsultet, vt, Lex est quã rex vult Ideoq; & breuium verborum ac nominum vitanda continuatio: vt, Animal tenuis animæ mox moritur. Ex diuerso quoque longorum, afferunt .n. quandam dicendi tarditatem. vt, Munus naturæ fortuna mortali concessa est. Item videndũ, ne totidem syllabarũ multa uerba coniungantur. Denique, vt vno comprehendã uerbo, si omnibus, quibus contexitur oratio variabitur, probari poterit, si similiter iũgetur atq; decetur, sciamus ab erudita aure improbari cũ nihil sit quod æque nos delectet, quam rerum varietas, cõtra nihil magis fastidimus, quam rerum quantumcunq; similitudinẽ, hac maximas allicitur, hac mẽs humana voluptate trahitur. Repetitionibus vero nisi nimiæ sint, nam vbiq; vitiosum, quod nimium est, inflammatur. Hinc est, quod numeros variari i oratione Rhetores præcipiũt, nec vno unquã clausulas plures numero cõcludi, aut plura verba, verbis, vel nomina nominibus coniungere. Varietas ergo, si recte omnia cõsideramus, vna pene omniũ orationum virtutẽ mater est, quæ late patet, & per innumeras virtutes effunditur, cõtra similitudo uitium est, omnia pene comprehendens vitia. Id ergo in causa est, quod inquid, Et si vitabimus eiusdem literæ nimiam assiduitatem.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Versus hic fuit Ennii [Et si eiusdem uerbi assiduitatem nimiã fugiemus:) In hoc tamẽ sępe etiam ipse incipit Cicero, tã parum obseruationis securus, sicut hoc loco. Non solũ igitur iudicium iudicii simile iudices non fuit. [Et si non vtemur continenter similiter cadentibus verbis) Nec tantũ similiter cadentibus sed, & similiter desinentibus, nimium frequenter, inquit, non vtemur, & eisdem continenter. Nam licet in aliquo loco laudis nomen habeant, si nimium tamen affecta sunt, tædium generant quando gratia uarietatis non aduuantur, sed repetitionis uitio reprehenduntur. [Et si uerborum trãsiectionem vitabimus) Subaudiendum recte loquemur. [Transiectionem) Cum similiter desinentibus non continenter positis, sed verba interiecta vno aut pluribus ludit oratio; ut in illo versu Cæcilii, ad te scriptas luci) Aduerbium enim hic est Luci, hoc est cum primum dilucuium emicuit) misimus A eliũ, Aelium enim alloquitur [Item, fugere oportet longam uerborum continuationem) Periodon dicit .i. clausulam, de qua paulo post tractabitur, tam longe euehi non oportere, vt, & oratoris spiritum fatiget, cum spiritu vno debeat pronunciari, & auditoris etiam offendat aures. [His uitiis in compositione vitans) Hæc fuerunt, inquit, uitia, quæ euitare hominem eruditum in compositione pręcepimus. Nam sicut rerum uitia sunt, stultum, commune, contrarium superuacuum, ita corrupta oratio existit, in uerbis maxime impropriis, redundantibus comprehensione obscura, compositione fracta, uocum similium aut ambiguarum, & affectatione puerili, hoc est, ubi verba ponas, quæ neq; intellectum eius quod scribas iuuẽt, neq; ornatum. [Verborum exornatio est) Quam Latini uerborum exornatione Græci τρόπον dixerunt, sicut sententiarum exornationes, illi σχήματα nominarunt. In qua Cicero sententia est, qui de Claris oratoribus, sic verborum, inquit, immutationibus vtũtur, quos appellant tropos, & sententiarum orationisq. formis, quas uocant schemata, & cum Cicerone plerique, tam Græci quam Latini, licet Quintilianus tropos ad compositionem et referat quippe qui, inquit, Tropus est uerbi vel sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute mutatio, circa quem inexplicabilis, & grammaticis inter ipsos, & philosophis inter ipsos pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quid cuique subiiciatur. nos omissis quæ nihil ad instituendum oratorẽ pertinent cauillationib. necessarios maxime, atque usum receptos exequemur. Nec in his ista solũ annotasse contenti, quosdam gratia quoque significationis, quosdam decoris assumi, & esse alios in verbis propriis, alios in trãslatis, vertiq. formas nõ verborũ modo, sed sensuum, & compositionis simul dicimus. Quare mihi videntur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quam in quibus uerbum pro verbo ponetur. Voluit igitur Quintilianus tam tropos, quam schemata verborum, & orationis figuras dici.

Barbarismus est) Hoc ipso uocabulo quidam leuiter conuincere student, non esse hoc Cic. opus, quod A G. tradiderit, Latinos ea voce ante sua tempora non usus. LONG.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti. Sic,

Sosia in solario soleas sarciebat suas.

†Hæc, & in verborũ, & sententiarum exornationem, &c.) Tres sunt figurarum ordines. Primus ad dictionem pertinet, quale est hoc.

Pigrides vos hac facietis maxima Gallo,

Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

est enim dictionis repetitio, quæ paulo illustriorẽ reddit orationem. Secundus ordo pertinet ad orationem, ita vt oratio figuretur tantum, nõ etiam addatur aliquid, quo corpus orationis crescat Huiusmodi sunt interrogationes, nihil enim ad orationis corpus interrogatio facit, tantũ figurat modum orationis, ut vehemẽtius ut videatur dici, quã si simpliciter sine interrogatione referretur. Vehementius .n. est, quo me vertam? quã non habeo qua euadã. Tertius ordo sic ad orationem pertinet vt non ornet tantum, sed augeat quoq; orationis corpus, potestq; exornationi, qualis est distributio, Rem. lęsit, senatum violauit, equitũ ordinẽ afflixit, plebis opes diripuit. Huiusmodi figuris oratio augescit. Atq; hinc facile apparet, quomodo numeret exornatione Cic. aut quomodo Fabius. Cicero eni in duos priores ordines cõplectitur exornationibus verborũ, & tertium ordinem uocat exornationes sententiarum Quintil. duos priores ordines tantum pro schematis, sed figuris) nõ aũt nunc separo Tropos) habet: tertium ordinem nõ numerat inter schemata, sed partim inter amplificãdi formas, partim vult argumenta vocari. Hæc ex Melanch. Est autẽ hoc quidẽ Tropi, & Schematis discrimen. In tropo mutatur significatio, in figura non, sed tantũ variatur eius inflexio, aut in oratione compositio: vt, quo de aut cum loquendi forma mutatur: Quid non mortalia pectora cogis Nam hoc aliter effertur, quam si dicã, Nihil non cogit habendi cupiditas.

Elegantia est, quæ facit vt unumquodque uerbum videatur dici pure .i. sine vitio, & appropriate, & aperte i. sine obscuritate. Hæc .s. elegantia, diuiditur in latinitatẽ, & explanationem. Latinitas est, quæ conseruat sermonem purũ, & sup. remotum ab omni uitio. Vitia in sermone, quo .i. vt is .s. sermo sit minus .i. non satis latinus, possunt esse duo solœcismus, & barbarismus. Solœcismus est, cum .i. quando pluribus verbis .i. inter plura uerba, uerbum consequens .i. quod sequitur non accomodatur .i. non recte conformatur superiori .i. antepositio. vt si quærenti, quo vadis, dicas hic. Barbarismus est, cum aliquod verbum profertur vitiose. Nos dicemus dilucide .i. clare in arte grammatica (ergo etiam grammaticẽ composuit, aut componere cõstituit Cic.) qua ratione possimus vitare, hæc .s. dicta vitia. Explanatio est, quæ reddit orationẽ apertam, & dilucidam. Ea .s. explanatio comparatur .i. acquiritur duab. rebus, videlicet verbis usitatis, & propriis. Vsitata sunt ea, quæ uersantur in sermone, & cõsuetudine quotidiana. Propria sup. sunt ea, quæ sunt, aut esse possunt verba eius rei, de qua loquemur. Compositio est cõstructio verborum perpolita .i. perfecte exornata, æquabiliter .s. ex omni parte. Ea .s. compositio seruabitur .s. à nobis, si fugiamus crebras concursiones vocalium, quæ .s. vocales reddunt orationem vastã .i. inconcinnam, atq; hiantem .i. cum hiatu oris pronunciandã, vt est hæc vaccæ æneæ amœnissime impendebãt. Et sup. conseruabitur si vitabimus nimiam assiduitatem eiusdẽ literæ. Cui vnus hic versus .s. Ennianus erit. Exemplo) & si quis dicat auctorẽ facerem contra institutum suum, & præscriptum, nam promisit se suis non alienis usurum exemplis, id purgat, innuens quod intellexerit de exemplis non vitiosis) Nam nihil prohibet, hic .i. in hac re, vti exemplo, in vitiis alienis. ASC.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti.

Cuius facilis est intellectio, nã ordo est: O Tite Tati tyranne,

quia cum Romulo regnauit Titus Tatius. vnde vocatiuus est Tat. nam errant qui putant præcedente vocali scribi per e, co qp Mauricius Maurici declinetur. enim in Tatius. Statius. Lucretius. Metius. Sulpitius. Anitius. Plotius. Mutius, in quibus omnes uocales i, præcedant, ei, nō ei, in uocatiuo faciant, ture. i. tu ipse, nā tamet non recte dicatur; tulisti. i. abstulisti, aut sumpsisti tibi tanta. Et hic. s. uersus eiusdem poetæ. s. Enni. qui obscurior est. potest tamen sic intelligi quisquā aut quisque oeget, quidquam. i. quamlibet rem. quenque. i. & quem. & sup. is quē quisquam conuenias. i. postulet. & in ius vocet. oeget quidquā. Et sup conseruabitur, si nos fugiemus nimiam assiduitatē eiusdē verbi. i. dictionis, seu partis orationis. Ea. s. nimia assiduitas est huiusmodi. Nam non est ratio adhibere fidē ei rationi, cuius rationis ratio nō exiet. i. nō apparet. Et sup. cōseruabitur, si non vtemur cōtinenter. i. cōtinue sine interruptione verbis cadentibus similiter hoc modo. Veniebāt sup. flentes. plorātes obtestantes, lacrymantes, hoc ordine seruatur ratio versus, si modo uersus est. Et sup. cōseruabitur si uitabimus trāiectionem. i. transpositionē verborum, nisi sup. eam quæ erit concinna. i. iuxta aliquem colorē. de qua re nos loquemur posterius, in quo vitio est Cæcilius poeta comicus, ut in libro priore. s. duorū has res &c. vbi ordo melior esset. O Luci Aeli, nos misimus ad te has res scriptas, aut misimus has res scriptas ad te. Item, ut compositio conseruetur, oportet fugere longā continuationem verborū quæ lædit, &. i. simul aures auditoris, & spiritum. i. ut dicunt flatum, & anhelitū oratoris. His vitiis vitatis in cōpositione, reliquum operis. s. huius, est consumendum in dignitate. i. in præceptis de dignitate seruanda in variis coloribus. Dignitas est, quæ reddit. i. efficit orationem ornatam, distinguens supp. eam varietate. Hic diuiditur in exornationem verborum & sententiarū. Exornatio uerborum est, quę continetur. i. concluditur, & cōpletur, insignita. i. insignis. electa, & illustris perpolitione. i. perfecta venustatione ipsius sermonis. Exornatio sentētiarum est, quę habet quādam. i. certam dignitatem. i. venerabilem decorem non in verbis, sed in ipsis rebus.

DE EXORNATIONIBVS VERBORVM.

REPETITIO est, cū continenter ab vno, atq; eodē verbo in rēbus similibus, & diuersis principia sumūtur hoc modo: Vobis istud attribuendū est, vobis gratia habēda, vobis res ista erit honori. Itē: Scipio Numātiā sustulit, Scipio Carthaginē deleuit, Scipio pacem perperit, Scipio ciuitatē seruauit. Item: Tu i forū prodire, tu lucem conspicere, tu in horū conspectum venire conaris? Audes verbum facere, audes quidquā ab istis petere, audes supplicium deprecari? Quid est, qđ possis defendere? quid est, quod audes postulare? quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum reliquisti? nō amicos prodidisti? non parenti manus intulisti? nō deniq; in omni dedecore uolutatus es? Hæc exornatio cū multū venustatis habet, tum grauitatis, & acrimoniæ plurimū. quare videtur esse adhibenda, & ad exornandum, & ad augēdā orationē. Couersio est, per quā non, vt ante, primū repetimus verbū, sed ad postremū continēter reuertimur. hoc modo: Pœnos populus R. iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Itē. Ex quo tēpore concordia de ciuitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est. Itē: C. Lælius homo nauus erat, ingeniosus erat, doctus erat bonis viris, & studiis amicus erat: ergo in ciuitate primus erat. Itē: Nā cū istos, vt absoluant te, rogas, ut peierent, rogas; vt existimationē negligāt, rogas; vt legēs P. R. tuæ libidini largiantur, rogas. Cōplexio est, quæ utranq; cōplectitur exornationē, & hāc, & quā ante exposuimus, vt & repetatur idē primum verbū sæpius, & crebro ad idē postremum reuertamur, hoc modo. Qui sunt qui fœdera sæpe ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellū in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiā deformauerūt? Carthaginienses. Qui sunt, q̄ sibi postulant ignosci? Carthaginienses. Videte ergo, quid cōueniat eos impetrare. Itē: Quē senatus damnarit, quē P. R. dānarit, quē omnium existimatio dānarit, eum vos sententiis vestris absoluetis? Traductio est, quæ facit vt, cum idē uerbū crebrius ponatur, nō modo non offendat animum, sed et concinniorē orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius uita, is eum virtute vitā non pōt colere. Item: Eū tu hominē appellas, qui si fuisset homo, nunq̄ tā crudeliter vitā hominis petisset. At erat inimicus: ergo inimicū sic vlcisci uoluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus. Itē: Diuitias sine diuitū esse, tu vero virtutē præter diuitijs. nā si voles diuitias cum uirtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbūtur diuitiæ, quæ uirtutis pedissequæ sint. Ex eodē gñe exornationis, cū idē verbum modo ponitur in hac, modo in altera re, hoc modo: Cur eā rē tā studiose curas, quæ multas tibi dabit curas. Itē: Amari iucundū est, si curetur ne quid insit amari. Itē: Veniā advos, si mihi senatus det veniā. In his quatuor gñibus exornationū, quæ adhuc propositæ sunt, nō inopia verborū fit, vt ad idē verbū redeatur sæpius: sed idest festiuitas quædā, q̄ facilius auribus diiudicari, q̄ verbis demonstrari pōt. Cōtentio est, cū ex cōtrariis verbis oratio cōficitur, hoc pacto: Habet assentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos affert. Itē: Inimicis te placabilē, amicis inexorabilē pbes. Item: In ocio tumultuaris, in tumultu solus es ociosus. In re frigidissima cales, in feruētissima friges. Tacito cū opus ē, clamas: cū loq̄ cōuenit, obmutescis. Ades, abesse vis: abes, reuerti cupis. In pace bellū q̄ritas, in bello pacē desideras. In cōcione de virtute loq̄ris, in prælio p̄ ignauia tubæ sonitū pferre nō potes. Hoc gñe si distinguemus orationē, & ornati, & graues poterimus esse. Exclamatio est, q̄ cōficit significationē doloris, aut īdignationis alicuius, p hōis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam cōpellationē, hoc homo: Tu nūc alloquor Africane cuius mortui quoq; nomē splendori ac decori est ciuitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerūt inimicorū crudelitatē. Itē: O pfidiosæ Fregellæ, q̄ facile scelere vestro cōtabuistis: vt, cuius nitor vrbis Italiā nup illustrauit, eius nūc vix fundamentorū reliquiæ maneāt. Itē: Bonorū insidiatores latrocinio vitā innocētissimi cuiusq; petistis: tantā ne ex iniqtate iudiciorū vestris calūniis assumitis facultatē? Hac exclamatione si loco vtemur, & raro, & cū rei magnitudo postulare videbitur, ad quā volemus īdignationē animū auditoris adducemus. Interrogatio nō oīs grauis est, neque cōcinna, sed hæc, q̄, cū enumerata sunt ea, q̄ obsūt causæ aduersariorū, cōfirmat superiorē orōnem, hoc pacto: Cū igitur hæc oīa faceres, diceres, administrares, vtrū animos sociorū ab rep. remouebas, & alienabas, an nō? & utrū ne aliquē exornari

oportuit,qui ista prohiberet,ac fieri nõ fineret,an non? Ratiocinatio eſt,per quã ipſi à nobis rõnem poſcimus quare qdq; dicamus, & crebro nosmet à nobis petimus vniuſcuiuſque propoſitionis explanationẽ. ea eſt hmõi: Maiores nrĩ ſi quã vnius peccati mulierẽ dãnabant, ſimplici iudicio multo rũ maleficiorũ conuictã putabãt. Quo pacto?qm, q̃ impudicã iudicarant, eã veneficii quoq; dãnatã exiſtimabant.Quid ita?quia neceſſe eſt eã,q̃ ſuum corpus ad dixerit turpiſsimæ cupiditati, timere permultos. Quos iſtos? virũ,parentes,ceteros,ad quos videt ſui dedecoris infamiã pertinere. Quid poſtea? quos tantopere timeat, eos neceſſe eſt vt, quoquo modo poſsit. veneficio petat. Cur? quia nulla põt honeſta rõ retinere eã, quã magnitudo peccati facit timidã, intẽperantia audacẽ, natura muliebris inconſideratã.Quid veneficii damnatã? quid?putabant impudicã quoq; neceſſario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficiũ cauſa,q̃ turpis amor, & intẽperans libido cõmouere potuit: cũ, cuius aĩus mulieris eſſet corruptus eius, corpus caſtũ eſſe nõ putarint. Quid in viris? idem ne hoc obſeruabant?minime. Quid ita?quia viros ad vnũquodq; maleficiũ ſingulæ cupiditates impellũt: mulieres ad oĩa maleficia cupiditas vna ducit. Itẽ:Bene maiores noſtri hoc cõparauerunt,vt neminẽ regẽ,quẽ armis cepiſsẽt,vita priuarẽt.Quid ita? quia,quã nobis facultatẽ fortuna dediſſet,ini quũ erat in eorũ ſupplicio conſumere, quos eadẽ fortuna paulo ante ĩ ampliſsimo ſtatu collocarat. Quid, ꝙ exercitũ contra duxit? deſino meminiſſe. Quid ita?quia viri fortis eſt, qui de victoria cõtendãt,eos hoſtes putare; qui victi ſunt,eos hoĩes iu dicare, vt poſsit bellũ fortitudo minuere,pacẽ hu manitas augere. At ille, ſi viciſſet,nũ idẽ feciſſet? nõ profecto tã ſapiens fuiſſet. Quid igitur ei parcis? talẽ ſtultitiã cõtemnere,non imitari cõſueui. Hæc exornatio ad ſermonẽ vehementer accõmodata eſt,& aĩum auditoris retinet tũ venuſtate ſermonis,tũ rõnũ expectatione.Sententia eſt oratio ſumpta de vita,q̃,aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat in vita, breuiter oſtendit,hoc modo:Difficile eſt primũ virtutẽ reuereri, q̃ ſemp ſecũda fortuna ſit vſus. Itẽ:Liber eſt is exiſtimãdus,q̃ nulli turpitudini ſeruit.Itẽ:Egẽs æque eſt is,qui nõ ſatis habet,& is,cui nihil ſatis põt eſſe.Itẽ:Optima viuẽdi rõ eſt eligenda:eã iucundã conſuetudo reddet. hmõi ſnĩæ ſimplices non ſunt improbandæ: ppea ꝙ habet breuis expoſitio,ſi rõnis nullius indiget, magnã delectationẽ. Sed illud quoq; probandum eſt genus ſnĩæ, qđ cõfirmatur ſubiectione rõnis, hoc modo: Oẽs bene viuendi rationes in virtute ſunt collocandæ: ppea ꝙ ſola virtus in ſua ptãte eſt, omnia ꝑterea ſubiecta ſunt fortunæ dnãtioni. Itẽ:Qui fortunis alicuius inducti amicitiã eius ſe cuti ſunt,hi, ſimulac fortuna dilapſa eſt, deuolant oẽs. Cũ.n.receſsit ea res,q̃ fuit cõſuetudinis cauſa, nihil ſupeſt quare poſsint in amicitia retineri. Sunt itẽ ſnĩæ, quæ duplices efferuntur, hoc modo ſine rõne: Errant, qui in proſperis rebus omnes impetus fortunæ ſe putant fugiſſe. Sapienter cogitant, qui tpibus ſecundis caſus aduerſos reformidant. Cũ ratione,hoc pacto: Qui adoleſcentiũ peccatis ignoſci putant oportere, falluntur, ppea ꝙ ætas illa nõ eſt impedimẽto bonis ſtudiis; at hi ſapienter faciũt,qui adoleſcẽtes maxime caſtigãt, vt, quibus virtutib. oẽm vitam tueri poſsint, eas in ætate maturiſsima velint cõparare.Snĩas interponi raro conuenit; vt rei actores,non viuẽdi præceptores eſſe videamur. cũ ita interponentur,mul tũ afferent ornamenti.nam neceſſe eſt animo eam cõprobet tacitus auditor, cũ ad cauſam videat accõmodari rẽ certam ex vita,& moribus ſumptam. Contrariũ idem fere eſt,quod contentio.Contrariũ eſt,quod ex rebus diuerſis duabus,alterã breuiter,& facile cõfirmat, hoc pacto: Nam,qui ſuis rõnib. inimicus fuerit ſemper,eũ quo modo alienis rebus amicũ fore ſperes?Itẽ:Nam,quẽ in amicitia perfidioſum cognoueris,eũ quare putes inimicitias cũ fide habere poſſe? Et qui priuatus intolerabili ſuperbia fuerit,eũ commodũ,& ſui cognoſcentem videre in ptãte quis ſperet? Et qui in ſermonibus,& cõuentu amicorũ verũ dixerit nunquam,eũ ſibi in concionib. credis à mendacio tẽperaturũ? Itẽ:Quos ex collibus deiecimus, cũ his in cãpo metuimus dimicare? Qui cũ plures erant, paucis nobis exæquari nõ poterant, hi poſtq̃ pauciores ſunt,metuimus ne ſint ſuperiores? Hoc exornationis genus breuibus, & continuatis verbis perfectũ eſſe debet,& cũ cõmodum eſt auditu ꝓpter breuẽ, & abſolutam concluſionẽ, tum vero vehemẽter id,qđ opus eſt oratori, cõprobat contraria re,& ex eo, qđ dubiũ non eſt, expedit illud,quod dubiũ eſt,vt aut dilui nõ poſsit,aut multo difficillime poſsit. Mẽbrum orõnis appellatur res breuiter abſoluta ſine totius ſnĩæ demonſtratione, quæ denuo alio mẽbro orõnis excipitur,hoc modo: Et inimico proderas. i. vnũ,quod appellatur mẽbrũ: deinde hoc excipiamur oportet ab altero,& amicũ lædebas.Ex duobus mẽbris hæc exornatio põt conſtare: ſed cõmodiſsima, & abſolutiſsima eſt,q̃ ex tribus cõſtat,hoc pacto: Et inimico ꝓderas,& amicũ lædebas,& tibi ipſi nõ cõſulebas. Itẽ: Nec reip.cõſuluiſti,nec amicis ꝓfuiſti,nec inimicis reſtitiſti. Articulus dr̃,cum ſingula verba interuallis diſtinguent cæſa orõne,hoc modo: Acrimonia,voce,vultu aduerſarios perterruiſti. Itẽ:Inimicos inuidia,iniuriis,potẽtia,ꝑfidia ſuſtuliſti. Inter hu ius gñis,& illius ſupioris vehemẽtiã hoc intereſt, ꝙ illud tardius,& rarius venit,hoc crebrius,& celerius ꝑuenit. itaq; in illo gñe ex remotione brachii,& cõtortione dextræ gladius ad corpus afferri,in hoc aũt crebro, & celeri vulnere corpus conſauciari vr̃. Cõtinuatio eſt dẽſa,& cõtinẽs frequẽtatio verborũ cũ abſolutione ſnĩarũ. ea vtemur cõ modiſsime tripertito,in ſnĩa,in cõtrario, in cõcluſione. In ſnĩa,hoc pacto: Ei non multũ põt obeſſe fortuna,qui ſibi firmius in virtute,q̃ in caſu ꝓſidiũ collocauit. In cõtrario,hoc modo: Nã ſi quis ſpei non multũ collocarit in caſu,quid eſt ꝙ ei magno pere caſus obeſſe poſsit? In cõcluſione,hoc pacto: Quòd ſi in eos plurimũ fortunæ põt, qui ſuas rõnes oẽs in caſum cõtulerũt, nõ ſunt oĩa cõmitten da fortunæ, ne magnã nimis in nos habeat dnãtionẽ. In his tribus gñib. ad continuationis vim adeo frequẽtatio eſt neceſſaria,vt infirma facultas orato-

ris videatur, nisi sententiã, & contrariũ, & conclu-
sionẽ frequentib. efferat verbis. Sed & alias quoq;
nonnunquã non alienũ est, tametsi necesse nõ est,
eloqui res aliquas per huiuscemodi continuatio-
nes. Cõpar appellatur, ꝙ habet in se membra ora-
tionis, de quibus ante diximus, quæ cõstant ex pa
ri ferè numero syllabarũ. hoc nõ de enumeratione
nostra fiet: nã id quidem puerile est, sed tñ affert
vsus, & exercitatio facultatis, vt animi quodã sen-
su par mẽbrũ superiori referre possimus, hoc mo
do: In prœlio mortẽ pater oppetebat, domi filius
nuptias cõparabat: hæc omnia graues casus admi-
nistrabant. Itẽ: Illi fortuna felicitatẽ dedit, huic in
dustria virtutẽ cõparauit. In hoc genere sæpe fieri
põt, vt nõ plane par sit numerus syllabarũ, & tamẽ
esse videatur, si vna antẽt altera syllaba est alterum
breuius: aut si, cum in altero plures sunt, in altero
lõgior aut lõgiores, plenior aut pleniores syllabæ
erũt; vt lõgitudo aut plenitudo harũ multitudinẽ
alterius assequatur, & exæquet. Similiter cadens,
exornatio dicitur, cũ in eadẽ cõstructione verbo-
rũ duo aut plura sunt verba, q̃ similiter iisdẽ casib.
efferũtur, hoc modo: Hominẽ laudas egentẽ virtu
tis, abundantẽ felicitatis. Itẽ: Cuius omnis in pe-
cunia spes est, eius à sapiẽtia est animus remotus.
Diligentia cõparat diuitias, negligentia corrũpit
animũ: & tñ, cũ ita viuit, neminẽ præ se ducit ho-
minẽ. Similiter desinens est, cũ, tametsi casus non
insunt in verbis, tñ similes exitus sunt, hoc pacto:
Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vi-
uis inuidiose, delinquis studiose, loqueris odiose.
Itẽ: Audacter territas; humiliter placas. Hæc duo
gña, quorũ alterũ in exitus, alterũ in casus similitu
dine versatur, inter se vehemẽter conueniũt, & ea
re, qui his bene vtũtur, plerũq; simul ea collocant
in iisdẽ partib. orõnis. Id hoc pacto iacere opor-
tet: Perditissima ratio est amorẽ petere, pudorem
fugere, diligere formã, negligere famam. Hic & ea
verba, q̃ casus habẽt, ad casus similes; & illa, q̃ non
hñt, ad similes exitus veniũt. Annominatio est, cũ
ad idẽ verbũ acceditur cõmutatione, vel additio-
ne vnius literæ, aut literarũ, syllabæ, aut syllabarũ;
aut ad res dissimiles similia verba accõmodantur.
eæ multis, & variis rationibus conficitur. Attenua
tione aut cõplexione eiusdem literæ, sic: Hic, qui
se magnifice iactat atq; ostentat, veniit à te ante,
q̃ Romam venit. Ex contrario: Hic, quos homines
alea vincit, eos ferro statim vinciit. Productione
eiusdẽ literæ, hoc modo: Hunc auium dulcedo du
cit ad auium. Breuitate eiusdẽ literæ, hoc modo:
Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tñ non
tñ curiam diligit, quantum Curiam. Addendis li-
teris, hoc pacto: Hic sibi posset temperare, nisi amo
ri mallet obtẽperare. Demendis literis, sic: Si leno
nes tanq̃ leones vitasset, vitæ se tradidisset. Trans-
ferendis literis, sic: Videte iudices, vtrum homini
nauo, an vano credere malitis. Itẽ: Nolo esse lauda
tor, ne videar adulator. Cõmutandis, hoc modo:
Deligere oportet, quẽ velis diligere. Hæ sunt an-
nominationes, q̃ in literarũ cõmutatione breuita
te, aut ꝓductione, aut trãslatione, aut aliquo hmõi
genere versantur. Sunt aũt aliæ, quæ nõ habent tã
propinquã in verbis similitudinẽ, & tñ dissimiles
non sunt: quibus de generibus vnum est hmõi:
Quid veniã, qui sim, quare veniã, quem insimulẽ,
cui prosim, quem postulẽ, breui cognoscetis. Nã
hic est in quibusdã verbis quædã similitudo non
tã affectanda, q̃ illæ superiores, sed tamẽ adhiben
da nonnunquã. Alterum genus hmõi: Demus ope
rã Quirites, ne omnino P.C. circũscripti putẽtur.
Hæc annominatio accedit magis ad similitudinẽ,
q̃ illa superior, sed minus, q̃ illæ superiores: ꝓpea
ꝙ non solũ additæ, sed vno tpe demptæ quoque li
teræ sunt. Tertium genus est, quod versatur in ca-
suũ commutatione, aut vnius, aut pluriũ nominũ:
vnius nominis, hoc modo: Alexãder Macedo sum
mo labore animũ ad virtutes à pueritia confirma-
uit. Alexandri virtutes per orbem terræ cũ laude,
& gloria vulgatæ sunt. Alexandro si vita data lon-
gior esset, trans Oceanum Macedonũ gloria trãs-
uolasset. Alexandrũ omnes maxime metuerũt, itẽ
plurimũ dilexerũt. Varie hic vnum nomen in cõ-
mutatione casuum volutatum est. Plura nomina,
casibus cõmutatis, hoc modo faciunt annomina-
tionem: T. Gracchum, remp. administrantẽ, indi-
gna ꝓhibuit nex diutius in ea cõmorari. C. Grac-
cho similiter occasio oblata est, quæ reip. virum
amantissimũ subito de sinu ciuitatis eripuit. Sa-
turninũ, fide captũ, malorum perfidia per scelus
vita priuauit. Tũ ô Druse sanguis domesticos pa
rietes, & vultũ parẽtis aspersit. Sulpitio, cui paulo
ante omnia concedebant, eũ breui spatio nõ mo-
do viuere, sed etiã sepeliri prohibuerũt. Hæc tria
genera proxima exornationũ, quorũ vnum in si-
militer cadentibus, alterũ in similiter desinentib.
verbis, tertiũ in annominationibus positũ est, per
raro sumenda sunt, cũ in veritate dicemus: ꝓpea
ꝙ nõ hæc videntur reperiri posse sine elaboratio-
ne, & consumptione operæ. Eiusmodi aũt studia
ad delectationẽ, q̃ ad veritatẽ videntur accõmoda
tiora. Quare fides, & grauitas, & seueritas orato-
ria minuitur his exornationib. frequenter collo-
catis: & non modo tollitur auctoritas dicendi, sed
offenditur quoq; in eiusmodi oratione auditor:
ꝓpea ꝙ est in his lepos, & festiuitas, non dignitas,
neq; pulchritudo. quare q̃ sunt ampla, & pulchra,
diu placere põt: q̃ lepida, & cõcinna, cito satietate
afficiũt auriũ sensum fastidiosissimũ. Quo modo
igitur, si crebro his gñib. vtemur, puerili videbi-
mur elocutione delectari: ita, si raro has interserẽ
mus exornationes, & in causa tota varie disperge
mus, cõmode luminib. distinctis illustrabimus ora
tionẽ. Subiectio est, cũ iterrogamus aduersarios,
aut q̃rimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos
dici possit: deinde subiicimus id, qđ dici opor-
tet, aut qđ nõ oportet, aut nobis adiumẽto futurũ
sit, aut offuturũ illis è cõtrario, hoc modo: Quæro
igitur vnde iste tã pecuniosus sit factus. Amplum
patrimoniũ relictũ est? at patris bona venierunt.
Hereditas aliqua obuenit? nõ põt dici: sed ẽt à ne-
cessariis oĩb. exhereditatus est. Præmium aliqđ ex
lite aut iudicio cepit? non modo id non fecit. sed
etiã insuper ipse grandi sponsione victus est. Er-
go, si his rationibus locupletatus nõ est, sicut om-
nes videtis, aut isti domi nascitur aurum, aut vnde
licitum nõ est pecunias accepit. Itẽ: Sæpe iudices
ani-

animaduerti, multos aliqua ex honesta re, quã ne inimici quidẽ criminari posśint, sibi præsidiũ petere, quorũ nihil põt aduersarius facere. Nã vtrũ ad patris eius virtutẽ cõfugiet? at eũ vos iurati capite dãnastis. An ad suã reuertetur antiquã vitam alicubi honeste tractatã? non. nam hic quidẽ ante oculos vestros quo modo vixerit, scitis oẽs. An cognatos suos enumerabit, quibus vos cõueniat cõmoueri? at hi quidẽ nulli sunt. Amicos ꝓferet? at nemo est, qui sibi nõ putet turpe, istius amicũ nominari. Itẽ: Credo inimicũ, quẽ nocentẽ putabas, in iudiciũ adduxisti? non; nã indemnatũ necasti. Leges, quæ id facere prohibẽt, veritus es? at ne scriptas quidẽ iudicasti. Cũ ipse te veteris amicitiæ cõmonefaceret, cõmotus es? at nihilo minus, sed ẽt studiosius occidisti. Quid? cũ tibi pueri ad pedes volutarẽtur, misericordia motus es? at eorũ patrẽ crudelisśime sepultura quoq; prohibuisti. Multũ inest acrimoniæ, & grauitatis in hac exornatione: ꝓpterea ꝙ, cum quæsitũ est quid oporteat, subiicitur id non esse factũ. quare facillime fit, vt augeatur indignitas negocij. Ex eodẽ genere, vt ad nostrã quoq; personã referamus subiectionẽ, sic: Nã quid me facere cõueniret, cũ à tota Gallorũ multitudine circũsederer? an dimicarẽ? at cum parua manu tũ prodiremus, locũ quoq; inimicisśimũ habebamus. Sederẽ in castris? at neq; subsidiũ, qđ expectarẽ, habebamus, neq; erat quò vitã ꝓduceremus. Castra relinquerẽ? at obsidebamur. Vitã militũ negligerẽ? at ea videbar eos accepisse conditione, vt, quoad posśẽ, incolumes patriæ, & parentib. conseruarẽ. Hostiũ conditionẽ repudiarẽ? at salus antiquior est militũ, q̃ impedimẽtorũ. Huiusmodi consequuntur identidẽ subiectiones, vt ex oĩb. ostẽdi videatur, nihil potius, q̃ quod factũ sit, faciendũ fuisse. Gradatio est, in qua non ante ad cõsequens verbũ descenditur, q̃ ad superius conscẽsum est, hoc modo: Nã quæ reliqua spes manet libertatis, si illis &, qđ libet, licet: &, qđ licet, posśunt: &, qđ posśunt, audẽt: &, qđ audẽt, faciunt: &, qđ faciũt, vobis molestũ nõ est? Itẽ: Nõ sensi hoc, & nõ suasi: neq; suasi, & nõ ipse statim facere cœpi: neq; facere cœpi, & nõ perfeci: neq; perfeci, & nõ probaui. Itẽ, Africano industria virtutẽ, virtus gloriã, gloria æmulos cõparauit. Itẽ: Imperium Græciæ fuit penes Athenienses, Atheniensiũ potiti sunt Spartiatæ, Spartiatas superauere Thebani, Thebanos Macedones vicerũt, qui ad imperiũ Græciæ breui tpe adiũxerunt Asiã bello subactã. Habet in sequendã leporẽ superioris cuiusq; crebra repetitio verbi, quæ propria est huius exornationis. Definitio est, q̃ rei alicuius propria amplectitur ptãtes breuiter, & absolute, hoc modo: Maiestas reip. est, in qua cõtinetur dignitas & amplitudo ciuitatis. Itẽ: Iniuriæ sunt, q̃ aut pulsatione corpus, aut cõuitio aures, aut aliqua turpitudine vitã cuiuspiã violant. Itẽ: Nõ est ista diligẽtia, sed auaritia: ideo ꝙ diligẽtia est accurata cõseruatio suorũ, auaritia iniuriosa appetitio alienorum. Itẽ: Non est ista fortitudo, sed temeritas, ꝓpterea ꝙ fortitudo est contemptio laboris, & periculi cũ rõne vtilitatis, & cõpensatione cõmodorũ: temeritas est cũ inconsiderata laborum perpesśione gladiatoria periculorũ susceptio. Hæc igitur cõmoda putatur exornatio, ꝙ omnẽ rei cuiuspiã vim, & ptãtem ita dilucide proponit, & breuiter explicat, vt neque plurib. verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur. Transitio vocatur, quæ, cũ ostendit breuiter qđ dictum sit, proponit itẽ breui qđ cõsequatur, hoc modo: In patriã cuiusmodi fuerit, habetis: nunc, in parẽtes qualis extiterit, cõsiderate. Itẽ: Mea in istũ beneficia cognoscitis: nunc, quo modo iste mihi gratiã retulerit, accipite. Proficit hæc aliquãtum exornatio ad duas res: nã &, quid dixerit, cõmonet, & ad reliquũ comparat auditorẽ. Correctio est, quæ tollit id, quod dictum est, & pro eo id, quod magis idoneũ videtur, reponit, hoc pacto: Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset modo, hoc facile posset. Itẽ: Nam postq̃ isti vicerunt, atq; adeo victi sunt, eã quõ victoriã appellẽ, quæ victoribus calamitatis, q̃ boni dederit? O virtutis comes inuidia, q̃ bonos insequeris plerũque, atq; adeo insectaris. Cõmouetur hoc genere animus auditoris. res.n. cõi verbo elata, tantummodo dicta videatur: ea post ipsius oratoris correctionẽ magis idonea fit pronũciatione. Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, ꝓsertim cum scribas, ad optimũ & lectisśimum verbum deuenire? est, cum nõ est satius, si cõmutatio verbi id erit demõstratura, eiusmodi rẽ esse, vt, cum eã cõi verbo appellaris, leuius dixisse videaris; cum ad lectius verbũ accedas, insigniorẽ facias. Quòd si cõtinuo venisses ad id verbũ, nec rei, nec verbi gratia animaduersa esset. Occupatio est, cũ dicimus nos ꝓterire, aut nõ scire, aut nolle dicere id, qđ tunc maxime dicimus, hoc modo: Nã de pueritia quidem tua, quã tu omni intẽperantiæ addixisti, dicerẽ, si hoc tẽpus idoneum putarem: nunc cõsulto relinquo. Et illud ꝓtereo, ꝙ rei militari te infrequentẽ tradidit. Deinde, ꝙ iniuriarum satis fecisti L. Labeoni, nihil ad rẽ pertinere puto. Horum nihil dico: reuertor ad illud, de quo iudicium est. Itẽ: Nõ dico te ab socijs pecunias accepisse: nõ sum in eo occupatus, ꝙ ciuitates, regna, domos omnium depeculatus es: furta, rapinas oẽs tuas omitto. Hæc vtilis est exornatio, si aut rẽ, quã non pertineat alijs ostendere, occulte admonuisse prodest; aut si longũ est, aut ignobile, aut planum, aut non potest fieri, aut facile põt reprehendi; vt vtilius sit occulte fecisse suspicionẽ, q̃ huiusmodi intẽdisse orationem, quæ redarguatur. Disiunctio est, cum eorum, de quibus dicimus, aut vtrunque, aut vnũquodq; certo concluditur verbo, sic: Populus R. Numantiã deleuit, Carthaginẽ sustulit, Corinthũ disiecit, Fregellas euertit. Nihil Numãtinis vires corporis auxiliatæ sunt, nihil Carthaginensib. scientia rei militaris adiumẽto fuit, nihil Corinthiis erudita calliditas ꝓsidii tulit, nihil Fregellanis morum, & sermonis societas opitulata est. Itẽ: Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguit. Hic vtrũq; & in superiore exẽplo vnãquãque rẽ certo verbo cõcludi videmus. Coniunctio est, cũ interpositione verbi, & superioris orõnis partes cõprehẽduntur, & inferiores, hoc modo: Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Adiũctio est, cũ

verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremū collocamus: primū, hoc pacto: Defloreſcit formæ dignitas aut morbo, aut vetuſtate: poſtremum ſic: Aut morbo aut vetuſtate formæ dignitas defloreſcit. Ad feſtiuitatē diſiūctio eſt appoſita. quare rarius vtemur ea, ne ſatietatem pariat. Ad breuitatē coniunctio. quare ſæpius adhibēda eſt. Hæ tres exornationes de ſimplici genere manant. Conduplicatio eſt, cū ratione amplificationis, aut cōmiſerationis, eiuſdē vuius, aut pluriū verborū iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi tumultus domeſticos, & inteſtinos cōparat. Item: Commotus non es, cū tibi mater pedes amplexaretur, nō es cōmotus. Item: Nunc etiā audes in horum conſpectū venire proditor patriæ, proditor inquā patriæ venire audes in horum conſpectū? vehementer auditorem cōmouet eiuſdē redintegratio verbi, & vulnus maius efficit in cōtrario cauſæ, quaſi aliquid telū ſæpius perueniat in eandē partē corporis. Interpretatio eſt, quæ nō iterans idē redintegrat verbum, ſed id cōmutat, quod poſitū eſt, alio verbo, quod idē valeat, hoc modo: Rēp. radicitus euertiſti, ciuitatē funditus deieciſti. Itē: Patrē nefarie verberaſti, parenti manus ſcelerate intuliſti. Neceſſe eſt eius, qui audit, animū cōmoueri, cū grauitas prioris dicti renouatur interpretatione verborū. Cōmutatio eſt, cū duæ ſentētiæ inter ſe diſcrepantes ex trāſiectione ita efferūtur, vt à priore poſterior cōtraria priori proficiſcatur, hoc modo: Eſſe oportet vt viuas, nō viuere, vt edas. Itē: Ea re poemata nō facio, quia, cuiuſmodi volo, nō poſsū; cuiuſmodi poſſum, nolo. Itē: Quæ de illo dicūtur, dici non poſſunt: q̄ dici poſſunt, nō dicūtur. Itē: Si poema, loquens pictura eſt: pictura, tacitū poema debet eſſe. Itē: Quia ſtultus es, ea re taces: nō tamē, quia taces, ea rē ſtultus es. Non pōt dici quin cōmode fiat, cū cōtrariæ ſentētiæ trāſlatione verba quoq; conuertātur. Plura ſubiecimus exēpla, vt, q̄m difficile eſt hoc genus exornationis inuentu, dilucidū eſſet, at, cū bene eſſet intellectū, facilius in dicendo inueniretur. Permiſsio eſt, cum oſtēdimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere, & concedere alicuius voluntati, sic: Q̄m, omnibus rebus ereptis, ſolū mihi ſupereſt animus, & corpus, hæc ipſa, quæ mihi de multis ſola relicta ſunt, vobis, & veſtræ cōdono poteſtati. vos me, quo pacto vobis videtur, vtamini atque abutamini licebit impune: in me, quidquid libet, ſtatuite: dicite, atque obtēperabo. Hoc genus tametſi alias quoque nōnunquā tractandum eſt, tamen ad miſericordiam cōmouendam vehemētiſsime eſt accōmodatum. Dubitatio eſt, cū quærere videtur orator, vtrū de duobus potius, aut quid de pluribus potiſsimum dicat, hoc modo: Obſuit eo t̄pe plurimū reip. Cōſulū, ſiue ſtultitiam, ſiue malitiā dicere oportet, ſiue vtrunque. Itē: Tu iſtud auſus es dicere homo omniū mortaliū? quæro quonam te digno moribus tuis appellē nomine. Expeditio eſt, cū, rationib. cōpluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut nō fieri, potuerit, ceteræ tollūtur, vna relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Neceſſe eſt, cum conſtet iſtum noſtrum fundum fuiſſe, oſtendas te aut vacuum poſſediſſe, aut vſu tuum feciſſe, aut emiſſe, aut hereditate tibi veniſſe. Vacuū, cū ego adeſſem, poſsidere non potuiſti: tuū vſu feciſſe etiā nū non potes: emptio nulla profertur: hereditate tibi me viuo mea pecunia venire nō potuit. relinquitur ergo, vt me vide meo fundo deieceris. Hæc exornatui plurimū iuuabit cōiecturales argumentationes, ſed nō erit tanquam in plerisque, vt, cū velimus, ea poſsimus vti. nā facere id non poterimus, niſi nobis ipſa negocij natura dabit facultatē. Diſſolutio eſt, quæ, cōiunctionibus verborū è medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur, hoc modo: Gere morē parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. Itē: Deſcende in integrā defenſionem, noli quidquam recuſare, da ſeruos in quæſtionē, ſtude verū inuenire. Hoc genus, & acrimoniā habet in ſe, & vehementiſsimū eſt, & ad breuitatem accommodatum. Præciſio eſt, cū, dictis quibuſdā, reliquū, quod cœptum eſt dici, relinquitur in audientium iudicio, ſic: Mihi tecum par certatio non eſt: ideo quòd populus R. me: nolo dicere, ne cui forte arrogans videar: te autem ſæpe ignominia dignum putauit. Itē: Tu iſta nunc audes dicere, qui nuper alienæ domui? non auſim dicere, ne, cum te digna dixero, me indignū quidpiam dixiſſe videar. Hic atrocior tacita ſuſpicio, quàm diſerta explanatio facta eſt. Cōcluſio eſt, quæ breui argumentatione ex ijs, quæ ante dicta ſunt, aut facta, conficit id, quod neceſſario conſequatur, hoc modo: Quòd ſi Danais datum erat oraculum non poſſe capi Troiam ſine Philoctetæ ſagittis: hæ autem nihil aliud fecerunt, niſi Alexandrum pertulerunt: hunc extinguere, id nimirum capi fuit Troiam.



EPETITIO eſt, cum continenter, & quæ ſequuntur) Verborum figuras tractaturus Cic. ab eis inchoat, quę reiteratione verborum fiūt, quarum quatuor ſpecies ponit: vnam, qua in principio: alteram, qua in fine. tertiā, qua vtrobique: quartam, qua indifferenter poſitum idem verbum reperitur, ſed præter has, alias adhuc eſſe oſtendimus in eo libro, quem de figuris, quæ in ſyllabis, verbis ſingulis, & oratione fierent, e Græco in Latinum conuertimus. nam ecce, & hæc inter ſe omnia differunt. CAP.

O Corydon Corydon, quæ te dementia cepit? Et,
Mater Cyrene mater, quæ gurgitis huius
Iam tenes.

Hoc vltimo loco poſitum, miſerandi eſt. è diuerſo ſimiliter collocatum.

Solis quin etiam ſolis tibi cura videndi,
Sit potior.

Oſtendentis, plura verba coniunguntur: vt,

Tu ne duos vna ſæuiſſima vipera cerna?
Tu ne duos?

Poſt longiorem etiam interiectionem repetitio eſt: vt, Bona miſerum me, conſumptus enim lacrymis, vt putabam, adhuc infixus in animo hæret dolor. Bonam inquam Cn. Pompeij, acerbiſſimæ voci ſubiecta præconis. Ad exprobrandum etiam reiteratur verbum: Viuis? ſed viuis non ad deponendum, ſed ad confirmandam audaciam. Reperiuntur item continenter plura, ſine vlla verbi interiectione, ſed vnius tantum permutatione. quale quod Catulli eſt.

Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos.

Aliquando primis vltima reſpondent: vt, Multi, & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Eſt, & illud repetendi genus quod ſemel propoſita iterat, & diuidit, ſed ita vt ordo permutetur. quale illud Virg.

Formoſam ſub arguta conſederat ilice Daphnis,

Com-

Compulerantq. greges Corydon, & Thyrsis in vnum,
Thyrsis oues, Corydon distentas lacte capellas.

Hæc ἐπάνοδος Græce dicitur, nostri regressionē vocant. In diuerso sensu idem verbū geminatur: vt, Principiū dignitas erat pene par, non par fortasse eorū, qui sequebantur. In varietatis generib. fit reiteratio: vt, Magnus est labor dicendi magna est res. In variatis quoque casibus: vt, Pater hic tuus? Patrem hunc appellat? patris tui filius es? hoc Græci πολύπτωτον vocant. Per rem coniunctam diuersitatem idē casus, & aduerbia repetuntur, vt pro Cluentio: Quod autē tempus vindicandi? vnde illa frequentia? per quē porro datum? vnde sumptum? quo peruenit interceptio poculi? cur non deintegro datū! hāc μεταβολὴν vocant. Est & figuratum mixtura, in qua & primo verbo, lōgo post interuallo redditum est vltimum. & media primis, & mediis vltima cōgruunt, quale illud est Ciceronis: Vestrū iam hic factum reprehenditur P. C. non meū hanc pulcherrimum quidem factum, verum, vt dixi, nō meum, sed vestrū. hanc πλοκὴν vocant. Congeruntur etiā in vnum multa, & dispersa, quę a Cicer. dissipata in Oratore dicuntur: vt, Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ, Arborei fœtus alibi. [Contentio est) Sane sicut ex his figuris aliquæ frigidius in oratione leguntur, velut ea quā traductionem ipse nominat, Gręci autem ἀντανάκλασιν, vt cū dicis. Amare iucūdum est, si curetur ne quid insit amari. A uiū dulcedo ducit ad auium, ita aliquæ nihil pene inter se differūt, velut habet quæ hic contentio vocatur. Ab ea vero quā paulo post nominat, contrariam Græci συνοικείωσιν vocant, quod diuersas res colligat: vt, Tam deest auaro quod habet. Hanc vero Græci ἀντίθετον, quidam contrapositum nominarunt, quæ ne ipsa quidē vno fit modo. Nā fit si singula singulis opponuntur: vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, & bina binis: Non nostri ingenii est, vestri auxilii est. & sententiæ sententiis: Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Hoc etiam commodissime subiungitur ea species quam disiunctionē appellat Quintilianus: vt. Odit porro priuatam luxuriam, publica magnificentiam diligit. & quæ sunt simili casu, dissimili sententia in vltimo locata: vt, Quid in tēpore mali fuit, nihil obsit, quin quod in causa boni fuit, prosit. Aliter contraponitur, cum dicitur: Est igitur iudices non scripta, sed nata lex. & sicut dicit Cicero, singulis rebus propositis, cū refertur aliquid ad singula, vt in hoc, Quā non didicimus, sed accepimus, non legimus, verū ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Est aliquid auersum, quod nō cōtraponitur, quale est apud Rutiliū: Nobis primis Dii immortales fruges dederunt, nosq. soli accepimus, in omnes terras distribuimus. Fit etiam post has illa figura, quæ verba flexa repetit, & ἀντιμεταβολὴ dicitur. Non vt edā viuo, sed vt viuam edo. Est ēt in figuris sententiarū contētio, sed de ea suo loco dicemus. [Exclamatio est) Sane tenuis illa differentia est, quam faciūt Græci inter id, quod apud eos προαναφώνησις, a nostri exclamatio, & id, quod apud illos ἐπιφώνησις, vel ἐπιφώνημα, a nostris acclamatio. Proanaphonesin n. vocant, rei quæ fieri debuit exclamationē. velut illud Virg.

O terq. quaterq. beati,
Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus altis
Contigit oppetere: O Danaum fortissime gentis
Tydide: mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse: tuaq. animam hanc effundere dextra?

Epiphonema autem, vel epiphonesis est, rei, vt dicuntur, narratæ vel probatæ summa acclamatio. vt eiusdem.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Sed Quintilianus ambas potius sententiæ figuras, quàm verborum putat, si quidem sunt affectus. [Interrogatio non omnis grauis est) Nam noscendi causa interrogatur: vt,

Sed vos qui tandem: quibus aut venistis ab oris?

Idq. figura caret. Figuratum autem, quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi. qualem est: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Et quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? patere tua consilia non sentis? & totus denique hic locus. Quanto enim magis ardet. quam si diceretur, diu abuteris patientia nostra, &, patent tua consilia. Interrogamus igitur quod negari non possit, aut vbi respondendi difficilis sit ratio, vt vulgo vti solemus, qui fieri potest? aut inuidiæ gratia, aut miserationis. Vt Sinon apud Virgil.

Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere?

Aut instandi, aut ferendi. vt Asinius Audis ne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus. Totum hoc plenum est varietatis, & indignationi conuenit: vt,

Et quisquam numen Iunonis adoret? Et admirationi.

Quid non mortalia pectora cogis?
Auri sacra fames?

Est interdum acrius imperandi genus.

Non arma expedient, totaq. ex vrbe sequentur.

Est autem aliqua in respondendo figura, cum aliud interrogati, ad aliud quod vtilius sit occurritur, augmentandi criminis causa, vt si rogatus an ab eo fustibus vapulasset, de innocentia respondet. Aliquando declinatur, vt si quæro, num occiderit hominem, & respondetur, latronem: si an fundum occupauerit respondetur meum, tanquam confessionem præcedere debeat defensio. vt apud Virgilium carmine Bucolico:

Non me ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidiis?
Occurritur,
An mihi cantando victus non redderet ille?

Huic diuersum est, cum alium rogaueris non expectare responsum, & statim subiicere: vt, Domus tibi deerat? at habes. pecunia superabat? at eges. quam figuram quidam aggestionē vocāt. Ficta vero interrogatione vtemur: vt. Hęc igitur est tua disciplina: sic tu instituis adolescentes? Et ipsi interdum nosmet interrogamus. quale est illud Terentii, Horatii pariter, & Persii. Quid igitur faciā? Ceterum, & interrogandi seipsum, & respondendi sibi solent esse non ingratæ vices, vt Cic. pro Ligario: Apud quē igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hæc sciret, antequam vidit me, reip. reddidit. Hanc figuram Cicero ratiocinationem vocat nisi quòd in ratiocinatione subiungendam necessario arbitratur rationem, quæ non multum differt ab ea figura, quam paulo post tractans, subiectionē nominauit. [Sententia est oratio sumpta de vita, quæ, aut quid sit, & quæ sequuntur) De sententia longius tractans Quintil. Sententiam, inquit, veteres, quod animo sensissent, vocauerunt. Id cū est apud veteres frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quosdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus Non raro tamen locuti sunt, vt sensu sua dicerent. Nam sensus esse corporis videbantur, sed consuetudo iam tenuit, vt mente cōcepta sensus vocaremus: lumina autem, præcipueq. in clausulis posita, sententias hæc minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Ideoq. mihi de generibus causarum, & de vsu arbitror pauca dicenda. Antiquissimæ sunt, quæ proprie quamuis omnibus vnum nomen sit sententiæ vocantur. quas Gręci γνώμας appellant. Vtcunque autem nomen ex eo acceperūt, φ similes sunt consiliis. Est autem hæc vox vniuersalis, quæ etiam citra complexum causæ possit esse laudabilis. Interim ad rem tantum relata: vt, Nihil est tā populare, quàm bonitas. interim ad personam, quale est Afri Domitii, Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa cognoscere. Hāc quidam partem enthymematis, quædam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt, & si aliquando, nō tamen semper. Illud verius est, eam aliquando simplicem, vt ea quæ supra dixi aliquando ratione subiecta, sic: Nā in omni certamine qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere videtur nonnunquā duplicē: Obsequium amicos, veritas odiū parit. Sunt etiā, qui decē genera fecerunt, sed eo modo, quo fieri vel plura possunt, per interrogationem, per comparationem, infitiationem similitudinē, & cetera huiusmodi. per omnes. n. figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis: Mors misera non est, aditus ad mortem est miser. A recto quidē sunt tales: Tā deest auaro quod habet, quàm quod nō habe. Sed maiorem vim accipiūt ex mutatione figuræ: Vsque adeo ne mori miserū est? & per translationē acrius. n. hoc, quam per se. Mors misera non est, aditus ad mortē est miser a cōi ad proprium. nam cum sit rectū, nocere facile est, prodesse difficile, vehementius apud Ouid. Medea dicit, Seruare potui, perdere an possim rogas? Vertit ad personam Cic. Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius quam vt possis, nec natura melius quā vt velis seruare complurimos, ita quæ erant rerum propria, fecit hominum. In hoc genere custodiendū est, & id, quod vbiq; ne crebræ sint, ne palam falsæ (quales frequenter ab his dicuntur qui hæc καθολικὰ vocant, & quidquid pro causa facere videtur, quasi indubitatum pronunciant) ac ne passim à quocunque dicantur. Magis. n. decet eos in quibus est auctoritas. vt rei pondus etiam persona confirmet. quis. n. ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilē, si iudicet in dicendo, & quodāmodo præcipiat: Enthymema quoque est, quod omnes mente concipimus. propria tamen dicitur, quæ sententia est ex contrariis. propterea φ eminere inter ceteras videtur, vt Poëta Home. vrbs Rom. De hoc in argumentis satis dictū est,

Non

Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum. vt pro Ligario: Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum te ad crudelitatem acuet oratio? Est, & epiphonematis, de qua figura supra dictū, clausula quædam quæ sententia appellatur, Græci γνώμη, qua voce omnis intellectus accipi potest. Hoc nomine donarunt ea, quæ non dicuntur, verum intelligi debent vt: Quare pnus de vestro facto fateamini necesse est, quam Ligarii culpam Villam reprehendatis. & vt Vibius Crispus in eum, qui cum loricatus in foro ambularet: Quis vbi hic timere permisit? Melior cum contrariis valet. Quem fugiam habeo, quem sequar non habeo. Qui quidem miser cum loqui non posset, tacere non poterat. Si quis autem quæ in hac parte vitiose dicantur, scire procurat totum eum locum, Quintiliani legat. Nos, quæ recte prudenterq. dici possint, sufficiat docuisse, si quidem frustra, vt opinor, admonebimus, si quis iudicio careat, at vitiosa vitet, sin autem acris fuerit iudicii admonere non opus est, eū quid. & vbi occonomiam satis ipse per se iudicaturus sit, qui si non stultus sit, n[illegible]us quidem in his quoque in oratione inferendis, erit. Qui quum imprudens satis intelliget venuste omnia poni quæ generatim rem aliquam complexa, suo loco, & vt decet, collocentur, secus si vitiose. Nunquam vero generaliter, quod pa[illegible]iculariter dictum est, intelligatur. Sed ad Ciceronem redeo. (Contrarium idem fere est, quod contētio) Hanc autē Celsus Visellius, & Rutilius Lupus, referente Quintiliano, ἀντίθετον nominarunt. vt talis eius sit forma, qualis est pro Muræna. Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas, ille vt eo quo tendit, mature cum exercitu perueniat, te gallorum, illū buccinarum cantus exsuscitat. (Membrū orationis appellatur res breuiter absoluta) Quod Græci κῶλον. nos membrum, quod illi κόμμα, Latini incisum, quod illi ipsi περίοδον, nostri ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationē, circumscriptionem nominarunt. Colon, siue membrum, quidam apud Poetas putant, quoties ex integro pede in versu nihil superest. Alii, quotquot partes orationis in versu fuerint, tot colla dici voluerunt. Cum autem superest ex pede comma, id etiam incisum, siue cæsuram dici voluerunt. Fit aūt, vt Diomedes inquit, ex coniugatione verborū comma, ex commatis colon, ex colis, periodos. Comma est, vt aut Probus, & Diomedes scribunt, iuncturæ finitio: Et si vereor iudices. Item alterū comma: Ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem timere. Iam factum est colon, quod intellectum sui, præstet, tamen à toto corpore abruptum, & per se nihil efficiens, ac temotum à ceteris, vim non habet. vt per se manus, & pes, & caput, & os, seiunctim corpus non est, eum autē hæc simul sunt, tunc esse corpus incipit. Ita cum venit extrema conclusio, etiā absoluta est periodos. vel cum subiungit Cic. Et tribunum more iudiciorum minime referunt. Itaque si duo cola habeat periodus, dicolos, si tria, tricolos, & sic deinceps nominatur. Quintil. autē, Incisum, inquit, quantū mea fert opinio erit sensu non expleto, sed numero salté coclusum, pars videlicet mēbri. tale est. n. quo Cic. vtitur, Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat? at egebas. Fit autem etiam singulis verbis. Quid incisum est, diximus. Membrum autē est sensus membris conclusus, sed à toto corpore abruptus, sic, ò callidos homines, perfectū membrum, sed remotum à proximo, vim non habet. Quē quæso nostrum fefellit id vos ita esse facturos. itaque fere incisa, & membra mixta sunt, & conclusionem vtique desiderant. Periodorū duo sunt genera, alterum simplex, cum sensus vnus longior est, & ambitu circūducitur: alterum, quod mēbris constat incisisq. quæ plures sensus habent: vt, Aderat ianitor carceris, & carnifex prætoris. reliqua habet periodus mēbra, quatuor. Sed, vt mihi videtur, recipit frequenter, & plura. Modus ei a Cic. est aut quatuor senariis versibus, aut ipsius spiritus modo terminatus. Præstare vero debet sensum periodus, concludat, sit aperta vt intelligi possit, nō in modica, vt memoria contineri possit. Vbicunque acriter erit, & instanter, pugnanterq. dicendum, membratim cæsimq. dicemus. nam hoc in oratione plurimum valet. Adeoq. rebus accōmodata debet esse, cōpositio vt asperis asperos etiā numeros adhiberi oporteat. Et cum audientem inhorrescere voluemus, membratim plerunque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus interuallis, & velut laxioribus modis resoluemus. exceptis, quæ non docēdi gratia, sed ornandi narrantus, vt in Verre, Proserpinæ raptos. hic enim lenis, & fluens contextus decet. Periodus apta procemus est maiorum causarum, vbi sollicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locus est augenda, cum ratio iubet. vt si austera, si accuses, tum fusa, si laudes. multum, & in epilogis pollet. Historia quoque non tā finitos numeros, quàm orbem quendam verborum contextumq. desiderat. nanque omnia eius mēbra connexa sint, maxime quoniam lubrica est ac fluit talis oratio, propter rerum ipsarum copiam. (Atticulus dicitus) Hæc figura à Græcis ἀσύνδετον, à Latinis dissolutum dicta. Ea vtimus non singulis verbis, sed etiam sceientiis, vt Cic. dicit contra concionem. Metelli, qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iussit. Apta, cum quid instantius dicitus hoc genus quidam βραχυλογίαν vocarunt. Contraria huic figuræ πολυσύνδετον, hoc est, eisdem sæpius coniunctionibus repetitis: vt,

Tectumq. Laremq.,

Armaq. Amyclaeumq. canem Cressamq. pharetram.

Vel diuersis: vt,

Multa quoque & bello passus.

Item si plura simul sunt pronomina: vt,

Hic illum vidi iuuenem.

(Continuatio est) Continuationem periodon dicit, de qua supra abunde dictum. (Nam si quis spei non multum) Hæc enim contraria sunt, & quod spem in casu non collocant, & quod casus obesse possit. (Frequentibus efferat verbis) i. continuatis ac fluentibus. (Sed pro aliis) Alio tempore. (Nonnunquā non alienum est) Ordo est, & sensus, sed alias quoque (subaudiendum quod diximus) seruandum hoc nonnunquā. Non. n. alienum est, eloqui res aliquas, hoc est, ornatus tantum causa sic efferre, propterea quòd eloquentia spectatur per huiusmodi continuationes. licet alioqu minime necesse sit. (Cōpar appellatur) Genus aliud est periodi, quod ex paribus componi mēbris diximus, quæ membra se syllabis excedere non debent. inter se conuenire debent, vel certe vna atque altera tantum excedere, non autem pluribus. (Hoc non de nostra enumeratione fiet) Venos syllabas dimetiamus, sed audientium iudicio pares videantur. (Vsus, & exercitatio facultatis) Affert causam, hoc est, cum exercitati fuerimus, exercitatio ipsa præstabit causam vt sine labore eis vtamur. sed hæc membrorum continuatio compar, non magis figura dici videtur, quàm idonea compositionis quædam animaduersio. (Similiter cadens) ὁμοιόπτωτον dicitur, hoc est, casus tantum similis, possint tamen, etiam si diuersa sint, quæ saltem declinentur, ita iungi. nec tantum in fine hæc figura deprehenditur, sed, & cum respondent vel prima sibi. vel media, vel extrema, vel etiam permutata. Sed hic media primis, & summa mediis accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. nec enim semper paribus syllabis constant: vt, Artes honestæ, & præsidio alter periculo solatio inter aduersa, precio semper sunt. Huius generis fere videntur optima, in quibus initia sententiarum, & fines consentiunt, vt hic præsidio, solatio precio. Et cum ὁμοιόπτωτον ἰσόκωλον est. velut illic. Si quantum in agro locisq. desertis audacia potest, tantum in foro atque iudiciis impudentia valeret. Item Aristoteles dixit, eius esse vitam beatissimam eiuus, & fortunæ sapientia, & sapientiæ fortuna suppeditet. & illud, In rebus aduersis eum præsto est concilium, non potest esse auxiliū. (Similiter desinens est) Hoc Græci ὁμοιοτέλευτον vocant, similem duorum verborum vel plurium finem habens, vt, non modo ad reip. salutem violentia huius extinguenda, sed etiam ad gloriam per tales viros est infringenda, & in resp. nostra ad hunc statum gloriæ peruenit non multitudine hominum, sed seueritate legum. Item, neque in deliberando consilium, neque in [illegible] virtus, neque in beneficio benignitas deerat, sed do[illegible] in supplicio crudelitas. Nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimos, cum autem consi gendum esset cum hostibus, fortissimus, cum vero præmium dignis tribuendum, liberalissimus, at cum animaduertendum, clementissimus: Ita quæ sequuntur. nam qui se cendis rebus libenter esse [illegible]untur, iidem simul ac se fortuna conuerterit, amicis primi insidiantur. Huic simile est, quod Græci πάρισον vocant, vt non tantum clausula similis et cadas, ἰσόκωλον, sed etiam è membris fit non dissimilibus: vt, Quantum possis, in eo semper experiri debes, vt prolis, & illud, In hac calamitate fama quasi in aliquo perniciosissima flamma. quod à tra[illegible] ductione non multum differt. (Annominatio est, cum ad idem verbum) Hanc figuram Græci παρονομασίαν vocant. eamq. Plutarchus ita definit, παρονομασία ἐστὶ λόγος παρά τι ὄνομα ... ut si dicas, Neminem alteri posse dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium. Item seruire seruitute in stabulo [illegible] tat Plutar. esse paronomasiam. quod tamen Cic. negat [illegible] enim, ad res dissimiles similia verba accommodat [illegible]

(Venus

[Venit à te ante, quàm Romam venit) Attenuatur litera, quia venit æ diphthongon habet pro venditus est, & debuit ponit venit, alterû vero verbû minus habet vna litera. [Hunc auium dulcedo) Nam auis primam corripit, auius eandem producit. [Quantum Curiam) Meretricis propnum, quæ primam corripit, nam alioqui curia produceretur. Propertius,

Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu.

[Vitæ se) Honesta. f. vitæ tradidisset se, & non interiisset. [Vtiû homini nauo) Ναῦον Græci vocauere, breui atque humili corpore homines, paulumque extantes. Sed melius legitur nano nanum. prudentem vero sic dixere veteres, vnde ignauum, inertem. Cur veniam qui sim. Vbique subaudiendum, breui cognoscetis. [Quem insimulem) Incusem. Insimulo, & insimulor, sicut fabrico, & fabricor, assentio & assentior. [Quem postulem) Petimus precana, postulamus iure. Q. Curtius de rebus gestis Alexandri: Postulabat autem Darius magis, quàm petebat, vt accepta pecunia quantacunque, totam quidem Macedoniam caperet matrem vero sibi & coniugem liberosq; restitueret, de reliquo regno æquo si vellet marte contenderet. Aliquando petere, inuadere, vt peto te gladio. Virg.

Malo me Galatea petit, lasciua puella.

Et pero, eo, vt Curtius, Indiam inde, & Oceanum petiturus. Poscimus antem imperiose. Iuuen.

Sed poscis clamas. Posce.

Pro eodem etiam deposco capitur. Curtius: Et manantibus præ gaudio lacrymis, consalutant, eum, & quod ante recusauerant bellum feroces deposcunt. Flagitamus, vero, & efflagitamus cum idem sæpe, & multum petimus. Cic. Qui efflagitasti quotidiano conuitio, vt libros quos ad Marcellum meum de institutione oratoria scripseram, iam emitte re inciperem. [Indigna prohibuit nex) Crudelis interitus, neci mors violenta. [C. Graccho) Qui Tiberii frater, propter legem agrariam, hoc est de agris diuidundis latam, similiter occisus est. Populi Rom. amantissimum. Quòd vt sibi Populum Rom. conciliaret, occupatos per Italiam à diuitioribus agros, diuidi populo voluit. Sed cum è rostris, & è foro se proripuisset, prope portam vrbis interfectos est. Licet quidam in siluam effugisse dicant, & seruo mandasse: vt ipsum gladio perimeret. [Saturninum, fide captum) Nam cum hunc & Glauciam, qui in Capitolium profugerant, Marius ex Senatusconsulto obsedisset, dedissetque fidem vt libere egredi possent, seruata fides est Glauciæ. Apuleius autem Saturninus cum in curiam fugeret, tegulis necatus est: Ordo est verborum. Perfidia malorum per scelus priuauit vita Saturninum. [Captum,) id est, deceptum, si tamen ita hic textus habet. Nam video quosdam aliter habere, veruntamen mendose aliqua, sed de verbis, vbi minimum est pondus, parua mihi cura est. [Tuus ò Druse sanguis) M. Liuium Drusum genere, & eloquentia magnum, & grauem, cum de repub. diceret tribunum pleb. tali exorarunt, vt legem promulgaret, qua ciuitate Romana donarentur. Quod cum fecisset, in senatu maiestatis accusatus est, cumque domum se reciperet, à populo inter turbam percussus corruit. Inuidia cædis apud Philippum, & Cepionem fuit. Alii scribunt, cum in publicum prodire non auderet, & domi ius diceret, vesperi vero turbam dimitteret, repente eum ipsum exclamasse mox à domesticis auditum, sed stratum inuentum gladio videlicet sutoris cuiusdam traiectum fuisse. [Subiectio est,) Huius supra meminimus. [Deinde subiectus id, quod dici oporteret) Velut ipse in Verrem: Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam aliquam deinde cum diu suspendisset iudicum animos subiecit, Quod multo esset improbius. hanc Celsus, sustentationem vocat, quidam παράδοξον, id est inopinatum. alii θαυμα vocant. [Gradatio est, in qua) Gradatio, quæ Græce κλῖμαξ dicitur, apertiorem habet artem, & vt Quintilianus inquit, magis affectatam, ideoque esse rarior debet. Est autem ipsa quuque cum adiectione, repetit enim quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. velut illud Calui: Non ergo magis pecuniarum repetundarum quam maiestatis, neque maiestatis magis quam Planciæ legis, nec Planciæ legis magis quam ambitus: neque ambitus magis quam omnium legum iudicia perierunt. Inuenitur & apud Poëtas. velut hoc:

Ioue propagatus est, vt perhibent, Tantalus,
Ex Tantalo ortus Pelops. ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porro propagant genus.

Et apud Homerum de sceptro, quod a Ioue ad Agamemnonem vsque deducit, inquiens.

Ἂν δὲ κρείων Ἀγαμέμνων
Ἔστη σκῆπτρον ἔχων· τὸ μὲν Ἥφαιστος κάμε τεύχων.
Ἥφαιστος μὲν δῶκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτὰρ ἄρα Ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ.
Ἑρμείας δ' ἄναξ δῶκε Πέλοπι πληξίππῳ.
Αὐτὰρ ὃ αὖτε Πέλοψ δῶκ' Ἀτρέϊ ποιμένι λαῶν,
Ἀτρεὺς δὲ θνῄσκων ἔλιπε πολύαρνι Θυέστῃ.
Αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

[Definitio est) Hanc Græcorum plerique ὁρισμὸν vocant. verum cum multis modis fieri soleat, in commentariis Topicorû Ciceronis de eius abunde tractauimus. Sed nec de Oratore, nec in Oratore hanc inter figuras Cicero posuit. [Correctio est quæ tollit) Correctionem Quintilianus putat, si dicas, crudelitatis mater est auaritia. & cû Sallustius in Ciceronem, inquit, O te Romule Arpinas, qui egregia virtute omnes Paulos, Fabios, Scipiones superasti. Sed ea videatur potius ironia dici. Cicero existimat correctionem, vt cû dicit Sallustius. At huic fides insignis ac virtus est animi, imò vero homo leuiss. supplex, inimicis, amicis contumeliosus. [Rogasset, imò innuisset) Significasset. à Græco verbo νεύω nostri fecerunt annuo, innuo, nutare, nitare, quæ inter se ita differre veteres voluerût, vt Nonius Marcellus inquit, vt nutare capite sit, annuere vel innuere, narium aut labiorum, nitare oculorum. Plaut. in Asinaria. Nec illa vlli homini nutet, nictet annuat. [Est) Contingit aliquando, cum nô est satius. i. melius, ac non præstet, vt subiectio grauioris verbi, id ostendat quod leue verbum per se positum demonstrare potuit. [Ad id verbû deuenisses, quod electissimum est) Tantû verbi graoa, quod electissimum sit. [Occupatio est) Hanc quidâ præsumptionem, Græci πρόληψιν nominarunt. cum id quod obiici potest occupamus. [Disiunctio est) Hæc figura est, cum multa verba ponuntur, quorum singula suum uomê ad quod referuntur, habent. διάλυτον dicta. quæ similis illi est, quâ paulo post dissolutionem nominat. [Coniunctio) Hæc συνεζευγμένον vocatur. in qua vnum aduerbium plures sententiæ referuntur, quarum vnaquæq; desideraret aliquid, si solę ponerentur, id ac cidit ant præpositio verbo, ad quod reliqua respiciant: vt, Vicit pudorê audacia, rationem amentia, aut illato. quo plura inclu duntur: vt, Neque n. is es Catilina vt te aut pudor à turpitudine, ant metus à periculo, aut ratio à furore reuocare possit. medium quoque potest esse, quod & prioribus, & sequentib. sufficiat, horum igitur duas Cic. facit figuras, & singulorum exempla subiecit. [Condupplicatio) Hæc Græce παράληψις dicitur. hâc supra tractauimus, vbi de epanaphora, & anadiplosi dictû est. [Interpretatio) Hanc Græci πολύπτωτον vocant. [Commutatio) Hanc exornationem ἀντιμεταβολὴν nominât. [Permissio) Hoc genus è fonte eius, quam παράδοξον vocant, deduci Quintilianus docet. hanc quidam ἀνταναγωγὴν nominarunt. [Dubitatio est) Hanc Græci exornationem διαπόρησιν vocant: vt, Siue malitiam, siue stultitia dicere oportet. Et illud Hieronymi contra Heluidium de virginitate virginis Mariæ, Dolcam ne, an tideam, nescio si imperitiæ arguam, an temeritatis accusem? item apud Poëtas, vt apud Statium in 1. Theb.

Quem prius Heroum Clio dabis?

[Expeditio) Hanc Græcorû, alii ἀπαρίθμησιν, alii προκατάληψιν nuncupauerunt, vbi singulis positis, singulorum statim ratio subiicitur. [Præcisio est) Hęc à Græcis παράλειψις dicta, a qua absimilis ea est quam iidem ἀντίφρασιν vocant quidâ, vt, Non agam tecum iure summo non dicam quod forsitan obtinerê, & Cic. Hoc ego si sic agerem, tanquam mihi crimen esse diluendum, pluribus dicerem similis quoque est ea quæ à Græcis ἀποσιώπησις, a Cicerone reticentia, à Celso autem obticentia dicitur, à nonnullis vero interruptio appellatur: vt,

Quos ego, sed motus præstat componere fluctus.

Est & alia reticentia, quæ fit imperfecto sermone, cum est præcisa velut ante legitimum finem oratio, quale illud est, Nimis vrgeo, commoueri videtur adolescens. Sed quid plura? ipsum adolescentem dicere audistis. [Conclusio) Hanc Græci συμπέρασμα nominant: vt, Quod si Danais datum erat oraculum, non posse capi Troiam, sine Philoctetæ sagittis, &c. Plautus tamen in Bacch. tria protulit vbi ne mentionem quidem sagittarum Philoctetæ fecit. Inquit enim illic, Tria fuisse audiui fata, quæ illi forent exitio, signum ex arce si perisset, alterum etiam est Troili mors tertium, cûm portæ Scææ limen superum scinderetur. nisi loquentis personam ita seruare voluerit, vt quid ipse sentiret, ponere non procuraret. [Hæ autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum periculorum:) Nam cum finiti bellum in animo esset omnia signo dato dux duci occurrerunt, atque in se prœlium conuerterunt. rum

Philo-

Philoctetes progressũ Alexandrum lacessiuit, cõsensu vtriusq; partis, certaminis spatium definitum est, prior Alexander sagittam incassum misit, deinde Philoctetes. Sed luc sinistram Paridis magnum transfixit, mox clamantis dolore nimio, dextrum oculum sauciauit, inde fugientem sectatus vtrunque pedem eius Philocteres transuerberauit, ipsumque celeritate præuentum occupauit, occupatum gladio traiecit. Vt autem alii putant, sagittis confecit.

LONG. Repetitio) Rufiniano, & Aquilæ dicitur ἐπαναφορά. Alexander Sophista vocat ἀναφοράν. Quintilianus eam inter species τῆς πλοκῆς numerat, παρίσωσιν quidam vocãt, de ea ex Hermogene Trapezunt. lib. 5. vbi de pulchritudine orationis, quo in loco, & qui discriminis inter παρίσωσιν & epanaphoran sit, explicatur. Repetitionis etiam species est, Rutilio, & Alexand. quoties varia verba, eandem tamen vim inter se habentia, in principio commatum aut membrorum ponuntur: vt, Dilui Quirites, vbi illum clãdestinum hostem intra murum vidi. Aegre tuli, quod domini vestri facilitatem vnius fallacia tentatum intellexi. Commouit me, quod in accipienda iniuria plerosq; lætitiam ostentantes cognoui ἐπιβολὴν quidã vocant. † Conuersio) ἀντιστροφὰν Rutil. ἀντιστροφὴν, Aquila vocat. † Complexio) Ab Aquila dicitur συμπλοκὴ, a Rutilio κοινότης. Porro cum ea quæ in superiori membro postrema sunt posita, in posteriore prima repetuntur, Aquilæ vocatur ἀναδίπλωσις, vt est illud Teren. Negat Phanium esse hanc sibi cognatã Demipho, hac Demipho negat esse cognatam. Huc etiam referenda est ἐπανάληψις, de qua Rutilius. Est & alia repetitionis species, quam παλιλλογίας vocant. Hæc repetitio eodẽ verbo aut nomine non diuersa vult intelligi, sed idem quod significauit, efficere vehementius, vt Tu tu Antoni Cæsari omnia permiscere cupienti causam belli ciuilis dedisti. In ploce contra, quam copulationem vertunt, à Rutilio vero διαφορὰ dicta, idem verbum aut nomen bis continuo positũ diuersa significat, vt est illud, Sed tamen ad illum diem Memmius erat Memmius. Ita.n. hoc bis positum est, vt superius quidem nomen tantum hominis significet, posterius velit intelligi eundẽ, qui semper fuerit, ac sui similem. Plura apud Romanum Aquilam de his habes. πολύπτωτον etiam huic ordini adnumerari potest. Fit autem, cũ plures sententias alio atque alio modo efferimus. vt Pater hic, tuus nunc deniq; est, vt egestatem tuam debere alere videatur. Patrem nunc appellas, quem prius egentem auxilio tuo, vt alienũ deseruisti, Patri tu filius es ad potiundas opes cuius, ad senectutem violandam crudelissimus hostis fuisti. Nimirum nullo cõsilio filios procreamus, nã maiorem partem ex illis doloris, & cõtumeliæ capimus. Verum hoc schema ab auctore nostro infra inter species agnominationis enumerabitur. † Traductio) ἀντανάκλασις Fabio. ἀνάκλασις Rutilio, alius πλοκή. Sunt qui ταυτολογίας vocant, vt est apud Quintil. lib. 8. c. 3. id est, eiusdem verbi aut sermonis iteratio, quanquam non magnopere summis auctorib. vitata. Interim vitium videri potest, in quod sæpe incipit etiam Cicero, securus tam paruæ obseruationis. sicut hoc loco: Non solum igitur illud iudicium iudicii simile iudices non fuit, &c. † Qui nihil habet in vita, &c.) Exẽpla hæc ad secundam speciem τῆς πλοκῆς pertinẽt apud Fabium lib. 9. † Ex eodem genere exornationis) Paronomasię affinis est hæc exornatio, de qua inferius. † Contentio) Huius species enumerat Fabius lib. 9. cap. 3. Contra positum, inquit, vel vt quidam vocant, contentio. (ἀντίθετον dicitur) non vno fit modo. nam & fit, si singula singulis opponuntur: vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis: Non nostri ingenii, vestri auxilii est. Et sententiæ sententiis: Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis. Cui commodissime subiungitur, & ea species, quam distinctionem diximus: Odit Populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit, &c. Diligẽter de hac exornatione Rutilius lib. 2. [Exclamatio) ἐκφώνησις Græce dicitur. Figura est augendis affectibus accommodata Fabio lib. 9. Huc pertinent imprecationes, vt, O scelus, ò portentum in vltimas terras exportandum. Græci, vt est apud Aquilam, vocant ἀράς. Huc item refer δέησιν, quam obtestationem vertit Aquila, qua, scilicet deos oramus aut homines: Per ego has te lacrymas, dextramq. tuam. Item ominationes: Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum. Intactum Pallanta. His & cognata est. Adhortatio, προτροπὴ Rufiniano dicta, Nunc nunc insurgite remis. Hortor vos socii. Sed de his in Pathopœia Huc adde, si libet, obiurgationem, quam Aquila vocat ἐπίπληξιν, siue ἐπιτίμησιν. Non ego te vidi Damonis pessime captum. † Interrogatio) Cum aut nascendi gratia interrogamus, aut arguendi causa percontamur. Interrogatio figuræ nomen non obtinebit. At ea res vtro quoque modo dicatur. etiam multiplex habet schema. Simplex est, sic rogare, Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris? Figuratum autem. quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi, Quid tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Et Quousque tandem abutere patientia nostra Catilina? Quanto enim magis ardet, quàm si diceretur, Diu abuteris patientia nostra. Interrogamus etiam quod negari non possit, Dixit ne tandem causam Falcula? Aut vbi respondendi difficilis est ratio, vt vulgo vti solemus. Quomodo? Qui fieri potest? Aut inuidiæ gratia, vt apud Senecam Medea. Quas peti terras iubes? Aut miserationis, vt Sino apud Virg. Heu quæ me æquora possunt Accipere: Aut instandi. auferendæ ne dissimulationis, vt Asinius. Audis ne, furiosum non officiosum testamentum reprehendimus. Reliqua ex Fabius lib. 9. cap. 2. Cic. 3. de Orat. Discrimen est inter hæc, Et rogatio, inquit, atque huic finitima quasi percunctatio. Inter πύσμα, id est quæsitum. & ἐρώτημα. id est interrogatum, id est discriminis, Aquila rege, quod ad interrogatum vna voce tantum responderi potest vel à negante, vel à confitente, quæsito autem occurri nõ nisi pluribus potest, hoc est quoties multa rogantur, vt, Qua igitur ratione bellum geremus? quæ auxilia nobis parata erunt? quis erit, qui subuenire velit, cum tã acerbe socios tractauerimus? Vide Rufinianum lib. 3. † Ratiocinatio) Fabius ratiocinationem sub interrogatione comprehendit. Ceterum, inquiens, & interrogandi seipsos, & respondendi sibi solent esse non ingratæ vices, vt Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hæc dico? Nempe apud eum qui cum hoc sciret, tamen me antequam vidit, Reip. reddidit. Iulius Rufinianus tum ὑποφορὰν, tum αἰτιολογίας vocat. Ab hac eo tantum differt προκατασκευή, quod illa fit fere cum interrogatione, hæc sine interrogatione. Exẽpla habes apud Rutilium initio libri prioris. Vocatur, & quibusdam αἰτιολογία, cum simpliciter causam recitamus, verũ hæc figurata non est. Quare melius schema hoc definit Rutilius, quid id ait effici ratione breui, & sententiola, ita vt quod dubium est visum, ad certam fidem adduci videatur. Et si acerbum vobis, quod dicturus sum videbitur, tamen æquo animo audiendum. Nam ferè consilium verũ. quod initio auditu graue est, in posterum cognita vtilitate fit iucundum. † Sententia) De generibus sententiarum Fabius lib. 8. cap. 5. Doctor, in secundo de Copia commentatio. Trapez. quædam lib. 5. vbi de Magnitudine orationis. Est. & sentẽtiæ genus quod Plutarchus ἐπιφώνησιν, alii ἐπιφώνημα, Fabius acclamationem vocat, ea est rei narratæ vel probatæ summa acclamatio. Narratæ, vt apud Virg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem Probatæ: Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit. Nec tamen quod vis epiphonema continuo sententia est, etiam si plerunque est. Verum quidquid in clausulã argute aurem ferit, ἐπιφώνημα dici potest. quod genus proprium est epigrammatis, vnde apud Martialem sæpe numerò carmen epiphonemate clauditur. Vtitur & Val. Max frequenter hoc genere. item Seneca, Est & Noema sententiæ genus, alludens ad sententiam aut locum communem, non efficit tamẽ sententiam generaliter, sed verba sumit ex loco communi, quę ad præsentem causam accommodat, vt recte ad locum communem alludere intelligatur: vt, Dignus erat Socrates vt Periclis eloquentiam haberet, scilicet intelligitur, vt se defenderet innocens, Ouid. 13. Metamor. Fortisq. viri tulit arma disertus. Bene collocaui beneficium, cum in virum optimum, cum in hominem gratum contuli. Insunt quædam latentia enthymemata. Et profecto danda est opera vt oratio abundet huiusmodi verbis sententia tinctis, vt Fabius ait. Doctor. Diuum Ambrosium commendans. Vix alius, inquit, crebrius aut frequentius vtitur sententiarum genere, quas appellant νοήματα in quibus latet aliquid arguti sensus, quod cum non exprimatur intelligitur, ob hoc ipsum gratius, quia dictum obscurius, &c. † Sentẽtias interponi raro) In hoc genere, inquit Fab. custodiendum est, & id quidem vbique, ne crebræ sint, ne palam falsæ, quales frequenter ab iis dicuntur, qui hæc catholicã vocant, & quidquid pro causa videtur, quasi indubitatum pronunciant. Et ne passim, & a quocunque dicantur. Magis enim decet eos in quibus est auctoritas, vt rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo, & quodammodo præcipiat? † Qui adolescentium peccatia, &c.) Exemplum illud non admodum arridet Doctor. Tale igitur substituit. Iuuentutem decet industria. Adicitur ratio. Nam turpe sit eas dotes, quas natura ad bonas artes comparandas illis anni-

mus

nis attribuit. in ocio fœdisq. voluptatibus consumere. Ad senectutem opulentia decet. Huic quoque subiicitur ratio. Vt ætas naturæ præsidiis destitutior externarum rerū adminiculis vtcunque fulciatur. [Nam necesse est animo eam comprobet) Alias. cum. Contrarium est &c. Contrarium Græci ἐναντίωσιν, contentionem ἀντίθετον καὶ ἀντίθεσιν, cum differentia tamen aliqua dicunt. † Contrarium) ἐναντιότης Græce dicitur, Fabio teste. A contentione vero hoc differt, quod hic semper duobus propositis alterum alterius infirmatione probatur, quod in contentione nō est necesse. † Et absolutam cōclusionē) Hinc inter figuras sententiarū enumerat Ruffinianus enthymema, quoties .s. periodo orationis ex cōtrariis sentētiis adstringitur. † Membrū) Mēbrum, inquit Fabius lib. 9. c. 3 est sensus numeris cōclusus, à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiēs. Id. n. O callidos hoies, perfectum est, at remotum à ceteris, vim non hēt. vt per se manus, & pes, & caput. Quādo ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio. Quā quæso non nostrum fefellit, id vos ita esse facturos? quam Cic. breuissimā putat. Itaq; ferè incisa, & membra mixta sunt, & conclusionem vtique desiderant. Mēbrum ἰσόκωλον. Græci vocant, de qua lib. 5. Trapez. ex Hermo. † Articulus) Dissolutionē Fabius lib. 9. cap. 3. vocat. apta est, cum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt ἀσύνδετον appellant. Rutilius διάλυσιν alii ἀσύνδετον. Plut. ἀσύνδετον γίνεται ὅταν σύμπλεκον τὰ χῶν ἀλλὰ καὶ ἐμφαίνουσα τὰ δεικτικῶν χώρας. † Cōtinuo) Species hæc est comprehensionis. Vide Trapez lib 5. Pronūciatione autem præcipue fieri solet, cū sub vno spiritu oratio ipsa profertur. [Compar) ἰσόκωλον. Rutilio dicitur. i. exæquatum mēbris Fabius inter species ploces enumerat. † Similiter cadens) Et hanc cum sequenti inter species ploces numerat Fabius. ὁμοιόπτωτον Græcis dicta, quā Rutilius in duobus verbis eundē habentibus casum, aut eandē nouissimā syllabam, fieri ait ὁμοιοτέλευτον ascensus cadens est quā superius, & minorē affert auribus iucunditatē. &c. † Annominatio) παρονομασία vulgo. ab Aquila παρονομασία vocatur. Fabius, & hāc inter species ploces reiicit. Hinc cognata est cōmutatio de qua infra [Venit à te ante.] Romā venit) Alias. Venit à te &c. † Subiectio) Trapez li 3. & Doctos, hanc inter argumentationum modos, quib. vtuntur rhetores, ponuntur. Reprehenditur autem hæc argumentatio, vt & enumeratio, à qua non multum differt, si aut aliquid prætermissum ostenditur, aut infirmatur aliquid ex enumeratis. Perniciosus est hic dicendi modus. Nā cum locorum tēporum, rerumq. rationes, & causas oēs ante oculos ponat, facit nonnunquam, vt etiam quæ probabilia sunt necessaria esse videantur. Species subiectionis est forma illa respondendi, quam ἀνθυποφορὰν vocat Quint. lib. 9. cap. 3. De qua & in Commentariis linguæ Græcæ Budæus. Rufinianus, & Aquila ἀντεγκλήματα, hoc est compensationem. Ea fit, cum velut concedimus quiddam ab aduersario propositū, sed subuenimus aliud, quo ad nos detorquemus aduersarii obiectionē: vt, Incredibile est quod dico, sed verū. Discrimen inter ἀνθυποφορὰν, ἀντίθεσιν, & ἀντίθεσιν vide apud interpretē Demosth. in primam Olynthiacam. Huc refert ex Rufiniano ὑπόθεσιν & ἀνασκευὴν; & alii προκατάληψιν. Latinis præsumptionē dictam. [Grandi sponsione victus est) Alias vincta est. [Credo inimicum) Alias, Cædo inimicum. † Gradatio) Climax Fabio. Alii κλιμακωτόν. Rutilius ἐπαναδίπλωσιν vocat: Apertiorem habet artē, & magis affectatam, ideoq. esse rarior debet Plura de gradatione Aquila. † Definitio) De hac erudite Melanch. in suis Rhetoricis. [Laborum perpessione) Alias, laborum perpensione. [Transitio) παραγραφὴ quibusdam dicitur. De hanc vide Quint. lib. 9. cap. 2. Quando & cur sit adhibenda, eleganter exponit Trapez. in cōmentario orationis pro Ligario. [Proficie hæc aliquantum) Prodest ad orationis claritatem, & euidentiā. † Correctio) ἐπανόρθωσιν Rufinianus, & ἀφορισμὸν, vel διορισμὸν Rutil. μετάνοιαν vocat Quint. lib. 9. emendationē. [Occupatio est) Ea græcis παράλειψις. Vocarūt, & alii qui præteritionem. Est & occupatio, quam Græci προκατάληψιν. i. præoccupationē appellarunt. [Occupatio) A Cic. dicitur Præsumptio. Græci προκατάληψιν vocant. Necessaria figura est, & singularem prudentiam requirit. Videndū est. n. quę sint hoium tacita iudicia, quo propendeant animi, quid offendat, quid probetur. Vtimur igitur occupationę. cum emendamus aliquod dictum, aut mitigamus, vel tecte vel palā. Lege Rhetorica Arist. ad Alexandrum [Disiunctio) Disiunctum, siue iniunctum Aquila vocat, Rufinianus ὑποζεῦξιν, subiunctionem vel subinsertionem, vel subnexionem. † Adiunctio) ἐπιζεύγματα Aquilę. † Cōduplicatio) ἀνάληψις Rutilio & Aquilę. Cognitum est semp. venalem & habilem, cognitum est. † Interpretatio) συνωνυμίαν Aquila vocat Quint. verborum congeriem: Discrimen inter expolitionē, & interpretationē habes apud Trapez. in Ligarianam. [Parēti manus scelerate intulisti) Alias. retulisti. † Commutatio) ἀντιμεταβολή. Fabio lib. 9. cap. 3. A qua re suspicione vel Coleris, vel Coleri gratis sus. testimonium citra tuos mores, vel citra cuiusquam testimoniom tui mores abunde vindicant. † Permissio) Permissionem. Fabius lib. 9 cap. 2. vocat, cum aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimanda, aliqua nonnunquam aduersariis. Hanc communicationem alii Græci ἀνακοίνωσιν nominant. Affinis est huic ἐπιτροπή, de qua apud Rutilium. Pertinet huc sustentatio, Græcis dicta παράδοξον, siue ὑπομονή, vt est apud Fabium, & Rufinianum. Fit autem, cū nonnunquam cōmunicantes aliquid inexpectatum subiungimus, aut cum sententia suspensa subiicitur aliquid contra expectationem auditoris, siue magnum, siue minus. vt pro Ligario. Hic prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus. non domū, ne iners, non in aliquam regionē, ne condēnare causam illā quam secus esset, videretur in Macedoniam, in Pompei castra peruenit. † Dubitatio, ἀπορία Rutilio. διαπόρησις Aquilæ, & aliis. † Expeditio) Enumeratio Trapez. Et Doct. de Conscribendis epistolis, inter argumentationes rhetoricas ponitur. [Expeditio est) Hoc autem non tam schema est, quam argumentationis genus, quod per enumerationem fieri dictum est. [Sed nō erit tanquā in plerisque) Alias Tam. [Præcisio) Græce ἀποσιώπησις. † Præcisio, ἀποσιώπησις, vel ἀποκλείσεως Rufiniano. Reiecta eadem, cum scilicet eximimus aliquid ab aduersario propositū & significamus vel indignum esse de quo dicatur, vel monemus seruaturos nos in alium opportuniorem locum. Hac de re quid attinet dicere, quando ad institutum non ita multum facit. Cicero. Quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam gloriæ suæ? Huc referenda est. & ἀποσιώπησις. i. reticenda. de qua apud Quint. παράλειψις, hoc est, prætereo.

A S C E N S I V S.

Repetitio est, cum. i. quando principia sumuntur in rebus similibus, & diuersis continenter. i. cōtinuo ab vno, atq; eodē verbo, hoc modo: Vobis, ò iudices, aut patres conscripti, aut Quirites &c. Andes supplicium deprecari. i. precibus sperare à te auertere. hoc est ne de te sumatur, q. d. frustra, quia inique id facias. Non. i. nonne reliquisti, quia violasti iusiurandum. Volutaris; vt sus in volutabro suo. Hęc exornatio q tu n. i. simul habet multum venustatis. tum. i. simul habet plurimum grauitatis, & acrimoniæ. Cetera patent: saltem per ea quæ à Francisco adducta sunt. Conuersio est, per quam nō repetimus verbum, vt ante. i. sicut in repetitione. sed reuertimur cōtinenter. i. cōtinuo, & sine intermedio, aut dilatione: ad postremū. s. verbum, hoc modo Pęnos i. Punicos populos, vt pote Carthaginenses, vbi verbum vicit, quod in fine dicetur repetatur. Homo nauus. i. strenuus, & operosus bonam operam in reip. administratione nauare solitus. Male scribunt quidam nouus, non. n. nouus, sed nobilis admodum erat, vt peierent. i. periurium committant, quia iudices iurati iuxta merita sententia dicere, si scelestissimū absoluunt peierant. Dicitur aūt peierare, nisi apud vulgares periuro, licet periurus, & periurium recte dicantur. Complexio est, quæ complectitur. i. in se continet vtranque exornationem, & hanc, id est paulo ante dictam, videlicet conuersionem, & quam exposuimus ante, videlicet repetitionem. Ita videlicet, vt &. i. simul primum verbū repetatur sæpius idem, &. i. simul reuertatur. i. reuersio fiat, crebro. i. frequēter, ad idē postremum. s. verbum hoc modo. Qui sunt &c. Exempla sunt nota, notis tamen apud veteres lectū Carthaginēses, vbi nūc dī Carthaginenses. Scies ad hoc q Carthago. & Cartha pro oppido habēt aspirationem in secūda, charta super quam scribitur in prima syllaba. Traductio est, quæ facit, vt cū idē verbum ponatur crebrius, ipsum sup. non modo nō offendat animum. s. auditoris, sed reddat etiam orationem cōcinniorem. i. consonantiorē, & quadratiorem, ac modulatiorem, q. d. tantum ab est, vt verbi in varia loca traductio tędiū generet, vt etiā summopere recreet hoc modo. Is qui nihil habet in vita iucundius vita non pōt colere vitā cū virtute. Vnde Iuuen. Summum credere nefas animam præferre pudori. Et p. p. vitam viuendi perdere causas. Item appellas tu hunc. s. homicidam hoiem, qui si fuisset homo nunq̄ petisset. i. malitiose inuasisset vitam hominis. At. i. sed dicas forte, q. s. interfectus erat inimicus. Ergo i. nunquid ideo, q inimicus erat, voluit ipse vlcisci sui inimicum, vt ipse reperiretur inimicus sibi? quia sæuus in cōsimilis speciei animal, quod per naturam nullū animantium facit,

qui

quocirca cum homo in hominem sæuit, quodãmodo sibi, quia naturæ suæ inimicus efficitur. Præterea qui alium occidit iniuste, duos occidit, quia & seipsum, quatenus se dignũ facit qui iure occidatur, & ita quia sui necem procurat sibi inimicus efficitur, saltẽ re licet fortassis non animo. Vt enim inquit Seneca. Illo die perit nocens quo peccat. Item aliud exemplum. Sine. i. permitte diuitias esse diuitum, tu vero præfer diuitiis virtutem. Nam si velles comparare. i. conferre diuitias cũ virtute, diuitiæ vix videbuntur tibi satis idoneę, quæ sint pedisseq;. i. ancillæ virtutis, pedes eius, ut dominæ suæ sequẽtes. In his autem exemplis repetitur eadem dictio, licet nõ semper in eodem casu, tamen in eadem significatione. est autẽ aliud genus exornationis cum eadẽ quidem vox, sed in diuersa significatione repetitur, vnde addit. Quod eodem genere exornationis est, cum idem verbum. i. eade vox, ponitur modo. i. interdũ in hac re. i. significatione. & modo. i. interdum in altera re. i. significatione. hoc modo. Cur curas tam studiose. i. cur tam sollicite sequeris eam tẽ quæ dabit tibi multas curas. i. sollicitudines. vbi curas prius verbum posterius nomen est. Item, Nam iocundum est amari. i. feruenter diligi, si curetur nequid amari. i. rei amaræ. & acerbæ, in sit. s. in amando, quia qui amantur ferè redamare solent. Item ego veniã ad vos, si senatus det mihi veniam. i. commeatum, & libertatem abeundi, quam vulgus licẽtiam vocat in his quatuor generibus exornationum videlicet repetitione, conuersione, cõplexione, & traductione, quæ adhuc. i. huc vsque sunt propositæ. tractatæ nõ fit inopia. i. penuria verborum, vt redeatur sæpius ad idem verbum, sed festiuitas. i. celebritas. i. celebritas delitiosa, & lepor sermonis inest, quæ. s. festiuitas potest diiudicari. i. internosci facilius auribus. i. aurium iudicio, quàm demonstrari verbis. Cõtentio est, cum. i. c. si oratio conficitur ex contrariis verbis, hoc modo, &c. Sed quãplurimi sunt qui contendant contentionẽ esse in cõtrariis sententiis, antitheton. i. contrapositum in contrariis verbis seu vocabulis: vnde cõtentionem dicũt in principio primi Bucolici carminis apud Virgilium. In his autem exẽplis videtur antithesis, nam iucundum, & amarissimum contraria sunt verba. Sicut esse placabilem, & memorabilem, quam Tumultuari, & ociosum ac quietem esse. Frigidissimum & frequentissimam. Calere, & frigere. Tacere, & clamare. Loqui & obmutescere. Bellũ autem quæritare, & pacem desiderare. Item de virtute loqui in concione. i. multitudine populi ad audiendum concitata, & non posse perferre per ignauiam sonitum tubæ in prœlio videntur contrariæ sententiæ. Si distinguemus, idest sub distinctione vtemur, suo iudicet loco, &c. Exclamatio dicitur Grçce ἀποφώνησιν. Acclamatio autem ἐπιφώνησις, vel ἐπιφώνημα. Ordo autem est. Exclamatio est, quæ conficit. i. cõplet, & complete facit significationem doloris, aut indignationis. i. affectionis indigne ferentis alicuius. s. hominis, aut doloris, seu indignationis, per compellationẽ. i. allocutionem in medio sermonis, hominis cuiuspiam, aut vrbis, aut loci, aut rei s. alterius hoc modo. Vt si quis à domo Scipiadum iniuriam, aut dedecus propulsare velit, aut illi misericordiã fieri dicat per exclamationẽ. Te nunc alloquor Africane. i. Scipio maior deuictor Africæ: ga Carthaginis, cuius mortui quoque. i. etiã cum iã mortuus, nomen est ciuitati. s. Romanæ. splendori. i. ad splendorem & gloriam ac decori. i. ad decus, & ornamentũ, si legetur, aut decori, non intelligetur, quod sic sit pronunciandum in orando, sed ꝑ alterum pronũciandũ sit. aut sic. cuius mortui quoq; splendori est ciuitati, aut sic. Cuius mortui quoque nomen decori est ciuitati. Tui nepotes. s. Gracchi ex Cornelia filia tua geniti, clarissimi, tum propter patrem, tum propter matrem, tum propter se, præstiterunt in oratoria. abluerunt suo sanguine. i. expiauerũt, aut sedauerunt crudelitatem inimicorum, q. d. Gracchos non occisos, nisi ad crudelitatem inimicorum explẽdam. Miror hoc loco cur Franciscus interpretetur nepotes ex sorore, nisi quod nesciam ex sorore quoque nepotes dici, præsertim illis verbis adiectis, vt apud Valerium Max. sed quod de Africano maiore aptissime potest intelligi, cuius non soror sed filia dicitur Cornelia Gracchorum mater, vt fere attestantur commentarii. Vnde Domitius in illud Iuuenal. Malo venusinam quam te Cornelia mater Gracchorũ. dicit sic. Hæc olim habebatur insignis pudicitiæ Scipionis Africani filia, nupsit Cornelio Graccho, cui genuit C. & Tiberium Gracchos. Ad vtriusq; filii eloquentia plurimũ contulit, præceptis suis, vt scribit Quint. His sublatis per seditionem popularem Misenum prædiuite concessit &c. Hæc ille. Vbi & Mancinellus. Pli. lib. 34. cap. 5. scribit, quod Corneliæ Gracchorum matri, quæ fuit Africani prioris filia sedens statua posita est in Metelli Publica portu, quæ statua tempore suo erat in Octauię operibus. Et Landinus in sextum Aeneidos scribit sic. T. Gracchus bis consul, bis triumphator, bis cẽsor. Corneliam Africani maioris filiã vxorem habuit quam adeo dilexit. vt eius salutem suæ præposuerit, & ipsa eo mortuo nuptias Ptolemæi Aegyptiorum regis contempsit. T. & C. Graccho oratores excellentissimos reddidit. In Tito aspectu, & ingenio humanitatis apparuit. C. asper & concitatus fuit. Ambo quamuis diuersis temporibus cum Agrariam legem aduersante senatu ferre tentarẽt cæsi sunt. De Scipionibus quoque, quia eorum cognitio huic loco conducit, dicit ibidem sic. Scipiones de quibus Maro: Aut geminos duo fulmina belli Scipiadas. fuerunt gemini fratres, scilicet Cn. Cornelius Scipio, & P. Cornelius Scipio. Quorum Publius consul ad Ticinum flumen cum Annibale fortiter dimicando vulneratus ab adolescentes filio qui Africanus maior fuit à mortis periculo liberatus est. Hi ambo in Hispania Asdrubale Annibale fratre profligato Aphrorum Milia a 5. occidere. Dicens vero milia cepere. Postremo insidiis Aphrorum oppressi eodem die ambo periere. sed Cn. filius fuit Cn. Cornelius Nasica qui senatus totius iudicio vir optimus iudicatus est. Publii filii duo fuerunt. P. Scipio Africanus, & L. Scipio Asiaticus. Publius vt dixi patrem liberauit. Asdrubalem Hispania pepulit, inde Carthaginem vicit. Hic filios duos habuit, alterum ita a patre degenerantem. vt vecordia, & amentia mõstro similis fuerit, alterum P. scilicet corpore imbecilliorem, animo vero præstantissimũ, qui filius carnes, Aemilium, Pauli Aemilii filiũ adoptauit, qui Scipio Africanus minor cognominatus, qui Celtiberos, Vacceos, & Cantabros vicit. Carthaginem inde euertit. Postremo in Hispaniam reuersus profectus Numantiam sustulit. Lucius autem Scipio superioris Africani frater primus vi victa Hellespontum in Asiam traiecit Antiochum vno, & ingenti prœlio superauit, & quinquaginta milibus hominum cæsis Asiam Romano imperio adiecit. Hæc ille. Ex quibus constat nepotes ex filia dicendos hoc loco, Nam de Gracchis loquitur Cicero, in hoc priore exemplo quod facit pro interfectis. addit alterum in exprobationem Fregellanorum dicen. Item. i. similiter, alterum exemplum est. O perfidiosæ. Fregellæ (de quibus supra dictum est) quam. i. ò quantum facile. i. faciliter, contabuistis. i. consumpti aut corrupti estis, vestro scelere. s. contra remp. Romanam attentato vos compellat vrbem. Item supp. o aut pro insidiatores bonorum, vos petistis. i. inuasistis latrocinio. s. vestro, vitam cuiusque innocentissimi. Ne, pro an assumitis, tantum facultatem. i. faciendi potestate vestris calumniis. i. iniuriosis cladibus, et iniquitate iudiciorum. i. quia confiditis iudicibus corruptis absolui? Nus adducemus animum auditoris, ad quam i. quamcunque indignationem. i. affectionem indigne ferentem, si vtemur supp. eo loco. s. suo. i. opportune, & raro, & cum. i. quando magnitudo rei videbitur postulare. i. exigere, quia nisi vehementer simus affecti non exclamabimus. Interrogatio non omnis. i. quædam non est grauis, neque concinna. s. decora & loco congruens, sed sup. interrogatio est grauis, & concinna, quæ cum. i. postquam ea quæ obessent. i. obesse possent causæ aduersariorum sunt enumerat, confirmat rationem superiorem. i. paulo ante a nobis adductam, hoc modo. Igitur cum tu faceres, diceres, administrares, hæc oĩa (quæ intelligemus per eum qui hæc dicit, prius enumerata fuisse) vtrum remouebas, & alienabas animos sociorum ad rep. s. Romana, aut alterius ciuitatis, an non, q. d. non poteris non confiteri quin sic. Et vtrum oportuit. i. decuit, aut necesse fuit aliquem exorari. i. orãdo inducere, qui prohiberet, ac non sineret, ista. s. quę moliebaris fieri, q. d. maxime oportuit. Ratiocinatio est, per quam ipsi. i. nos poscimus a nobis rationem, quare dicamus. quidq;. i. vnumquodque, & nobismet petimus crebro a nobis explanationem vniuscuiusque propositionis Ea. i. ratiocinatio est huiusmodi. Maiores nostri. i. prisci Romani, si damnabant, quam. i. aliquam mulierem vnius peccati. s. reatu, putabant. i. censebant. supp. eam conuictam. i. probatam ream multorum maleficiorum, in iudicio simplici. i. de vno duntaxat maleficio pronunciato, & hæc est propositio dubitabilis, quam apte sequitur interrogatio, & cõtinuo eius respõsio, & responsionis eorius quæritur ratio, vnde addit. Quo pacto. i. quo modo aut qua ratione putabant. s. illud? Responsio. Quoniam ipsi existimabant eam quam iudicarunt impudicam, quoque. i. et, aut simul, damnatam venefícii. Quid ita. i. cur ita existimabãt? Ratio. Quia necesse est eam quæ addixerit turpissimæ cupiditati, id est lasciuiæ & libidini. corpus suum, id est quæ vulgauerit corpus suum, & exposuerit libidini, necesse est inquam eam, timere permultos. Interrogatio. Quos? Responsio. Istos,

virum

virum.i.maritum, parentes, cæterosque ad quos videt famam sui dedecores pertinere. Interrogatio. Quid postea? Hoc est qd tum, aut quid ex illo infertur? Responsio Necesse est, vt petat veneficio, quoquo.i.quocunq; modo possit, eos quos timeat tantopere.i.tam anxie, & tam impense. Interrogatio. Quare est necesse? Responsio. Quia nulla ratio honesta, aut potius honesti, potest retinere.s.a maleficio, eam quam magnitudo peccati facit timidam, quàm sup. intemperatia.i. incontinentia, facit audacem, & quam sup. natura mulieris, quæ varia est quia varium, & mutabile semper fœmina, facit inconsideratã. idest nihil considerantem quid faciat. Nam vt Valla docet consideratus, & inconsideratus actiue significant. Interrogatio. Qui sup. putabant eam quam damnabat veneficii.i. censebãt commisisse veneficium? Responsio. Ipsi putabant quoque.i.&t impudicam necessario. Interrogatio. Quare? Responsio. Quia nulla causa potuit mouere.i.impellere ad maleficium.i. ad veneficium, quam facilius amor turpius.i.lasciuus & illegitimus ac inhonestus, & libido intemperans. Posset iterum interrogari quare, sed causam subdit. Cum.i. quandoquidem ipsi putauerunt corpus eius mulieris, cuius animus esset corruptus, nõ esse castrum: Alia interrogatio. Quid sup. faciebant in veris obseruabant, ne hoc idem.s.iudicium in viris damnandus? Responsio. Minime. Interrogatio. Quid ita.i.cur id dicis, aut cur ita faciebant? Responsio. Quia singulæ. i. seorsum acceptæ, & ad vnumquodq; propriæ cupiditates impellunt viros ad vnumquodq; maleficium vna cupiditas, vtpote turpis amor, ducit mulieres ad omnia maleficia. Vbi signatus vtitur verbis. quia viros dicit impelli, in quo verbo est violentia, vt significet eos egregie, & viriliter resistere, mulieres autem duci, vt indicet eas volentes sequi. Vnde & illud Senecæ: Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Item. Aliud exemplum circa quod fit frequẽs interrogatio. Maiores nostri comparauerut.t. i. constituerunt bene hoc, vt neminem.i.nullum, sicut apud Virg. Turne quod optandi diuum promittere nemo auderet. Est. n. nemo quasi nullus homo, vnde nemo diuum, est tantum nullus diuũ, si tñ hoc loco proprie dictum velit, fit appositio, sic neminẽ.i.nullum hominem existentem regem, quem cepissent armis priuarent vita. Quid vita. i. cur id bene dicis comparatũ, aut cur ita comparauerunt? Responsio. Quia iniquum erat.s.visum, consumere eam facultatem quam facultatem fortuna dedisset nobis per victoriam.s.in supplicio eorum, quos eadẽ fortuna collocaret, paulo ante in amplissimo, qa in regali statu. In qua sententia fuisse videtur Pyrrhus ille Epirota apud Enniũ, vt testet. Cic. primo offic. Dono ducite, doq. volentibus cũ magnis diis &c. Quid sup. facias in eum qui contraduxit.i.cõtra te duxit exercitum? supp. si eum ceperis? Responsio. Desino meminisse.s.iniuriarum. Quid ita? Responsio. Quia est viri fortis, putare eos hostes qui contendant de victoria.i. tantisper dũ præliantur, & sup. iudicare eos homines. & ita humanæ tractãdos, qui sint victi. Interrogatio. Quare? Responsio. Ideo putare hostes dum contendunt, vt fortitudo, qua eos debellauerimus, possit minuere bellũ, & victos sup. putaui homines, vt humanitas possit augere pacem, quia eos patienter ferimus dominos, quos humanos nacti sumus victores. Interrogatio. Et si ille.s.rex victus, vt barbarus aliquis, vicisset.s.te, nũ.i.nunqd fecisset idem.i.te humaniter tractasset? Responsio. Profecto non fuisset tam sapiens. Quia sapientis est parcere, vt sibi prosit, qa qui parcit hosti victo, & illius vtitur seruitio, & alios inuitat, vt se vinci, quam occidi malint. Interrogatio. Igitur si hoc nosti, cur parcis ei? Responsio. Quia ego consueui cõtemnere.i. vilipendere, non imitari talem stultitiã. Pulchra profecto sententia, & auctore digna. Hæc exornatio est accommodata vehementer ad sermonem.i.tenuem narrationẽ, & retinent animum auditoris attentum. tum.i. simul venustate sermonis, tum.i.simul expectatione rationũ, quæ subduntur. Sentẽtia est oratio sumpta de vita.i.de modo viuendi, vt de moribus, quæ ostendit breuiter, aut quid sit, aut qd esse oportet in vita, hoc modo. Difficile est primum (.i.in primis, quia vniuscuiusq; rei potissima pars principium est, & quia difficile est, consueta relinquere. primum.i.in principio inceptionis, quia vt dicit Maro in litera Pythagorę. Virtus difficiles aditus primum spectãtibus offert) sup. eum qui sit vsus semper fortuna secunda.i. prospera, & ob secundante, reuereri.i. habere in honore & reuerentia. virtutes.s.cardinales illas fortitudinẽ, temperantiã, iustitiã, & prudentiã. Itẽ sententia est, si dicatur is est existimandus.i.iudicandus liber, q nulli turpitudini seruit, qa q facit peccatum, seruus est peccati Itẽ alia sñia. Is est æque. i. æqualiter egens, qui non hẽt satis, & is cui nihil potest esse satis, licet satis habeat, quia vt dicit Seneca, non copia rerum, sed animus facit diuitẽ. Itẽ alia sententia. Optima rõ viuendi est eligẽda.s. in institutione vitæ, & si dicas acerbam videri, addit, consuetudo reddet eam iucundam. Huiusmodi sententiæ non sunt improbandæ, propterea q breuis expositio.i.enunciatio alicuius sniæ, si nullius indiget rationis.i.approbationis cum sit euidẽtissima, habet magnam delectationem.s.audiẽtium. Sed illud genus sententiæ est, quoq..i. etiam probandum.i. approbandum, quod confirmatur subiectione.i. immediata additione rationis, hoc modo: Omnes rationes bene viuendi sunt collocandæ in virtute, propterea q.i.quia, sola virtus est in sua potestate, ita q nulli sit subiecta, & a nemine tolli possit. Oia.s. alia præter eam.s.virtutem sunt subiecta sub dominatione fortunæ, quæ ea vt dare videtur posse, ita & auferre. Nam qui inducti fortunis.i.prosperitatibus alicuius secuti sunt amicitiam eius, hi omnes deuoluant, simul.ac.i.in eodem momento, quo fortuna est, delapsa.s.de gradu suo. Ratio est: Enim pro quia, cum ea res quæ fuit causa consuetudinis.i. conuersationis, & rationis mutuæ, recessit, nihil superest.i.restat, qua re possunt teneri in amicitia. item sunt sententiæ.i.reperiuntur. quæ efferuntur.i. enunciãtur dupliciter.i.per bina membra, hoc modo, Illi sup. errant sine ratione qui putant se fugisse. i. euitasse oẽs impetus fortunæ rebus prosperis.i.per res prosperas, & sup. illi cogitant sapienter qui reformidant casus aduersos, temporibus secundis.i.prosperis vbi sunt duæ sententiæ sine ratione. Cum ratione sup. sunt duæ sententię, hoc pacto.i. modo. Qui putant oportere ignausci peccatis adolescentiũ, falluntur, propterea q illa ætas non est impedimento bonis studiis.i.quod si corrigantur, possent etiam bonis studiis incumbere. At hi faciunt sapienter, qui castigant maxime adolescentes, vt velint comparare.i.acquirere, in ætate maturissima.i.primũ idonea, eas virtutes, quibus virtutibus possint tueri.i.protegere, omnẽ vitam. Conuenit, i.conueniens, & vtile est, sententias interponi raro, vt nos videamur esse actores rei.i.litis, & non pręceptores viuendi, quod philosophorum tunc erat, & theologorum nunc est officium. Quum.i. quando sententiæ interponerent, ita.i.raro, tunc sup. afferent multum ornamenti. Enim pro qa necesse est, vt sup. auditor tacitus.i. tacens, comprobat eam.s. sententiam, cum videat rem certã, sumptã ex vita, & moribus, accommodari.i.commode applicari ad cãm.s. quam agimus. Contrarium idem fere est. quod contentio. nam supp. Contrarium est, quod confirmabat breuiter, & facile alteram.s.rẽ, ex duabus rebus diuersis, hoc pacto: Nam, quo modo speres eum qui fuerit semper inimicus suis.i.propriis rationibus.i. vtilitatibus, fore amicum rebus alienis? Item: Nam quare putes eũ, quem cognoueris perfidiosum in amicitia posse habere inimicitias cum fide? q.d. nulla ratione id facias. Aut quis speret videre eum commodum & cognoscentem.i. cognitorem sui, in potestate.i.quando sit in potestate cõstitutus, qui priuatus.i.nullo magistratu præditus fuerit superbia intollerabili? Et nunqd credis eum temperaturum.s.se.a mendacio in concionibus, q non dixerit verum in sermonibus.s.familiaribus, & in conuentu amicorum? Item metuemus dimicare in campo.s.plano, cũ iis quos deiecimus.i.detrusimus ex collibus, vbi tutiores erãt? Item, nunquid supp. metuemus, ne ii, qui cum plures non poterant exæquari.i.in virtute nobis paucis, sint superiores nobis, postqñ sunt.s.effecti, pauciores? Hoc genus orationis dẽt esse perfectum verbis breuibus, & continuatis. Et est commodum auditu.i.dum auditur, propter conclusionem breuem, & absolutam. Tum vero.i.& insuper multo magis, cõprobat vehementer contraria re.i.per repugnantiam quę est in re contraria, id opus est.i.expediens oratori, vbi opus est ante se nominatiuũ hẽt, nam dicere licet, quo opus est, &c. Et expedit.i. expedite facit ex eo quod dubium non est.i. per euidentiã vnius partis, vt illud quod dubiũ est, aut non possit.i. nullo mõ possit dilui.i.purgari, aut possit dilui multo difficillime. Membrũ orationis appellaẽ res breuiter absoluta, sine totius orationis demonstrationes, quæ accipiẽ denuo, i.iterum quasi sit de nouo, alio membro orationis hoc modo: Et proderas inimico. (.i.quod appellaẽ vnum membrũ. deinde oportet, vt hoc.s.membrum. excipiatur ab altero, cum subdiẽ) & lædebas amicum. Hæc exornatio potest constare ex duobus membris suis. Sed ipsa exornatio est cõmodissima, & absolutissima, hoc pacto: Et inimico proderas, & amicum lædebas, & non cõsulebas. i. nõ prospiciebas tibi ipsi, vbi tertium additur membrũ. Item, nec cõsuluisti.i. vtilis fuisti, aut prosperuisti reipu. nec profuisti amicis. nec restitisti inimicis, Articulus dicitur cum singula verba distinguuntur interuallis, id est spatiis medijs, oratione cæ-

sa.i.intercisa.hoc modo: Tu perterruisti aduersarios. Acrimonia, voce, vultu. Item: Tu sustulisti.i. delevisti de medio viuentium, inimicos.s.tuos, inuidia, iniuriis, potentia, perfidia. Hoc interest inter vehementiam huius generis.s.exornationis, & illius superioris, quod illud.s.superius venit.s. ad aures auditorum, tardius, & rarius.i.minus prae se, & impetu se, hoc.s. posterius peruenit crebrius, & celerius. Itaque.i.& ita gladius videtur afferri ad corpus ex remotione brachii, & cohortatione dextrae in illo genere priore.s.id est, talem acrimoniam habet, vt qui manum ad capulum minabundus demittit, autem pro sed, corpus videtur insauciari.i.multum, & penitus sauciari, crebro, & celeri vulnere, in hoc.s.posteriore, hoc est in articulo talis est acrimonia, qualis in vulnerante &c. Continuatio est frequentatio verborum densa.i.plena, & vt dicunt spissa. & cotinens.i. sine interuallis, cum absolutione.i.complexione, & consumatione sententiarum. Nos vtemur ea commodissime, triperito.s. colore.id est, tribus coloribus, videlicet in sententia, in contrario, & in conclusione. In sententia supp. vtemur ea, hoc pacto: Fortuna nō potest obesse.i.nocere, multum ei, qui collocauit.i.constituit sibi, praesidium.i.protectionem honestam firmius.i.cōstantius, & certius, in virtute, quam in casu.i.euentu fortuitu. In contrario supp. vtemur ea, hoc modo: Nam, si quis collocarit non multum spei in casu, quid est, quod.i.pp quod casus possit obesse ei magnopere. i. plurimū? q.d.nihil. In conclusione sup. vtemur ea, hoc est, continuatione, hoc pacto: Quod si fortuna potest populum in eos, qui intulerunt omnes rationes suas in casum.i.euentum fortuitum, non omnia sunt committenda fortunae, ne.s.fortuna habeat in nos potestatem nimis magnam. Frequentatio.i. densa pronunciatio verborum, est in his tribus generibus.i.coloribus dictis, adeo.i. in tantum necessaria, ad vim continuationis.s.seruandā, vt facultas oratoris videatur infirma, nisi offerat.s.auditoribus.sententiam, & contrarium, & conclusionem, verbis frequentibus.i. continuatis densae. Sed, &c.i.etiam alias.i. alio tempore, aut vt alii legunt, sed pro aliis, quoque.i. etiam pro aliis.s.coloribus (quae lectio videtur verior, nam Valla negat. & pro eta apud Cic.legi) est nonnunquam.i.interdum, non alienū. i. non impertinens, imò importunū, tametsi.i.quanquam nō est necesse eloqui aliquas res per continuationes huiusmodi. i.quales iam positae sunt. Compar appellatur.s.genus dicendi, quod habet in se membra orationis de quibus diximus ante.s. vbi locutus est de membro, quae.s. membra. constant.i. construuntur ex numero syllabarum fere.i.quasi omnino pari.i. aequali. Hoc.s. quod sint pari numero, non fiet denumeratione nostra.i.ita, vt syllabas data opera dinumeremus, contenti numeri paritate, licet concinnitas desit, nam.i.quidem.i.certe, puerile.i.ridiculū, & leuis, aut insani capiti labor (sicut qui data opera in faciendo versu caput scabat, aut vngues demordeat) sed vsus, & exercitatio afferet tantum facultatis.s.dicēdi, vt possumus referre.i. iterum dicere. quodam sensu.i.perceptione animi, membrū.s. sequens, par.i.equale in numero, superiori.s.membro, hoc modo, Pater oppetebat.i.fortiter obiebat, mortem in praelio, filius, comparabat.i.cōtrahebat, aut ornabat domi nuptias. haec omnia.s.quae pater, & filius faciebant, administrabant.i.inferebāt graues casus, quia alter alteri auxilio esse nequibat. vbi 13. sunt syllabae cum in prioribus non sint, nisi 12. vnde sunt qui legant, haec autem, sed non est necesse, cum auctor fateatur syllabam posse redundare. Item: Aliud est exemplum Fortuna dedit illi felicitatem, industria comparauit huic virtutem. Potest saepe fieri in hoc genere, vt numerus syllabarum nō sit plane.i. omnino par, & tamen videatur esse, si alterum.s.membrum sit breuius, altero.i.reliquo (vbi innuit fere duo, duntaxat esse membra) vna syllaba.s.duntaxat, aut etiam altera.i.secunda, hoc est duabus. aut si cum.i.quando plures syllabae sunt in altero, longior sup. syllaba erit in altero.i.reliquo, quod paucorum est syllabarum, vt longitudo, aut plenitudo, harum.s. longarum syllabarum, assequatur, & exaequet multitudinem.s.syllabarum, alterius.s.membri, quia syllaba longa tantum hēt temporis, ac more in pronunciando quātum duae breues. Similiter cadens &c. Ordo est: Exornatio dicitur similiter cadens cum duo, aut plura verba quae efferuntur.i.pronunciantur, similiter iisdem casibus, sunt in eadem constructione verborum, hoc modo: Hominem &c. Exempla nota sunt, sed quia casus finem respicit, sunt qui legant: huius spes est in pecunia, animus remotus est a sapientia, sed Franciscus dicit nō opus esse, vt in fine semper sint illi iidem casus. Prae se ducit.i. pluris quam sit aestimat. Neminē.i.nullum, quia addit hominem. Similiter desinens est, cū.i, quando, tametsi casus.s.similes, non insunt in verbis.i.dictionibus, tamen exitus similes insunt, aut tamen exitus sunt similes hoc pacto. Turpiter &c. Haec duo genera quorum alterum, videlicet posterius, versatur in similitudine exitus.i. terminationis dictionum, alterum videlicet prius, hoc est, similiter cadens, versatur in similitudine casuum, conueniunt.i.quadrant, & similia sunt inter se vehementer, & ea re.i.& ideo, qui vtuntur iis, collocant ea plerunque simul in iisdem partibus orationis. Et sup. oporteret facere, id.i. ea collocare, hoc pacto.i. modo (ab eo quod sequitur id, quod praecedit, quia pactum sequitur forma, & modus tractatus) Perditissima ratio, &c. Frustra construitur verba, quia cum situ variato gratiam amittant. Hic.i. in hoc exemplo, &.i.simul, ca verba.i.e dictiones.q. habent casus.s.nominum, veniunt ad casus similes, vt amorem, & pudorem, formam, & famam, & ea quae nun habent casus veniunt ad similes exitus, vt petere, diligere, negligere. Annominatio, vel ad nominatio est cum acceditur.i.appropinquatur ad idē verbum, & ad idem nomen, cōmutatione vel additione vnius literae, aut literarum.s.plurium, aut supple cum verba similia in voce accommodantur ad res.s.significatas, dissimiles. Ea.s. figura, aut adnominatio conficitur.i.fit multis, & variis rōnibus.s.modis. Primo sup.fit. Attenuatione.i. subtractione, aut complexione.i.assumptione eiusdem literae sic. Hic qui se magnifice iactat, venit pro venit.i. venundatus fuit à te ante, q ve nit.i.aduenit Romam. Ex contrario.i.ex complexione, seu assumptione literae sic. Hic vincit.i. ligat statim, ferro.i. pedicis, aut manicis ferreis, aut cathena, eos homines quos vicit alea.i. ludo alearum. Productione t. secundo fit productione eiusdē literae quae prius erat breuis, hoc modo. Dulcedo.s.cantus, aut concentus auium, vbi prima corripitur à nominatiuo aues, ducit hunc ad auium.i.locum a uersum à via, vbi prima producit quocirca non venit ab a priuatiua particula, sicut nec à mens, sed ab a praepositione, tum qa illa corripit haec producit, tum quia illa graeca non nisi graecis componi vult, haec latina latinis. Breuitate.i.tertio fit breuitate eiusdem literae, quia sola vocalis longa, aut breuis est, hoc modo: Hic tametsi videtur esse cupidus honoris, tamen non diligit tantum.i. ad tantum, aut tam multum, curiam.s.senatorem, quantum curiam.s.amicā. Curia autem senatoria primam producit. Curia proprium mulieris corripit, sicut, & Curius apud Iuuenal. Qui curios simulant &c. Addendis literis supp. fit quarto, vbi scies venustius dici addendis literis quam addendo literas, &c. Exemplum patet temperare sibi.i.seruare modestiam, & continentiā, obtemperare.i.obsequi, Demendis literis supp. fit, quinto sic. Si hic vitasset leones.i.productores, & venditores meretricum, quemadmodum supple vitauit leones, quia nunquam se commisit venationi, sed lupanaribus assidue, ipse tradidisset se vitae.i.honestae, aut longae, vbi nunc propter inopiā perit. Transferendis.s. sexto loco fit transferendis literis, hoc pacto. Iudices videre.i. considerate, hic.i.in hac re, vtrum malitis.i. magis velitis credere homini nauo.i.strenuo, & solerti, an vano.i. futili mendaci, vbi n & u transferuntur. Commutandis sue literis fit septimo hoc modo. Oportet deligere.i.de multis legere, & secernere supp. eum quem velis diligere, vbi e mutatur in i, hę sunt annominationes quae versantur in breui cōmutatione, aut translatione, aut aliquo.s.alio genere i.modo huiusmodi. Sunt autē aliae.s.annominationes, quae non habent tam propinquam similitudinem verbi.i.dictionis, & tamen sunt dissimiles.s.penitus, de quibus generibus est vnum huiusmodi, O iudices vos cognoscetis breui, quid.i.ad quid veniam, qui sim (vbi scies sequente sponi qui pro quis, vt attamen iste Deus qui sit da Tytire nobis, & Nec qui sim quaeris Alexi &c.) Quare veniam, quem insimulem.i.occulte accusem, cui prosim.i.velim pdesse, quem postulem.s.iniuriarum. Nam quaedam similitudo est hic.i.in hoc exemplo in quibusdam verbis, non tam.i. tantum aspectanda.s.ab oratore, quam.i.quantū, illae superiores sunt afectandae, sed tamen est adhibenda nonnunquam.i. interdū. Alterum.i.secundum genus est huiusmodi. O Quirites demus operam.i.adnitamur ne P.C.i.qui sunt de ordine senatorio, puretur circumscripti.i.decepti, & circumuenti omnino. Haec.i. secundi generis annominatio accedit magis ad similitudinē.s. nominum, quam illa superior.s.paulo ante posita, sed minus quàm illae septem superiores, propterea q literae sunt non solum additae, quia additur circum, sed sunt quoque.i.etiam demptae, vno tempore.i. simul, quia demitur particula, cū pro qua ponitur circum. Tertium genus, videlicet secundi ordinis est, quod versatur in cōmutatione casuum, aut vnius supp. nominis, aut plurium nominum. Vnius nominis supp. cōmutatione

ne casus versatur. hoc modo: Alexander &c. (vbi omnes sunt terminationes, videlicet Alexander, Alexandri, Alexando, Alexandrû. Nam prætem illud Alexandro si vita &c. Ponendum autem illud. Alexandrum omnes, nisi forte tunc datiuû eo q̧ ablatiuo sæpe similis est cum ablatiuo ponebant. Hoc vnû nomen videlicet Alexander est voluntatum.i. inflexum varie in cômutatione plura nomina facient ad nominatiouê casibus cômutatis, hoc modo: Nex.i. occisio indigna.i. quã non meruerat, aut qua dignus non erat, vbi scies nominatiuum nex à Cic. vsurpari. Vnde Sulpitius. Scimus, inquit, Plautum dixisse delitia fœminino genere, & numero singulari, & Cic. nex, & alios interdum alia multa quę lex grãmatica vetat. permittit tamê analogia &c.) Prohibuit Tib. Gracchum administrantem remp. commorari.i. conuersari diutius in ea. Constructio patet, solum aduertendum est, q̧ Tiberiû dicit in accusatiuo. C. Graccho in datiuo. Saturninû rursus in accusatiuo, & Druse in vocatiuo, & Sulpitio rursus in datiuo. In dicto de Saturnioo ne quid hęsites. Ordo est. Perfidia.s. Marii, & complicum eius priuauit per scelus, vita.i. inque occidit Saturninum.s. Apuleium captum.i. deceptum fide maiorû natu.i. eo q̧ fidem habuit, & se dedidit maioribus natu.i. senioribus, aut perfidia maiorû natu priuauit per scelus vita Saturninum captum fide, quia cum in capitolio obsideretur à Mario per deditionem captus, & deinde lapidibus obrutus est. O Druse &c M. Liuium Drusum genere, & eloquentia præstantem, factum T. ib. pl. rogauerunt Itali, vt legem promulgaret. qua ciuitate Romana donarentur, qua pro mulgata cum propter inuidiam in publicum prodire amplius non auderet, & domi iut dicenti, gladio sacoris sub vesperam cum turbam dimisisset traiectum dicunt. vnde sanguine aspersit domesticos parietes, & vultum parenôs, hoc est effigiê partis in stemmate positam. De Suplitio prius dictum est. Videtus autem ita construendum. Cui Sulptio Romani concedebant.i. permittebant paulo ante omnia, cum prohibuerunt breui spatio non modo viuere, sed etiam sepeliri. In qua locutione ponitur vox Sulptio solum modo, vt relatiuum habeat locum constructionis, cum enim vtentur ab eodem regi. necesse est alterum absolute ponatur. Nam plena locutio esset. Sulpitio paulo ante omnia concedebant quem &c. Sed non tam venusta, neque tã significatiua. Hæc tria proxima, id est, proxime dicta genera exornationum, quorum vnum est positum in verbis similiter cadentibus: alterum.i. secundum, in verbis similiter desinentibus: tertium in annominationibus sunt sumenda.i. vsurpanda pro rato.i. valpe rato, cum dicimus in veritate.i. veris, & seriosis causis. propterea q̧ hæc videntur non posse reperiri, sine elaboratione, & consumptione operæ.i. laboris, & diligentiæ, autem pro, sed, eiusdem studia quæ versant in aucupandis dictis coloribus, videntur accommodatoria.i. aptiora ad delectationem, quã ad veritatem.i. seueritatê: quare .i. quamobrem fides, & grauitas, & seueritas oratoria minuit, his exornationibus collocatis frequenter, & non modo.i. non solum auctoritas dicendi tollitur, sed quoque.i. etiam auditor offenditur.i. læditur in oraôo, eiusmodi.i. sic exculta, ppterea q̧ lepos.i. venustas, & festiuitas.i. propositas, non dignitas, neque pulchritudo. quæ est solida decentia ex membrorum symmetria, seu commensuratione aptissima, inest in his.s. exornationibus dictis. Quare ea quæ sunt ampla.i. copiosa, & vbera in se, & pulchra. priû placere diu; ea supp. lepida, & concinna.i. modulata, & dulcisona, afficiunt facietatem sensum aurium.i. audiendi fastidiosissimum.i. citissime, & plurium fastididisse.i. superbe contemnere solitum. Igitur quomodo nos videbimur delectari elocutione pueriliter.i. exornatione orationis leni, si vtemur crebro.i. frequenter his generibus, ita illustrabimus commodo orationem luminibus.i. coloribus lucidis distinctis.i. suis locis distributis, si interseremus raro has exornationes, & dispergemus supple eas; varie in tota causa, non in vna parte omnes, sed aliam in alia. Subiectio est, cum interrogamus aduersarios, aut ipsi.i. nos quærimus quid possit dici ab illis, aut quod possit dici contra nos: deinde subiicimus id, quod oportet dici, aut quod non potest dici, aut supple id, quod sit futurum nobis adiumento.i. ad auxilium. aut quod offuturum sit ex econtrario.i. econuerso, hóc modo. Igitur si vt dicitis nihil iniuste acquisiuit, quæro vnde iste sit factus tam pecuniosus. Num, id est nunquid amplum patrimoniû relictum est supple ei; quasi dicat id diceretis libenter. At.i. sed: bona patris.i. quæ essent patrimonia eius, venierunt.i. venundata sunt, quasi publice. Num sup. aliqua.i. quęuis alia: hereditas obuenit.i. à casu ei aduenit? Non potest dici, sed exheredatus est ab omnibus necessariis.i. sanguine coniunctis. Num sup. cœpit.i. accepit aliquod præmium ex lite, quia causas dixit, aut iudicio, quia sentenoam dixit? Ipse non modo id non fecit.i. non solû non cepit ex ea re præmium, sed êt insuper vinctus est, aut in carcerem ductus, grandi sponsione.i. quia pro alio qui non fuit soluendo spopondit. Ergo si nô est locupletatus his rationibus.i. viis & mediis, sicut vos omnes videtis, sur aurum nascitur isti domi.i. in domo eius, quod verisimile non est, aut capit sup. ipsum, inde vnde non est licitum.s. capere. Item aliud exemplû. O iudices. Ego animaduerti sæpe multos petere sibi præsidiû.i. defensionê honorificã, ex aliqua re honesta, quam ne inimici quidem, q.d. tantû abest, vt beneuoli damnent, vt ne inimici quidê possunt criminari.i. crimini dare, aut culpare. Quorû.i. quarum rerum nihil potest aduersarius facere. Nã verû confugiet ad virtutem patris supple sui? q.d. id forte facere velit. at.i. sed vos.s. iudices iurati damnastis eum.s. patrem eius capite.i. morte. Vbi scies, q̧ non est scribendum ad patris eius, sed sui, aut subaudiatur sui. Ao reuertetur ad suam vitam antiquam, tractatam.i. versatam alicubi, honeste.i. defendet præsens crimen per innocentiam anteactæ vitæ. At vos scitis omnes qualiter hic vixerit ante oculos vestros. An enumerabit suos cognatos.i. consanguineos, quibus.i. per quorum mentionê conueniat vos commoueri.i. affici misericordia. At hi quidem.s. cognati honesti nulli sunt. Proferet.i. nunquid in medium adducet amicos? Aut nemo est, qui non putat nominari amicum istius esse sup. turpe sibi. Item: Aliud exemplum contra eum q̃ amicum veterem indemnatum per summam perfidiam occiderit. Credo (ironice id dicit) supp. q̧ adduxisti in iudiciû amicum quem putabas innocentem. Nô sup. id fecisti. Nam tu necasti eum indemnatum.i. condemnatum. Credo, q̧ veritus es leges quæ prohibent facere id. hoc est necare indemnatum? Ac tu ne quidem iudicasti scriptas.i. non etiam censuisti vllas tales leges esse scriptas. Credo, q̧ cum ipse.s. qui occisus est, commoneret.i. memorem faceret te veteris amicitię, tu es commotus.i. affectus pietate. Ac tu occidisti eum: nihilo.i. in nullo minus, sed etiam studiosius.i. diligentius, vbi studiosum de malo dicitur. Quid sup. dicis. aut quid.i. nunquid cum pueri.s. amici tui, volutarentur.i. posternerent sese tibi ad pedem es commotus misericordia? At.i. econtrario tu prohibuisti crudelissime patrem eorum, quoque.i. etiam sepultura. Multû acrimonię, & grauitatis inest in hac exornatione propterea q̧ cum quæsitum est quid oporteat.s. facere, subiicitur.i. statim respondetur id non esse factum. Quare fit.i. contingit facillime, vt indignitas negocii exaugeatur. Nos facimus ex eodem genere subiectionem, vt referamus, quoque.i. etiam ad nostram personam sic. Nam quid conuenit.i. expediens fuit me facere (inquit C. Pompilius) cum ego circumsideret.i. vndique obsiderer à tanta multitudine Gallorum. An dimicarem.i. pugnarem, & consererem manus cum hoste, at vos prodiremus, tum cû parua manu.i. paucis militibus contra plurimos, & habebamus, quoq; i. etiam locum inimicissimum.i. iniquissimum, & nobis aduersissimum, neq; erat: quo.i. per quod perducerem vitam.s. militum. An sup. relinquerem castra, at.i. sed nos obsidebamur.s. à Gallis. Sc ita non potuimus deserere. An negligerem.i. negligere deberem, vitam militum.i. eorum potius necem optare q̃ eam turpem facere deditionem, at ego videbar accepisse eos ea conditione. vt conseruarem eos, quo ad possem incolumes, patriæ & parenôbus. An sup. repudiarem conditionem hostiû.s. Gallorum, quæ erat, vt amissis armis, & impedimentis vitam militum seruaret. At salus.i. conseruatio militû est, anoquior.i. carior & eligibilior (sicut vetus amicus q̃ nouus) q̃ impedimentorum.i. instrumentorum bellicorum quibus impediuntur itinera. Eiusmodi subiectiones consequuntur identidem.i. interdum, ita sup. vt videatur ostendi nihil ex omnibus fuisse potius faciendum q̃ id, quod sit factû. Gradatio est, in qua nô descenditur.i. nô deuenitur ad verbû consequens, ante.i. prius, q̃ est conscensum.i. gradatim peruentum ad superius.i. prius positiuum, in qua ab eo quo superior sententia terminatur, inferior incipit, hoc modo: Nam quæ spes libertatis manet reliqua sit, &.i. simul, licet.i. licitum est illis quodlibet.i. quod libitum est, & quod libido fert, &.i. simul possunt, id, qđ licet. &.i. simul audent id, quod possunt, &.i. simul faciunt, id, quod audent, &.i. simul id, quod faciunt non est molestû vobis? q.d. nulla. Ad quam conclusionem gradatim peruenitur; Item: Non sensi hoc, & si non sensi, non suasi, s. aliis, & si neque suasi, neque ipse cœpi facere, quia sæpe suademus aliis, quod ipsi tamen facere nolumus, & si neq; ipse cœpi facere, non perfeci, quia qui perfici prius incepit, & si nô perfeci, probaui.i. non approbaui, postquam erat a me perfectum. Item industria.i. na-

turalis naultas, & ingeniositas cõparauit .i. acquisiuit Africano scilicet Scipioni virtutem, virtus cõparauit gloriam, gloria cõparauit æmulos .i. inuidios. Item aliud exemplum. Imperium Græciæ fuit .s. olim, penes Athenienses .i. in potestate Atheniẽsium Spartiatæ .i. Laecdæmonii, potiti sunt .s. imperio Atheniẽsium Thebani superauere Spartiatas. Macedones vicerunt Thebanos, qui .s. Thebani adiunxerunt breui tempore ad imperiũ Græciæ. Asiam subactam bello. Repetitio crebra cuiusque verbi superiori .i. antepositi, vbi cuiusque mediãte alia particula, habet post se dictioonem superioris, sed idem est ac si dicas antecendentis, habet in se quendam leporem, id est quãdam venustatem, quæ .s. repetitio verbi antecendẽtis est propria huius exornationis, videlicet gradationis. Definitio est, quę amplectitur breuiter, & absoluta potestates proprias alicuius rei, hoc modo: Maiestas &c. Omnia nota videntur. Gladiatoria susceptio periculorum est qua more gladiatorum ita audi sumus ad inferenda vulnera, vt noo defandamus nos, contenti lædi dummodo lædamus, & occidi dummodo occidamus, quòd sępe temeritatis est non fortitudinis, nisi mors nostra speciosa sit in conspectu domini. Hæc igit exornatio, videlicet definitio putatur commoda .i. vtilis & idonea, quòd .i. quia proponit omnem vim & potestatem cuiuspiam rei, ita dilucide, & explicat ita breuiter, vt videatur, neq; oportuisse dici pluribus verbis, neque potuisse dici lucidius .i. clarius, & ita est sine obscuritata breuis. Transitio &c. Transitio vocatur sup. ea exornatio, quæ cum .i. postquam ostendit breuiter, id, quod sit dictum proponit. itẽ .i. cõsimiliter, id sequit hoc mõ: Exẽpla patent. Ad reliqnum, ad id, quod restat. Correctio est, quæ tollit .i. reprobat id, quod dictũ est, & reponit .i. in locum illius ponit id quod videtur magis idoneum hoc pacto. Quid sup. dicceretis factum, si iste .s. superbus, aut negligens, rogasset .s. auxiliũ hospites suos immo si supple innuisset, supple eis .i. tantum signum dedisset, hoc quod nunc fieri vix potest, posset perfici facile. Item aliud exemplum. Nã postquam isti vicerunt, immo victi sunt, licet iactent se vicisse nam quomodo appellem .i. possem appellare eam victoriam quæ dederit victoribus plus calamitatis quàm boni .i. vtilitatis, quasi dicat nequaquã, & ita potius victi esse q̃ vicisset censebuntur. Item aliud exemplum: O inuidia comes .i. secutrix. virtutis, quæ insequeris plerunque bonos, immo insectaris supp. eos. Hoc est quæ diceris insequi quod in bonum accipi solet, potius tamen insectaris quod in malum capitur. Nam nioriger insequitur, & persecutor insectatur. Sequitur autem inuidia bonos non vt prosit, sed vt obsit. Ostẽdit autem vtilitatem huius coloris addans. Animus auditoris commouetur .i. excitatur hoc genere .s. dicendi. Enim pro quia, res elata .i. anunciata, verbo cõmuni .i. non habente singulare vim ad afficiendum, videtur dicta tantummodo .i. dumtaxat, hoc est, sine affectu mouendo, ea .s. res fit magis idonea .s. ad mouendum affectum. post correctionem ipsius oratoris: pronunciatione .i. per modum profetendi. Sed aliquis dicet: non .n. nonne igitur esset: satius .i. melius, presectim .i. præcipue cum scribas, deuenire ad verbũ optimũ & electissimum ab initio, siue correctione Respondet Cicero. Est .i. contingit, aut datur tẽpus. cum .i. quando non est satius .i. melius, deuenire .s. ab initio ad electissimum verbũ, vtpote si commutatio verbi .i. correctio erit demonstratura id, videlicet rẽ esse huiusmodi, vt cum apellaris .i. apellaris eam verbo cõmuni .i. non habente singulare vim mouendi, videaris dixisse lauius .i. negligẽtius q̃ par sit, & cum accedas per correctionẽ ad verbum electius, facias rem insigniorem .i. vt dicunt notabilorẽ. q̃ si venisses, continuo .i. statim ab initio, ad id verbũ .s. electius, nec gratia verbi esset, aiaduersa .i. cõsiderata, aut adnotata ab auditore: Occupatio est, cũ dicimus nos præterire, aut nõ scire, aut nolle dicere id, quod tunc dicimus maxime; hoc modo: Exempla nota sunt, Addixisti, mancipasti, adiudicasti intemperantiæ .i. incontinentiæ, & libidini omnium .s. quibus libuit te abuti, satisfecisti iniuriarum, id est condenatus pœnas dedisti, sunt qui intelligant, fecisti .in. .i. intulisti labeoni satis iniuriarum, sed sic noo satis: immo nimium diceret. Consulto per cõsilium, aut data opera, volens, & sciens. Non sum ocupatus .i. nihil immoror, aut nõ sum solicitus, depeculatus .i. p publicũ futurũ spoliasti, aut depredatus est. Docte autẽ ostendit vsum & vtilitatẽ huius coloris addens, Hæc exornatio est vtilis, aut prodest admonuisse occulte rem quam non pertineat .i. nõ sit vtila, ostendisse .s. manifeste alus, aut si longũ est. aut ignobile est .s. vitia alicuius palã detegere, aut si non potest fieri planũ, & ita non audeas dicere manifeste. ne cogaris probare. contentus tamen sis, q̃ rumor est opinione tacita, aut si potest facile reprehendi .s. qđ abs te obiiciatur, cum falsum aduersarius facile probet, aut cum sit vtilius fecisse suspicionẽ occulte, q̃ intendisse .i. intẽte protulisse, & auxisse huiusmodi orationem, q̃ redarguatur .i. redargui possit. Sæpè antem melius psuadet, qui fingit se nolle dicere crimina alterius, q̃ q̃ cõtumeliosè exprobaret, quòd ille amicus, hic aduersarius iudicetur. Disiũctio est, cum vtrunque (si duo sunt) aut vnũquodque (si plura sunt) eorũ de quibus dicimus, cõcluditur, certo .i. proprio verbo sine coniunctione, videlicet: sic. Populus Rom. deleuit Numantiam. vrbem Hispaniæ. sustulit .i. deleuit Carthaginẽ, vrbẽ Africæ, disiecit Corinthium vrbem Achaiæ. in Isthmo Peloponnesiaco, euertit Fregellas vrbẽ Italię vires corporis: nihil .i. in nullo sunt auxilitæ. Numantinis. scientia rei militaris nihil fuit adiumento Carthaginensibus Calliditas erudita nihil præsidi .i. protectionis tulit .i. atulit Corinthiis. Societas morum & sermonis quia latini quoq; sunt, nihil est opitulata .i. nullam optem tulit Fregellanis. Item aliud exemplum. Dignitas .i. præstantia formæ .i. formositatis, aut deflorescit .i. amitit florem suum morbo aut extinguitur: vetustate .i. senio. Nos videmus: hic, id est in posteriore exemplo vbi duo tãtum membra sunt, vtrũqua cõcludi certo verbo, in superiore exemplo vbi multa erant membra: videmus vnamquanque rẽ claudi certo verbo, De vsu huius dicet in adiunctione. coniunctio est, cum .i. quãdo: &c .i. simul superiores .i. anteriores partes orationis, & inferiores .i. posteriores, seu sequentes comprehenduntur .i. coniũgitur interpositione .i. per interpositionem verbi: hoc modo. Formæ &c. Vbi in dicendo verbũ floresçit in medio ponitur, sed grammaticæ sic construetur. Dignitas formæ deflorescit, aut morbo, aut vetustate. Adiunctio est cum .i. quando. nos non interponimus verbum quo res, id est vtrũque particula comprehensibilis cõprehẽditur, sed locamus sup. ipsum, aut primum aut postremum. Primum supple locamus, hoc pacto. Deflorescit &c. Postremum supple locamus ipsum sic, Aut morbo. Vbi scies grãmatico vnum esse ordinem. qui oratoris triplex est: nam verbum, aut in principio. aut in fine, aut in medio pt poni. Si in medio dicitur coniunctio, si in principio, aut in fine dicitur adiunctio, si in principio tunc dicitur adiunctio verbi eo q̃ alia verba adiunguntur, si in fine, dicitur adiunctio verbi eo qđ ipsum aliis adiungitur. Si vero non ad vnum, sed ad diuersa verba referuntur res, tunc dicitur disiunctio de quorum triũ colorũ vsu dicit sic. Disiunctio est apposita .i. apte & conueniens, ad festiuitatem, seu venustatem .s. sermonis, quare nos vtemur ea rarius ne pariat satietatem & ita nauseam, seu fastidium. quia res nõ necessaria crebrius repetita cito nauseã parit. Coniunctio parit breuitatem, eo quòd duo vni verbo adhærent. quare .i. qua de causa, ipsa sup. est adhibenda sæpius, idem quoq; facit adiunctio, quia totidem sunt in eo quot in coniũctione verba, sed solo situ, differunt. Hęque .i. hæ & tres exornationes, vltimo loco positæ disiunctio, coniunctio & adiunctio, manant verbo simplici .i. semel posito, cum aliter fiat in sequenti colore Cum duplicatio est iteratio, id est. repetitio eiusdem, & vnius verbi aut plurimum verborum, cum ratione amplificationis, scilicet faciendæ, aut commiserationis, hoc modo. Tumultus Cicer. Gracchi comparat, aut comparauit id est excitat, aut excitauit, tumultus domesticos, id est inter eos, qui sunt in vna domo, & intestinos .i. inter conciues qui sunt in vna vrbe, vt intestina in vno ventre. Itẽ commotus noo es. non es (sup. inquam) cõmotus, cum .i. quãdo, aui licet, mater scilicet tua amplectaretur tibi pedes. Itẽ tu proditor parię audes etiã nunc venire in cõspectu, horũ .s. iudicum, aut patrũ cõscriptorum, quos prodisti, tu in quam proditor patriæ audes venire in cõspectũ, horũ deinde, de vtilitate huius coloris dicit. Redintegratio .i. ex integro repetitio eiusdẽ verbi cõmouet vehementer auditorẽ, & efficit vulnus maius .i. quasi refricat & innouat indignationẽ, in contrario causæ .i. ad eius acusationem si sumus acusatores, aut defensionem si defensores. efficit dicit, maius vulnus, quasi .i. perinde, ac si; aliqđ telum, perueniat sæpius in eadem partem corporis. Interpretatio est, quæ non redintegrat idem verbum, iterans .i. iterãdo ipsum, hoc est quæ non reponit idẽ verbũ, sed commutat id, quod positũ est alio vrebo quod valeat; idẽ .i. loco eius ponit aliud varbum in voce, sed idem in significatione, hoc modo. Rempub &c. Euertisti radicitus .s. seu funditus, seu à fundamẽtis, ita vt quod infimum erat summum factum fuerit, id autem proprie est euertere, sed vtitur metaphora ab arbore. Et tu eiecisti, funditus .i. à fundamẽtis, ciuitatem .i. vrbem. quæ fundamẽta habet, nisi dicat funditus .i. ab antiquissimis ciuibus, aut familiis incipiendo, tunc etiã & ciuitas deiici posset, sed quia

vnum

vnom debent significare ambæ particulæ dicã ciuitatem por reip. positam. Item aliud exemplum. Verberasti nefarie patrem, & intulisti scelerate, parenti.i.patri manus quo idem significat sed sciemus nefarie, & scelerate, aut nomina esse vocatiui casus & tunc ab illis incipiemus ordinem. aut aduerbia vt ea accepimus. Vtilitatem huius coloris addens dicit. Necesse est animũ eius qui audit cõmoueri cum.i.quãdo grauitas prioris dicti renouatur interpretatione.i.expositione verborum. Cõmutatio est, cum.i.quando duæ sententiæ discrepantes.i.diuersa sonantes inter se, efferuntur, s.ipsæ sentẽtiæ, ita ex trãsitione.s.de vna ad alteram, i.ex commutatione, vt sententia posterior cõtraria priori: pficiscatur.i.oriatur à priore, hoc modo Oportet esse.i. manducare, vt viuas nõ.s. oportet viuere vt edas.i.propter gulæ delectationẽ, & est dictum Socratis. Item poema, &c. dictũ Platonis. Dici non possunt.s.vere, aut licite, si tamen dicuntur dici possunt. vnde posse pro licere hic accipit. Pictura debet esse.i.ita artificiose facta, vt tacite res gestas doceat, & laudet ut illa de qua Maro. En Priamus, sunt hic etiam sua præmia ludi. Si stultus es taces ea re.i.propterea ꝙ stultus es de rebus subtilibus nihil dicere scis, & ideo stulti io cõsilio prudentum semper tacere coguntur. prudentes tacere interdum possunt. Non potest dici.q̃.i.quantum commode.i.vtiliter fiat, cum.i.quando. translationẽ.i.per translationem sententię contrarię. quoque.i. verba etiam conuertantur.i.cõmutentur. Nos subiecimus plura.i.aliquantulum multa exempla, vt quoniã hoc genus exornationis est difficile inuentu.i.vt inueniatur, ipsum esset dilucidum, vt cum esset bene intellectũ, inueniretur facilius in dicendo.i.orando in veris causis. Permissio est, cum.i.quando ostendimus in dicendo.i orando nos tradere, & concedere voluntati alicuius aliquam rem totam: sic. Exemplum notum est: Hoc genus .s.exornationis, tametsi.i.quanquam est tractandum.i. vsurpandum. nonnunquam.i.interdum, alias.i.in aliis rebus, tamen est accommodatum vehementissime ad misericordiam commouendam. Dubitatio est cum orator videtur quærere, vtrum de duobus dicat potius, aut quid de pluribus dicat potissimum, hoc modo, Ex hac descriptione potuit Valla elicere differentiam de vter, & quid, & de potius, & potissimum, hoc est de comparatiuo, & superlatiuo partitiue tentis, qui hoc exẽplum ad aliam eleganoam ctrat, ꝙ sic constroendum docet, aut stultitia consulom, aut malitia, aut potius vtrunque effuit plurimum eo tempore reip. siue illud factum cõsulum dicere oportet stulotiam, siue malioam, siue poons vtrunq;. Vel sic. Obfuit plurimum reip. eo tẽpore consulom factum siue illud malitiam, siue stultitiam eorum, siue vtrunq; dicere oportet. Hæc illæ lib. 3. vbi docet deesse suppositum, quia uerbum dicere oportet qood interiectum est. de nominatiuo murauit in accusatiuum. Nam siue eo dixisset. Obfuit plurimum eo tempore reip. consulum, siue stultitia, siue malitia, siue potius vtrunque est. Homo omnium mortalium, aposiopisis est, nam reticetur eo ꝙ noo occurrunt satis digna, quod indicans ait. Nã quo &c. Vbi quidam legunt quæro quoniam, sed sic non legit Franciscus, non sic legendum patem, cum gestu potius, & particula nam, se quærere indicet, quàm profiteatur, sicut ille. Ille. In medio suo signa, conou, & quis fuit alter &c. Expeditio est, cum.i quãdo, compluribus rationibus enumeratis, quibus aliqua res potuerit fieri, aut non fieri, certe.s.rationes.i.quædam, tolluntur.i.amouentur, & improbantur, vna.s.quam nos intẽdimus.i.nobis coustituimus probandam relinquitur, vbi intendimus accipit in eum significationem in qua ferè capitur intentio à vulgatibus. Exemplum notum est, aut vsu.i.vsucapione. Sed noo erit tanquam in plerisque.i.non est talis, ut vsui sit in quãplurimis causis, vt possimus ea vti quando velimus, nã &c. Dissolutio est, quæ coniunctionibus sublatis.i.subtractis à medio uerborũ effertur partibus separatis.i.dissolutis, hoc modo Exempla patent. in quæstiooes.i.torturam. Pręcisio est, cum.i. postquam quibusdam dictis, id quædam dicta sunt reliquum quod cœptum.i.inceptum est dici relinquitur inchoatum.i.nõ perficitur, & dicitur aposiopisis. Præcertatio.i.prior certatio, licet enim defensio vnicuiq; conuenit decenter, tamẽ oppugnatio humilior non est decora. pręcertatio ergo non est mihi tecum, ideo q P.R. me (volebat dicere summo honore dignum censuit, aut prudẽtem, aut virum dirum dignissimum æstimet aut quid simile, sed reticens dicit) nolo dicere. Alienæ domus, supple tãtam iniuriam intulisti, aut tantum uitium obtulisti. Hic.i.in his exemplis, & ita vtilitatem exornationes huius commendat. Conclusio est, quæ conficit.i.infert, breui argumentatione ex huc quæ dictu aut facta sunt ante id, quod cõsequitur necessario, hoc modo. Quod si oraculum.i vaticinium, quod orantibus dari solebat, (vnde illud Aeneid. 6. cessas in vota precesq. est) erat datum.s.ab Appolline, Danais.i Græcis. Troiam noo posse capi, sine sagittia Philoctetæ.i.illi ab Hercule legatis aũt pro sed. hæ.s.sagittæ eius (Legendum credã esse) nihil fecerunt aliud, q̃ perculerunt.i.percusserunt, & occiderũt Alex. qui dictus est Paris. extinguere hunc.s. Alexandrũ id (vacat id. sed ornatum auget) fuit nimirum, id est haud dubie Troiam capi.



RESTANT etiam decẽ exornationes uerborum: quas iccirco non vage dispersimus, sed à superioribus separabimus, ꝙ oẽs in vno genere poetæ sunt. nam earum omniũ hoc propriũ est, vt ab vsitata verborũ potestate recedatur, atq; in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur. De quibus exornationibus. Nominatio est prima: quæ nos admonet, vt, cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis cã. Imitationis hoc modo, vt maiores rudere, & vagire, & mugire, & murmurare, & sibillare appellauerunt. Significandæ rei causa, sic: Postq̃ iste in rẽpub. fecit impetũ, fragor ciuitatis in primis est auditus. Hoc gñe raro vtendum est, ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si cõmode quis eo vtatur & raro, non modo non offendet nouitate, sed exornabit ẽt orationem. Pronominatio est, quæ sicuti cognomine quodam extranea demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest, vt si quis, cũ loquatur de Gracchis, At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt. Item: si quis de aduersario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quẽadmodum me Plagiosippus iste tractarit. Hoc pacto nõ inornate poterimus, & in laudãdo, & in lædendo aut in corpore, aut in aĩo, aut in extraneis rebus dicere, sicuti cognomẽ quod pro certo nomine collocamus. Denominatio est, quæ à ꝓpinquis, & finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quæ non suo uocabulo sit appellata, id aut ab inuentore conficitur, vt si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinũ nominet: Aut ab inuento, vt si qs pro Libero vinum, pro Cerere frugem appellet: Aut ab instrõ dñm, vt si quis Macedonas appellarit hoc modo: Non tam cito sarissæ Græcia potitæ sunt. Aut idẽ Gallos significans dicat: Nec tã facile ex Italia materis transalpina depulsa est. Aut id, quod fit, ab eo, qui facit, vt si quis, cũ bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse, dicat: Mars istud te facere necessario coegit. Aut si qđ facit, ab eo, quod fit, ut cum desidiosam artẽ dicemus, qa desidiosos facit, & frigus pigrum, quia pigros facit. Ab eo, quod cõtinet, id, quod continet, hoc modo denominabitur. Armis Italia non põt vinci, nec Græcia disciplinis: nam hic pro Græcis, & Italis, quæ continet, notata sunt. Ab eo, quod cõtinetur, id, quod continet, vt si quis aurum, vel argentũ, aut ebur nominet, cum diuitias velit nominare. Harum omniũ denominationum magis in præcipiendo diuisio, q̃ in quærendo difficilis inuentio est: ideo ꝙ plena consuetudo est non modo poetarum, & oratorũ, sed ẽt quotidiani sermonis, huiusmodi denominationum. Circuitio est oratio rem simplicem assumptam circunscribens elocutione, hoc pacto: Scipionis prouidentia Car

thaginis opes fregit. Nam hic, nisi ornandi rõ quædã esset habitat, Scipio potuit & Carthago simpliciter appellari. Transgressio est, q̃ verborũ perturbat ordinẽ persuasione aut transiectione. Peruersione sic: Hoc vobis deos ĩmortales arbitror dedisse virtute pro vrã. Transiectione hoc mõ: Instabilia in istũ plurimũ fortuna valuit. Itẽ: Oẽs inuidiose eripuit tibi bene uiuẽdi casus facultate. Hmõi transiectio, quæ rẽ nõ reddit obscurã, multum proderit ad continuationes, de quibus ante dictũ est: in quibus oportet verba sicuti ad poeticũ quendã extruere numerum, ut perfecte, & perpolitissime possint esse absolutæ. Superlatio est oratio superãs veritatẽ, alicuius augendi minuendi ue causa. Hæc sumitur separatim, aut cũ cõparatione. Separatim sic: Quòd si concordiã retinebimus in ciuitate, imperij magnitudinem sibi ortu atq; occasu metiemur. Cũ cõparatione aut à similitudine, aut à præstãtia superlatio sumitur. A similitudine sic: Corpore niueũ candorẽ, aspectu igneum ardorem assequebatur. A præstantia hoc modo: Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. Eodẽ gñe hoc est Tantus erat in armis splendor, vt solis fulgor obscurior videretur. Intellectio est, cum res tota parua de parte cognoscitur, aut de toto pars. De parte totũ sic intelligitur: Non illæ te nuptiale tibiæ eius matrimonii commonebant? Nã his oĩs sanctimonia nuptiarũ vno signo tibiarum intelligitur. De toto pars, ut si quis ei, qui vestitũ aut ornatum sumptuosum ostendet, dicat, Ostentas mihi diuitias, & locupletes copias iactas. Ab uno plura intelliguntur, hoc mõ: Pœno fuit Hispanus auxilio, fuit immanis ille transalpinus, in Italia quoq; idẽ non nemo togatus sensit: A pluribus vnũ sit intelligĩt: Atrox calamitas pectora mærore pulsabat: itaq; anhelãs ex i imis pulmonibus p̃ cura spiritus ducebat: Nã in superioribus plures Hispani, & Galli, & togati, & hic vnũ pectus, & vnus pulmo intelligit & erit illic diminutus numerus festiuitatis, hic adauctus grauitatis gratia. Abusio est q̃ verbo simili, & propinquo pro certo & proprio abutit, hoc mõ: Vires hominis breues sunt, aut parua statura, aut longũ in homine cõsilium, aut oratio magna, aut vi pauco sermone. Nã hic facile est intellectu, finitima verba rerũ dissimiliũ, rõne abusionis esse traducta. Translatio est, cũ uerbum in quandã rẽ transfertur ex alia re, qđ pp similitudẽ recte vr̃ posse trãsferri. ea utimur rei ante oculos ponendæ cã, sic: Hic Italiam tumultus experge fecit errore subito. Breuitatis causa, sic. Recens aduentus exercitus subito ciuitatẽ extinxit. Obscœnitatis vitãdæ causa, sic: Cuius mr̃ quotidianis nuptijs delectat. Augẽdi cã, sic: Nullius mœror, q̧ calamitas istius explere inimicitias & nefariã saturare crudelitatẽ potuit. Minuendi cã, sic: Magno se prædicat auxilio fuisse, quia paululũ in rebus difficillimis aspirauit. Ornandi cã, sic: Aliqñ reip. rõnes, quæ malitia nocentũ exaruerunt, virtute optimã reuirescunt. Translationẽ dñt prudentem esse oportere, ut cũ rõne in consimilẽ rem transeat, ne sine delectu temere, & cupide videatur ĩ dissimilẽ transcurrisse. Permutatio est oratio aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea diuiditur in tres partes similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, cum translationes vna aut plures frequenter ponuntur à simplici ratione ductæ, sic: Nam cum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? Per argumentum tractatur, cum à persona, aut à loco, aut à re aliquo similitudo augẽdi aut minuendi cã ducitur: vt si quis Drusum, Gracchum, Numitorẽ absolutum dicat. Ex contrario ducitur sic. vt si qs hominem prodigum, & luxuriosum illudens, parcũ & diligentem appellet. Et in hoc postremo, qđ ex contrario sumitur; & illo primo, quod à similitudine ducitur, per translationem argumento poterimus vti. Per similitudinẽ, sic: Quid ait hic Rex atq; Agamemnon noster, siue, vt crudelitas est, potius Atreus? Ex contrario, si quẽ impium, qui patrẽ verberauerit, Aeneam vocemus: intemperantẽ, & adulterũ, Hippolytũ nominemus. Hæc sunt fere, quæ dicenda videbantur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa monet, vt deinceps ad sententiarum exornationes transeamus.

CAPIDVRVS.



E quibus exornationibus Nominatio est) Hæc a Græcis ὀνοματοποιία vocatur de qua inquit Quintilianus. onomatopœia quidẽ est fictio nominis, Græcis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. & sunt plurima ita posita ab his qui sermonẽ primo fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam mugitus, & sibilus, & murmur inde venerunt. Nunc tanquã consumpta sint omnia nihil generare audemus ipsi, cũ multa quotidie ab antiquis, ficta moriant. [Pronominatio est) Hęc à Gręcis ἀντονομασία dicitur, quę aliquid pro nomine pro pro ponit, poetis frequẽtissima. oratoribus etiã si rarus eius, nonnullus tamen vius est. Nam vt Tytidem, & pelidem non dixerunt, ita dixerunt, impium, & patricidam. Euersorem quoq; Carthaginis, & Numantiæ, pro Scipione, & Romanæ eloquentiæ principem pro Cicerone. & Romanæ poesis auctorẽ maximũ, pro Virgilio. [Plagiolippus ille tractant) ἀπὸ τῆς πλαγίας χειρὸς. [Sicuti cognomen quod pro certo nomine collocamus) Inter prænomen, cognomen, nomen, & agnomen: hanc Priscianus facit differentiam, vt dicat prænomen esse, quod præponitur. nam nomen est proprium vniuscuiusq; suum, vt Paulus. Cognomen cognationis commune, vt Scipio. Agnomen est, quod aliquo euentu imponitur, vt Africanus, Isauricus. Licet Diomedes secus sentiat, quippe qui. Prænomen, inquit, est, quod gentilibus præponitur, vt Marcus, Publius. Nomen proprie est gentilitium, i. quod originem familiæ, vel gentis declarat, vt Portius, Cornelius. Cognomen est, quod vniuscuiusque proprium est, & nominibus gentilitiis coniũgitur, vt Cato, Scipio ordinatur enim sic. Marcus Portius Cato, Publius Cornelius Scipio. Agnomen quoque est, quod extrinsecus cognominibus adijci solet, ex aliqua ratione, vel virtute quæsitũ, huiusmodi autem nominũ ordinatio, sicut Amulius Claudius asserit, à Græcis tracta demonstratur. Prisciano tñ multi, ac haud scio, an non, omnes consentiant. & Victorinus quoque id affirmat, inquiens: Fuit quoq; nonnulla apud maiores nostros prænominis ratio. nam & Quintum dixerunt, quod quinto fortasse loco natus esset, & Lucium ideo quod fortasse esset initio lucis exortus. Cognomen porro maiorũ tractum ex familia, vel sanguine, vt Tullius Cornelius. Nomen autem proprium personæ est, vt Cicero, Scipio, nam agnomen extrinsecus venit; & venit tribus modis, aut ex animo, aut ex corpore, aut ex fortuna. Ex animo, sicut Superbus, Pius. Ex corpore, Crassus, Pulcher. Ex fortuna, sicut Africanus, Creticus. Hæc paulo longius recensuimus, ne qui Diomedem secutus, hic proprium cognomẽ dictum existimet, ac cum aliter hic sensisse Cicer. videat, quã ille dicat, non nihil hæreat. [Denominatio est) Hæc a Græcis μετωνυμία nominatur. [Ab inuentore cõficitur, vt si quis de Tarpeio loquens, cum Capitolinum nominet) Tarpeiũ nemus, & sepulcrum Tarpeium, & dux Sabinorũ, q̃ Tarpeiam occidit, ab ea sic dicti sunt, vt Propert. ostendit in 5. Elagiarum, vbi inquit:

Tarpeium

Tarpeium nemus, & Tarpeia, turpe sepulchrum
Faber, & antiqui lumina capta Iouis,

Inde concludit.

Adueæ Tarpeio, mons est o cognomen adeptus.

Qui ante Saturnius nominabatur. vt M. Varro, Mons; inquit, Tarpeius dictus à virgine Vestale Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis est, & sepulta, cuius nominis monumentum relictū quod etiam num eius rupes Tarpeium appellatur saxū. hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo late Saturniã terrã, vt etiam Ennius appellat. antiquum oppidum in hac fuisse Saturnia scribitur. eius vestigia postea manserunt tria, quòd Saturni fanum in faucibus. ꝙ Saturea porta, quam Iunius describit, quod post ædem Saturni in ædificiorū parietibus, & posticis muris, versus quidam essent scripti. Capitolium eum montem demum, à capite illic, vt ferunt, inuento nominarunt. Si quis igitur Tarpeium montem Capitolinum vocet, quod hoc nomen postea sibi inuenerit, est, inquit, metonymia. [Vt si quis pro vino Liberum, pro frugibus Cererē) Quod fieri sæpe solet. vt. Sine Cerere. & Baccho friget Venus. [Sarissæ Græcia positiæ sunt) Sarissæ Macedonum lanceæ. Hoc enim nomine tela sua eius gentis homines vocant. Vnde Lucanus,

Primus pelleas arcu fregere sarissas.

[Armatura transalpina depulsa est) Quod qui trãs alpes sunt, omnes Galli nominentur, à colore lacteo dicti. vt Lactant. in 3. ad probum volumine. Galli, inquit, antiquitus à candore corporis gallore nuncubantur, & Sibylla sic eos appellat. quod significare voluit poeta cum ait, Tum lactea colla, Auro inuectuntur, cum posset dicere candida. [Mars istud necessario te facere coegit) Quod bello Mars præsit. & velut eruditus ille est etiam sermo, cum dicitur, Vario Marte pugnatum est. & qualis etiam illud est, Receptus.

Terra Neptunus, classes aquilonibus arcet.

Et cum pro coitu, Venerem dicimus. [Vt cum disidiosam artem dicimus) Velut etiam cum dicit Horat.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres. Et Virg.
Pallentes habitant morbi, tristisq; senectus.

Et orator præcipitem iram. hilarem adolescentiam. segne ociū dicit. [Armis Italia non potest vinci) Huic simile, cum dicimus bene moratas vrbes, & poculum epotum, & seculum felix. Possessio autem, pro possessore ponitur. vt, Iam proximus ardet Vcalegon. & cum dominem deuorari dicimus, cuius patrimonium consumatur. hanc figuram inquit, in Oratore Cic. hypallagen Rhetores vocant. quia quasi summuntur tantū verba pro verbis. grammatici autem Metonymiam, quòd nomina transferantur. [Circuitio est oratio) Hęc Græci περίφρασις nominatur, cum id quod vno aut paucioribus certe dici potest, verbis pluribus explicatur. Periphrasim ergo vocamus circuitum eloquēdi, quam circunlocutionem transferunt quidem, quod nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operit. vt Plaut. Dico me ire quo saturi solent. ornatum item aliquando petit solum, qui apud poetas frequentissimus est: vt,

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris.
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.

Hæc cum decorem habet, periphrasi, cum in vitiū incidit, perissologia dicitur. quoties aurem auget, & non adiuuat, nō tamē molestia est. hyperbatos a græci nominatur. i. verbi trãsgressio, q̃ frequenter ratio comparationis, & decoris poscit. vt apud Cic. Animaduerti iudices omnem accusatoris orōnē in duas diuisam esse partes. Nã in duas diuisam esse partes, rectū erat, vt. & Quint. dicit. sed durius poetæ, licet etiam verborū transgressionem, & diuisionem faciant. vt, Septem subiecta trioni. quod oratio nequaquam recipit. Hæc incōmodissime plerunque adhibetur exornatio. ꝙ fiat aspera. & dura. & dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatē ordinis sui verba redigantur, & proximis alligenē. nec tamen aliud potest facere numerosum, quã opportuna ordinis mutatio. Sed sicut optime, vt ita dicã, coagmentata valde probatur, ita multis hyperbatis, & eisdem confusis longius deducta, reprehendit oratio. [Transgressio) Hanc diximus Græce ὑπερβατὸν appellari. [Peruersione) Peruersionem dicit q̃ Græci ἀναστροφὴν vocaut, quidem reuersionem latine nominarunt est. igitur anastrophe, cum duorū verborū ordo præposteus est. qualia vulgo, mecū, tecū, secū. Apud oratores, & historicos decoris gratia conficitur vt, quibus de rebus. Erit autem hyperbaton cum longius verbū ponitur, vt cū dicat hic Cic. instabilis in istū plurimū fortuna voluit, cum sit ordo instabilis fortuna. [Quæ rem non reddit obscurã) Quod vitium Græci σύγχυσιν ὑπερβατὸν vocant. [In quendam extructa numerum) Vt pedibus quibusdam terminentur, de quibus absoluto huius libri commentatio mox tractabimus. [Superlatio est) Hæc est quam Græci ὑπερβολὴν vocant. Huius est virtus, ex diuerso quod par est augendi atque minuendi. fitq. pluribus modis. Aut. n. plus facto dicimus. sicut, plus facto dicimus: sicut. Vomens frustris esculentis, gremium suum, & totum tribunal impleuit. &,

Geminiq; minantur
In cœlum scopuli.

Aut res propter similitudinem attolimus,

Credas innare reuulsas, Cycladas,

Aut per comparationem, vt,

Fulminis ocior alis, aut quasi quibusdam signis,
Illa vel intactæ segetis per summa volasset.
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

Vel translationem, vt, *Volat hasta Tago,*

Crescit interdum hyperbole alia superaddita, vt Cic. in Ant. q̃ Charybdis tam vorax, Charybdim dico q̃ si fuit aliqua, vno loco fuit, Oceanus medius fidius vix, vt mihi videt. tot res, tã dissipata, tã distantibus in locis positas, tã cito absorbere potuisset. Exquisita vero figura huius rei deprehenditur apud principē lyricorū Pindarū. nanq; Herculis imperium aduersus Meropas, qui insula Choo dnt habitasse, non igni, nec ventis, nec mari, sed fulmini dicit simile fuisse. Et alia minora. Hoc autem diuinatus Cic. illa composuit in Verrem: Versabat in Sicilia longo interuallo, nō Dionysius ille, nec Phalaris (tulit. n. illa quondam insula multos, & crudeles tyrannos) sed quoddã nouum monstrū ex vetere illa immanitate, q̃ in iidē locis extitisse traditur. non. n. Charybdem tam infestam nauibus, neq; Scyllam, vt istum in eodem freto fuisse arbitror. Hæc pauciora sunt minuēdi genera. vt, Vix ossibus hærent. Tu autē est hyperbole virtus cum res ipsa de qua loquendum est naturalem modū excessit. conceditur q. amplius dicere. quia melius vltra, quã citra stat oratio. veruntamen seruanda mensura est. nam licet supra fidē aliquid dicere concessum sit, non tamen dicit debet vltra modum. videndum etiam est ne in κακόζηλον illud incidamus, sed quousq; deceat extollamus. Cum. n. nobis non creditur, prouenit ex ea sæpe risus, qui sane tum si aptus sit. vrbanitatis. sin aliter, stultitia, nomen assequimur. [Ore sermo melle dulcior) Hoc Homericum est de Nestore, pe quo sic inquit.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

[Tantus erat in armis splendor, vt solis fulgore obscurior videretur) Velut de Achille illud Homeri.

Αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε.
Εἵλετο, τοῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ' ἠΰτε μήνης.
Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείη
Καιομένοιο πυρός, τὸ δὲ καίεται.

Et apud Plaut. miles gloriosus. Curate vt splendor meo sit clypeo clarior, q̃ solis radii, vt vbi vsus veniat, in cōferta manu pstringat oculorum aciem in acie hostibus. [Intellectio) Hæc à Græcis συνεκδοχὴ dicta est. Variare sermonem pōt vt, ex vno plures intelligamus, à parte totū, à spē genus, ex præcedētibus sequentia, vel per cōtrarium omnia, & ea quidē liberiora sunt poetis, q̃ oratoribus. nã in prosa vt mucronem pro gladio, & tectū pro culmo recipit, ita non puppim pro naue, nec abietē pro tabellis, & rursus vt tectum pro domo recipit, ita nō pro ferro spiculū, non ꝑ equo quadrupedē. Maxime aūt in orãdo valebit numerorū illa libertas. nã, & Liuius sæpe sic dicit, Romanus prœlia victor, cum Romanos vicisse significat. & cōtra Cic. de Cl. orat. erat eo tēpore nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis, procerū, & tenue collū, cū de se tantū loqueretur, quod genus non orationem modo ornat, sed ēt quotidiani sermonis vsum iuuat. Quidam synecdochen vocant, cum id in contextu sermonis quod tacetur accipimus. Verborū. n. ex verbo intelligitur. & hæc si ad vitiū declinet, ellipsis dicitur. [Abusio est) Hæc ornatio à Græcis κατάχρησις dicta, vt parricida, matris, & fratris interfector. Quidã catachresin, vt Quintil. inquit, volunt esse, cum pro temeritate virtus, aut ꝑ luxuria liberalitas dicitur. Verū hæc dissonantia sunt, ꝙ in his nō verbū pro verbo ponitur, sed res pro re. neq;. n. quisquam putat, & luxuriam, & liberalitatē idē significare. [Translatio est) Hæc à Græcis μεταφορά nominatur, omnium exornationum frequētissima, ac longe pulcherrima. Transfertur ergo, vt Quintilianus inquit, verbum ex eo loco in quo primū erat, si proprium deest, aut translatum proprio melius sit, aut qa necesse est, aut quia significantius est, aut quia decentius. Vbi vero nihil habebit boni, quod transferetur improprium erit: vt necessitate in

stio

stici gemmam in viribus dicunt, qo'd.n.dicerent aliud ? Sitire se geres, & fructus laborare, necessitate nos dicimus. sicut & hominem asperum. non enim proprium est quod demus huic proprietati nomen. Nam ita incensum, & inflammatum cupiditate. & lapsum errore significandi gratia dicimus. Illa ad ornatum. lumen orationis, & generis claritatem, & concionum procellas, & eloquētiæ flumina, vt Cicero pro Milone, Clodiū formitem gloriæ eius vocat. Quædam etiam parum pretiosa dicta, per metaphoran explicantur. & hoc faciunt, ne tamen nimio luxu obtusior vsus sit, vt genitali aruo, vel sulcos oblimet inertes. In totū autem metaphora breuior est similitudo. eoq. differt, qp illa verborum comparat ei rei quam volumus exprimere, hæc pro ipsa re ponit. Comparatio est, cum dico fecisse quid hominem vt leonem. Translatio, cum dico de homine leonem. Notissimas aūt illas consulto huius figuræ prætereo differentias atq; diuisiones, vt si in animalibus aliud animal pro alio, & inanimatum pro alio aliud dicatur, vel alterutrum nomen pro altero, genus pro specie, species pro genere, totū pro parte, pro tot pars. quæ vel pueris notissima sunt. In quo gñe sunt illa, vt cum Liuius Scipionem à Catone ablactari solitum esse scribit. item. Classiq. immittit habenas, & Pontem indignatus Araxes. & in soluta oratione Cic. illud: Quid.n. tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat ? cuius latus mucro ille petebat ! qs sensus armorum tuorum ? Vel cū pro ædificiis parietes, aut tecta dicimus, & cum vnam turmā equitum P.R. dicimus, vt Cic. inquit, cum ex vno plures, vel ex pluribus vnus intelligitur, quemadmodum Ennius.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Pro Afris videlicet est sumpta Africa. Ex quo gñe Cic. de Oratore putat esse, cum Martem pro bello, curiā pro senatu, togā pro pace ponimus. Quo etiam in genere virtus, & vitia. pro ipsis in quibus illa sunt: vt, Luxuries quæ in domum irrupit? &, quo auaritia penetrauit? In summa, quocunq; modo saltē vt sensus integer & ciuilis sit translatio probatur. Nam videndū esse, idem ait, ne vllam, afferamus dissimilitudinem, & ne longe ipsum simile sit inductū, veluti Syrtis patrimonii durū est. scopulum potius dixeris, & bonorum voraginem potius quā Charybdim. facilius.n. ad ea quæ visa, q̄ ad ea quæ audita sunt sensus feruntur. & qm̄ hæc vel summa laus est in verbis transferendis, vt sensum feriat, id quod translatum sit, fugienda ōis turpitudo earum rerū, ad quas eorū animos, qui audient trahet similitudo. Nolo dici, morte Africani castratā remp. ita nolo stercus curiæ dici Glauciam. quamuis.n. sit simile, tñ est in vtroq; deformis cogitatio similitudinis. & vt Quint. inquit: Non.n. si Cic. sentinā reip. dixit, fœditatē homine significans, iccirco probem illud quoq; veteris oratoris. Persecuisti reip. nominas. Nolo esse, inquit Cic. verbum angustius, aut maius, quā res postulet, vt tempestas commessationis aut commessatio tempestatis. Debet igitur verbū id, quod translatū sit, quasi propriū videri. sic illud, quid nam est obsecro quod te abigi permittas! melius esset ire, cum prohibere pellentem nequeas. Sunt etiam duræ. i. à longinqua similitudine ductæ, ait Quint. Vt Iuppiter hybernas cana niue cōspuit alpes. itē ποιμένα λαῶν atqui ego in oratione nec pastorem populi quenquam, auctore Hom. dixerim, nec volucres pennis remigare, licet Virg. in Apibus ac Dędalo speciosissime sit hoc vsus. Metaphora.n. aut necessitate locum occupare debet, aut si in alienū venit, plus valere eo verbo qđ expellit. Rursum Cic. Atque ēt, inqt, si vereare ne paulo durior trāslatio esse videaẗ, molliendα est proposito sępe verbo, vt si olim à M. Catone mortuum, vel orbū, aut pupillum senatum quis relictū diceret, paulo durius. diceret. sin, vt ita dicā, aliquanto mitius ferri posse. Etenim verecunda debet esse translatio, vt deducta esse in alienum locū, nō irrupisse, atq; vt precario, non irruisse videatur. Modus.n. nullus est florentior in singulis verbis, & qui plus luminis afferat orationi. Quamobrem, & orationis obscuritas magnopere fugiēda est. Etenim hoc ferè genere fiunt ea, quæ dicuntur ænigmata. Cuius rei, quo id clarius fiat, ipsius Cic. in lib. de diuinatione exemplum subiiciam. ita.n. inquit: Nam Pacuuianus Amphion loquens, quadrupes tardigrada agrestis, humilis, aspera capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima, cū responden sibi vellet, reiectus est ab Atticis dicentibus, se hæc non intelligere. rem aperte diceret. tum ille vno verbo, testudinē nominauit. [Permutatio est) Hāc Græci ἀλληγορίαν vocant. nonnulli inuersionem interpretantur. ea est huiusmodi, vt aliud verbis, aliud sensu ostendat. aut etiam, vt Quintil. inquit, interim contrarium, vt,

O nauis, referent in mare te noui:

Fluctus. o quid agis, fortiter occupa Portum!

totusq. ille Horatii locus, quo nauem pro populo, fluctuum tempestatem pro bellis ciuilibus portum pro pace atque concordia dicit. tale Lucr. illud est.

Auia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita gradu iuuat integros accedere fontes,
Atque haurire. iuuat nouos decerpere flores,
Insignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarunt tempora Musæ. Et Virg.
Sed nos immensum spatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equum fumantia soluere colla:

Sine translatione vero in Bucolicis:

Certe equidem audieram quo se subducere colles
Incipiunt molliq; iugum demittere cliuo
Vsque ad aquam, & veteris iam fracta cacumina fagi,
Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.

Hoc enim loco præter nomen, cetera proprius decisa sunt verbis Nam non pastor Menalcas, sed Virg. est intelligendus. Habet vsum talis allegoriæ frequenter oratio, sed raro prorsus obscuris, plerunq; apertis permixta est verbis, illa apud Cic. talis est hoc miror enim queror q. quenquam hominem ita pessumdare alterum velle, vt etiam nauem proferret, in quo ipse nauiget. Hæc, semper equidem ceteras tempestates, & procellas illis duntaxat fluctibus concionum Miloni putaui esse subeundas, nisi adiecisset Concionum, futura fuit hęc allegoria similis alteri. Illud vero longe speciosissimum genus orationis. in quo trium permixta est gratia. similitudinis, allegoriæ, & translationis. vt, quod fretum, quem Euripum tot motus tantas, tā varias habere creditis commutationes, agitationes, fluctus? quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum! dies intermissus vnus, aut nox interposita sępe vna, vt perturbat omnia! vt totam opinionem nonnunquam commutat aura rumoris! Nam id quoque custodiendum, vt quo ex genere ceperis translationes, in eo desinas. Multi autem cū initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est in sermone, & rerum ordine fœdissima nota. Ceterum allegoria paruis quoque ingeniis, & quotidiano sermoni frequentissime seruit. Nam illa in agendis causis iam detrita pedem conferre iugulum petere, sanguinē mittere sic fiunt, nec offendunt. Est.n. grata in eloquendo nouitas, & commutatio verborum, & magis inopinata delectans. Allegoria quæ obscurior est, ænigma dicitur, vitium meo quidem iudicio, si quidem dicere dilucide virtus est, quo tamen poetæ vtuntur: vt,

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo.
Tres pateas cœli spatium non amplius vlnas.

Hęc de allegoria Quint. Cicero autem in Orat. Iam cum fluxerunt, inquit, continuo pluras translationes, alia plane fit oratio. Hoc Gręci appellant allegoriam nomine, recte secundum genus. melius ille, qui ista omnia translationes vocat. [Vt si qs Drusum, Gracchum) Liuiū Drusum dicit. cuius supra meminimus, qui sicut Grępci, in remp. sparsit per suas ironias dissidia. [Numitoremq. obsoletum dicat) i. spurcum, & olentē. ex obs, & oleo obsoletus. ergo, spurcitia fœtidus[Ex contrario sumitur sic) Ex hoc genere, quo contrario ostenduntur, nasci plerique ironiam putauerunt, quam latine illusionem vocant. Hęc aut pronunciatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Nam si qua earum dissentit, apparet diuersam esse ab oratione voluntatem quale est.

Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus.

Et illud Cic. Verres pretor vrbanus, homo sanctus. & diligens. Et in Clodium, integritas tua te purgauit, tuus pudor eripuit, Ironiæ species sunt, vt quidem Græci volunt quatuor quas appellant, σαρκασμὸν, ἀστεϊσμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν. Sarcasmos est, plena odio atque hostilis irrisio. quale est illud.

Extentas ades, meus olim prælia poscis,
Spęq; tui flagrat capitis, fer debita fraudum.
Promissa, & Italiam tellure inquire sub ima,
Longum in Dardanios fines iter, atque inualem
Pyrenem, alpesq; tibi mea dextera donat.

Astismos fit. cū aliquid vrbane dicitur. qđ simplicitate careat rustica velut illud Terētii. Hoc populus curat. s. antigraphe est, cum in aliquem inuehimur, & laudare videmur, cū interim vituperemus sicut in Clodium Cic. illud, quod supra posuimus, Integritas tua te purgauit. mihi crede, pudor eripuit. vita ante acta seruauit. Parœmia est, cum prouerbio quempiam incedemus, vt Plauti illud in Captiuis, vt sępe summa ingenia in occulto

occulto latent. Quidam vero Græcorum, sicut, & Plutarchus, nec ἀντεγραφὴν, nec παρεμφάσιν ponunt, sed eorum loca χλευασμὸν, & μυκτηρισμὸν illis, quas primo loco posuimus, subiiciũ vt sit quidem χλευασμὸς, cum cleuasmos, cum in re vili, & abiecta quempiam extollimus, & inde vituperandum esse ducimus. quale illud est Catulli.

Quare non tibi sit bene ac beata?
Si abs te sudor abest, abest saliua,
Mucusq;, & mala pituita nasi?
Hæc tu commoda tam beata Furi,
Noli spernere, nec putare paruis.
Et sestertia quæ soles precari,
Centum desine: nam sat es beatus.

Myctcrismos autem, cum subsanantes, virtutem alicui vitio damus. quale illud Persii,

Non ego curo,
Esse quod Arcesilas, ærumnosiq; Solones,
Obstipo capite, & figentes lumine terram,
Murmura cum secum, & rabiosa silentia rodunt.

Ponunt Græci etiam inter verborum figuras, quod ἐπίθετον vocant. Latinorum quidam appositum, nonnulli sequens nominarunt. Eo poetæ, & frequentius, & liberius vtuntur. Itaq;, & dentes albi, & humida vina recte à poetis ponũtur. Sed apud oratorem non probabitur. Nisi.n. in oratione aliqd efficiatur, redundat. tum aũt efficitur, si sine illo quod dicitur, alterũ minus est. qualia sunt, ò scelus abominandũ, ò deformẽ libidinẽ. Aliquando proprio ἐπίθετον est. nam si dicas, ille qui Numantiam & Carthaginẽ euertit, ἀντονομασία est. si adieceris Scipio, ἐπίθετον, nõ potest ergo esse iunctum. Sunt aũt quibus hic tropus omnino esse videat, ꝙ nihil inuertat. his adiungit Plutarc. πρωθύστερον, quod ὑστερολογίαν dominauit, cum verborum ordo præposterus est. velut illud Virgilii esse creditur.

Et Cererem torrere parant, & frangere saxo,

Eam quoque figuram quæ περὶ θέσιν vocatur tropon putant. quale illud Virgilianum est.

Ipsiq; suos iam morte sub ægra
(Dii meliora piis) erroremq; hostibus illum.
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Quæ iuncta apostrophę inuenitur. vt rursus Virg.

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; viri mendacis viscera tellus,

Hanc Latinorum quidem interpositionem nonnulli interclusionem nominarunt. Eam quoq; dicendi virtutem, quã ἔμφασιν vocant in locutione, Græci non mediocriter probant. hæc .n. altiorem præbet intellectum, ex verbis affectui proximis, cuius duę sunt species: altera, quæ plus significat quam dicit altera, quæ ẽt id, quod non dicit significat prior est, vt apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum descendisse ait.

Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν ὃν κάμ' Ἐπειός,
Ἀργείων οἱ ἄριστοι, φόνον καὶ κῆρα φέροντες.

Nã verbo vno κατεβαίνομεν magnitudinẽ eius ostẽdit. & apud Vir.

Demissum lapsi per funem.

Nam sic quoque magnitudo demonstrata est. Idem, Cyclopa cum iacuisse dicit per antrum, prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. Sequens positum est in voce aut omnino suppressa, aut etiam abscissa. Supprimitur vox vt fecit pro Ligario Cic. Quod si in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quam tu parte, parte inquam obtinens, intelligo quid loquor, tacitæ n. illud, quid nihilominus accipimus, non deesse homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Absciditur ꝑ ἀποσιώπησιν; de qua supra dictum est. Est & in vulgaribus quoq; verbis ἔμφασις. Virum esse oportet, & homo est ille, Addunt etiam ἐξεργασίαν, quę ab agẽdo dicta, & cuius propria virtus est, non esse quæ dicantur ociose cum quiddã amarum, qđ fere in contumelia positum est, significatur, quale Cassi. Quid facies cum bona tua inuasero? hoc est, cum te docuero nescisse maledicere. Aliquando acre est, velut illud Crassi: Ego te consulẽ, putẽ cum tu me nõ potes senatorem? Est, & ea locutionis exornatio, quam λιτότητα vocant Græci ex cuius negatione affirmari magis aliquid intelligimus: vt, equidẽ merui, nec deprecor, non recuso, hoc est cupio; & si dicas, Non desunt qui dicant Socr. stupidum fuisse, & bardum, ꝙ auriculas concauas non haberet. hoc est, sunt qui dicant. Hæc fuerunt, quæ de verborum exornationibus multis selecta fuisse comperimus.

NOminatio) ὀνοματοποιΐα Græci inter maximas habita virtutes nobis ex permittuntur. Aegre illa, quæ παραγόμενα vocãt, quæ ex vocibus in vsum receptis quocunq; modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt Syllaturit, proscripturit, &c. Fab. lib. 8. †Pronominatio) ἀντονομασία, quæ aliquid pro nomine ponit, Poetis quoque modo frequentissima, & per ἐπίθετον, quia detracto eo cui opponitur, valet p pro nomine, vt Tydides, Pelides, &c. †Denominatio) μετωνυμία, Fab. Sed, vt ait Cic. ὑπαλλαγὴν rhetores dicunt. Vide Quint. lib. 8. cap. 9. Huius septẽ fere specie faciunt. aut. n. inuentor ponitur pro re inuenta, vt Mars pro bello, aut quod continet, pro eo quod continentur, Africa, pro Afris, aut locus, pro eo, quod est in loco, campus, pro comitiis, aut possessor, pro re possessa Neptunus pro mari, aut signum, pro signato, toga, pro pace, aut instrumentorum pro re, quæ efficitur, arma pro bello, aut res, pro persona cui conuenit, vt scelus, pro scelerato. Vide Strebæum in Partitiones Cic. †Circuitio) περίφρασις, circuitus loquendi, qui nonnunquam necessitatem habet, quoties dictu deformia operit, vt Salust. Ad requisitæ naturæ. Interim ornatum petit solum, qui est apud poetas frequẽtissimus, & apud oratores non rarus, semper tamen adstrictior. Quidquid. n. significari breuius potest, & cum ornatu latius ostẽditur, περίφρασις est. Verum hæc, vt cum decorum, περίφρασις ita cum in vitium incidit, περισσολογία dicitur. Obstat. n. quidquid non adiuuat. Fab. lib. 8. cap. 6 Porro elegans est cũ fit notatione de qua infra. Variandi rationes per περίφρασιν, habes in priore de copia commentario apud Er. †Transgressio) Quæ peruersione fit, ἀναστροφὴ dicitur, quæ transiectione ὑπέρβατον, hoc est constructionis perturbatio. Multa erudite Fab. lib. 8. cap. 6. †Superlatio) ὑπερβολὴ multos habet modos, de qua elegantiss. Quin. in fine lib. 8. Huic opposita est μείωσις. Vtriusque variam durationes habet Er. in Copia. de hyperbole locus est elegans apud Senecã lib. 7. de Beneficiis, cap. 22. & 23. †Intellectio) συνεκδοχή. Hæc variare sermonẽ potest, vt ex vno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, vel contra Multa Fab. lib. 8. †Abusio) κατάχρησις. Differt hęc à translatione. Abusione. n. vtimur, vbi nomẽ omnino deest trãslatione, vbi aliud est. Pueribus onis ladidari, κατάχρησις dicit. Ita, & Plin. lib. 9. Perequitatem, ait, in delphino. †Translatio) μεταφορά, de qua copiose Fab. lib. 8. cap. 6. tropus cũ frequẽtissimus, tum longe pulcherrimus, vt inducti quoq;, & non sentientes ea frequenter vtantur, tum ita iucunda atq; nitida, vt in oratione qualibet clara proprio tñ lumine eluceat. Cauẽdum vero ne sit humilis, sordida, maior, minor, dissimilis redũdans, dura poetica. Debet ea aut vacantem occupare locum, aut si in alienum venit, plus valere eo quẽ expellit. Plu. eam ait, δύναμιν ἔχειν καὶ ἀρχιτεκτονεῖν τὸν λόγον. lege quæ ex 3. Rher. Arist. Sturminus in Partitiones Cic. collegit. Ea vtimur, rei ante oculos ponendæ causa, Hoc est inectionis gratia, sic. o. δεδακρυμένοι loquunt. †Permutatio) Huius prima species ab auctore posita Græcis dicuntur ἀλληγορία. quam inuersionem interpretamur. Vt Horat.

O nauis, referent in mare te noui:
Fluctus, o quid agis, fortiter occupa. Portum, &c.

Totusq. ille locus, quo nauim pro rep. fluctũ tempestates pro bellis ciuilibus, portũ pro pace, & concordia dicit. Huius vsus est frequentior ænigmatis, sententiis, puerbialibus, ac prouerbiis παροιμίαι cum Diomedes & Donatus allegoriæ speciẽ faciunt. Altera species permutationes continet, & ironiam, & antiphrasin, εἰρωνεία è locutiuncula. Salustiana cõmodissime exprimitur, cum aliud in pectore clausum, aliud in lingua ꝓmptum habemus, & sententia enunciationis in contrariũ à verbis accipitur: vt, Scilicet is superis labor est. Rufinianus. Multis disputat Fab. lib. 9. cap. 2. Ironiam aliquando schema esse, aliquando tropum. Cuius sex species enumerat Rufinianus, clenasmum, charientismon, astysmũ, diasyrmum, exuthenismũ, & sarcasmũ. χλευασμὸς, siue ἐπικερτόμησις, cũ aliquos amare oratione nõ sine derisu insectamur, En agros, & quam bello Troianæ petisti Hesperiã metire iacens. χαριεντισμὸς, siue εὐφημία. Hac figura fit festiua dictio, cũ amœnitate mendax. vt apud Cic. Fecit enim vt vultum ipsius, & illam vsque ad talos demissam purpurã cogitetis. Quę duriora re ipsa sunt hac figura gratiosissimis verbis moliuntur. Terent. Bona verba quæso, cum pristinum deprecaretur Dauus: quod Plato εὐφημεῖν dicit, primo de Repub. ἀστεϊσμὸς, vrbanitas, longe peritus iocus est, adeoque inexpectatus de re aliqua absurda: Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. διασυρμὸς fit, cum rem aliquam aut personam eleuamus, Cic. Sed repente tanquam epoto pharmaco factus est vertes, redit ad se atque ad suos mores. Aquila deiisionem, vel eleuationem vocat. Ea solẽmus etiam ludentes dissoluere, quæ dicuntur ab aduersariis. Qualis est locus pro Murana in Sulpitium. Totus de

iure

sare ciuili.i. ἐξουθενισμός, figura hæc fit, cũ rem aliqui externuamus, & contemptam facimus. Cato: Antiochus epistolis bellum gerit calamo, & atramento militat. σαρκασμός. hostilis derisio. eadem uidet esse cum Cheleuasmo: Neq. timoris At gue tu Drance. ἀντίφρασις, vnius verbi est ironia: Bellum minime bonum, cum stolidum, & pinguem, acutum dicimus.

R Estant).i.i. el quæ sunt etiam decem exornationes verborum, quas nos non dispersimus, vage.i.in varia loca sine delectu. sed separauimus à superioribus, iccirco ꝙ omnes sunt positę in vno genere, nam hoc est proprium earom omnium. vt recedatur.s.in eis ab vsitata .i. consueta potestate verborum, atque oratio conferatur in aliam rationem cum quadam venustate. Restant, decẽ sequuntur verbi exornationes, quas ideo seorsum ab alis collegisse, & vno in loco posuisse dicit Cic. qm̃ sub vno sunt genere translatione.s. vel abusione, nam à proprio vocabulo in omnibus discedimus, & aliud non proprium pro eo ponimus, hoc aũt tunc potissimum facimus, cum aut nõ placeat, aut non inuenitur proprium. Vno genere, translatione, vel abusione. Potestate, quæ est propria eius rei, de qua loquimur, Cum quadam venustate, vt congrua sit abusio, & rei conueniens translatio. non dura omnino. aut aliena, vt supra dictum. De quibus.s.decem exornationibus, nominatiuo.s. grauis est prima. quæ admonet, nosmet vt nominemus idoneo verbo.i, vocabulo eam sup. rem, cui rei nomen, aut non.i. nullum sit, aut satis idoneum non sit, nominemus, inquit, causa, aut imitationis.s naturæ, aut significationis.i. significandæ rei gratia. Imitationis sup. causa. maiores.i. prisci Romani appellauerunt .i. imposuerunt rebus has voces, rudere quod asinorum sonum imitatur. vagire, quod infantium murmurat. quod aquarum, & sibilare quod venti, & sibilantium imitatur sonum. Causa rei significandæ, supp. appellauerunt aut nominamus sic. Postquam iste.s vrbis, & cõ remnedus fecit impetum in remp. fragor ciuitatis est auditus in primis, vbi per fragorem significatur vehementia obstrepẽtium. Cetera patent. Pronunciatio.i. antonomasia est quæ demonstrat sicut quodã cognomine extraneo, id quod nõ possit appellari, suo.i. proprio nomine, vt si quis loquitur de Gracchis. qui ꝙ ob seditionẽ cæsi sunt nõ vidẽtur nominãdi. inquit at nepotes Africani &c. Cetera declarat Franciscus. Denominatio.i. metonomya est quæ trahit orationẽ.i. denominationẽ à rebus propinqs, & finitimis, qua.s. oratione res possit intelligi. q̃.s. res sit appellata non suo.i. improprio vocabulo. Ostendit aũt dilucide satis eius spes. Circutio est oratio circũscribens rem simplice assumptã. elocutione .i. pluribus verbis cõcinne positis, &c. Transgressio est, quæ pertuibat ordinem verborũ traiectione.i. trãspositione, aut peruersione.i. contraria versione, vt quæ præcedere debeãt sequãtu. Peruersione sic Hoc &c. construenda sunt verba, vt iacent, aliter non faciant cõuenient exemplum, potissimum autem peruertuntor illa pietate ꝓ vestra: nam ordo est pro vestra pietate. Traiectione.i. transpositione verborum fit hoc modo. Instabilis &c. Quorum ordo sine traiectione esset. Fortuna instabilis valuit plurimum in istum. Secundum exemplum sit construitur. Casus eripuit tibi inuidiose.i. per summam inuidiã, omnes facultates bene viuendi. Huiusmodi &c. Docet vtilitatem verbis satis apertis. Superlatio.i. hyperbole est oratio superans veritatem, cã alicuius augendi vel minuendi. Exempla satis declarantur à Francisco. Intellectio est, cum res cognoscitur tota de parua parte .i. per paruam partẽ, aut cũ pars cognoscitur de toto.i. ꝑ totum. Totum intelligit sic de parte. Illæ tibiæ nuptiales.i. in nuptiis inflari solitæ. nõ commonebant.i. memorem faciebãt te matrimonii Nam hic.i. in hoc exemplo, aut dicto omnis sanctimonia.i. solennias nuptiarum intelligitur vno signo tibiarum. Pars sup. intelligitur de toto.i. per totum. vt si quis dicat ei qui ostendit vestitum, aut ornatum preciosũ, tu ostentas mihi diuitias, & iactas copias.i. abũdantias tuas locupletes.i. qbus loculos exples, vbi a parte accipitur totum. Nam si duntaxat eaa vestes haberet non esset diues dicendus. Plura sup. intelliguntur ab vno.i. per positionẽ vnius, hoc est pluralis numerus per singularem, hoc modo. Hispanus pro multi Hispani, fuit auxilio, profuerunt auxilio. Pœno. pro Pœnis .i. Carthaginesibus. Ille.s. notissimos transalpinus.s. Galli trans alpes respectu Italorum habitãtes, immanis.i. inhumanissimi fuit.i. fuerũt auxilio ipsis Pœnis. Non neuo.i. plurimus: Togatus.i. Latinus, aut Romanus, sensit quoque idem.i. Gallorum insanitatẽ in Italia. Vnum intelligitur a pluribus sic. Calamitas atrox pulsabat pectora pro pectus meum, aut alterius meiore.i. mestitia, itaque .i. & ita spiritus anhelãs pi cura.i. propter anxietatem, duceba tur eximis pulmonibus. pro eo quod est ex imo pulmone. Declarat exẽpla, quibus plura pro vno, & vnum pro pluribus ponitur dices. Nam plures Hispani, & Galli. & Togati intelligun tur sup. in superioribus ponitur dices. Nam plures Hispani, & Galli, & Togati intelliguntur sup. in superioribus.i. prioribus exemplis, & vnũ pectus, & vnum pulmo intelligitur hic.i. in posteriore exemplo, per pectora. & pulmones pluraliter dicta. Et ille numerus.s. prior erit diminutus gratia festiuitatis, & hic.s. posterior erit adauctus gratia grauitatis. Abusio est quæ abutitur.i. indebite vtitur verbo simili, & propinquo.s. debito, & ꝓprio, pro certo & proprio.i. loco certi. & proprii hoc modo. Vires hominis sunt breues vbi proprie dicas paruę, aut statura hominis parua est. vbi dicend.i esset breuis, aut cõsilium est in homine longum, vbi dicas magnũ. aut oratio magna, pro eo. qđ est longa, aut vti sermone paruo.i. breui. nam facile est intellectu.i. ad intelligendũ, verba finitima.i. affinis significationis, rerum dissimiliũ, esse tractata ratione abusionis.i. vt significetur abusio fieri ad uenustatem, quam varietas dicendi conciliat. Translatio est cũ uerbum transfertur in quandam rem ex alia re, quod.s. verbum videtur posse transferri recte, propter similitudinem. Igitur continuatiua est particula ea.s. translatio sumitur causa rei ponendæ ante oculos sic. Hic tumultus expergefecit subito terrore Italiam. Vbi Translatio est ab homine q somno excutitur. Et sup sumitur causa breuitatis sic. Recens aduentus exercitus extinxit ciuitatem subito. vbi translatio ab aqua ignem extinguente, subitam vrbis deletionem depingit. Et causa vitandæ obscœnitatis.i. turpitudinis verborum sup. sumitur sic. Cuius mater delectetur quotidianis nuptiis.i. vnicuique se prostituit. Causæ augendæ sic. Nullius &c. Notum est exemplum. Sumpta translatio est à deuoratore maximo. Minuendi &c, Translatio sumpta est, ab aut à tenui. Causa ornandi. cuius translatio à plantis, & ceteris vegetabilibus sumitur. Rhetores sup. dicunt oportere translationem esse pudentem.i. parce, & prudenter factam, vt transeat in rem consimilem, ratione.i. non temere, sed ob certam causam, ne videatur transcurrisse in rem dissimilem temere, & cupide.i. affectanter. Permutatio est oratio demonstrans aliud verbis, aliud sententia, quę ex verbis permutatio sensu elicitur, vnde græce allegoria dicitur. Ea diuiditur in tres partes, videlicet similitudinem, argumentum, & contrarium. Sumitur.s. permutatio per similitudinem, cum translationes vna, aut plures ponuntur frequenter ductæ.i. tractæ de oratione simili sic, Nam cum canes funguntur officiis, luporum .i. quando præsides depredatores sunt subditorum, cuinam credemus.i. committemus pecuaria, ut oues, capras, boues, pręsidio.i. ad defensionem ? q.d. nulli satis tute. Vbi similitudo est inter pastores, & præsides, ad q̃ Saluator quoque alludit in Euangelio: & Prophetę frequenter. Permutatio supp. tractatur per argm̃.i. approbationum, cum.i. quando similitudo ducitur à persona, aut à loco aut aliqua.i. alia quauis re, causa augendi, aut minuendi, vt si quis dicat. Drusum.s. alium Gracchũ.i. similem Gracchi, & ita augeat, quasi Gracchus seditiosior esset Drusus, & dicat Numitorem, qui eiectus erat regno, obsoletum.i. situ, immunditiaq. victum, quod minuendæ dignitatis eius dicatur. Permutatio ducitur ex contrario sic, vt si qs illudens.i. per ironiam loquens appellet hominem prodigum, & luxuriosum, parcum, & diligentẽ. Et nos poterimus in hoc postremo, quod sumitur ex contrario, & in illo primo, quod ducitur à similitudine, vti argumento per translationem. Per similitudinem sic. Quid, ait hic rex Agamemnon, i. summus imperator noster (vt Agamemnon olim græcorum fuit) siue, vt.s. secundum quod crudelis est, potius Atreus noster. Ex contrario supp. vtemur argumento, si vocemus quempiam qui verberauerit patrem. Aeneam qui pientissimus in patrem fuit. & nominemus adulterum, i. eum qui cõmisit adulterium Hippolytum. qui castissimus prædicatur. Hęc sunt quę videbantur dicenda de exornationibus verborum, nunc res ipsa.i. ratio docendi, monet. vt transeamus deinceps ad exornationes sententiarum.i. ad declarationes earum.

PETRI VICTORII CASTIGATIO.


NON tam cito satiss Græcia potitæ sunt. Aut idem Gallos significans dicat: Nec tam facile ex Italia armatura transalpina depulsa est). Vetusta lectio, Materis transalpina, quam rectam esse puto. Est enim materis telum, quo vtebantur Galli. Nonius Marc. de genere armorum, hæc duo loca Sisennæ citat, in quibus huius teli mentio est. Sisenna historia

riarum lib. 3. Galli materibus. Sueui lanceis configunt. Idem lib. 4. alii materibus aut lanceis tamen medium perturbant agmen. Per hoc autem telum Galos intelligi vult, quorum peculiare erat. vt per sarissas suas, Macedonas. Quia ignotius inuentuque rarius erit hoc verbum ideo hinc deletum fuisse puto, quod etiam ei contingerat in 7. lib. hist. T. Liuii, vbi prælium cũ Gallis factum narratur. Sic enim legi debet Stetitq. suppresso impetu Roma, & quia iterum sessis subeunda dimicatio erat, & ꝙ Cos. dum inter primores incautus agitat, leuo humeri materi prope traiecto, cesserat parumper ex acie. Nõ Machera, vt in cunctis impressis libris olim erat. Germani autem nuper eũ locum restituerunt, qui T. Liuiis libros, quos temporis vetustas & hominũ incuria non absumsit, summa cura, & diligentia emendatior ediderũt. Vidi etiam priscum Liui exemplar, quod eam vocem incorruptam retinebat.

DE EXORNATIONIBVS SENTENTIARVM.



ISTRIBVTIO est, cum in plures res aut pſonas certas negocia quædã dispertiuntur, hoc mõ: Qui vestrum iudices nomẽ senatus diligit, hunc oderit necesse est: petulantissime. n. semp iste oppugnauit senatum. Qui equestrẽ locum splendidissimũ cupit esse in ciuitate, is oportet istũ maximas pœnas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordini ho nestissimo maculæ atq; dedecori sit. Qui parẽtes habetis, ostendite istius supplicio vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exẽplum, quãta pœnæ in ciuitate sint hominibus hmõi cõparatæ. Itẽ: Senatus officium est, consilio ciuitatem iuuare. Magistratus officium est, opera & diligentia consequi senatus voluntatẽ. Populi officium est, res optimas, & homines idoneos maxime suis sententijs eligere, & probare. Accusatoris officium est, inferre crimina: Defensoris, diluere & propulsare. Testis est, dicere quæ scierit, aut audierit. Quæsitoris est, vnũquenq; horum in officio suo continere. Quare L. Cassi, si testẽ, præterquã quod sciat, aut audierit, argumentari, & coniectura prosequi patieris, ius accusatoris cũ iure testimonii cõmiscebis, testis improbi cupiditatẽ cõfirmabis, reo duplicẽ defensionem parabis. Est hæc exornatio copiosa cõprehendit. n. breui multa, & suum cuique tribuens, officium separat, & res diuidit plures. Licentia est, cũ apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tñ aliquid pro iure nr̃o dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, eum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur, hoc mõ: Miramini Quirites, ꝙ ab oĩbus vestræ rationes deserantur, ꝙ causam vestram nemo suscipiat, ꝙ se nemo vestri defensorẽ profiteatur: id tribuite vestræ culpæ, atq; desinite istud mirari. quid. n. est, quare non omnes istã rẽ fugere, ac vitare debeãt? Recordamini quos habueritis defensoris, studia eorũ vobis ante oculos proponitur: deinde exitus omnium considerate: tum vobis veniet in mentẽ, vt vere dicã, negligẽtia vestra, siue ignauia potius, illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragiis in amplissimum locum peruenisse. Item: Nã quid fuit iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis, aut istum hominẽ nefarium ampliaueritis? non apertissimæ res erant crimini datæ? nõ oẽs hæ testibus cõprobatæ: nõ contra tenuiter, & nugatoriæ respõsum? Hic vos veriti estis si primo cætu cõdẽnassetis, ne crudeles existimaremini. Dum eũm vitastis vituperationẽ, quæ longe à vobis erat absutura, eam inuenistis, vt timidi atque ignaui putaremini. Maximas & priuatas & publicas calamitates accepistis: cũ ẽt maiores impendere videantur, sedetis, & oscitamini. Luce noctẽ, nocte lucẽ expectatis. Aliquid quotidie acerbi atq; incõmodi nunciatur, & eũ, cuius opera vobis hæc accidũt remoramini diutius & alitis, ac reip. perniciem retinetis quoad potestis in ciuitate. Eiusmodi licẽtia si nimiũ videbitur acrimoniæ hr̃e, multis mitigationibus lenietur: nã continuo aliquid hmõi licebit iferre: Hic ego virtutẽ vestrã quæro, sapientiam desidero, veterẽ consuetudinẽ requiro, vt, quod erit cõmotum licentia, id laude mitigetur, vt altera rei ab iracundia, & molestia remoueat, altera res ab errato deterreat. Hæc res, sicut in amicitia, ita in dicẽdo, si loco fit, maxime facit, & vt illi, qui audiẽt, à culpa absint, & nos, qui dicimus, amici eorũ, & veritatis esse videamur. Est aũt quoddã genus licẽtiæ in dicẽdo, qđ astutiore rõne cõparatur: cũ aut ita obiurgamus eos, qui audiũt, quo mõ ipse se cupiñt obiurgari: aut id, qđ scimus facile oẽs audituros, dicimus non timere quo accipiant, sed tñ veritate cõmoueri, vt nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subiiciemus. Prioris, hmõi: Nimium Quirites animis estis simplicibus, & mansuetis, nimiũ creditis vnicui que: existimatis vnumquenq; eniti, vt perficiat quæ vobis pollicitus sit: erratis, & frustra falsa spe iã diu detinemini: stultitia vestra est, qua quod erat in vestra ptãte, ab aliis petere, q̃ ipsi sumere maluistis. Posterioris licẽtiæ hoc erit exemplum: Mihi cũ isto iudices, fuit amicitia, sed ista tñ amicitia, tametsi vereor quo modo accepturi sitis, vos me priuastis. quid ita? quia, vt uobis essem probatus, eum qui vos oppugnabat, inimicum, q̃ amicum hr̃e malui. Ergo hæc exornatio, cui licentiæ nomen est, sicuti demonstrauimus, duplici ratione tractabitur: acrimonia, quæ si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude: & assimulatione, de qua superius diximus: quæ non indiget mitigationis: propterea ꝙ imitatur licentiam, & sua sponte ad animum auditoris se accommodat. Diminutio est, cũ aliquid esse in nobis, aut in iis, quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus egregiũ: quod, ne qua significet arrogãs ostẽtatio, diminuitur, & attenuatur oratione, hoc mõ: Nã hoc meo iure indices dico, me labore, & industria curasse, vt disciplinã militatem non in postremis tenerẽ. Hic si quis dixisset, vt optime tenerẽ, tametsi vere dixisset, tñ arrogans visus esset: nũc & ad inuidiam vitandam, & ad laudẽ comparandam satis dictum est. Item: Vtrũ igitur auaritiæ causa, an egestatis accessit ad maleficiũ? Auaritiæ? at largissimus fuit in amicos; qđ signũ liberalitatis est, quæ cõtraria auaritiæ est. Egestatis? at huic quidẽ pater, nolo nimiũ dicere, nõ tenuissmũ patrimonium reliquit. Hic quoq; vitatum est, ne magnum aut maximum diceretur. Hoc igit in nostris, aut eorum, quos defendemus, egregiis commodis proferendis obseruabimus. nam eiusmodi res & inuidiã contrahunt in vita, & odiũ in oratione, si

in cōſiderate tractes. Quare, quemadmodū rōne
in viuēdo fugitur inuidia, ſic in dicēdo cōſilio vi
taſ odiū Deſcriptio nominaſ, quæ rerum cōſequē
tium cotinet perſpicuā, & dilucidā cum grauiter
expoſitionem, hoc modo. Quòd ſi iſtum iudices
veſtris ſentētijs liberaueritis; ſtatim, ſicut è cauea
leo miſſus aut aliqua teterrima bellua ſoluta ex ca
thenis, volita bit, & vagabiſ in foro, acuens dētes
multos in cuiſq; fortunas, in omnes amicos atq;
inimicos, notos atq; ignotos incurſans, aliorum
famā depeculnas, aliorū caput oppugnans, aliorū
domū ac oēm familiā perfringens, rēpublicā fun-
ditas labefactās. Quare iudices eijcite eū de ciui
tate, liberate oēs formidine, vobisq́. ipſis cōſulte.
nā ſi iſtū impunitū dimiſeritis; in voſmet ipſos,
mihi credite, fetā, & trūculētā beſtiā iudices īmi
ſeritis Item: Nā ſi de hoc iudices graues ſentētiā
tuleritis; vno iudicio ſimul multos iugulaueritis.
grandis natu parens, cuius ſpes ſenectuntis oīa in
huius odoleſcentia poſita eſt; quare velit in vita
manere nō habebit: filij parui priuati patris auxi
lio, ludibrio, & deſpectui paternis inimicis erunt
oppoſiti tota domus huius indigna cōcidet cala-
mitate: at inimici ſtatim ſánguinolēta palma, cru
deliſima victoria potiti inſultabūt, in horū miſe-
rias ſuperbi re ſimul, & verbis inueheſ. Itē: Nam
neminē veſtrū fugit, Quirites, capta vrbe q̄ miſe-
riæ cōſequi ſoleāt. arma qui cōtra tulerint, ſtatim
crudeliſſime trucidantur: ceteri, q̄ poſſunt p æta
tē, & vires laborē ferre, rapiunſ inſeruitutē: q nō
poſſunt, vita priuātur; vno deniq; atq; eadē tēpo
re domus hoſtili flagrat incēdio, & quos natura
aut volūtas neceſitudine, aut beneuolētia coniun
xerit, diſtrahunſ: liberi partim è gremijs parētum
diripiunſ, partim in ſinu iugulanſ, partim antepe
des cōſtuprātur. nemo iudicies eſt, q̄ poſſit ſatis
rē cōſequi verbis, nec referre orotione magnitu-
dinē calamitatis. Hoc gñe exornatiōis vel indigna
tio, vel miſericordia pōt commoueri, cū res cōſe
quentes cōprehenſæ vniuerſæ perſpicua breuiter
exprimuntur oratione. Diuiſio eſt, q̄ rē ſermouēs
à re, vtranq; abſoluit rōne. ſubiecta: hoc modo:
Cur ego nunc tibi quidquā obijciā? ſi probus es,
non meruiſti: ſin improbus, nō cōmmoueris. Itē:
Quid nunc ego de meis proprijs meritis p̄dicē? ſi
meminiſtis, obtūdā: ſin obliti eſtis; cū re nihil ege
rim, quid eſt, quod verbis proficere poſſim? Itē:
Duæ res ſunt, q̄ poſſunt homines ad turpe compē
diū comouere, inopia atq́; auaritia: te auarū in fra
terna diuiſione cognouimus, inopē atq; egentem
nūc videmus: q potes igiſ oſtendere cām maleficij
non fuiſſe? Inter hanc diuiſionē, & illā q̄ de parti-
bus orationis tertia eſt, de qua in libro primo di-
ximus ſecundū narrationē, hoc intereſt: Illa diui-
dit p enumerationē, aut per expoſitionē, quibus
de rebus ī tota oratione diſputatio futura ſit: hæc
ſe ſtatim explicat & breui duabus, aut pluribus ſu
bijciēs rōnes, exornat orationē. Frequentatio eſt,
cum res ī tota cā diſperſæ cogunſ in vnū, quo gra
uior, aut acrior, aut criminoſior oratio ſit, hoc pa-
cto: A quo tandē abeſt iſte vitio? quid eſt iudices,
cur velitis eum liberare? Suæ pudicitiæ pditor eſt
inſidiator alienæ, cupidus, in tēperans, petulās, ſu
perbus, impius in parētes, ingratus in amicos, in-
feſtus ī cognatos, in ſuperiores cōtumax, ī æquos
q̄ pares faſtidioſus, in inferiores crudelis, deniq;
in oēs intollerabilis. Eiuſdē generis eſt illa frequē
tatio, q̄ plurimū cōiecturalibus cauſis opitulatur,
cū ſuſpiciones, q̄ ſeparatim dictæ, minutæ, & infir
mæ erāt, vnū in locum coactæ rē videnſ perſpicuā
facere, nō ſuſpicioſam, hoc pacto: Nolite igiſ, no-
lite iudices ea, q̄ dixit ſeparatim ſpectare: oīa col-
ligite, & cōferte in vnum. Si, & cōmodum eſt iſtū
ex illius morte veniebat, & vita hoīs eſt turpiſſi-
ma, animus auariſſimus, fortuna familiaris rei at-
tenuatiſſima, & res iſta bono nemini p̄ter iſtū fuit
neq; alius q̄ſquā æq̄ cōmode. neq; iſte cōmodiori
bus aliis rōnibus facere potuit: neq; p̄teritū quid
quā eſt ab iſto, qđ opus fuerit ad maleficium: neq;
factū, qđ opus nō fuerit: & cū locus idoneus ma-
xime q̄litus, tū occaſio aggrediēdi cōmoda, tps ad
eundi opportuniſſimum, ſpatiū cōficiendi longiſ
ſimum ſumptū eſt, nō ſine maxima celandi, & p-
ficiendi maleficii ſpe: & p̄terea ante, q̄ occiſus ho-
mo is eſt, iſte viſus eſt in eo loco, in quo eſt occi-
ſio facta, ſolus: paulo poſt in ipſo loco maleficij,
vox illius, q occidebaſ, andita eſt: deinde poſt oc-
ciſionē, iſtum multa nocte domū rediiſſe conſtat,
poſtera die titubāter, & incōſtēter de occiſione il
lius locutū: (hæc partim teſtimoniis, partim q̄ſtio
nibus, & argumētis oīa cōprobanſ, & rumore po-
puli; quē ex argumētis natū, neceſſe eſt eſſe verū).
veſtrū iudicis eſt, his in vnum locum collatis, cer-
tā ſumere ſcientiā, nō ſuſpicionē maleficii. Nam
vnum aliquid aut alterū pōt in iſtū caſu accidiſſe
ſuſpicioſe: vt oīa inter ſe à primo ad poſtremum
conueniāt maleficia, neceſſe eſt caſu nō poſſe fie-
ri, Vehemens eſt exornatio, & cōiecturali cōſtitu
tione cā ferme ſemper neceſſaria & in ceteris ge-
neribus cauſarum, & in oī oratione adhibēda nō-
nunquā. Expolitio eſt, cū in eodē loco manēmus,
& aliud atque aliud dicere videmur. ea dupliciter
ſit, ſi aut eandē plane dicimus rē, aut de eadem re.
Eandem rē dicimus, nō eodē mō: nam id quidem
obtundere auditorē, non rē expolire, ſed commu-
tare. cōmutabimus tripliciter, verbis, pronuncian
do, tractando. Verbis commutabimus, cum, re ſe-
mel dicta, iterum aut ſæpius aliis verbis, quæ idē
valeant eadem res proferetur, hoc modo: Nullum
tantum eſt periculum, quod ſapiens pro ſalute pa
triæ vitandū arbitretur. Cum agetur incolumitas
p̄petua ciuitatis, qui bonis erit rōnibus præditus
p̄fecto nullū vitæ diſcrimē ſibi pro fortunis reip.
fugiēdum putabit; & erit in ea ſentētia ſemper, vt
pro patria ſtudioſe quāuis in magnā deſcendat vi
tæ dimicationē. Pronunciādo cōmutabimus, ſi tū
in ſermone, tum ī acrimonia, tū in alio atq; in alio
gñe vocis atq; geſtus, eadē verbis cōmutādo, pro
nunciatione quoque vehemētius immutabimus.
Hoc neq; cōmodiſſime ſcribi pōt, neque parum
eſt apertum. quare non eget exempli. Tertium ge
nus eſt commutationis, quod tractāndo conſitur,
ſi ſententiam traiiciemus, aut ad ſermocinationē,
aut ad exuſcitationem. Sermocinatio eſt, de qua
planius paulo poſt ſuo loco dicemus. Nunc bre-
uiter, ad hanc rē quod ſatis ſit, attingemus, in qua

constitueturalicuius personæ oratio accōmodata ad dignitatē,hoc modo,vt,quo facilius res cognosci possit,ne ab eadē sententia recedamus: Sapiens, qui oīa reip. causa suscipienda pericula putabit,sæpe ipse secū loqnitur: Nō mihi soli,sed ēt atq; adeo multo potius natus sum patriæ: vita, q̄ fato debet,saluti patriæ potissimū soluatur.Aluit hæc me, tute, atq; honeste produxit vsq; ad hanc ætatē,muniit meas rōnes bonis legib.optimis moribus,honestissimis disciplinis. Quid est,qđ à me satis ei ꝑsolui possit,vnde hæc accepta sunt?Quia hæc loquit secum sapiēs,sæpe ego in ꝑiculis reip. nullū ipse periculū fugi.Itē mutat rei tractādo, si traducitur ad exuscitatiọnē,cū,& nos cōmoti dicere videamur,&auditoris aīum cōmonemus,sic: Quis est tā tenui cogitatione ꝑditus,cuius aīus tātis angustiis inuidiæ cōtinetur,qui nō hūc hoīem studiosissime laudet,& sapientissimū iudicet?qui pro salute patriæ,pro incolumitatis ciuitatis, pro reip. fortunis quāuis magnū, atq; atrox periculū studiose suscipiat,& libēter subeat. Equidē hunc hoīem magis cupio satis laudare, q̄ possum: idēq; hoc certo scio vobis oīb.vsu venire. Eadē res igitur his trib.in dicendo cōmutabit rebus, verbis, pronūciādo,tractādo: sed tractādo dupliciter,sermocinatione,& exuscitatione. Sed de eadē re cū dicemus, plurib. vtemur cōmutationib. Nam cū rē simpliciter pronuncianerimus,rōnē poterimus subiicere. Deinde duplicē, vel sine rōnibus,vel cū rationib. pronunciare sñiam. Deinde afferre contrariam,de qnib. oībus diximus in verborū exornationib. Deinde simile,& exemplū, de quo suo loco plura dicemus. Deinde conclusionē, de qna in secundo libro,quæ opus fuerunt, diximus,demonstrantes argumentationē quemadmodū concludere oporteat. in hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi,cui cōclusioni nomen est.Ergo hmōi vehementer ornata poterit esse expolitio,quæ constabit ex frequentib. verborū exornationibus,& sñiarum. Hoc modo igitur septē partib. tractabit: sed ab eiusdem sñiæ non recedamus exemplo,vt scire possis q̄ facile præceptione rhetorica res simplex multiplici rōne tractetur. Sapiens nullum pro rep. periculū vitabit; ideo ꝙ sæpe fit,vt,cū pro rep. perire noluerit, necessario cum rep. pereat. Et qm̄ sunt oïa cōmoda à patria accepta, nullum Incommodum pro patria graue putandum est. ergo qui fugiunt id periculum,qđ pro reip.subeundum est, stulte faciunt. nam neq; effugere incommoda possunt,& ingrati in ciuitatem reperiūtur, at qui patriæ pericula suo periculo expetunt,hi sapientes putandi sunt;cum, & eū, quem debent,honorem reip.reddunt, & pro multis perire malunt,q̄ cum multis.Etenim vehementer est iniquum,vitam,quam à natura acceptā ꝑꝑ patriam cōseruaueris, naturæ, cū cogat, reddere; patriæ,cū roget,non dare:& cum possim cū summa virtute,& honore pro patria interire, malle ꝑ dedecus, & ignauiam viuere: & cum pro amicis, & parentibus,& ceteris necessariis adire periculū velis, pro republica,in qua, & hoc,& illud sanctissimum nomen patriæ continet.nolle in discrimen venire.itaq; vti contemnendus est,qui in nauigando se,q̄ nauim,mauult incolumen: ita vituperandum,qui in reip.discrimine, siue plus q̄ cōi saluti consulit.Naue.n.fracta multi incolumes fuerunt, ex naufragio patriæ saluus nemo pōt enatare. qđ mihi bene vř Decius intellexisse,qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus in hostes immisisse medius.amisit vitā,at non perdidit: re.n. vtilissima, & parua maximam redemit: dedit vitam, accepit patriam:amisit aīam, potius est gloria; quæ cum summa laude prodita vetustati: quotidie magis enitescit. Quòd si,pro reip.debere accedere ad periculum,& ratione demonstratum est,& exemplo cōprobatum ii sapientes sunt existimādi. qui nullum pro salute patriæ periculum vitāt. In his igitur generib. expolitio versatur: de qua producti sumus vt plura diceremus, ꝙ non modo, cū cām dicimus,adiuuat,& exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatē.Quare conueniet extra cām in exercendo rationes adhibere expolitionis;in dicendo vti,cū exornabimus argumentationem; de qua diximus in libro secūdo.Cōmoratio est,cū in loco firmissimo, quo tota cā continetur, manetur diutius,& eodem sæpius reditur. hac vti maxime conuenit, &.i.oratoris boni maxime proprium.non.n. datur auditori potestas aīum de re firmissima dimouendi. Huic exemplū satis idoneum subiici non potuit:ꝑpea ꝙ hic locus non est à tota causa separatus,sicut membrū aliquod,sed,tanq̄ sanguis,perfusus est per totū corpus orationis.Contēťlo est, per quā contraria referuntur. ea est in verbornm exornationibus,vt ante docuimus,eiusmodi.Inimicis te placabilē,amicis inexorabilē præbes. In sñiarum,hmōi:Vos huius incōmodis lugetis,iste reip.calamitate lætatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solos suis eo magis confidit. Inter hæc duo cōtentionum genera hoc interest:illud ex verbis celeriter relatis constat; hic sñiæ contrariæ ex comparatione referantur,oportet.Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile.Ea sumitur aut ornandi cā, aut probandi,aut apertius dicēdi,aut ante oculos ponendi. Quo modo igitur quatuor de causis sumit, ita quatuot modis dicitur:per contrarium, per negationem,per breuitatem,ꝑ collocationē. Ad vnam quanque sumendæ causam similitudinis accōmodabimus singulos modos pronunciandi. Ornandi causa sumitur per cōtrariū sit:Non.n.qnemadmodum in palæstra,qui tædas candētes accipit,celerior est in cursu cōtinno,quàm ille qui tradit;ita melior Imperator nonus, q̄ accipit exercitum, q̄ ille qui decedit: ꝑpea ꝙ defatigatus cursor integro facē, hic peritus Imperator imperito exercitum tradit.Hoc sine simili satis plane, & ꝑspicue, & probabiliter dici potuit, hoc modo: Dicitur, minus bonos Imperatores à melioribus exercitū accipere solere: sed ornandi cā simile sumptū est, vt orationi dignitas quædā cōparetur. Dictū est aūt per contrarium. Nam tunc similitudo sumitur per contrarium,cum ei rei, quam nos probamus,aliquā rem negamus esse similē, vt paulo ante,cum de cursoribus disserebamus.Per negationē dicetur probādi causa,hoc modo: Neq; equus

indomitus,quáuis natura bene cõpositus sit,idoneus põt esse ad eas vtilitates, & aptus,q̃ desiderantur ab equo:neq; homo indoctus, q̃uia sit ingeniosus,ad virtutem põt peruenire. Hoc probabilis factũ est,ꝙ magia est verisimile,nõ posse virtutẽ sine doctrina comparari:qm̃ nec equus quidẽ indomitus idoneus possit esse:ergo sumptum est ꝓbandi causa.Dictũ est aũt per negationem: id.n.perspicuum est de primo similitudinis verbo.Apertius dicendi causa similitudo dr̃ per breuitatẽ,hoc modo:In amicitia gerẽda,sicut in certamine curendi,nõ ita cõuenit exerceri,vt,quoad necesse sit,ꝑuenire possit;sed vt ꝓductus studio,& viribus vltra facile ꝑcurras. Nã hoc simile est, vt apertius intelligat̃, mala ratione facere qui reprehendant eos,qui verbi causa post mortẽ amici liberoa eius custodiát: ꝓpea ꝙ in cursore tm̃ velocitatis esse oporteat, vt efferatur vsq; ad finẽ in amico tm̃ beneuolentiæ studiũ, & ut vltra,q̃ amicus sẽtire possit,ꝑcurrat amicitiæ studio. Dictũ aũt simile est per breuitatẽ. Non.n.ita,vt in ceteris rebus,res ab re separata est,sed vtraq; res cõiunctæ,& confuse ꝓnunciatæ. Ante oculos ponendi negocii causa,sumet̃ similitudo per collationẽ, sic:Vt citharœdus, cũ prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cũ chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cũ corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata,citharã tenẽs exornatissimã, auro & ebore distinctã, ipsa ꝑterea forma & specie sit,& statua opposita ad dignitatẽ,si,cũ magnã populo cõmouerit his rebus expectationẽ,repente silentio facto,vocẽ emittat acerbissimã cũ turpissimo corporis motu,quo meliua ornatus,& magis fuerit expectatus,eo magis derisus,& contẽptus eiicitur:ita si quis in excelso loco,& ĩ magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunæ muneribus,& naturæ,cõmodis omnibua abũdabit, si virtutis,& artium,quæ virtutis magistræ sunt,ægebit;quo magis ceteris rebus erit copiosus,& illustris,& expectatus, eo vehementius derisua, & contẽptus ex omni cõuentu bonorum eiicietur.Hoc simile exornatione vtriusq; rei, & alterius inscitia artificij,alterius stultitia simili rõne collata, sub aspectu omniũ rẽ subiecit. Dictũ aũt est per collationẽ, ꝓpea ꝙ,proposita similitudine,paria sunt oĩa relata. In similibus obseruare oportebit diligẽter,vt, cũ rẽ afferamus,similẽ, cuius rei causa similitudinẽ attulerimus verba quoque ad similitudinẽ habeamus accõmodata.i.huiusmodi:Ita vt hirũdines æstiuo tpe p̃sto sunt, frigore pulsæ recedunt: ex eadẽ similitudine nũc ꝑ translationẽ verba sumimus:ita falsi amici sereno vitæ tpe præsto sunt;simulatq. hiemẽ fortunæ videri,deuolãt oẽs.Sed inuentio similiũ facilis erit, si quis sibi oẽs res animatas,& inanimatas,mutas & loquentes, feras & mãsuetas,terrestres,& cœlestes,& maritimas,artificio,casu,natura cõparatas vsitatas,atq; inusitatas,frequẽter ante oculos ponere,& ex his aliq̃ venari similitudinẽ, q̃ aut ornare,aut docere,aut apertiorẽ rẽ facere,aut ponere ante oculos possit.nõ.n.res tota totæ rei necesse est similis sit;sed ad ipsum,ad ꝙ cõferetur,similitudinẽ habeat oportet. Exẽplũ est alicuius facti, aut dicti ꝑteriti cũ certi auctoris noĩe proposito. id sumitur iisdẽ de causis, quib. similitudo. Rem ornatiorẽ facit, cũ nullius rei nisi dignitatis causa sumitur. Apertiorem,cum id, quod sit obscurius,magis dilucidũ reddit:probabilẽ, cũ magis, verisimilem facit: Ante oculos ponit,cum exprimit omnia perspicue,vt res dicta prope manu tẽtari possit. Vniuscuiusque gñis singula subiecissemus exempla, nisi, exẽplum quod genus esset, in expolitione demonstrassemus,& causas sumendi in similitudine aperuissemus:quare noluimus neque pauca,quo minus intelligeretur,neq; re intellecta,plura conscribere. Imago est,formæ cũ forma cũ quadam similitudine collatio.hæc sumitur aut laudis,aut vituperationis causa.Laudis causa, sic:Ibãt in prælium corpore tauri validissimi; impetu leonis acerrimi similes. Vituperationis,vt in odium,aut in inuidiam,aut in contẽptionem adducat. Vt in odium,hoc modo: Iste quotidie ꝑ forum medium tanq̃ iubatus draco serpit, aspectu venenato,spiritu rabido,circunspectans huc & illuc,si quẽ reperiat,cui aliquid mali faucibus afflare,quẽ ore attingere,dẽtibus insecare,lingua aspgere possit. Vt in inuidiã adducat,hoc modo: iste qui diuitias suas iactat,sicut gallus ẽ Phrygia,aut ariolus quispiã depsilus, & oneratus auro clamat, & deierat. Vt in contẽptionẽ adducat, sic: Iste,qui tanq̃ cochlea abscõdẽs,retẽtat sese tacitus,quo sit tutus,comedit cũ domo sua,& aufert. Effictio est, cũ exprimit̃, & effingit̃ verbis corporis cuiuspiã forma,ꝙ satis sit intelligendũ, hoc modo: Hũc dico iudices rubrũ,breuẽ;incuruũ,canũ,subcriptũ cæsiũ,cui sane magna est mẽto cicatrix,si quo modo põt vobis in memoriã redire. Habet hæc exornatio cũ vtilitatẽ,si quẽ velis ostendere, cũ venustatẽ,si br̃ dilucide facta est. Notatio est,cũ alicuius natura certis describitur signis,quæ,sicut notæ quædã naturæ sunt attributa. Vt si velis nõ diuitẽ,sed ostentatorẽ pecuniosum describere,iste, inquies,iudices,qui,se dici diuitẽ, putat esse præclarũ,primũ nunc videte, quo vultu nos intuatur: nõ ne uobis uidetur dicere,Darẽ, si mihi molesti nõ essetis?cũ uero sinistra mentũ subleuat, existimat se gẽmæ nitore,& auri splẽdore aspectus omnium ꝑstringere.Cum puerũ respicit hunc vnum, quẽ ego noui, uos nõ arbitror nouisse, alio noĩe appellat,deinde alio atq; alio: Hẽ tu,inquit,ueni Sãnio,ne q̃d isti barbari perturbent:vt ignoti,qui audiunt,unũ putẽt eligi de multis ei dicit aurem, aut ut domi lectuli sternãtur,aut ab auunculo rogẽt Aethiops,q ad balneaa ueniat, aut Asturconi locus ante ostiũ suũ detur, aut aliqd fragile falsæ choragiũ gloriæ cõparetur. Deinde exclamat, ut oẽs audiãt: Videto,ut diligẽter enumeretur si põt ante noctẽ. Puer,qui iã bene dñis naturã nouit,tu illo plures mittat oportet,iqt, si hodie uis trãsaumerari. Age,inquit,duc tecũ Libanũ,& Sosiã. Sane. Deinde casu ueniunt hospites homini,q istum splendide,dũ peregrinaretur,receperunt. ex ea re homo hercle sane cõturbatur, sed tñ à vitio naturæ non recedit. Bene, inquis,facetis,cum venitis: sed rectius fecissetis, si ad me domum recta abiissetis. Id fecissemua,inquiũt illi, si domum nouissemus.

mus. At istud quidē facile fuit vndelibet inuenire verum immecum. sequuntur illi. sermo interea huius cōsumitur oīs in ostētatione. quærit, in agris cuiusmodi frumenta sint. negat se quia villæ incēsæ sint, accedere posse, nec ædificare ēt nunc audere, tametsi in Tusculano q̃dē cœpi insanire, & in ijdē fundamentis ædificare. Dum hæc loquitur, venit in ædes quasdā, in quibus sodalitiū erat eodem die futurū, quo iste pro notitia dñi ædium ingreditur cum hospitibus: Hic, inquit, habito: ꝓspicit argentum q̃ erat expositū, visit triclinium stratū, ꝓbat. accedit seruulus, dicit homini clare, dñm iā uenturum, si velit exire. Ita ne, inquit? Eamus hospites, frater venit ex Salerno, ego illi obuiam pergā, nos huc decima venito te hospites discedunt. iste se raptim domū suā coniicit: illi decima, quò iusserat, veniunt: q̃runt hunc: reperiunt, domus cuia sit, in diuersorium derisi conferunt sese. vidēt hoīem postera die, narrant, expostulāt, accusāt. ait iste eos similitudine loci deceptos angiporto toto deerrasse, cōtra valetudinē suā se ad multā noctē expectasse. Sānioni puero negociū dederat, vt vasa, vestimēta, pueros corrogaret: seruulus nō inurbanus satis strenue, & cōcinne cōparat, iste hospites domū deducit. Ait se ædes maximas cuidā amico ad nuptias accōmodasse, nūciat interea puer argentū repeti: (ptimuerat. n. qui cōmodaret) Apagete, inquit, ædes cōmodaui, familiā dedi: argentū quoq; vult? tametsi hospites habeo, tñ vtaī licet, nos Samijs delectabimur. Quid ego, quæ deinde efficiat, narrē? eiusmodi est hoīs natura, vt, quæ singulis diebus efficiat gloria atq; ostētatione, ea vix annuo sermone enarrare possim. Huiusmodi notationes, quæ describunt quid consentaneū sit vniuscuiusq; naturæ, vehemēter habent magnā delectationem: totum enim cuiuspiam ponūt ante oculos, aut gloriosi, vt nos exempli causa cœperamus, aut inuidi, aut timidi, aut auari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis, quadruplatoris: deniq; cuiusuis studiū protrahi pōt in mediū tali notatione. Sermocinatio est, cū alicui ꝑsonæ sermo attribuitur, & is exponit cū rōne dignitatis, hoc pacto: Cū militibus vrbs redundaret, & oēs timore oppressi domi continerent, venit iste cū sago, gladio succinctus, tenēs iaculū, quinq; adolescentes hoīem simili ornatu subsequunt, irrumpit in ædes subito, deinde magna voce, Vbi est iste beatus, inquit, ædiū dñs? qnin mihi præsto fit? quid tacitis? Hic alij oēs stupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infelicissimi cū maximo fletu ad istius pedes abiecit sese. Parce, inquit & ꝑ quæ tibi, dulcissima sunt in vita, miserere nostri, noli extīguere extinctos. Fer māsuete fortunā nos quoq; fuimus beati; nosce te esse hoīem. At ille: Quin illū mihi datis, ac vos auribus meis opplorare desinitis? nō abibit. Illi nunciatur interea, venisse istū & clamore maximo mortē minari. Qđ simul ut audiuit, Heus, inquit, Gorgia pedisequa puerorū, absconde pueros, defende, fac vt incolumes ad adolescentiā perducas. Vix hæc dixerat, cū ecce iste præsto, Sedes, inquit, audax? nō vox mea tibi vitā ademit? exple inimicitias meas, & iracundiā satura tuo sanguine. Ille cū magno spiritu, Me tueōā, inquit, ne plane victus essem: nūc video in iudicio mecū contendere nō vis, vbi superari turpissimū est superare pulcherrimum: ītetficere me vis: occidar equidē, sed victus non peribo. At ille, In externo vitę tpe ēt sententiose loqueris, neq; ei, quē vides dñari vis supplicare? Tum mulier, Imo quidē iste rogat, & supplicat: sed tu quæso cōmouere, & tu pdeos, inquit, hūc amplexare. dñs est, vicit hic te, vince tu nunc animū. Cur non desinis, inquit, vxor loqui, quæ me digna nō sunt? tace, & quæ curāda sunt, cura: tu cessas mihi vitā, tibi omnē beneviuendi spē mea morte eripere? Iste mulierē repulit ab se lamentantē: illi nescio quid incipiēti dicere, q̃ dignū videlicet illius virtute esset, gladiū in latere defixit. Puto in hoc exēplo datos esse vnicuiq; sermones ad dignitatē accōmodatos, qđ oportet in hoc genere obseruare. Sunt itē sermocinationes cōsequētes hoc genus: Nā quid putamus illos dicturos, si hoc iudicaueritis? non ne hac oēs vtētur oratione? deinde subiicere sermonē. Cōformatio est, cum aliqua, quæ nō adest, persona cōfingitur quasi adsit, aut cū res muta, aut informis fit eloquens, & formata, & ei oratio attribuit ad dignitatē accōmodata, aut actio quædā, hoc pacto: Quòd si nunc hæc vrbs inuictissima vocē emittat, nō hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis trophæis ornata, triūphis ditata certissimis clarissimis locupletata victoriis, nunc vestris seditionibus ò ciues vexor. q̃ dolis malitiosa Carthago, viribus ꝓbata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare nō potuit, eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis poteri atq; conculcari? Itē: Qđ si nunc L. ille Brutus reuiuiscat, & hic ante pedes vestros adsit, nō hac vtet oratione? Ego reges eieci, vos tyrānos introducitis: ego libertatē, quæ nō erat, peperi, vos partā seruare nō vultis: ego capitis mei periculo patriā liberaui, vos liberi sine periculo esse nō curatis. Hæc cōformatio licet ī plures res mutas atq; inanimatas trāsferatur, ꝓficit tū plurimū in amplificationis partibus, & commiseratione. Significatio est, q̃ plus in suspicione relinquit, q̃ positū est ī oratione: ea fit ꝑ exuperationē, ambiguum, consequentiā, abscissionē, similitudinē. Per exuperationem, cum plus dictū est, q̃ patit veritas, augēdæ suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tā cito testā, qua sibi petat ignē, nō reliquit. Per ambiguum? cum verbū pōt in duas plures ve sententias accipi, sed accipitur in eā partē, quā vultis, qui dixit: vt de eo si dicas, q̃ multas hereditates adierit, Prospice tu, qui plurimū cernis. Ambigua quemadmodū vitanda sunt quæ obscurā reddunt orationē, ita hæc cōsequēda, quæ cōficiunt hmōi significationē. Ea reperientur facile, si nouerimus, & animaduerterimus verborū ancipites aut multiplices potestates. Per cōsequentiā significatio fit, cū res, quæ sequuntur aliquā rē, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, vt si falsamētarij filio dicas. Quiesce tu, cuius pr̄cubito se emūgere solebat. Per abscissionē, si, cū incipimus aliqđ dicere, pcidimus, & ex eo, qđ iā diximus, satis relinquit suspicionis, sic: Qui ista forma, & ætate nup alienæ domui, nolo plura dicere. Per similitudinē, cū, aliqua re simili

alla ta,nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus quid sentiamus, hoc modo: Noli Saturnine nimiũ populi frequentia fretus esse inulti iacent Gracchi. Hæc exornatio plurimũ festiuitatis hēt, interdũ & dignitatis.finit.n.quiddã, tacito oratore,ipsum auditorē suspicari. Breuitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita,hoc modo: Lēnum præteriēs cepit,inde Tarsi præsidiũ reliquit,post vrbē in Bithynia sustulit, inde pulsus in Hellespontũ,statim ponitur Abydo.Itē:Modo Cõsul,quondã Tribunus,deinde primus erat ciuitatis.Itē:Tnm proficiscitur in Asiã, deinde exul, & hostis est dictus,post Imperator,postremo Cõsul factus est. Habet paucis cõprebensa breuitas multarum rerũ expeditionē. Quare adhibenda sæpe est, cũ aut res nõ egēt longæ orationis,aut tempus non finit cõmorari.Demonstratio est, cũ ita res verbis exprimitur,vt geri negocium,& res ante oculos esse videatur.id fieri poterit,si,quæ ante,& post,& in ipsa re facta erunt,cõprehēdemus aut à rebus consequentibus, aut à circunstãtibns nõ recedemus,hoc modo:Quod simul atq; Gracchus prospexit,fluctuare populum, verentē ne ipse auctoritate senatus cõmotus à sententia desisteret,iubet aduocari concionē. Iste interea scelere,& malis cogitationibus redundans, euolat ex tēplo Iouis,& sudans,oculis ardētibns, erecto capillo,contorta toga, cũ pluribus aliis ire celerius cœpit.Illi præco faciebat audientiã,hic subselliũ quoddã calce premens dextra pedē defringit, & alios hoc idē iubet facere.Cũ Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetũ faciunt, ex aliis aliisq. partibus conuolant,atq; è populo vnus,Fuge,inquit,Tiberi,fuge,nõ uides?respice inquã.deinde vaga multitudo,subito timore perterrita,fugere cœpit.At iste spumans ex ore scelus,anhelãs ex infimo pectore crudelitatē,cõtorquet brachiũ & dubitanti Graccho quid esse,neq; tñ locum, in quo consisterat,relinquenti,percutit tempus.Ille nulla uoce delibans insitã virtutē,cõcidit tacitus: iste uiri fortissimi miserando sanguine aspergus, quasi facinus pclarissimũ fecisset,circunspectãs, & hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens,in templum Iouis contulit sese.Hæc exornatio in amplificanda, & cõmiseranda re plurimum prodest,& in huiusmodi narrationibus:statuit.n. totam rem,& prope ponit ante oculos.

EPILOGVS.



MNES rationes honestãdæ elocutionis studiose collegimus:in quibns Herenni si te diligēter exercueris,& granitatē,& dignitatē,& suauitatē habere in dicẽdo poteris, vt oratione plane loquaris;ne nuda atq; inornata inuentio vulgari sermone efferatur. Nunc identidē nosmet ipsi nobis instemus,res.n.cõmunis agit, vt frequēter, & assidue consequamnr artis rationem studio,& exercitatione:qđ alii cũ molestia tribus de causis maxime faciũt,aut si,cũ quibns libenter exerceantur,non habent:aut si sibi diffidnnt; aut si nesciãt quã vitam sequi debeant:quæ à nobis absnnt oẽs difficultates.nam & simul libenter exercemur pp amicitiã,cuius initium cognatio fecit,cetera philosophiæ ratio confirmauit:& nobis non diffidimus: propterea ꝙ & aliquantulum processimus, & alia meliora sunt, quæ multo intētius petimus in uita,vt,ẽt si non peruenerimus in dicendo,quo volumus, parua pars vitæ perfectissimæ desideretur. & uiam, q̃ sequamur,habemus:propterea ꝙ in his libris nihil præteritnm est rhetoricæ præceptionis.Demonstratũ est .n.quo modo res in omnibns generibns causarum inueniri oporteat.Dictũ est quo pacto eas disponere conueniat:Traditũ est,qua rõne esset pronunciandũ.Præceptũ est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, qnibusmodis pfecta elocutio cõpararetur. Quæ si sequamur, acnte & cito reperiemus, distincte, & ordinate disponemus,grauiter & venuste pronunciabimus,firme & ppetuo meminerimus, ornate & suauiter eloquemur. ergo ĩ arte rhetoricæ nihil est amplius:hæc oĩa adipiscemur,si rõnes pceptiõis diligētia cõsequemur, & exercitatione.



ISTRIBVTIO est) Hanc Græcorum quidam διαλλαγὴν vocant. Hęc exornatio nõ multum differt ab ea q̃ paulo post diuisionē vocat,nisi quod hęc plura argumenta ad vnũ effectũ educit, illa duabns sententiis sibi inuicē oppositis cõsenta est:vt,Odit porro priuatã luxuriã,publicam magnificentia diligit utianq; Rutilius antitheti speciē esse arbitratur. [Licentia est) Quid de hac exornatione scribat Quint.dicẽdum puto.Ac ne quempiam tanti uiri iudicio fraudaret,sicut adhuc in ceteris,vbi eius auctoritatē afferre conuenit,non feci,eius uerba subiiciam. Quæ uero sint augendis affectibus accõmodatæ figuræ,cõstant maxime simulatione.nã quę.& irasci nos,& gaudere,& timere,& admirari, & dolere, & indignari,& optare,& quęcunq; sunt similia his finitimis.inde sunt illa,Liberatus sum respiraui,bene habeo,& quæ amentia est hæc!& ò tēpora,ò mores. ò miseram me,cõsumptis n. lacrymis, infixus tamen pectori hæret dolor: &, Magnæ nunc hiscite terræ. quod exclamationem quidam vocant, plerunq; inter figuras orationis. Hæc quoties uera sunt, non sunt in ea forma.de qua nũc loqnimnr,& assimulatam,& arte cõposita proculdubio schemata sunt existimanda. quod idē dictum sit de oratione libera, q̃ Cornificius licentiam vocat Græci παῤῥησίαν. Quid.n.minus figuratum, q̃ uera libertas sed frequenter sub hac facie latet adulatio.nam Cic.cum dic. pro L igario Suscepto bello Cæsar,gesto iam etiã ex aperte magna,nulla vi coactus,cõsilio ac volutate mea,ad arma profectus sum,quę erat contra te sumpta non solũ ad vtilitatem Ligarii respicit, sed magis laudare victoris clementiam non potest. [Diminutio est)Hanc Græci μείωσιν [illegible] vocãt.Hęc multifariæ fieri solet,sicut & amplificatio.Sed quoniam in vtraque sibi multũ indulget orator,& ferè ob rerum auctionem ac imminutionē victoriam sibi comparat.& apud posteros fama,quę elocutio attollat,aut deprimat dicendum. Prima igitur est amplificãdi vel minuendi species.in ipso rei nomine,ut cũ eum qui sit cæsus occisum,qui sit improbus,latronē, contraq.eum qui pulsauit,attigisse,& vulnerauit,lęsisse dicimus.Hoc genus crescit, ac fit manifestius,si ampliora verba cum ipsis nominibus quibus comparentur ponemus,vt Cic.in Verre.Non.n.furem,sed ereptorē,non adulterum,sed expugnatorē pudicitiæ, non sacrilegum,sed hostem sacrorũ religionumq.non sicarium,sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq.in uestrum iudicium adduximus,ut altero modo sis multum,hoc etiã vt plus sit efficiatur.Quatuor autem maxime generibus constare amplificationē inuenimus incremento, comparatione,ratiocinatione,congerie.Incrementum est potentissimũ,cum magna videntur etiã quæ inferiora sunt id aut vno gradu fit,aut pluribus per id venitur ad summũ,nec ad summum modo,sed quodammodo supra summũ, omnibus his sufficit vel unum Cic. exemplum. Facinus est uincire ciuem Rom scelus verberare. prope parricidiũ necare, quid dicam in crucē tollere:nã si etiã verberatus esset, vno gradu increuerat, ponendo vincire esse

faci

facinus, quod erat inferius. cum vero dixerit prope parricidium necare, supra quod nihil, adiecit, quid dicam in crucem tollere? ita cum id, quod maximum est occupasset, necesse erat in eo quod vltra est verba deficere, Est alter incrementi modus, cum supra summum adiectio fit, vt apud Virg. de Lauso:

Quo pulchrior alter
Non fuit excepto Laurentis corpore Turni.

Et de Nireo illud Homericum.

Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε
Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα πηλείωνα

Tertius est quoque incrementi modus, ad quem per gradus itur. & qđ non est plus quam maximũ, sed quo nihil maius esse ostenditur. matrem tuam cecidisti, quid dicẽ amplius? matrẽ tuam occidisti. nam, & hoc augendi genus est tantum aliqđ efficere, vt nõ possit augeri. Verum vt hæc amplificatio in superiora tendit, ita quæ fit per comparationem, incrementũ ex minoribus petit, augẽdo enim quod est infra, necesse est extollat qđ supra ponatur. vt Cic. in Catil. Serui mehercule mei, si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domũ meam relinquendam putarem. Fit per comparationem incrementũ, eo modo quo argumenta à minoribus ad maiora deducunt. nec tota totis, sed etiam partes partibus comparantur, sicut illud Cic. An vero vir amplissimus, P. Scipio Pont. Max. Gracchũ mediocriter labefactantem statum reip. priuatus interfecit, Catilinam orbem terræ cæde atque incendio vastare cupientem nos consules perferemus hic? & Catilina Gracchо, & status reip. orbi terrarum, & mediocris labefactatio cædi, & incendiis, & vastationi, & priuatus consuli comparatur. quæ si quis dilatare velit, plenos sui singula locos habeat: Ratiocinatione fiunt amplificationes, vt Cic. Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. quid fauces, & latera ad ebrietatem: sed minime sunt ociosa. nam respicientes ad hæc, possumus æstimare quantum ille vini exhauserit, quod ferre, & concoquere non posset illa corporis gladiatoria firmitate, sed necessario euomere compulsus est. Ergo si ex alio aliud colligitur, non minus poterit hæc quam quæ inter status ponitur ratiocinatio nominari. Eadem enim ex causa nomen habet. Idem præstant quæ antecesserunt, vt apud Virg. cum Aeolus à Iunone rogatus.

Cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac venti velut agmine facto.

Qua data porta ruunt: est, apparet quãta sit futura tempestas. Solet ex alio aliud quoq; augeri, vt cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis, & fortitudinẽ Gallorum Germanorumq. miramur, quo sit maior C. Cæsaris gloria. Sed, & amplificant per ratiocinationem genus, cum ad aliquid refertur, quod dicimus, velut illud Homericum.

Οὐδ' ὡς ἂν εἴδον ἑλκέ' ... πύργον ἴοντα,
Ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευον,
Οὐ νέμεσις τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς,
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Vbi licet animaduertere, vt Troiani principes Graios Troianosq. propter Helenę speciem tanto temporis spatio sustinere bellum, indignum, nõ putarunt. quę nam igitur illa forma credenda est? non enim hoc dicit Paris qui rapuit, non aliquis iuuenis, aut vnus è vulgo. sed, & prudentissimi, & Priamo assidentes. Ad hoc etiam pertinet clypeus Aiacis, cum dicit Homerus.

Τῷ σάκος αἴαντος ... ἐπιλαβόντων.

Et Achillis, cum idem inquit,

Αὐτὰρ ὁ ... μέγα τε στιβαρόν τε οἴλατο.

Ex armis enim illorum heroum magnitudo vobis datur intelligi. qua virtute egregiam etiam vsus est virg. in Cyclope. Nam qui illud corpus mente concipiam, cuius trunca manum pinus regit? Hoc illi est simile. quod supra emphasim diximus nominari. Amplificatio autem per congeriem verborum ac sententiarum idem significantium, exponenda restat. hæc si non etiã per gradus ascendat, tamen velut aceruo quodã alleuatur. qualeillud Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebas? qui sensus erat armorũ tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Hæc etiam crescere solet, verbis omnibus altius, atque altius insurgentibus, vt, Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terroque sociorum, & ciuium Romanorum. Eadem ratio est minuendi. nam totidem sunt ascendentibus gradus. ideoque vno ero cõtentus exemplo eius loci, quo Cicero de oratione Rutili hæc dicit: Pauci tamen, qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege Agraria dicere suspicabantur. Scio plerisque videri posse speciem amplificationis hyperbolen. nam, & hęc in vtranque partem valet, & ad augendas, & minuendas res. [Descriptio nominatur) Hæc a Græcis διατύπωσις vocatur, cui τοπογραφία species subiicitur, id est loci descriptio. illum primo nominatum Cic. alibi sub oculos subiectionem nominat, cum res nõ gesta indicatur, sed vt sit gesta ostenditur, nec vniuersa, sed per partes. vt ipse inflammatus scelere, & furore in forũ venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat, nec solum quæ facta sunt, aut fiant, sed quæ futura sunt, imaginamur. [Diuisio est, qua rem semouens à re, vtranque absoluti ratione subiecta, hoc modo: Cur ego nunc tibi quidquam obiiciã? si probus es) De hac supra dictum est exornatione. [Frequentio est, cum res in tota causa dispersæ coguntur) Hæc amplificationis par est, quam per congeriem supra vocauimus. [Expolitio est) Hæc multarum est figurarum tractatio, oratio à Græcis, vt opinor, hæc σχηματισμάτα, id est figurata, ac per hoc ornata nominatur. Quod mihi bene videtur Decius, intellexisse, qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus se in hostes immisisse medicos, vnde amisit vitam, & nõ perdidit. re. n. vilissima, & parua maxima redemit, vitam dedit, accepit patriam, amisit animam, potius est gloria, quæ cum summa laude prodita vetustate quotidię magis enitescit. quod si pro rep. debere accedere ad periculum, & ratione demonstratum est, & exemplo comprobatum, hi sapientes sunt existimãdi, qui nullum pro salute patriæ periculum vitant. Tres se Decii pro repub. deuouisse dicuntur, vt in primo de Finibus bonorũ, & malorum scribit Cic. Si quis autem scire cupiat, quo pacto deuotio ea fieret à veteribus, Macrobium in Saturnal. legat q de ea re abunde scripsit. [Commoratio est: cum in loco firmissimo) Et in perpetua oratione, sicut, & expolitio, inuenitur, ea de causa à plerisque inter figuras non ponitur. [Contentio est) De hac supra diximus. Multę autem sunt figuræ, vt tam apud Quintil. quam apud Græcos est manifestum. quæ eodẽ nomine appellatæ, aliquam tamen habeant differentiam sicut ironia, sicut antiphrasis, & similes, alia enim uerborum, alia sententiarum est. [Similitudo est oratio traducens) Hæc Græcis παραβολή, ab aliis ὁμοίωσις est nominata. hic quid de hac figura scribat Quintil. totum eum locum subiicere mihi visum est, ꝙ is plura quam quis alius de ea locutus videatur, ac ita aperte, vt expositione non indigeat. Præclare uero, inquit, ad inferendam rebus lucem repertę sunt similitudines, quarum aliæ sunt quę probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam rerum imaginem compositę, quod est huius loci proprium. inde lupi, ceu raptores, atra in nebula, & aui similes.

Quæ circum litora, circum
Piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta.

Quo in genere. i. pręcipue custodiendum, ne id, quod similitudinis gratia asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotũ. Debet. n. quod illustrandę alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat. quare poetis quidem permittamus sane eiusmodi exempla.

Quales vbi hybernam Lyciam Xanthiq; fluenta
Deserit, aut Delon maternam inuisit Apollo.

Nunc idem oratorem decebit. vt occultis aperta demonstret. Sed illud quoque, de quo in argumentis diximus. similitudinis genus ornat orationem facitque eam sublimem, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quo longius quæque petita, est hoc plus affert nouitatis, atque inspectata magis est: illa vulgaria videri possunt, & vtilia tantum ad conciliandam fidem: Vt terram cultu, sic animum disciplinis meliorem vberioremque fieri. &, vt medici ab alienatę morbis membra pręcidunt, ita turpes ac perniciosos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos. Iam sublimius illud pro Archia. Saxa atque solitudines voci respondent, bestię sępe immanes cantu flectuntur atque consistunt. quod quidem genus à quibusdam declamatoria maxime licentia corruptum est. Nam, & falsis vtuntur, nec illa ab iis quibus tandem similia videri volunt, applicant, quorum vtrunque in his ęque me iuuene vbique cauari solebant. Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt, & generosioris arboris statim planta cum fructu est. In omni autem parabola, aut præcedit similitudo, & res sequitur, aut præcedit res, & sequitur similitudo. sed interim libera, & separata est, interim, & (quod lõge optimũ est) cũ re cuius est imago cõnectitur collatione inuicem respõdente quod facit redditio cõtraria, quæ antapodosis dicitur pręcedit similitudo illa, cuius

modo feci mentionem: Inde lupi ceu raptores atra in nebula. In primo Geor. post longam de bellis ciuilibus atque externis conquestionem.

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ.
Addunt in spatia, & frustra retinacula tendens.
Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

Sed hæc sunt sine apodosi. Redditio autem illam rem vtranque qua comparat, velut subiicit oculis, & pariter ostēdit, cuius præclara apud Virg. multa reperies exempla, sed oratoriis potius vtendum est. dicit Cic. pro Mur. Vt aiunt in Græcis artificibus eos aulœdas esse, qui citharœdi fieri nō potuerunt, sic nos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studiū diuertere. Et illud pro eodem, iam pene poetico spiritu, eo tamen cum sua redditione, quod est ad ornatū accommodatius. Nā vt tempestates sæpe certe aliquo cœli signo cōmouentur, sicut sæpe ab improbis nulla certa ratione obscura aliqua ex cā concitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari, sæpe intelligas quo signo cōmota sit sæpe ita obscura est, vt sine causa excitata videatur. Sint, & illæ breuis, vagi per siluas ritu ferarum. Et illud Ciceronis in Clodium. Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit, quibus similia possunt cuicunq; etiam ex quotidiano sermone succurrere. Hæc omnia ad verbum de similitudine Quint. Absoluta igitur illa similitudo est, vt etiā Plut. scribit quæ πρότασιν & ἀπόδοσιν, hoc est propositionē, & redditionem habet, quæ secus, imperfecta. Item eiusmodi est veluti diximus, vt modo res antecedat, & sequatur similitudo, modo contra, similitudo præcedat, & res sequatur. Vtrunque in hoc complexus est.

Crescit occulto velut arbor æuo.
Fama Marcelli, micat inter omnes.
Iulium sidus, velut inter ignes Luna minores.

[Quemadmodum in palæstra, qui tædas ardentes accipit) Mos fuit apud veteres, vt in palæstra currentium, primus facē sequenti traderet, & secundus tertio, & sic deinceps, quo ad vltimum vsque peruenitet. Hinc Persius.

Qui prior es, cur me inde cursu lampada poscis.

Et Lucret.

Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur.
Idq; breui spatio mutantur. sed animantum.
Et quasi cursores vitæ sic lampada tradunt.

[Exemplum est alicuius facti, aut dicti præteriti cum certi auctoris nomine proposito) Hoc Græci παράδειγμα vocant, de quo supra in argumentis satis multa [Imago est, formæ cum forma cum quadā similitudine collatio) Imago est descriptio figuræ alicuius, vel personarum inter se, eorum ne quæ personis accidunt comparatio: vt, Os humeros deo similis. Hæc exornatio à Græci εἰκὼν vocatur. [Effictio est, cum exprimitur (Hæc figura à græcis προσωποποιία vocatur à nonnullis personæ confictio. Hæc mire cum variat orationem tum excitat. His, & aduersariorum cogitationes, velut secundum loquentium protrahimus, qui tum ita demum à fide non abhorreant, si eos locutos finxerimus vt cogitasse eos non sit absurdum, & nostros cum aliis sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus, & suadendo, obiurgando, querendo, laudando, miserando personas idoneas damus. quin deducere beatos è cœli homines, & angelos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, vrbes etiam, & populi hac figura vocem accipiunt. Sunt autem qui has προσωποποιίας dicant, in quibus, & corpore, & verba fingimus. Sermones autem hominum assimulatos διάλογον malunt, quod latine. Cicero sermocinationem vocat. Quintilianus vero vtrunque eodem nomine appellauit, vt prosopopœia diceretur. Nam certe, inquit ipse, sermo fingi non potest. vt non, & personæ sermo fingatur, sed in his quæ natura non permittit, eo modo mollior fit figura etenim si mecū patria mea, quæ mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia; si omnis resp. sic loquatur, M. Tulli, quid agis? illud audacius genus. quæ tecum Catilina sic agit. & quo quodammodo tacita loquitur, nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te. Commode etiam aut nobis aliquas ante oculos esse rerum personarum, vel imagines fingimus, eadem aduersariis, aut iudicibus accidere miramur. qualia sunt, Videntur mihi, & non ne videntur tibi? Sed magna quædam vis eloquentiæ desideratur. Falsa.n. incredibilia, natura necesse est, aut magis moueant, quia supra vera sunt, aut pro vanis accipiuntur, quia vera non sunt, sed formas quoque fingimus sæpe, vt famam Virgilius, litem Homerus, vt voluptatem ac virtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur Prodicus, quem Silius Italicus imitatus est. Est, & incertæ personæ ficta oratio, vt hic, Dicat aliquis. Est exactus sine perso sermo.

Hic Dolopum manus hic sæuus tendebat Achilles.

Et vt Quintilianus etiam, inquit, vertitur interim prosopopœia in speciem narrandi. vnde apud historicos repetiuntur obliquæ allocutiones, vt Titi Liuii illud: At dii iuuent. Prosopopœiæ, siue effictionis duæ sunt species, vt Aphthonius in primis exercitamētis, inquit εἰδωλοποιία, id est simulacra fictio, & ἠθοποιία quam Rutilius, & Aquila morum confictionem vocant. Idolopœia est, quam paulo infra Cic. confirmationem vocat. Ethopœia autem, quam hic notationem nominauit. [Aut aliquid fragile falsæ choragium gloriæ comparetur) Choragium à choro, & ago, conuentus, atque congregationis apparatus. Plautus in Captiuis. Iniquum est comico choragio, Conari de subito nos agere tragœdiam. Apuleius in quinta Metam. Iam feralium nuptiarū miserrime virgini choragium struitur. [Duc tecum Libanum, & Sosiam) Nomina seruorum. Libanus, in Plauti Asinaria, Sosias tam in Amphitryone Plauti, quàm Terentii Andria. [Expostulant) Imperiose percunctantur. [Sermocinatio est, cum alicui personæ sermo attribuitur) Hanc diximus supra διάλογον à Græcis nominari. [Conformatio est, cum aliqua, quæ nō adest, persona confingitur quasi adsit) Hanc exornationem diximus quoque supra à Græcis εἰδωλοποιίαν vocari. [Significatio est) Significationem nominat, quam Græci ἔμφασιν vocant. hanc inter tropos. i. verborum versiones Græci ponunt, vt supra meminimus. sed, & inter schemata, hoc est sentētiarum inuenirut figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur velut, inquit Quintilianus, vt apud Virg.

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam.
Degere more feræ.

Quanquam.n. de matrimonio queritur Dido, tamen huc erupit eius affectus vt sine thalamis vitā non hominum putet, sed ferarum. [Cuius pater cubito se emūgere solebat) Emungere, mucum è naso stillantem tergere. [Noli Saturnine) Hoc ex eis quæ supra de L. Apuleio Saturnino diximus, cuius esse manifestum potest. [Breuitas est) Hæc à græcis βραχυλογία vocatur. Est vero pulcherrima, cum plura paucis complectimur, sed male mitantes sequitur obscuritas. Hinc Horatius.

Breuis esse laboro.
Obscurus fio.
Quod vitium non inter infima putandum est.

[Demonstratio est) Quæ à Græcis φαντασία, tum ἐνάργεια nominatur, phantasia quidē in concipiendis visionibus, enargia vero in efficiendo velut opere propositio. nisi sit, quā ἐνέργεια vocant Græci. Quidā euidentiā alii repræsentationem vocant. [Illi) Vni, vt loquerer, aut minus attento audientiam faceret. [Calce premes) Vt cōfringeret. [Dextra pedem) Illius subsellii quando armis non erant muniti, vt quibuscunque obuiis rebus arreptis se à ciuium incursione potentium defenderē. [At iste) Quidam. Parua tamen pars perfectissima vitæ desideretur Vt puto quæ deesse intelligatur: Vitam.n. perfectissimam, philosophiam dicit vt eam quæ de moribus est. [Et viam, quam sequamur) In dicendo.

LONGOLIVS.

† DIstributio) μερισμὸς Rutilio, διαίρεσις Rufiniano: Cuius omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciuiam, manus ad rapinam venter ad auiditatem, pedes ad fugam, prorsus vt aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur. Vide Er. 2. de copia, ab initio. †Quæsitoris) Qui iudicio præerant, vt ex Asc. Bu. †Licentia) παρρησία. Hac figura quoties vtimur, inuitos nos dicere fingimus, ne magis confidentia quam dolore excitati videamur, atque ita non fides, sed odium iudicium consequatus. Rutil. Vide Fab. libr. 9. cap. 2. †Hominem nefarium ampliaueritis) Cum obscura esset causa, & differretur, ampliati dicebatur, & amplius pronunciari. Hinc ampliari rei, quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, & cum illis committendi, aut quia nondum plane liquet, aut de crimine, aut de pœnæ modo. Budæus ex ascon. & aliis. †Diminutio) λιτότης aliis, Er. λιτότη dicitur: Quidam μείωσιν vocant: vt, Munera nec sperno. Rem magnam extenuat, modestiæ causa. Facit hæc figura, ne quod necessario dicitur, arroganter dictum videatur. fastidiose sunt hominum aures, nec quidquā minus ferunt, quam vt quisquam aliquid de se prædicet magnificentius. †Descriptio) Descriptio, quæ rerum consequentiam ponit ob oculos, non video quamobrē in

ter schemata ponenda sit. Nam hypotyposis eximia virtus est orationis. sed ad omne tempus pertinet, de qua mox dicetur. [Acuens dentes multos) Alias, mulros. † Diuisio) Complexio Latinis dicitur. Grecis δίλημμα, quo. s. vtrinq; aduersarium capimus. Plura de hac Trapez. lib. 3. [Sin improbus, non commoueris) Alias, nō cōmoueris. † Frequētatio) Quidā συναθροισμὸν vocant. Nil ea ferè aliud est quam probatio quędā περιστατική. Vide supra lib. 2. circa decimum locū commuoē, qui aliis collectio καθάπ' ἀρχῆς ἀχρειτίλους dicit. [Infestus io cognatos) Alias infestus cognatis. [Fortuna familiaris rei attenuatissima) Alias, fortunæ familiares &c. In istum casu cecidisse) Alias, in istum casum. † Expolitio) Et si tam ioterpretatiooe quàm expolitione eadem res sit, & aliud atq; aliud dici videatur, inter eas tamen id interesse putat Trapez. vt io interpretatione quēadmodū nomen ipsum ostendit, ad clatius deuenire plerunq; soleamus, & duorum membrorum numerum excedere nō debeamus. Expolitionem interprerandi causa adhibemus, sed vt immoratinne locupletius atq; politius quod dicitur, reddeamus. ac ideo certū membrorū numerū non obseruamus. Hæc Trapez. in Ligananam Idē lib. 3. duas species facit expolitionis enthymematicā & fictoriam. Copiose de expolitione Er. 2. de Cop. Græci ἐπεξεργασίαν vocant. Vide Quintiliaoū lib. 8. c. 3. [Sed commutare) Alias sed cōmutato. [Multi incolumes fueruot) Alias, incolumes euaserunt. † Cōmoratio) ἐπιμονή Græcis, vt Cicero. in Miloniana, io exponendis insidiis commoratē. † Similitudo) παραβολή. quā Cicero collationē vocat. ὁμοίωσις genus est ad paradigma & parabolen, teste Aquila. De hac erudite in secundo de Copia Er. vide etiam Quintil. lib. 8. cap. 3. [Qui tædas candentes accipit) Alias ardentes, lege Chiliades, Cui tu tibi lampada trada. [Apertius dicendi causa similitudo dicitur) Alias, sumitur & apertius dicendi causa simile. [Qui reprehendant eos.) Alias, reprehendat. [Vti citharœdus, cū prodierit) Vide Lucianum. in indoctum multos libros coementē. † Non enim res tota &c.) Non enim necesse est vt parabolæ per omnia congruant. August. de doctr. Christiana, & lib. 16. cōtra Faustum, multis capitib. Chrysost. in Matth. Homil. 65 Et. super Matth. cap. 21. & 1. Corinth. 7. † Exemplum) Παράδειγμα. Cōplectitur fabulas, apologus, prouerbia, iudicia, siue χρείας. Item χρείας &c. Doctissime de exemplis & vsu ipsorum, Er. in copia. Lege Fab. lib. 5. cap. 11. & Rodolphum Agric. lib. 1. cap. 25. & lib. 2. cap. 14. † Imago) εἰκὼν cum quippiam ad imaginē alterius rei quasi describimus: vt, Os humerosque deo similis. Hic n. ad dei imaginem comparauit Aeneam poeta. [Clamat & delerat) Alias, clamat, & delirat. † Notatio) Hæc ab aliis, sub periphrasi comprehenditur quo nes. s. accidentium iudicio aliquid designatur, vt iram poetæ crebro feruescentē bilē describūt, vt Hom. Iliad. α. Μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην. Eiusdē generis est, & illud. Qui digito scalpit vno caput, quo mollis, & parū vir significatur. † Choragium gloriæ) Choragium, Festo scenicū est instrumentum quo. s. scena instruitur & apparatur. cuius præfectus dicitur Choragus. Generali tamen vocabulo dicitur instrumentum, & cuiuslibet rei apparatus, vt hoc: Et apud Apuleium 5. de Asino. Iam feralium nuptiarum virgini Choragiū struitur. [Libanum, & Sosiam) Alias Libanium. [Qui istū splendide) Alias, quos iste splendide, dum peregrinaretur, inuitauerat. [Verum ite mecum) Alias, verum euntem eum. [Visit triclinium stratū. probat) Alias probant. [Vos huc decima) Alias ad decimam. [Angiporto ioio) Alias, angiportu. † Sermocinatio) διάλογος, vel διαλογισμός, cum apte personam aliquam loquentem fingimus, ita vt sermo ætati, generi, patriæ, vitæ, instituto, animo, moribusq. congruat. Vnde tot Thucydidis, Salustii, Liuii, orationes effinguntur. Demum. & cogitationes velut hominis secū loquentur, q̄ q̄ hoc poetis familiarius. Ille propriæ προσωποποιίαν nomen merentur, quoties personā hominis procul absentis, aut iam olim defuncti loquentem facimus. seruato decoro. Vide Er. de Copia lib. 2. [Heus, inquit, Gorgo. † Cōformatio) Prima spēs cōformationis προσωποποιία dicitur, de qua iam dictum est ex Er. & Aquila. Altera species. qua. s. res mutas loquentes facimus, προσωπογραφία, vocatur, quamuis hæc latius pateat quam ab auctore nostro explicet. Vide Er. & Fab. lib. 9. cap. 2. De Prosopopœia & rhetorica & poetica lege Vlp. in 1. Olynthiacā. Demosthenis. [Ab homunculis deterrimis) Alias teterrimis. † Significatio) [Qui plurimū cernis) Cernere, hereditatem dicebant pro adire, auctore. Festo Cic. ad Dolab. Arte autem peto vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ siuas cernere. Sic accipitur L. Gerioos de iure deliberandi in Cod. &c. † Breuitas) βραχυλογία Fab. lib. 8. cap. 3. alii συντομία cum breui, & compendioso verborum ambitu res quamuis ingens pro dignitate redditur. Virg.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar
Imperium Oceano, &c.

βραχυεπίαν Rutil. fieri ait cum oratores breuitate sententiæ præcedit auditoris expectationem: vt, Quæ res à me, quo iure obtinere possim, quo iure mihi Polixenus reliquit, Prætor dedit mihi possessionem, leges me defendunt, ad te non pertinēt, hi veritatem sequuntur &c. † Demonstratio) χαρακτηρισμὸς Rutilio. ἐνάργεια, Rufiniano, ὑποτύπωσις aliis De ea sic Fab. lib. 9. Illa vero, vt ait Cic. sub oculos subiectio, tum fieri solet cū res non gesta indicatur, sed vt sit gesta ostenditur, nec vniuersa, sed per partes, quem locum proximo libro subiecimus. Euidentiæ. Celsus hoc nomen isti figuræ dedit &c. Vide Er. 2. de Copia, & io Ecclesiaste. † Illi præco faciebat audientiam) Vtitur eodem verbo Cicero prima in Verrem &c. At iste spumam ex ore reiiciens) Alias. spumans ex ore scelus &c.

Distributio est cum negocia, quædam. i. certa dispartiuntur. i. distribuuntur in plures res, aut personas. i. plures, hoc modo. Exempla patent, in quorum primo distribuitur Populus Rom. in senatores, equites & plebeios, quos in filios & parente distribuit, cum sit etiam in aliis ordinibus. In secundo variorum ordinem distinguit officia. Applicat autem exempla ad vtilitatem oratoriam dicens. Quare L. Crasse &c. Item vtilitatem exornationis dicit. Hæc exornatio est copiosa, comprehendit enim multa breui, tribuens cuiq; i. vnicuique suum officium, & separat & diuidit plures res. Licentia, i. libertas dicendi spe veniæ moderata, est cū dicimus apud eos quos sup. quanquam debemus, aut vereri propter dignitatem. aut metuerē propter potentiam, tamen aliquid pro nostro iure. i. facultate dicendi, quod offendat minime. i. nullo modo eos. s. apud quos dicimus. aut quos hi diligunt, cum videantur posse reprehendi vere in aliquo errato, hoc modo. Miraoini &c. q. d. non deberis mirari, quia qui malos bonis prætulerunt digni sunt qui talia patiantur. Exempla autem patent, de vtilitate huius exornationis dicit sic ergo hæc exornatio; (cui licentiæ nomen est) tractabitur sicuti demonstrauimus. scilicet per exempla. duplici ratione. s. acrimonia quæ mitigabitur laude, si fuerit nimium aspera, assimulatione. i. fictionē timoris. de qua diximus superius, quæ. s. assimulatio non indiget mitigationis, propterea quod imitatur licentiam, & accōmodat se sponte ad animum auditoris, quia id dicit quod acceptum nouit licet dissimulet. Diminutio est cū nos dicemus aliquid egregium. i. excellens, aut natura, aut, fortuna, aut industria. i. virtute propria esse in nobis, aut in his quos defendimus, quod diminuitur, & attēnuatur oratione. i, ratione dicendi (ne qua. i. ne aliqua ostentatio arrogans significetur) hoc modo. Exempla acertissima sunt ratione. i. consideratione, aut moderatione &c. Descriptio nominatur, quæ continet expositionem perspicuam. i. euidentem, & dilucidam, cum grauitate id est, seruata grauitate expositionem dico, rerum consequentium. i. quas consecuturas esse euidens, sit hoc modo, Quod si &c. exempla clarissima sunt, primum suadet, secundum dissuadet. tertium terret & mouet. De vtilitate dicit sic. Vel indignatio vbi scelera accusantur vel misericordia, vbi calamitates futuræ explicantur, potest commoueri. i. excitari, hoc genere exornationis, cum i. quando res consequentes. i. sequi aliquod facinus solitæ comprehensæ. i. simul conceptæ, exprimuntur vniuersæ breuiter oratione perspicua. i. clara euidenti. Diuisio est quæ semouens. i. separans rem à re, absoluit. i. explicite enodat, & declarat, vtranque. s. rem prius diuisam, ratione subiecta. i. statim addita ad singula membra, hoc modo. Cur ego &c. Exempla manifesta sunt, ponit antē differentiam inter diuisionem quæ est vna de partibus orationis rhetoricæ, & hanc quæ est sententiarum exornatio, q̄ illa enumerat postea dicenda hęc membra statim explicat. Frequentatio. i. frequens & densa ante dictorum iteratio est cum res dispersæ in tota causa coguntur. i. contrahuntur in vnum locum, quo. i. ideo vt oratio sit grauior, aut acrior, aut criminosior. i. plura crimina continens, aut obiiciens, hoc pacto. A quo &c. Nihil est exemplis notius, dicit autem opitulari. i. opem ferre causis cōiecturalibus, quia vbi vna, atque altera coniectura fidem facere nequrat multæ simul faciant, Multa nocte. i. plurima parte noctis transacta. In vnum collocatis, legitur etiam collaris, In illum casum, verior lectio est in istum casu, vt sit in istum. scilicet hominem, casu, id est à casu, quia additur, necesse est casu non posse fieri. Addit vtilitatem exornationis. sed verbis apertis dicens. Vehemens &c. Expolitio est cum nos manemus in eodem. LONG.

dem loco.i.negocio narrãdo,& videmur dicere aliud, & aliud i.diuersa propter diuersum modũ dicendi. Fit autem dupliciter.s.si nos dicemus,aut plane.i.omnino eadem rem aut de eadem re,sed supp.non plane idem. Eandem rem dicemus non eodem modo,nam id.i.dicerę eandem rem eodem modo, est obsidere.i.hebetare & afficere tedio auditorem, non expolire rem.s.dicendam.Sed nos debemus commutare.s. rationes dicendi.Commutabimus autẽ tripliciter,videlicet verbis.s. aliis pronunciando.s.aliter & tractando.s.variæ. Nos commutabimus verbis cum res semel dicta,proferetur eadem res, iterũ.i. secundum aut sæpius,verbis aliis quæ valeant,idem, hoc modo.Nullum &c.Nos mutabimus pronunciando si commutauerimus,tum.i.partim in sermone,qui conuenit figuræ humili & mediocri,tum,i.partim in acrimonia,i.voce acri quæ sublimi conuenit generi,& rebus arduis,tum.i.partim est quoq; i. etiam in alio,atque alio.i.diuerso genere vocis, quia & si idẽ est caracter,potest tamen vxor mutari,vnde Horat. interdum tamen & vocem comœdia tollit. iratusque Chremes tumido delitigatore,atque in alio,& alio genere gestus.i.motionis manus ac capitis ceterorumue membrorum, commutando eadem.i easdem res,verbis,s. aliis & si commutauerimus quoq; vehementius pronunciatione.s.alia & alia.Hoc s.genus expolitionis quod fit per varietatem pronunciationis, neque potest scribi commodissime,quia voces nequiũt scribi,sed signa duntaxat.vocum,sicut notæ concentum neque est parum apertũ quare cum sit satis apertum non eget exemplo. Tertiũ genus commutationis est.qđ conficitur tractando. aut traiectando si traiciamus sententiam,aut ad sermocinationem, aut exuscitationem.Ne vero dubites quid hæc sint, dicit. Sermocinatio (de qua dicemus plenius paulo post,suo loco.vt tit. 68. & de qua attigemus nũc breuiter quoad sit satis ad hunc locum) est in qua oratio alicuius personæ constituetur accommodata. i. applicata ad dignitatem,hoc modo, vt quo res possit cognosci facilius,nõ discedamus ab eadem sententia.i.exemplo prius posito)Sapiens &c.Non mihi soli hoc Platonicum dicit Cice. in lib.officiorum.Hæc loquetur,apta repetitio per expolitionem.Dedit autem exemplum de sermocinatione addit exemplum de exuscitatione.i.excitatione,dicitur autem pro exuscitatione,quia.s.post x, deponi solet, Quis est &c. Vbi notabis quod quis etiam tenui re præditus dicitur, sicut alibi perniciosa. Equidem.i.ego quidem,& est speciose ac sententiose dictũ, Eandem rem igitur Epilogus est.Sed cum dicemus de eadem re,tunc supp.vtemur.pluribus commutationibus. Nam cum pronunciauerimus rẽ simpliciter,tunc supp.poterimus subiicere rationem,deinde.i.secundo loco simplici, aut duplici ratione confirmate poterimus pronunciare duplicem sententiã sine rationibus,hoc est rationis confirmatione,deinde poterimus afferre contrarium.de quibus omnibus diximus in exornationibus verborum,deinde poterimus afferre simile & exẽplum de quo dicemus plura suo loco.s.tit,64. Deinde conclusionem.s.vltimam partem orationis,de qua diximus lib.a.sub ea quę fuerunt opus.i.opportuna,demonstrantes quemadmodum oportet concludere argumentationem. s. oratoriam per complexionem.& supp.docuimus in hoc lib.s. quarto cuiusmodi.i.qualis esset exornatio verbi,cui est cõclusioni nomẽ.i. quæ vocatur conclusio,de qua dictum est tit. 43. Ergo huiusmodi.s.consummata expolitio poterit esse ornata vehemẽter, quæ constabit ex frequentibus.vtpote septem. quas Frãciscus diligenter enumerat,exornationibus. i. coloribus verborũ, & sententiarum.Igitur ipsa consummata expolitio, tractabitur septem partibus,sed non recedeamus ab exemplo.eiusdem sententiæ,vt tu possit scire quam.i.quantum, facile, faciliter res simplex.i.vna & vnius formæ,tractetur.i.enuncieẽ, & displiceẽ multiplici ratione.i.forma dicendi,præceptione.i.ex pręceptis rhetoricæ.s.artis,hoc modo: Sapiens &c. Propositio est, seu principalis sententia quam variæ expolit.Primo,ratione subiiciens,Ideoq; sępe sit &c.Secundo,sententia sine ratione addẽs. Et quoniam &c.Tertio,sententia cum ratione ibi.Ergo qui fugiunt,nam ratio est,nam neque &c.Quarto,alia sententia duplici ibi.At qui & cum ratione quæ est:Cũ & eũ.Quinto,exornatione per contrarium ibi. Etenim iniquum, est reddere naturæ,cum.i.licet cogat,& non dare.i.impartiri, patriæ cum roget,quasi supplex.vitam quam acceptam à natura (vnde illi redditur conseruaueris.non propter naturam,sed propter patriam,pro cuius salute sua cuiq; salus expetẽda est. Et iniquũ est cum possis interire pro patria cum summa virtute & honore,male.i.magis,velle,viuere,per dedecus & ignauiam. Et sup. cum velis adire periculum pro amicis & parentibus,& ceteris necessariis,vehementer iniquum est,nolle venire in discrimen. i.periculum vitæ pro rep.in qua cõtinetur,&i.etiam illud sanctissimum.i.maxime inuiolabile,& venerabile nomen patriæ, quæ vt alibi dicit vna omnium in se complectitur charitates. Sexto.exornatione à simili.cum subdit.Itaq; vt. i. quemadmodum supp.is est cõtemnendus qui mauult.i. magis vult in naufragio.i.dum nauis frangitur nauim,supp.esse.aut euadere incolumẽ.i.saluam,quàm se.s.ipsum ita is est vituperandus, qui in repub.i.in gubernatione reipub.consulit.i.prospicit consilio,& opem fert plus suo.i.proprio discrimini.i.periculo, quã saluti communi.Addit rationem similitudinis, quia naue fracta.i.licet nauis esset fracta,multi fuerunt incolumes, quia in tabulis enatarunt,sed supp.nemo potest enatare saluus ex naufragio patriæ.i.nemo potest saluus manere vbi prima perit. Confirmat alio exemplo. Quod.i.quam rem.Decius.s. pater filius.& nepos,videatur mihi bene intellexisse,qui dicitur se deo venisse.i.voto inferis addixisse,& mortem oppetiisse.& immisisse se in medios hostes pro legionibus.i.exercitu Romano salnando,vnde.i.quocirca aut è qua re amisit.i.à se diuisit & commutauit vitam,& non perdidit i. non peremit, nec destruxit penitus vitam,q.d.quod Saluator, qui perdit animam suã in hoc mundo,in vitam æternam inueniet eam,quod reuera martyribus Christi contingit,& Decius contigisse putatum est ab Romanis.De domo demouendi pulcherrime dixerit Liu.lib.8. ab Vrbe Condita. Approbat dictum suum. Enim pro quia. Decius supple redemit maximam supple rem: videlicet rempub. re vilissimam vtpote ita corporali,& parua, quia parum etiã si tunc euasisset duratura declarae,dedit vitam.s. temporalem & accepit patriam.i.salutem patriæ,& si quæras quo patriam acceperit qui vitam amiserit dicit,amisit animam.i.vitam,potius est gloria,quæ gloria prodita.i.producta,vetustate.i.apud veteres,cum summa laude,enitescit quotidie magis.Septimo, artificiose infert conclusionem dicens. Quod si, &.i. simul demonstratum est ratione,&.i.simul cõprobatum est exemplo], supp.quemlibet sapientem debere accedere ad periculum pro repub.hi sunt existimandi sapientes,qui nullum vitant periculum pro salute patriæ.Igitur expolitio versatur,in his.i.huiusmodi generibus.s.exornationum,de qua.s.expolitione nos sumus producti:i.in longum præter institutum nostrum adducti vt diceremus plura,q.i.eo q expolitio,non modo.i. non solũ adiuuat,& exornat orationem cum dicimus causam.i.diffudimus litem.veram,sed nos exercemur.s.in declamando sub rhetoribus multo maxime.i.præcipue per eam. s. expolitionẽ ad facultatem elocutionis. Quare conueniat, id est vtile sit extra causam in exercendo.i.declamando, adbibere ratione expolitionis,& vti.s.rationibus expolitionis,in dicendo. i. orando in veris causis cum.i.quando nos exornabimus argumentationẽ de qua diximus in lib.a.Commoratio est,cum.i.quando manetur.s.ab ornatę.i.mora fit diutius.i.aliquantulu diu,aut diutius quàm in aliis,in loco firmissimo,quo.i.in quo tota causa i.principale firmamentum causæ continetur. Et reditur. s. ab ornate,sæpius eodem.i.ad eundem locum &c.Et.i. proprium maxime.i.præcipue,oratoris boni.i.periti.Enim pro quia, potestas non datur.s propter talem commorationem, auditori, præcipue iudici.dimouendi animum de re firmissima. Exemplum satis idoneum.i.aptum & conueniens,nõ potuit subiici huic.s.exornationi:propterea q hic locus non est separatẽ.i. distinctus à tota causa,sicut aliqđ membrũ,sed est perfusus per totum corpus orationis tanquam sanguis,sup.eius esset, qui diffunditur per totum corpus animalis & ita qui velit darę exẽplum,daret totã orationẽ. Contentio est per quã contraria.i. inter se contendentia referuntur.i.mutuo se concernunt. Ea.s. contentio est in exornationibus verborũ.i.singularum dictionum,& sic vocatur frequentius antithesis,vt(inquit Cic.) docuimus ante.i.prius inter exornationes verborũ, est inquã eiusmodi.Tu præbes te placabilem inimicis,& inexorabilem.i.implacabilẽ amicis. Vbi bina sunt antitheta.i.inimicis, & amicis, quæ re,& voce contraria sunt,& exorabilẽ,& implicabilẽ,quę re tm̃ contrariantur.Et sup.ea est in exornationibus sniarũ,huiusmodi. Vos lugetis incommodi. i. p.p incõmoda huius.s. rei condemnandi,& iste ciuis incõmoda lugetis, lętaẽ calamitate reip. Vos diffiditis vris fortunis.i.diuitiis,& facultatibus, iste solus.i.cũ sit solus cõfidit suis.s.fortunis,eo magis.s.q. vos diffiditis vestris.Hoc interest inter hæc duo genera contentionũ. s. verbum & sniarũ,q sup.illud.i.prius dictũ genus, constat ex verbis relatis celeriter.i.modico interuallo cõtrapositis,& sup. oportet,hic.i.in posteriore genere,videlicet in cõtentione sententiarum,vt sup.sententiæ contrariæ referantur ex cõparatione,

ne,

ne.i.collatione, oportet.n. vt altera respiciat alterum. Similitudo est oratio traducent.i.trāsferens, ad quampiam.i.aliquam rem aliquid simile ex re dissipari.i.dissimili. Hoc est conferens duo inter se ostendit quid differant, ita vt differentia vnius naturam, alterius declaret. Ea.s.similitudo sumitur causa, aut ornandi, aut probandi, aut dicendi apertius, aut ponendi.s. rem ante oculos, ita vt non dici, sed agi videatur. Et sup. quomodo .i.quemadmodnm ipsa sumitur quatuor de causis.s. iā dictis, ita dicitur qoatuor modis, videlicet per contrariū, per negationē, per collarionem.i.cōpatanonem, & sup. per breuitatē. Nos accommodabimus singulos modos pronunciandi.s. per cōtrarium, per negationē &c. Quæ diuersos exigunt in pronunciando modos, ad vnamqnanque causam similitudinis sumēdæ.s. ornandi, probandi, apertius dicendi, & aote oculos ponendi. Similitudo sumitur causa ornandi per contrarium sic. probando videlicet nonū imperatorem oon esse meliorē, licet recens cursor sit melior.n. pro quia, quemadmodū in palæstra.i.exercitatione currendi, is qui accipit.s.à præcurrente postquam illum anteuertit (vnde Persius. Qui prior es, cur me in decursu lāpada poscis) tedas ardentes.i. faces incensas, est rontinuo.i. ideo, ant semper celeriot, & ita melior in cursu, q̄ ille qui tradit s. tedas, non ita.i. non sic est imperarot nouus, qui accipit exercitum melior.i.vtilior, & expeditior, quā ille qui decedit s.ab imperio, & resignat officium successori, propterea q̄ noo est ita, hoc est, nō est, est simile, q̄ defatigatus.i.ad extremā lassitudinem fatigatus. tradit facem.s.ardentem, integro.i.recēti cursori, hic.i. in successione imperii. Imperator peritus tradit exercitnm imperito. Dissimilitudinis aūt cansa est, q̄ vires corporis multa exercitatione labascunt, vires animi coovalescūt. In cursore aūt vires corporis expetunntur, in Imperatore prudentia, & peritia animi. Hoc.s.prędictum, potuit dici satis, plane.i.plene & perspicue, & probabiliter sine simili, hoc modo. Dicitur.s.vulgo, minns bonos.i. minus idoneos Imperatores solere accipere exercitū à meliorib.s.Imperatoribus, sed simile .s.de cursoribus est sumptū. vt quędā dignitas.i.exornatio honorifica, cōparetur.i.acquiratur orationi, & dictum est per contrarium cum negamus aliquam rem esse similem ei rei qnam nos probamos.i.probare contendimus, vt afferebamus paulo ante.i.in snperiore exēplo decursoribus, & ita superius exēplū duplex erat, nā in eo erat causa ornandi, & species per contrarium sumpta. Secunda aūt causa est probandi, & species per negationē, de quibus dat tale exēplum. Dicetur per negationem causa probandi, hoc modo. Neque equus indomitus quamuis sit bene compositus, natura.i. per naturam. potest esse idoneus ad eas vtilitates.i.vsus, & actus, quæ.s.duo, desiderantur.i.exiguntur ab equo, neque homo indoctus, quamuis sit ingeniosus potest peruenire ad virtutem.s.consummatam, quia opus est doctrina. Hoc.s.dictum, est factū probabilius, q̄.i.eo q̄ magis verisimile est, virtutem non posse comparari.i.acquiri, sine doctrina qnoniam (aut cum) nec equus quidē indomitus possit esse idoneus. Ergo hoc simile supp. est sumptum causa probandi, aotem pro sed, dictom est per negationem, quæ est secunda species.i.enim perspicuum.i. euidens de primo verbo.i. propter primum verbum.i. primā particulam similitudinis, quæ negatiua est, videlicet neque &c. Simile sumetur, &.i.etiā causa dicendi apertius, quæ tertia est, aūt pro sed, dicetur per breuitatem quæ est tertia species, licet aliqui textua quartam habeant, hoc modo. Noo conoenit ita exerceri in amicitia gerenda, sicut in certamine currendi, vt possis venire quod ad necesse sit.i.ad limitem, aut stadium vsque, & non vltra, hoc.o. satis est in certamine currendi, vt primus ad metam peruenias, sed supp. in amicitia necesse sit, vt tu productus.i. porro, & in longum ductus, vtpote vsque ad mortem amici: procurras facile vltro.i.etiā in libroa, aut manes eius, studio.s.animi: & viribus corporis. Nam hoc simile est, vt intelligatur apertius: eos facere mala ratione, qui reprehendant eos (verbi causa.i. vt demus exemplum) qui post mortem amici custodiant liberos eius: propterea q̄ tantum.s.præter se velocitatis, oporteat esse in cursore, vt efferatur.i.eminēter feratur vsq; ad finem.i.metam statutam, & tantum studium beneuolentiæ oporteat esse in amico: vt currat studio amicitiæ vltra quam quod amicus possit sentire.i.etiam vltra obitum eius. Autem pro sed, hoc supp. est dictum per breuitatem, non.i. res est, ita separata ab re: vt in ceteris rebus sup. separata esse solet, sed vtraque res est comparata cooiunctę, id est coniunctim, & confuse.i.mixtim. Sicut enim verba iaceot cum dicitur in amicitia gerenda, sicut in certamine currendi, oon ita conuenit exerceri, non videntur esse membra similitudinis, sed vnum commune dictum, & ita quia res cōiuncta breuior est, quàm separata, per breuitatem est dictam. Ante oculos. Prosequitur similitudinem quæ fit quarta causa, & io quarta specie, seu modo, videlicet ea quæ fit causa ponendi negocii ante oculos per collationem dicens. Similitudo sumetur causa negocii ponendi ante oculos.i. narrādi: perinde atque geratur: cum.i. quando dicetur per collationem.i. comparationem duorum inter se sic. Vt.i.quemadmodum citharœdus.i.canens cythara: cum.i. postquam prodierit. processerit, aut progressus sit, vestitus optime, vtpote, indutus palla .i.veste exteriore longa, inaurata.i. auratis, aut aurei, filis intexta, cum chlamyde.i.veste interiore intexta variis coloribus.i.habente intextos varios colores, & cum corona aurea, illuminata.i.radiante: magnis gemmis, vt carbunculis fulgentibus.s.in ea. & tenens cytharam exornatissimam, vtpote distinctam auro, & ebore, & preterea.i. præterea ornamenta externa, ipse.s. cytharedus sit forma & spē, & statura apposita.i. apta, & accōmodata, ad dignitatem.s.cōparandam, hoc est vt illi cōciliēt beneuolentiam: sicut dictū est, quod species Priami digna fuit imperio. Est enim dignitas in viro, vt venustas in muliere, si cū .i.postquam cōmouerit, in populo magnā expectationem, his rebus.i.per huiusmodi apparatum mittat.i.emittat, silentio facto repente, quia propter expectationem facile conticuerint omnes vocem acerbissimam.i.maxime dissonam, & discrepantem cū turpissimo motu.i. gestu corporis.i. & simul adhibeat turpissimum gestū, tunc supple talis, quo.i. quanto melius sit ornatus, & fuerit magis expectatus, eo.i tanto magis eiicietur .i.exploderur densus, & cootemptus. Ita si quis collocatus in excelso loco, & in magnis ac locupletibus copiis.i.abundantiis diuitiarum, abundabit omnibus muneribus fortunæ. & omnibus commodis naturæ, si agebit virtutis, & artium.i. carebit virtute, & bonis artibus, quæ artes sunt magistrę virtutis, quo, id est quanto magis erit spectatus.i.conspicuus, aut visus, ornatus, & illustris.i.clarus, ceteris rebus.s.exterioribus, eo.i. tanto vehementius eiicietur ex omni cōuentu bonorum, derisus, & contemptus. Hoc simile subiecit sub aspectum.i.posuit ante oculos omniū rem s. quam cōparat exornatione vtriusque rei.s.comparatæ. simili ratione, & inertiæ.i.imperitiæ artificii, alterins videlicet cytharœdi, & stultitiæ alterius.s.diuitis. (Sūt qui legant artificis. sed quia alter duntaxat artifex inducitur legam artificii, legendo.n. alterius artificis, vterque significetur artifex) Autem pro sed, hoc simile dictum est per collationem .i.comparationem propterea, quòd omnia sunt relata paria.i. similia, & hoc similitudine proposita, s. ante oculos falrē mentales audientium. In similitudinibus &c. Postquam deserte descripsit formam similitudinis cum exemplis aptissimis: præscribit etiam decorum in ea seruandum dicens, quòd in metaphoris, & similitudinibus per eam sumptis, persistedum est in vocabulis, ita vt sint apta rebus à quibus translatio ducitur, vt si quis amicos simulatos hyrundinibus comparet, oon dicet quod aduenrante hyeme aufugiunt, sed deuolant, id enim hyrundinum est. Sed ordo est. Oportet obseruare diligenter in similitudinibus, vt cum afferemus rē similem, habeamus verba accommodata ad similitudinē rei, cuius causa attulerimus similitudinem, id.i. tale exemplum est huiusmodi. Vt in hyrundines sunt præsto.i.præsentem, & paratæ nobis: tempore æstiuo, & recedunt pulsę frigore (sumamus nunc eadem similitudine verba per translationem) ita amici, falsi.i.ficti & nō veri, sunt nobis præsto in tempore vitæ sereno, id est prospero, & omnes deuolant.i.de nobis alio volāt, simul atque.i.cōtinuo, vbi viderint hyemem.i.tempestatem fortunæ, hoc est calamitatem, seu aduersitatem. Sed inuentio similium erit facilis, si quis poterit ponere frequenter sibi ante oculos omnes res animatas, mutas & loquentes, feras & mansuetas, terrestres, id est in terris existentes cœlestes, id est aere versari solitas, vt volucres coeli, & maritimas, id est in aquis degentes, comparatas.i.collatas inter se artificio.i. industria, casu.i.euentu incerto, & natura, id est naturali inclinatiooe, vsitatas, atque inusitatas.i.cuiusque modi sint, & poterit venari.i. capere, ex his.s. rebus, & earum naturis, aliquam similitudinem, quæ possit, aut ornare, aut docere, aut facere rem aptiorem, aut ponere ante oculos, dicit aliqoam similitudinem, enim pro quia, non est necesse supple vt tota res sit similis toti rei. sed oportet supple vt ipsum quod conferetur.i. cuius gratia fiet comparatio, habeat similitudinem. Exemplum est propositio alicuius facti, aut dicti præteri, cum nomine certi auctoris. Id.s.exemplum, sumitur de iisdem cansis, id est ob easdem causas, quibus.s.sumitur similitudo. Primo, facit rem ornatiorem cum sumitur nullius rei causa, nisi dignitatis.i. exornandæ orationis gratia.

negaſſe poſſe accedere.ſ.ad agros ſuos,quia villæ.i.domos ru ſticæ,ſunt inſulſæ.i.vt quidã accipiunt combuſtæ,ſed non procedit. quia.n.ad iactantiam pertinerat dicere villas combuſtas, nec reparatas adhuc ſed intelligētur incenſæ,ab ardore ſolis,quasi ſint ſplendidæ,& nitidæ, iuxta illud Flacci.Hos ſolos animo ſapere, & bene viuere, quorũ cõſpicitẽ nitidis fundata pecunia villis,ne audere et nunc.i. nondum adhuc ædificare, tametſi (inquit)incepi quidẽ inſanire.i.nimis pompoſe, & ſumptuoſe extruere in Tuſculano.ſ.agro, & ædificare hiſdem fundamentis,ſ.quibus in villa ad quã perficiſcebantur ædificauerat, aut fundamentis,iiſdem.i.ex eiſdem marmoribus, è quibus latera domos ædificauerat.Dum loquitur hæc uenit in quaſdam ædes.ſ.diuitis hois,in quib eo die ſodalitium.i conuiuiũ ſodalium erat futurum,quo.i.in quas ædes,tunc.ſ. oſtẽtator ingreditur cum hoſpitibus per notitia.i.propter notitiam domini ædium,inquit ad hoſpites ſuos, ego habito hic? argentum .i. uaſa argentea,quod erat expoſitum.ſ.ad vſum conuiuii, proſpicitur.ſ.ab hoſpitibus, & oſtentatore illo,viſit.i.it viſum,triclinium,vbi conuiuium futurum erat,probat.i.approbat,ſtratum,i.ornatum ſe eſſe,aut viſit triclinium ſtratum,& probat.i.approbat,ſupp.ipſum.Seruulus accedit,& dicit.ſ. oſtentatori aliis non intelligentibus,dominũ.ſ ædium,iam.i.paulo poſt uenturum,ſi velit exire antequam ille venerit, & inquit.i.alta voce.Ita ne ſup.nuncias?q.d.dicis,ne puer ꝙ frater meus venerit?O hoſpites,inquit,eamus,frater meus uenit ex Salerno,ergo pergam obuiam illi. Vos uenitote huc hora decima,quia imperat extructos frangere noua totos, ſed propter ad uentũ fratris vna hora tardius cibum caperet. Hoſpites diſcedunt, iſte conicit.ſ.agit ſe raptim domũ ſuam.illi.ſ.hoſpites.veniũt.ſ.in domum illam hora,decima,qua.ſ.hora,iuſſerat.i.oſtentator eos venire.quærunt.i.inueſtigant,hunc.ſ.oſtentatorem, reperiunt domi,ſupple cum,cuia.ſ.domus ſit,& ipſi deriſi,quia acceſſerant non inuita in domum ignotam,conferunt ſeſe in diuerſorium,i.cauponam. Ipſi viderunt aut videut hominem.ſ.arrogantem illum,& mendacem oſtentatorem, poſtea die.i. poſtridie eius diei,narrãt.ſ.quæ ſibi contigerant, expoſtulant.ſ.iniuriarum,accuſant.ſ.perfidiæ.iſte ait eos deceptos ſimilitudine loci,& eos deerraſſe toto angiportu.i.vico non petuio, ſe expectaſſe.ſ.hoſpites ſuos,ad multam noctem.i.donec pluſima pars noctis eſſet tranſacta contra valetudinem ſuam.i.cum periculo incurrendæ infirmitatis. Ipſe dederat prius quam in publicum produret,puero.ſ.ſuo Sannioni quem vnicum habebat,negocium .i.id oneris, vt corrogaret.i.à multis rogando coaceruaret,vaſa, neſtimẽta pueros,& comparat.ſ.Sannio,ſic ſeruulos non inurbanos.i.ſatis venuſtos, ſatis ſtrenue.i.diligeter, & concinne.i decenter.iſte.ſ.oſtentator, deducit hoſpites domum.ſ.ſuam. Ait ſe accommodaſſe.i.præſtitiſſe cuidam amico,domos ſ.ſuas maximas,ad nuptias.ſ.in eis agendas.Puer.ſ. Samio,nunciat.ſ.interea,ſed in auſem domini, argentum.i.vaſa argentea,repeti.ſ.ab eo,qui ea acommodauerat, enim pro quia,is qui commodarat ea, pertimuerat.ſ.fraudem ſibi fieri ab inani illo oſtentatorem,cum eſſet egẽtiſſimus, & ſup.oſtentator,inqt,apagete .i. abſcedite,aut tacete,aut potius,procul à me agite,cum ſitis tam improbi,& inuidioſe de uno pluraliter loquitur,cauſam addit indignationis. Ego commodaui ædes,dedi.i.præſtiti familiam.ſ.meam, & ſup.amicus vult quoque.i.etiam argentum, tametſi habeo hoſpites,tamen vtatur, licet.i permittitur ei,cauſa nuptiarum, ſicut intellexerant hoſpites, nam reuera argentum ad dominum eius remittebat, nos delectabimur ſamiis.i.vaſis fictilibus.Quid.i.ad quid ò iudices ego narrem.ſ.vobis,quæ iſte oſtentator efficiat, deinde? Natura hominis eſt eiuſmodi, vt ego poſſim vix enarrare ſermone,anno.i.annum durente, ea quæ efficiat ſingulis diebus gloria, & oſtentatione .i.propter gloriam, & oſtentationem. Huiuſmodi notationes quæ deſcribitur quid ſit conſentaneũ naturæ vniuſcuiuſque.ſ.hominis,habent delectationem vehementer magnam. Ponunt enim ante oculos totam naturam cuiuſpiam,aut glorioſi,vt nos ceperamus cauſa exempli, aut inuidi,aut timidi,aut auari,ambitioſi,amatoris,luxurioſi,furis,quadruplatoris.i.ſectantis pœnas quadruplo reddendas.Denique ſtudium cuiuſuis poteſt protrahi in medium.ſ.audientium,tali iioratione. Sermocinatio eſt cum ſermo attribuitur alicui perſonæ, & is.ſ.ſermo. Franciſcus legit vis.ſ.perſonæ exponitur cũ ratione dignitatis.i.cum decoro loquentis, hoc pacto. Cum.i.quando,vrbs.ſ.aliqua redundaret.i.refertiſſima eſſet militibus.i.hominibus belligeris,& omnes ciues tenerentur domi oppreſſi timore.ſ.militum, quia non audebant cuiquam obuiam exire, iſte.i.crudelis miles, intelligo autẽ aliter quàm Franciſcus præcipue exitum huius rei, nam Franciſcus ſentit contra occiſum hæc dici,ego contra occiſorem,nã puto non ciuem inermem euaſi,ſed militem armatũ occiſorem,venit cum ſago.i.veſte militari,ſuccinctus gladio, tenẽs iaculum .i.telum,quod iaci poſſit,quinque adoleſcentes ſubſequuntur hominem ſimili ornatu,hoc eſt ſagati,& ipſe irrupit.i. vi intrauit ſubito in ædes.ſ.cuiuſdã ciuis, deinde,inquit, magna voce (Hactenus erat paraſceue ſermocinationis, quæ nunc incipit, tam in verbis occiſoris, quam occiſi,& quàm vxoris eius) quid taceus,hoc ad vxorem, & familiam dicit. Hic.i.in hunc impetu viri,milites omnes ſtupidi timore obmutuerunt, vxor illius infeliciſſimi tametſi diuitis,obiecit ſe ad pedes illius.ſ. violentiſſimi militis,cum maximo fletu, & ſupple inquit, miſerere noſtri, per te.i.amor eſt tui, quia obſecro te per te quo tibi nihil carius eſt,& per ea quæ ſunt tibi dulciſſima in vita. noli extinguere.i penitus delere,extinctos .i. oppreſſos, fer manſuete.i. non inſolenter.fortunam.i. proſperum ſucceſſum, quia nunc dominaris,non fruitus,quoque.i. etiam beati, & eſt pathos à præterita fortuna,noſce.i.conſidera te hominem, & ita ſubiacere caſibus fortunæ, qua cõſideratione Crœſus apud Cyrum ſalutem inuenit. At ille.ſ.immitiſſimus homo, ſupp. inquit, quin.i. cur non datis mihi illum .i. dominum iſtarum ædium, ac ſup.quin.i.cur non vos (inuidioſe pluraliter loquitur cũ ſola vxor loquatur)deſinitis opplorare.i.obtinẽdo me ploratum immittere meis auribus. Non abibit? .ſ. quod fecit impune .i.non condonabitur illi,aut lege non abiuit, vt ſit ex perſona auctoris,non aut abibo, ex perſona militis, legendum autem puto abibit. Interea nunciatur .ſ. à puero aliquo, illi.ſ.diuiti patri familias,iſtum.ſ.violentum veniſſe, & minari mortem .i. necem maximo clamore,quòd ſimul,ac .i. continuo vbi audiuit, inquit, heus quæ reuocantis eſt vox, Gorgia pediſſequa puerorum.i.miniſter,aut miniſtra, qui vel quæ pueros ſequeris ſtatim ad pedes, quòd pædagogi munus eſt (dubium videtur verum miniſter ſit an miniſtra, quòd Gorgias potius viri, & vt opinor ſerui Phrygii nomen eſt,pediſſequa autem mulieris officium,ſed tamen & viri, vnde Sulpitius commune cenſet, potius autem credã puerum ad dominũ cucurriſſe quam puellam)abſconde pueros,defende ſup. eos fac vt adoleſcentia .i ætas illa innocua,hoc eſt adoleſcẽtes,ſit incolumis.i.ſoſpes, & ſalua.Et ſup.pateſfamilias vix dixerat hęc, cum ecce, quaſi rẽpente,& prę̨ter ſpem,iſte.ſ.violentus graſſator, præſto.i.ante ipſum ſtans,inquit,ò audax,.i. temerarie ſedes .i. audes ſedere, hoc eſt lente venire,ſed ſuperbe dixit illum ſedere,non .i. nõne vox mea ademit tibi vitã?q.d.debebas prę timore iandudum mortuus eſſe. Exple inimicitias meas.& exatura tuo ſanguine iracundiam ſup.meam ille (in quo ſignificatur decorum in ſermone ciuis etiam Romani in tali caſu) inquit, cum magno ſpiritu,ego metuebam, verba.i.verebar contendere tecum verbis,ne eſſem plane victus,q.d.ſcio te tam verboſum, vt ſi tecũ verbis contendam plane vincar, nunc video ſupp. quòd nõ vis contendere mecũ in iudicio, vbi ſuppeditari eſt turpiſſimum, quia ſuppeditatus.i.victus videatur contra id,quod iuſtum eſt contendiſſe,& ſuperare eſt pulcherrimum,tu vis occidere ſup. me,occides equidem. Si vera eſt Vallenſis ſententia,non equidem,ſed quidem legendum eſt,quia Cicero.& Virgil.equidem duntaxat in prima perſona vſi ſunt,ad quod ſuffragatur compoſitio,nam compoſitum videtur ab ego,& quidem, ſed ego victus non peribo,quia plus gloriæ merear cadendo,quàm tu occidendo. At.i.(ſed inquit miles)eloqueris ſententioſe,id eſt grauiter,etiam in extremo tempore vitæ, neque vis ſupplicare ei quem vides dominari. Tum, id eſt tunc mulier (putans quòd per ſupplicationem mitior efficeretur,cum tamẽ vir ſciret inſolentiorem fore,vnde ſupplicare noluit)inquit, imò quidem,id eſt certe,iſte,ſ. maritus meus,quem tenes,rogat & ſupplicat,ſed quæſo tu ò miles, commouere .ſ. ad pietatem, aut miſerationem.i.fac, vt commouearis, & tu ò marite, ſupple oro per deos, ex amplexare.i.ſupplicans, & amplexans genua eius ora hunc, quia dominus eſt,hic vicit te,tu vince nunc animum,ſcilicet tuum. Et ſup.maritus, inquit, ò vxor cur non deſinis,ſequi.i.ſuadere mihi quæ non ſunt digna,me,id eſt quæ non ſunt mihi decora, & honeſta? Tace & cura quæ ſunt curanda,quaſi dicat conſule liberis noſtris ſi potes. Deinde conuerſus ad militem,inquit. Tu ceſſas, q.d.non decet, vt ceſſes cum ſis tam minabundus, eripere mihi vitam, & tibi omnem ſpem bene viuendi mea morte i.propter meã mortem,quo dicto grauiter deterret à cæde. Iſte.ſ. paterſamilia.repulit,id eſt reiecit à ſe mulierem.i.vxorem lamentatorem, ille.ſ.miles (ſunt qui legant illi quod placet,vt ordo ſit,ille miles repulit mulierem,

rem, & defixit illi incipienti dicere. &c. Sed multi legunt ille. Minus autem placet, quod Franciscus dicit, illi. s. inuasori, qua si paterfamilias inuasorem occiderit, quod si diceret vehee, nō dicere locuturū sua virtute digna) defixit in latere gladium incipiēti. s. patrisfamilias. i. volenti dicere nescio quid, quod videlicet esse dignum virtute illius. Hactenus dictum est exēplum sermocinationis, de quo Cicero. Ego puto sermones esse datos vnicuique in hoc exemplo accommodatos ad dignitatem. i. ad id quod oportet obseruare in hoc genere. Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus. i. exemplum huius generi. Nam quid putamus illos dicturos si iudicaueritis hoc. Nonne omnes vtentur hac oratione, deinde supp. conuenit subiicere sermonem. s. quem illi de quibus loquitur haberent. Confirmatio potiusquam confirmatio, nam a formæ fictione dicitur à Græcis προσωποποιΐα est cum aliqua persona quæ non adest confingitur quasi adsit. i. præsens sit, aut cum res muta aut informis fit eloquens, & formata, & oratio attribuitur ei, accōmodata ad dignitatem, aut actio quædam, hoc pacto. Quod si hęc vrbs, videlicet Roma mittat. i. emittat uocem, non. i. nonne loquatur, hoc pacto. Ergo &c. Exempla patent. Significatio est res quæ relinquit plus in suspicione quā positum est in oratione, hoc est quæ plus significant quam dicit. Ea. s. exornatio videlicet significatio fit per exuperationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, supple. & similitudinē. Per exuperationem. i. per hyperbolē, supp. fit, cum plus est dictum quā veritas patitur, causa suspicionis augēdæ sic. Exemplum patet. Per ambiguum supp. fit cum verbum potest accipi in duas vel plures sententias, sed accipitur in ea partē quam is qui dixit vult, vt si dicas de eo. i. ad eum qui adierit multas hereditates, tu qui plurimum. s. diuitiarum cernis. s. tibi esse prospice. s. rebus tuis, vbi sensus potest esse, prospice. s. reipub. aut de qua consulatur, tu qui cernis plurimum. i. prouidētia præstas, & multa cognoscis, & cōsideras, sed quia loquitur de diuite & parum prudente, intelligetur de conspectione bonorum, aut forte in eam significationē. vt significetur maxime auarus, vt qui cum plurima habeat plura copia, & oculos in proximum prędium conuciat. Et quia locutiones ambiguæ sunt vitandæ, dicit. Quemadmodum ambigua quæ reddunt orationē obscurā sunt vitanda. ita hęc. s. ambigua, quæ cōficiunt huiusmodi significatione sunt consequēda. i. sectāda, vbi à deponētali verbo passiuo vtitur participio. Ea. s. ambigua consequenda, reperiētur facile si nouerimus, & animaduerterimus, ancipites. i. duorū capitum, aut significatorū, aut multiplices. i. multarū significationū potestates verborum. Significatio fit per consequentiam, cū res quæ sequuntur. i. comitātur aliquam rem, dicuntur ex quibus tota res relinquitur in suspicione. s. eius qđ is qui dicit innuit, vt si dicatur filio salsamentarii. i. vendentis salsamēta. i. carnes, aut pisces salsos &c. Significatio fit per abscissionē. s. sermonis. i. aposiopesim, cū incipimus aliquid dicere, deinde pcipimus. i. priusquam sermo finitus est abrumpimus filiū eius, & satis suspicionis relinquitur ex eo quod iā diximus sic. Qui ista forma & ætate, videtur dictum in deformen, & senem nuper alienæ domui, sup. intulerat vinum, uolo dicere. Per similitudinē sup. fit, cum aliqua re simili allata. Adducta, nihil dicimus amplius, sed significamus ex ea. i. per eā quod sentiamus, hoc modo. O Saturnine noli esse fretus. i. confisus, nimiū frequentia. populi. i. ne sis nimium popularis, nosce. i. considera stultitiam Gracchi. i. ne vt Gracchus, quia popularis fuit periit, tu quoq; pereas. Hæc exornatio habet plurimū festiuitatis, & interdum dignitatis. Sinit enim ipsum auditorem suspicari quidam. i. aliquid certi, ipso oratore tacito, i. tacēte. Demonstratio. s. rei gestæ per apertam narrationem, est cum res ita exprimitur verbis, vt negociū videatur geri, & res videatur esse ante oculos, Omnia autem patent. Peroratione concludit opus quæ cum intellectum facillima sit verbum non amplius addam.

HIERONYMI CAPIDVRI AD SVOS IN RHEtoricam Herennianam Commentarios appendix.



OST Ciceronis verborum interpretationem, quam festinantissima compositione edere compulsi sumus, ti quidem diebus in singulis proue in his rhetoricis libris queq; dictata nobis occurrerunt, ita immeditati, ita improuisi commentaria edere coacti sumus, ita plerunque aliis districti occupationibus temporis angustia, non tantum quæ diceremus aliquantum maturare, sed ne quidem quę properantissimo calamo scripsissemus vna oculorum acie decurrere nobis concessum est, ne proposito igitur nostro quicquam desit, fieri, a nobis debere videbatur, vt quas figura sparsim sumas interpretari, primum colligeremus, deinde oratorum numeris, post de imitatione, inde de exercitatione diceremus. postremo, vt omnia tradita iam præcepta, breui, & quasi per capita, quo tenaciori memoria comprehendi possent, repeterentur, quæ omnia cum paulo longiorem cogitandi moram sibi deposcant, doleo à me inscribendo non minus quam in superioribus esse properandū. Non dubitauerim, quin hæc multo castigatiora esse debuerint. si famæ putauerim consulendū meę, Sed temporis me præmit angustia, & audientes, intra paucos dies quod velim vt absoluam, audi expectant. Eis autem non satisfacere, nefas puto, & futurum ad alias occupationes me tempus trahit, vt emendandi nullum etiam mihi ocium relinqui posse videam. Prosequar igitur institutum eo pacto, vt per quam vtilissimas res exarare videar tentasse potius, quàm vt easdem dicendo consequi fortasse potuerim vt nostra posteri in Ciceronem commentarii ausa perficiant. Hoc enim tempore nostris discipulis hæc dare voluisse quantulacunque, satius esse ducimus, quàm omnino nulla. Sed de re iā dicere incipiā. Omne figurarum genus trina diuisione partimur, quòd in literis, qđ in dictionibus, quodq. in oratione inuenitur. Quod in literis, Græci pathos, in dictionib. tropum, in oratione schema nonnulli appellauerūt. sed nos, modo quid dicatur clarum intellectu fiat, de appellatione in præsentia dicere non contendemus. In literis itaq; duplex est generalis figurarum cognitio vna quidam quæ qualitatis, altera vero quantitatis nominatur. qualitatis quidē species sunt, Metathesis, quæ & enallaxis, & hypertesis nominatur. capræ pro carpæ enim capræ dictæ, à carpendo si quidem deducuntur, vt Varro, inquit. Secunda qualitatis species est, quàm Tryphon metalepsin, quidam antithesin uocant: est, cum in vocem vocalis vertitur: vt,

Venit & vpilio, tardi venere subulci.

Pro eo quod opilio dicendum fuit. Tertia ac vltima qualitatis species est, Tmesis, quam diacopem quidam nominant, cum composita dissoluitur dictio, uelut apud Horatium Polyhymnia, pro Polymnia, nam si integra dictio interponatur: vt, septem subiecta trioni, hyperbatos erit, quæ posterius suo loco referetur. Quantitatis autem sunt species quasi generalia quidem capita, plenasmos, & endia, i. redundantia & defectus, aut enim redundant in dictione literæ, aut subtrahūtur, quod que de literis diximus, idem de temporibus intelligendum est. Pleonasmus species habet nouem, & totidem quoque endia. Pleonasmi quidem species sunt. Prosthesis, anadiplosis. ectasis, epectasis, diæresis, parenthesi, , diplasiasmos, paremptosis, & pro schesmatismos. Prosthesis dicitur, cum in principio dictionis litera vel syllaba additur, vt pro nato gnatus: &.

Ingreditur linquens antrum, pro graditur.

Anadiplosis est repetita eadem in principio dictionis syllaba vt dipilare, lalare, apud Catullum, & Persium. Ectasis est, cum natura correptam syllabam producimus: vt, Hectora Priamidem, animosum inter Achillem, Cum Priamus primam corripiat. Epectasis est, in media dictione syllabæ versus necessitate interpositio, quale illud Lucretianum:

Indugredi motus hominum gestumq. sequentem.

Diæresis est, cum vnam in duas syllabas diuidimus: vt Lucretii illud: Ignoratur enim quæ sit natura animal. Parenthesis est cum syllabam non faciens ad vocalem vocalis apponitur, &, Capteiuei ex capitibus versuum Plauti in Captiuis, colligitur veteres sic scripsisse. Diplasiasmos est, consonantis eiusdem aliqua de causa potius quàm suepte natura geminatio vt, reddo, religo, & similia, vel diuersæ interpositio, vt est proat. Paremptosis est, in dictione consonantis interpositio, velut Alcydones, Varone teste, pro eo quod Alcyones, dicunt Græci. Proschematismos est, in fine dictionis syllabæ adiectio. quale illud Lucretii: Hinc videatur in imbrem vertier æter. Endiæ autem, quàm supra quantitatis generalem fecimus, speciem, sunt nouem itidem formæ. Aphæresis, arsis, systole, syncopa, synalœpha, ellipsis parellipsis, ecthlipsis, & apocopa. Aphæresis est, syllabę ex principio dictionis ablatio: vt, Posuitq. comas, & brachia ferro, pro deposuit. Arsis est, similis syllabæ repetitæ in principio dictionis ablatio, vt tendi, pro tetendi. Systole est, cum liberam syllabam, aut natura productam corripimus, vt Iuuenalis:

Vascones, vt fama est, alimentis talibus vsi.

Nam Silius Italicus eandem syllabam producit, quam corripuit Iuuenalis, cum inquit.

Et Vafemium ales Halarus probat aequora apetro.

Syncopa est, è medio dictionis syllabę ablatio, vt audacter pro audaciter, audii pro audiui, & hac ferè sola in soluta oratione vtimur syllabarum figura, in versu autem omnibus. Sinaloepha est duarum vocalium ad vna complexio, vt Horat.

O mi Laerciade, quidquid dicam aut erit aut non.

Et Varronis illud.

Tum destragrans deiectum fulmine Phaeton.

Pluribus autem id fieri modis posse, Tryphon, quem nos in Latinum vertimus, ostendit. Ellipsis est, vocalis syllabam non facien ablation: vt Propertii illud.

Nec si post stygias aliquid restabit arumnas.

Cum grumma diphthongon in prima habeat. Parelipsis est, cũ duplicatę consonantis ablatio est, vt cum Lucan. dicit:

Et Lunam parua vertican Alomone Cybellem. Iuuen. autem.

Hic turpis Cybele, & fracta voce loquenti,

Ecthlipsis est consonantis vel solius ablatio, quod in s, litera maxime solet fieri. Lucret.

Vulnera quae et lacrymas perferre minoribus nobis,

Vel cum sua vocali, vt.

Inter se coiisse viros, & decernere ferro.

Apocopa est, in fine dictionis cuiuscunque syllabæ ablatio. vt duc pro duce, vel dic pro dice, & similia sicut dici exigebat analogia, Hę sunt omnes literarum syllabarumque figurę, nec plures inueniuntur. Sequitur, vt iam de dictionum & orationis figuris paucis disseramus. Sicut literarum atque syllabarum figuris numerus præscriptus est, (si quidem viginti & vnam numero omnino eas esse ostendimus) ita dictionum & orationis figurarum numerus in infinitum pene profluit. nam si figuræ dictæ sunt, tropos autem & schemata vno figuræ nomine appellamus quo, noster hic ordo clarior videatur, si dictæ inquam figuræ in locutione sunt, sic vt quidam habitus in corporibus quoquo modo eo nponantur, velut cum sedemus, incumbimus, respicimus, idq. aut intentius, aut remissius, & infinitæ huiusmodi corporis esse possunt formæ, ita in locutione figurę sunt sermonis quidem habitus, & formæ, quibus sermo a sermone differt. Et quoniam suus cuiusque locutionis est habitus, inde fit vt aliæ parum, aliæ multum inter se figuræ distent, quæ inuentæ sunt vitandæ similitudinis gratia, quæ vbique fastidium pariunt, idque ipsa rerum omnium natura nos monente, quæ ita vana est, vt nihil vnquam alteri simile procreauerit. Non me prætereunt magis placuisse auctoribus, alias grammaticorũ, alias rhetorum figuras esse. quod licet curata placuerit probabilis ratio reddi possit tamen mihi ea non placet distinctio, & quod planius fiat minusque habeat obscuritatis, opinionis nostræ monstremus rationem. Illud omnes vel mediocriter eruditi sciunt, grammaticam rectæ literatęq. locutionis artem esse, nec hoc limite solo contentã, qui hæc vtique dicã scio. Sed de locutione nũc nostra orta quęstio, est nec magis proprium cuiusque scientię iam esse manifestum est, Locutionis ergo figurę sermonis quidã habitus sint, ad grãmaticũ pertinere videbuntur. at non solius locutionis, verum & sententiarum figurę plerunque sunt. Sententiarũ ergo figuras oratori, vel oratoriæ, in quocũque genere scribenti concesserim, sed locutionis grammatico, quibus ita orator & poeta vtũtur, philosophorum sententiis argumẽ. isq. dialecticorum. Duabus si quidẽ potius artibus omnis rhetorica, vt Arist. inquit, perficitur. Iuuentio philosophia, ea quæ de moribus est, quam Gręci ethicem vocant, & dialecticorum argutiis atque tendiculis de virtutibus si quidẽ & vitiis disputare, semp conuenit oratori, & sua cõfirmare, confutare autẽ aliena. Ab oratore vero cũ dispositione pronunciatione, & memoria ad causam explicãdã literalis afferitur oratio, quamobrẽ & ea ars quã gręci grãmaticen, ex nostris quidã literaturam veteres appellarũt locutionis artem, suppeditat. Tribus igitur potissimum scientiis facultas rhetorica constare videri potest, ethica in pondere sententiarum, dialectica in disserendo, grãmatica in accurate & emẽdate loquẽdo. Sed de his hactenus. nõ. n. nobis de hac re vna disputare propositũ est. At illuc venimus, vt dictionum & orationis figuras percurramus. Vt igitur vnde exiuit noster redeat sermo, tam frequens locutionis est figura. vt si antiquũ sermonẽ nostro cõparemus, quidquid loquamur figura sit, dũ nouaris dñ antiquis, tam verbis, quem locutionibus vtimur, quę nec in vitia psiliant, auctoritate, vetustate, cõsuetudine plerunq; defendunt sæpe etiã ratione quadam, ideoq. cũ sint a simplici recto q. loquẽdi genere deflexa, virtutis nomẽ habebunt, si habet pbabile aliquid qđ sequantur. modus tñ adhibendus est. nam qui nimiũ affectauerit, illã ipsam variandi gratiã amittet. In nouato verbo figura est. aut cum à græcis sumitur, vt cum Luc. Tibi suauis Dædala tellus, inquit, aut à verbo latino, vt cum Persius inquit:

Nescis quid tot vm graue cornicaris inepte. Et rursum alibi,

Ipse sacrum irrorans patinae piper

In antiquis ex figura verbis, cuius maxime amator Virgil. fuit. velut illud.

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci

Audierat. Et,

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras,

Iussit adire domos. Et Propertius,

Sternuit omer amor.

Suntq. adhuc aliqua quæ iam in frequenti sunt vsu: vt, Enimvero assentior in actiua significatione, sicut assentio. luxurior. vt luxurio, fabricor, vt fabrico in coniunctis verbis nouationis quoq; figura est, vt oculis capti talpæ, & timidi damę dicunt à Virgil. in quibus subest ratio, q altero vterq; sexus significet. si. quidẽ tam mares esse talpas, damasq; quàm fœminas, certum est. Auctoritate sibi vindicauit quispiam acuta, si lex ab eodẽ diceretur auctore. itẽ quod temporis est, ad rẽ verbũ figurare declinatur. vt cũ dicit Virg. Nocturnus obambulat. & similia apud poetas præsertim, prope infinita. Item cum cõmunis sermo hẽat, ardeo illa re. figurare tamen Virg. Corydon ardebat Alexin, dixit. Plura etiã ex Græco translata sunt, velut Salustii, vulgus amat fieri. Vtimur & figurate cõparatiuis pro absolutis. & partes alias pro aliis partibus orationis. duo etiam inter se comparatiua cõmittimus, vt Ciceronis illud: Si te Catilina comprehendero si te interfici iussero credo vtendũ mihi, ne nõ potius omnes boni serius à me, q̃ quisquam crudelius factum esse dicat. huic non est absimile illud Homericum in Odiss.

Εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκην δ' ἔλθοι τὸ νοστήσαντα,

Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι,

Ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ἐσθῆτός τε.

Iunctura quoque verborum veterum auctoritate figuras habet velut Horatii illud:

Fabriciumq; hunc, & incomptis Curium capillis

Et illud Terent. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. & Ciceronis de Cn. Pompeii futuro imperio. Portus quibus, vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatẽ sciatis. In potestatem, non in potestate dixit. Ita Plaut. Nũ vero mihi in mente fuit. Sunt huiusmodi innumera, q̃ vno figuræ noie à græcis nominatur, quo aliis *ἀσύντακτον ἀλλοίωσιν*, quidam *σολοικοφανές* vocant. Nos nihil dicimus, nisi vt sciamus verborũ & locutionũ innumerabiles esse formas, quas figuras appellamus, & easdem numero infinitas, nec numerare necessarium modo quid sit figura intelligatur. Quare intellecta quisq; sibi per se etiam ab aliis nondũ factas poterit inuenire, sicut ex eis quæ iam diximus. vel cuiq; esse manifestum põt. Quo tñ facilius memoria comprehendi possint, ne nos quidã illud lateat, quæ nobiliores eminent, ad genera, & quasi capita quæda referamus, vt nõ tantũ quas nominabimus. sed & quascunq; alias quisq; queat comprehendere. quas alius plures, alius pauciores, effecisset. quin & ipse Cic. in Orat. ad Br. pauciores, q̃ in lib. de Orat. posuit, vt videatur quæ referre voluit, & sciens prætermisisse ac reprehẽdisse. Omne ita figurarũ, tam verborũ, q̃ orationum genus, in duas, pariter vt syllabarũ, vt supra memorauimus, formas diuiditur, qualitatẽ & quantitẽ. qualitatis verborum species sunt, quoties verbi aliqua permutatio efficitur quantitatis autẽ, cũ adiectio detractio ue vlla, aut parilitas sola, in orationis figura est. Qualitatis igitur species est, quã Cic. appellat exclamationẽ. nã cũ dicit, ò Africane, cuius mortui, & quæ sequuntur, à primo huius orationis verbo. toti est inditum nomen exclamationis. & quã idem vocat similiter cadẽs, & quam similiter desinens, ac q̃ annominationẽ, itẽ nominatio, pronominatio denominatio, transgressio, cõmutatio, abusio. quoq; verborũ figura est, & translatio, sic & permutatio, coniunctio, adiunctio, vt ex supra expolitis facile quisq; põt intelligere. Qualitatis igit figuræ verborũ, tã verbi, q̃ sensus sunt huiusmodi. Quantitatis aũt figuras nominamus q̃n aut redundare aut deesse quid verborũ, vel sensus videtur in, oratione idq. vt cultior planior ue fiat oratio. Quantitatis species, quę in excessu sunt, sensus quidẽ emphasis, hyperbole, synecdoche (quæ & defectus esse potest, si quidem pro singulari pluralis & pro plurali singularis ponitur) & totũ p parte, & pars pro toto. Quãtitatis species in defectu, est tapinosis, vt si gurges mare vocet. Quãtitatis verborũ species alię sunt, vbi verba supersunt, alię, vbi desunt. Supersunt, vt in ea q̃ Cic. repetitionẽ vocat, q̃ conuersionem, q̃ complexionẽ, & quàm traductionẽ, quæ figura

Est etiam qualitatis, cum eiusdẽ significationis verbis casus variatur, & diuersæ itẽ significationis simile verbũ ponitur. & quæ repetitionom exempla verborũ, nos supra in Cicero. figuris cogessimus. Item gradatio quantitatis excedentis figura est. sic correctio, nisi orationis figuram esse velimus, quod post verbum immo, quod corrigentis est, aliud sequi necesse sit. Disiunctio. conduplicatio, interpretatio, illius adiciuntur, itẽ commutatio, & dubitatio. nisi has, velut de correctione diximus, orationis duas malimus figuras dici. Quantitatis autem figuræ, quæ in defectu collocatæ sunt, articulus, coniunctio, adiunctio, vbi vnum pro pluribus sufficitur verbis, rursum quia aut primũ, aut medium, aut vltimum occupat locum. Qualitatis eædem figuræ sunt, sed diuersa, vt dictum est, ratione. Item dissolutio. Nunc sequitur, vt paucis orationis figuras in ordinem digeramus. Orationum qualitatis figuræ sunt contentio, interrogatio. sententia, contrarium, continuatio, diffinitio, permissio, conclusio, distributio, diuisio, alia, contentio, demonstratio. Rursum orationis figuræ quantitatis, per excessum quidem, tũ verborum, tum sententiarum sunt, ratiocinatio, membrũ, subiectio, expeditio, circuitio, superlatio, licentia, descriptio, frequẽtatio, expolitio, commoratio, similitudo. exemplũ, imago, effectio, notatio, sermocinatio, confirmatio, significatio, quę tã defectus quam redundantiæ figuræ est, cum aliquando per exuperationem plus dictum est qui patitur veritas, & per defectum cũ quod docere incepimus, abscindimus. Parilitatis vna figura est, quam Cicero compar appellauit. Deficientes autẽ figuræ sunt. occupatio, diminutio, significatio quã redundantiæ quoq; figuram diximus, & ea quam breuitatem Cic. nominat. Quoniam satis, vt opinor, ostensum est, quid sit quod figura nominatur, quot figurarum sint genera & singulorũ generum quæ emineant species, nunc tempus poscit, vt oratorum numeros aggrediamur, quos supra percursuros nos polliciti sumus. quod faciemus, si prius tamen quid sit numerus, & quid à versu distet, & cũ non minus pedibus constet quàm versus, si ipsos paucis pedes. & quibus tam numerus, quàm versus incedit, attigerimus. Numerus igitur, quem græci rhythmon appellant, à poetis pro versu aliquando capitur, vt cum dicit Virg. Numeros memini si verba tenerem. Alio modo numerus dicit, pedibus quędam fluens structura, quã & Cic. & Quin. multiq; præterea alii necessariam in orationibus oratori esse dixerunt neque Demosthenem oratorum græcorum facile principem tantopere probatum inferunt, nisi eius numerosa esset oratio, vt ipse Cic. Neque.n. loquit, Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris illa contorta ferrentur.

Distat autem hic à carmine numerus, quod numerus siue rhythmus est pedum temporumque iunctura cum lenitate. Alii sic, Numerus est versus imago modulata, seruat numerus syllabarum. Rhythmus igitur temporum ac syllabarum pedumq; congruentia, aurium peritarum multiplicatur iudicio, ac profluit, semperq. ne fastidium compositionis similitudo pariat variatur. Metrum in certa qualitate ac numero syllabarum tẽporumq. finitur, certis pedibus, & eiusdẽ semper cõsistit atq. concluditur. Pedes autẽ ipsi, & varii re sunt, & nominibus, quorum qui duabus syllabis (vt ab eis potissimum incipiamus qui paucioribus cõstant) sunt. spondeus, trochæus, iambus, pyrrhichius Spondeus ex duabus syllabis constat longis, temporum quatuor, vt heros. Huic cõtrarius est, quem alii pyrrhichium, alii dibrachum græce, latine bibreuem, alii ægœona vocat. hic duabus constat syllabis, & eis breuibus, vt bene. Iãbus ex breui & lõga cõstat, vt dies. Trochęus, quẽ nonnulli choridon vocãt, ex longa & breui constat: vt, fecit. Triũ syllabarum sunt, dactylus, qui prima longa, & duabus cõstat breuibus: vt, tempora. Huic contrarius est anapæstus, quẽ quidam antidactylum nominat. constat.o. duabus breuibus & longa: vt, iuuenes. Tribrachus, quem quidã tribreuem verterunt, græcorum alii brachysyllabum, alii trinocheon, nonnulli pygmeona, plerique (sicut Cic. & Quintil.) Choreum, tribus constat breuibus: vt, Helena, Huic cõtrarius est molossus, quem alii vertumninũ, alii extẽsi pedem, græcorum quiddam hippium, nõnulli chaninũ vocãt, constat tribus syllabis longis, vt Aeneas. Amphibrachys, quem quidam vtrinque breuẽ verterunt, nonnulli Ionium vocarũt, alii schulium, cõstat ex breui & longa & breui: vt, carina. Huic contrarius est amphimacrus, quem fescennium quidã appellasunt, quidã amphimeron, alii creticum vocant, cõstat ex longa & breui & longa: vt, abstine. Bacchius, quem alii Oenocrium, alii pariambũ vocat, cõstat ex breui & duabus lõgis: vt, Atheniæ. Hic contrarius est palimbacchius, quem alii Latium, alii Saturnium, quidam altibreuẽ. nonnulli proponticon, alii thessalicon vocant, constat ex duabus longis & breui: vt, natura. Quatuor syllabarum pedes sunt, proceleusmaticus, è duobus pyrrhichiis, hoc est. quatuor breuium syllabarum: vt, tenuia. Huic contrarius est dispondeus, ex duobus spondeis syllabarũ quatuor & longarũ: vt, Mecœnates. Pæon. primus, cõstat ex trochæo & pyrrhichio, hoc est. longa & tribus breuibus: vt, Stesichorus, Pæon secũdus. ex iambo & pyrrhichio. hoc est, ex breui & lõga & duobus breuibus: vt. colnna, Pæon tertius. ex pyrrhichio. & trochæo, hoc est. ex duabus breuibus. & longa & breui. vt. meliora. Pæon quartus. ex pyrrhichio & iambo constat, hoc est, tribus breuibus & longa: vt, docilitas. Huic contrarius est hippius quem plerique epitritum vocant. nã sicut pæon, à numero, lõgam, ita epetritus breuẽ nobis significat. si quidẽ hippius, siue epitrius primus ex iambo & spondeo constat. hoc est ex breui & tribus longis: vt, capenates. Hippius, siue epitritus secundus ex trochæo & spondeo. hoc est ex longa & breui & duabus lõgis. vt, conditores. Hippius, siue epitriros tertius. & spõdeo & iãbo. i. ex duabus longis & breui & lõga: vt, discordiæ. Hippius siue epitricus quartus. ex spõdeo & trocheo. hoc est tribus lõgis & breui, vt oratore. Ionicu, ἀ πὸ μείζονος. i. à maiore cõstat ex spõdeo & pyrrichichio, hoc est ex duabus lõgis, & duabus breuibus: vt prælidia. Ionicus à μελάσσονος. i. à minore, cõstat pyrrhichio & spondeo, hoc est, ex duabus breuibus syllabis, & duabus longis. vt, cupiebant. Duabus ex breui & longa, & breui & longa: vt, Cleonides propinquitas, qui pes dactylus ab imago à quibusdam dictus est. Huic contrarius est ditrochęus, ex longa & breui, & longa & breui: vt, cantilena, dimicare. qui pes à nõnullis ereticus, κατὰ προχεῖον dicitur. Antipastus ex iambo & trochęo hoc est. ex breui & duabus lõgis & breui: vt, Medullina. Salouinus. Huic contrarius est choriambus, ex trochęo & iambo. hoc est, ex longa & duabus breuibus & longa: vt, nobilitas, armi potens. Hos quinque syllabarum pedes sequuntur plures quam triginta, à nobis breuiter enumerandi. Hiortius pes, ex quinque breuibus syllabis constat: vt, mulieribus. Periãbus ex longa & breuibus quatuor: vt, composuimus Parapyoos, ex breui & longa, & tribus breuibus: vt, diu fletimus. Messomacros, ex duabus breuibus & longa, & duabus: vt, deus affuit. Anapesticus, ex tribus & longa & breui. vt, bunus amicus, Pyrrhichius anapestus, ex breuibus quatuor & longa: vt, facilior est. Probrachys, ex breui & longis quatuor: vt, io vsu non est Hypobrachys, ex lõga & breui, & tribus longis: vt, tela deposcunt. Messobrachys. ex duabus longis & breui, & duabus lõgis: vt, existimarunt. molosso iambos. ex tribus longis & breui & longa: vt, obtestatus est. Salotibus ex quatuor longis & breui: vt, educebamus. Diphos, ex duabus breuibus & tribus longis: vt, populabundus. Orthius, ex longa & duabus breuibus & longis duabus: vt, arma capessunt. Anicœbœos, ex duabus longis, duabus breuibus, & lõga: vt. mões superant Molosso pyrrhichios ex tribus lõgis & duabus: breuibus vt frumẽtaria. Syraplectos, ex duabus lõgis & tribus breuibus: vt, ætas hominis. Musicos, ex longa & breui, & longa & duabus breuibus: vt, Cæsar oppida. Antanapæstus, ex breui & duabus lõgis & duabus breuibus, vt, at indoctior. Antamœbœus, ex duabus breuibus & duabus longis & breui: vt, loca munire. Dassios, ex tribus breuibus & duabus longis: vt, facile princeps. Tymelicos ex longa tribus breuibus & longa: vt, instituerat. Dochemios, quem alii dochmium vocant. ex duabus breuibus, & duabus longis & breui: vt, capiunt arma. vt tamen tam Cic. quam Quint. volunt. fit dochimus ex bacchio & iambo vel iambo & eretico, hoc est, constat ex prima breui, duabus longis breui & longa: vt, reipub. Periambodes, ex breui & longa & breui, & duabus longis: vt, mori recusant. Dorisco, ex longa & duabus breuibus, & longa & breui. vt, impetitabat. Cyprios, ex breui & longa, & duabus breuibus & longa: vt, honore viri. Anticyprios, ex lõga, & breui, & duabus longis, & breui: vt, exhiberet. Bachicorios, ex duabus longis & breui, & longa & breui: vt, deliberanda. Hypodochmios, ex longa & breui, & longa, & breui & longa: vt, multitudines. Dochimos κατὰ συζυγίαν, ex breui, duabus longis, & breui & longa. vt supra exemplum dedimus, reipub. Antistrophos, ex breui, & tribus longis & breui: vt. recognouere. Molosso spondeus, ex longis quinque: vt, frumentaturi. Post enumeratos syllabarum pedes, quantitas quoque syllabarum tractaretur, nisi ne pueros quidam eas ignorare arbitrer. Sunt enim multi qui de eis dedere præcepta, & nos quoque quanta breuitate potuimus, libellum olim edidimus. Illud iam super est solum, vt de numeris disseramus. Primum quo in orationis genere numero esse conueniat, in quibus orationum partibus,

qualibus

qualibus uti numeris, & verũ partium orationis continuos occupent numeri locos, & qua pacto secus conueniat, deinde de quos dicere numeros possimus, & quos nõ possimus & pariter quos cõsectari vitiosum sit. post. quales velimus esse quas probamus numeros, exẽplis, & auctoritatibus aperiemus. atq; cõfirmabimus, postremo, hanc partẽ cõcludentes, quid in vtraq; compositione tenendum sit, breuiter colligemus. Cũ igitur in omni locutionis corpore, totoq. vt ita dixerim, ſ orationis tractu numerum inueniri necesse sit, quippe q neq; loqui quisq̃ possit nisi e syllabis breuibus, ac longis ex quibus pedes fiũt, illam dicimus numero se cadere orationẽ, quę non prouo velut flumine decurrens intersistat, sed quæ finẽ suum habet, natura liq; distincta interuallo, quę proxime præteriere, intuendi dedit tẽpus, dedit respirandi, ac reficit animos, & quodã quasi modulatu verborum concluditur. Ab hoc aũt modulatu, i. hac diligenti pedũ obseruatione de qua à nobis infra dicetur, solutus est sermo, soluta epistola, solutæ quoq; Iuriscõsultorum suot editiones, & omnes de huiusmodi rebus cõpositiones, licet ea plerunq; numeris constare inueniantur. Primum historiam, & genus illud orationis qđ Græci epidicticon, nostri demonstratiuum vocant, numerosa esse conuenit. Deinde in deliberatiuo iudicialiq. genere id obseruandum. sed secus si quidẽ tam historica, q̃ demonstratiua omnis ad voluptatẽ accommodata est, ac circumscriptione ambitu q. & tanquã in orbe inclusa currit oratio, quoad in singulis pfectis absolutisq. sentẽtiis insistit. idq. ideo secerius fit. His auditor lector ve est futurus, q non vereatur ne compositione orationis insidiis sui fides attentetur, quin & gratiam scriptori oratori ue h͞t, q aurium seruient voluptati. In ceteris aũt causis nõ verborum ambitu dicendum semp. quinimò id perraro accidit, sed sæpe membratim cæsimq. dicendũ. Ideoq. illa verborum quasi colligata concinnitas effugitur, q si semper vtare, cum satietatem affert, tum q cum id quale sit facile intelligatur, actionis dolorẽ detrahit, & actoris veritatem funditus tollit, & fidẽ. Sed quoniam adhibenda nõ nunquam diximus, quo id in loco, videndũ est. Si igitur laudãdum aliquid est ornatius, qm ea pars demonstratiui videt esse generis, vt in Verrem Cic. de Siciliæ laude dixit, aut si ea ponẽda narratio sit, quæ plus dignitatis, q̃ dolor desiderat, cum ad historiæ grauitatem propius accedat, sicut in Verrem Cic. de Cerere, & Segestana Diana, deq. Syracusarũ situ dixit, vt ambitu numeroso cadant procurandum est. In amplificanda quoq; re, dum sensus omnis funditur, numerose & volubiliter fertur oratio. In vniuersum igitur singulare aliquid pręcipi non põt. Nam in exordio sicut iudicis animus variæ præparatur, cũ miserabiles esse volumus, cũ modesti, cum acres, cum graues, blãdicis quoque, cum flectere, cum ad ligentiam hortari, ita cum diuersa natura sint, dissimilis quoque componedi ratio desideratur. Non. n. similibus est vsus Cic. numeris in exordio pro Milone, pro Cluent. pro Ligar. Narratio fere tardiores, atq; vt sic dixerim, modestiores desiderat pedes proinde cum docere, & infigere animis res semper cupiat. quod minime festinantium opus est, vt id aptius, & accõmodatius rei sit, tota constare narratio longioribus membris videtur & breuioribus periodis. Argumenta autem acria, & citata, pedibus quoque ad hanc naturam accõmodatis vtentur. Epilogi summissium, lentum, & minus exclamantem numerum plerunque exigunt. si quidem sic fere componendum, quo modo pronunciandum erit. Et cum rerum de quibus dicimus naturam sequi numero scriptor uelit eruditus in proœmiis plerunque summissum esse oportet. tamen in accusatione iudex erit concitandus, aut aliqua complẽdus indignatione. in narratio plenos atque expressos nos esse oportet, ne aliquo incitati affectu, quod fidem tollit dicere videamur. in argumentis citatos esse conuenit atque ipso motu celeres in locis aũt ac descriptionibus, fusos ac fluentes idque, quod voluptatis causa comparetur. In epilogis plerunq;, vt iã dictum est, deiectos, & infractos debent. n. sublimia ingredi, leuia duci, acria currere, delicata fluere, ac vbi viget necessitas, ea etiam affectabimus. Qui aut quibus pedes sint rebus accõmodatiores. paulo post a nobis aperietur. Expositum iam, vt opinor, est satis, quo in orationis genere, quibusque in orationis partibus, ac qualibus vti numeris nos oporteat. Reliquum est, vt partium orõnis continuos ne numeri locos occupent dicamus. Qm veteres maxime studuerunt ne flueret, vagaretur, ac longius excurreret oratio, eam distinguere & intercludere, modo cæsis, modo membris, modo clausulis, eademq. omnia numeris vincienda voluerunt, primum, quid sit cæsum, quid membrum, quidq. clausulam nominemus, reserẽdum paucis puto, qñ supra de eis dictum, deinde quo pacto numeris vincia intelligantur, quod non tanti profecto laboris est, quanti forte aliquibus videbitur. Ille ambitus, quem Græci periodon, nostri clausulam multisq. aliis nominauere nominibus, constat, vt Cic. inquit, si plena sit, quatuor ferè partibus, quæ membra dicimus, vt & aures impleat, ne ve breuior sit, neque longior quã quam vtrũque nonnunq̃ vel potius sæpe accidit, vt aut citius insistendum sit, aut longius procedendum, ne breuitas defraudasse se aures, ne ne longitudo obtudisse videatur. Cum autem sint periodon duo genera, verum simplex, quod longius prouehitur atque circunducitur, alterum, quod membris, & incisis constat, primũ est. vt, Diuturni silentii P. C. quo etiam his temporibus vsus, nõ timore aliquo, sed partim verecundia finem hodiernus dies attulit, qui ambitus clauditur pæone tertio, iãbo & dactylo. Alterum est sæpe breuissimum, quod incisis constat velut illud Crassi Missos faciant patronos, ipsi prodeant, q nisi interuallo proferatur, senarius videtur iambicus. melius autem. Prodeant ipsi, dici & Cicero. arbitratur. In eodẽ genere esse ambitus ille creditur, qui ex membris conficitur, aliquãto longior quam qui ex cæsis, breuior autem quam qui cõtinuus fluit: vt, Cur clandestinis consiliis non oppugnant? cur de profugis nostris copias comparant contra nos? vbi vtranque membrum spondeis clauditur, quod si plerunque Crassus diceret. licet in illo quod cæsis confectum est, amphimacro. vsus sit, spõdeo, amphimacrum antecedit. Porro quæ incisim aut membratim efferet. ea vel aptissime cadere debent. Incisim, sic vt Cic. illud, Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat: at egebas. quatuor sunt incisa. Membratim, vt rursum Cic. Incur. ista amens in columna in alienos insanus insanisti. duo sunt membra deinde, & cæsa, & membra tanquam crepidine quadã comprehensione longiore sustinentur. vt Ciceronis illud, Depressam, cæcam, iacentem domum pluris quam te & quam fortunas tuas æstimasti. qui ambitus duobus trochæis terminatur, cum superior ambitus ex mẽbris spondeis conclusus fuerit geminis, qui autem ex incisis, ex spondeo. nam vltima pro cõmuni iam recepta syllaba est, præcedente pyrrhichio. Incisim autẽ, & membratim tractatur oratio, vbi vere aliquid dicere videri volueris, cum aut reuellas. vt Cic. illud in Corneliana. O callidos homines, ò rem excogitatam, ò ingenia metuenda. Circuitus tamen ille, quem iam sæpe diximus, incitatio numero ipso fertur, & labitur, quoad perueniat ad finem. Sed iam quos accipiant pedes incisorum membrorum clausularum ue locos dicendum. A veteribus sanè quęsitum est, toto ne in ambitu verborum numeri tenendi sint, an in primis partibus, atque extremis tantum. Sunt qui comprehensionem totam à capite ita fluere pedibus continuis velint, vt ad extremũ veniẽs, pedibus quoq; constitas. nec id difficile factu arbitrat. sunt, iis pserti, qui bonis disciplinis exercitati sunt & scripserunt, adeo vt quæ non scripserint, similia scriptorum effecisse credãtur, sed de hoc posterius suo loco vberius disputabitur. Cum igitur eadem faciamus quæ poetæ, tamen in oratione poematis effugere oportere similitudinem ducunt, vt non tantum aliis atq; aliis situatis pedibus oratio, sed etiam concentus ille in extremis seruet duntaxat clausulis. Plerique censent cadere tantum numerose oportere terminariq. sententiam cumq. aures extremum semper expectent, in eoq. acquiescant. id vacare numero non oportere. Aristoteli autem, & Ciceroni, & Quintiliano placet, tam sententiæ initium quam finem esse numerosum. quandoquidem statim à principio sententiæ dictionis concinnitate mulcẽ efficiamus, & ipsa conclusione, ne claudicans, ac quasi fluctãs, sed æqualiter constanterq. incedens habeat oratio. Nunc quos non possimus numeros appellare. vidẽdum est. Numerus proprie verbus dicitur, & continue conclusa pedibus oratio. sed oratorius numerus est, cum principio fineq. numeroso clauditus sententia. idq., vt Cic. inquit, in dicendo numerosum putatur, non q totum consistat e numeris, sed q ad numeros proxime accedit. quo etiam difficilius, vt oratione vtamur censet, qua uersibus. quod in illis certa quædã, & definita lex est, quã sequi sit necesse. in dicẽdo aũt nihil est propositum, nisi ne aut immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio, qđ totum in summa describentis prudẽtia locatum est. Itẽ si pedibus nec apte coniunctis claudatur sententia, numerus nõ est, non minus q̃ si vnico claudatur pede, qui tres non superet syllabas. pes si quidem erit, non numerus. Poterit autem vnus esse dichoreus, qui e duobus trochæis constat. Sequitur, vt quos sequi numerus vitiosum sit exponamus. Attendendum igitur, q quemadmodum, qui audiunt, hæc duo animaduertunt, & iucunda sibi censent, verba dico, & sentẽtias, eaq. dũ animis attẽtis admirantes excipiũt, fugit eos, & pteruolat numerus, ita si

idem sæpe reiteretur numerus, quod ad audientibus intelligatur, at per hoc satiet, quod quidquid voluptatis causa accersitum sit, non nimium, & frequens esse oporteat, quando. Voluptates commendat rarior vsus, vitiosum erit. Quod vitium vt effugiatur, sunt hi quidem inter se miscendi, & temperandi. sic minime aduertetur delectationis aucupium, & quadratæ orationis industria. Vitiosus & ille numerus est, cuius pedes apti, & quasi coagmentari non iunguntur. Quod quale sit, cum q apte iungãtur dixerimus facile intelligent. Item vehementer est vitiosum, si in oratione in versus aliquando, licet per imprudentiam incidamus. quam quam enim numeris, & eisdem poeticis, componitur oratio eam tamen solutam, & liberam esse oportere intelligamus, ne poema componere velle videamur! Licet itaque nobis dimidiatos plerunq; versus, adhibere, integros, non licet, & ferè vltima versum initio cõueniuot orationis. T. quidem Liuius ab hexametri exordio cœpit, vt Quintil. existimat. Facturus ne operæ precium sim. idq. melius esse, q̃ quod modo emendatur. Cic, tamen tam acris animaduersionis secutus, aliquando versum absoluit, vt trimetrum in Pisonem, Proh ò dii immortales, qui hic mihi luxit Dies? Sic Salustius, nec minus Græci, quin & ipse Plato accuratissimus compositionis, in Timæo prima statim in parte vitare ista non potuit. nam & initium hexametri statim inuenias, inquit enim. εἷς, δύο, τρεῖς, ὁ δὲ δὴ τέταρτος. Nec non & Isocrates, q prius in oratione post Trasymachum, qui in eis nimius fuisse perhibetur, numeros, dum versum effugere etiam voluit, in Panathenaici principio in trimetrum iambicus incidit, cũ ita dicit. πολιτειῶν μὲν ... χρώμενον τῶν λόγων. & in similia prope infinita, quæ tam apud hos, quã apud alios auctores satis idoneos, quiuis studiosius inquirens animaduertet. Nunc quinam probentur à veteribus numeri dicendi nobis est. Si quidem sicut in versu vulgus, si est peccatũ, videre ita in oratoria locutione, quidqd claudicauerit sentire intelligimus. Sed poetæ non ignoscit, oratoribus concedit. Tacitus tamen, non esse quod dicimus aptum perfectum, reclamat. Primum igitur qđ numerus oratorius pedes deinde quos suscipiat, nobis aperiẽdum est, Clausularum initia vt apte incederent, & eorundẽ fines concinne clauderentur, non vnito pede labi astringiq. veteres voluerunt oratores, sed alterum ac plerunq; vtrobiq; tertium adiungi, vbi paucarũ sint pedes syllabarũ. Plures aũt, vt versus similitudinẽ effugerent, esse prohibuerunt: Pedes vero oratorius numerus nullos respuit, dicente ẽt Quintil. his verbis: Miror. n. in hac opinione doctissimos fuisse, vt alios pedes ita eligerent, alios dãnarent quasi nullus esset quẽ non sit necesse deprehendi. non ergo pedes, sed pedũ iuncturæ dãnandæ eligendæ ue sunt. Oẽs aũt nobis in præsentia cõplecti difficile, at maxime ꝓbatos ab egregiis rhetorices magistris, summisq. dicendi auctoribus referemus. Illud primũ sciendũ est non tm̃ referre qui pedes, sed quæ verba iunctura quadam claudant orationem. nam si in extrema ambitus parte breuiora locaueris, infringitur illa quasi membrorum comprehensio. Quare aut paria syllabis esse debent posteriora superioribus, aut (vt Cic. melius iucundiusq. putauit) longiora monosyllabon. n. in fine antecedenti vĩ iungi per synalœphan: vt, Auxiliũ. est Spõdeus igitur, vt à duarũ syllabarũ pedibus potissimum inchoemus, quo. Demosthenes est plurimũ vsus, morã semper sert secũ. Et illud est tenẽdũ gñaliter, qđ qui pedes sunt tꝑibus pleniores, longisq. syllabis hoc magis stabiles, & grauiorẽ faciunt orationẽ, breues aũt, celerẽ ac mobilẽ. Itaq; si vbi opus est, velocitate tardũ & segnem adhibeat pedem, & vbi pondus exigit præcipitẽ ac resultantẽ merito damnabitur. Spondeus pręcedente se pyrrhichio bene sonat: vt, Iuniam, vel trochæo? vt, arma sumpsi, & acta res est vel iambo, vt manus armãt. qđ ideo quidã non probant, quod trimetri iambici versus esse videatur. Ipse sibi male spondeus præponi creditur: vt, oratores, nisi q tam Pompeius Messalinus, q̃ ipse Cic. idoneum putant cęsis & membris. vt. Crassus non oppugnat, propterea ꝙ paucitatem syllabarũ cũ grauitate sua & tarditate compensat. Ne quidem dactylũ bene præponi spondeo, Cic. & Quintil. existimat, qñ finẽ versus in fine damnant orationis. Terennianus tñ non respuit. hoc tale est, contra Cæsaris arma. Quoties aũt vna pars orationis in fine clausulæ acceperit anapæstũ & trochæũ, siue spondeum (non. n. ignoramus in fine pro longa breuem accipi, idem ergo erit pes trochæus, qui & spondeus, in fine) qui si finẽ inquam antecedente anapæsto in eadem orationis parte clauserit, molle & quasi lubricã structuram dabit: vt, dominabitur. quamuis. n. iidem fuerunt pedes, eadẽ tempora, tñ vbi diuersæ sint partes orationis, tetritus nescio quo pacto spiritus, ac restitutus, affert quãdam compositioni firmitatem, vt videant ipsi. At in vna parte orationis properare verba, & cõtinua spiritus celeritate labi videntur, vt populabundus. Idem de tribrache dicimus, vt gerere morem, & facilitates, temeritates. Spondeus recte iambo ꝓponitur. vt, doctus sui se ipso iambo præcurrente, vt bona fide. & cretico, vt prospera fide. Licet enim Aristoteles, Theophrastus, & Theodectes, trochæũ & pyrrhichium respuant, ꝙ vltimas longas esse syllabas semper velint à Cic. non omnino improbatur. Trochæus, si se præcedat, iuncturam facit, quæ maxime Cic. placet, vt, ab omnibus esse ei pęnas persolutas. dictũ iam. n. est. nihil ad rem pertinere, extrema longa ne illa sit, an breuis. & Gracchi illud, patris dictũ sapiens temeritas filii comprobauit. quo dichor eo tantũ clamorem concionis excitatum esse Cic. scribit, vt esse admirabile, ordinem immuta. fac sit, Comprobauit filii temeritas, iam nihil erit, vt Cic. ęstimat, etsi temeritas ei tribus breuibus & longa est, qđ Arist. vt optimũ probat. à quo ipse dissentit Cic. sunt tñ & alii qui non improbant. Trochæus autem, spondeus, & iambus, simul, vt Cic. inquit, male cõcludunt, quoquo modo struas, tumor tamen rerum ex spondeis atq; iambi maxime cõtinetur: vt, sceptrum mihi liquit Pelops. Pyrrhichius decurrit sed quantum celeritatis tantum grauitatis admittit. Quid igitur faciam? Iambus crassatur in Carmine, Quis hoc potest videre? quis potest pati, nisi impudicus & vorax, & aleo? In vniuersum autem, si sit necesse duram potius atque asperam cõpositionem, quã effœminatã & eneruem, mauult esse Quint: vt neq; longioribus q̃ oportet hyperbatis vtamur, neq; nullũ aptum atq; idoneum verbũ permutemus gratia lenitatis, qm̃ non erit vllam tam difficile, quod non cõmode inseri possit. Sed iã multos videas in dicendo non tam accuratos, quàm, vt ita dicam, operosos, & in verborum flosculis omnem terrentes componendi operã, quin & quotidie magis lasciui sumus. Quare modus habendus est. nam si nimii simus intolerabile vitium est, sin aut nullus inerit numerus, vt iam sæpe diximus, dissipata & inculta & fluens erit oratio. Sed de pedibus iam dicamus, qui tribus syllabis constare inueniuntur. Dactylus, qui Arist. amplior, sicut humanior iambus videtur, quẽ tñ Quint. q̃ Cic. herourn vocat, clausulam reddit fortẽ. antecedente trochæo, cui Arist. chordacis nomen imponitur, vt, iure fecimus. Pyrrhichio antecedentẽ, bene dicitur spondeo causas audiat, iuste fecimus iambo, fide dicitur, dies attulit, & tribrachys quoq; dactylum bene præcedit, re cola nomina, anapæstus, repetere cetera, & palymbachius, sepono cetera, & molossus, quærebat dicere. Dactylus spondeũ, & anapæstum quoquo modo struas in principia continuandorum verborum, satis decore cadere Cic. arbitrabit. velut illud Linu esse diximus? Facturus ne operæpretium sim. Optime incipitur à longis: vt, Cũ propter egregiam. aliqñ à breuibus, vt, Nouum crimen C. Cæsar. & animaduerti iudices. sed pro Cluentio recte, quod initium eius partitioni simile est, quæ, celeritate gaudet. Clausula quoq; e longis firmissima à Quint. putatur, sed cadet & in breues aliquando. Facit etiam tribrachys ad clausulam, præcedente cretico, vt si dicas, de ceteris agite, de pręliis redeo, de literis dubito Amphibrachys quoq; recte ponitur in clausa, spondeo fere antecedẽte. Ludos habere, recte locutus. & trochæo, iusta querela. Hinc est illud Tullianum. Et pristinum morem iudiciorũ requirunt. &, Neminem præponendum mihi esse actorem putaui. Anapęstus etiam clausulis conuenit. sed ruens, atque in rhythmi modum profluens, & pentametri finis: Nam vbi libido dominatur, innocentiæ leue pręsidium est. Mollior fiet p̃cedente spondeo, vt si mutes: Lene innocentiæ præsidium est. Eadem erit, si trochæum anteponas, profluentior, vt, Nomen erat imperii. Creticus antecedens eum, paulo fortiorem reddit, vt, Nobiles homines. sicut ante spondeum exulat, vt, de quo ego nihil dicã nisi depellendi criminis causa. & illud: Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Creticus quoq; ipse initus optimus. Quod pręcatus à diis immortalibus sum. Sed clausulas diligentius seruandas esse arbitramus, quam superiora quod in his maxime perfectio atque absolutio iudicatur. Nam versus æque prima & media & extrema pars attenditur, qui debilitatur in quacunque sit parte titubatum. In oratione aũt pauci prima cernunt, postrema pleriq. quę quoniam apparent, & intelliguntur, varianda esse diximus, ne aut animorum iudicia aut auarium satietate repudientur. Duo aũt, aut tres, vt Cic. voluit, sunt fere extremi seruandi, & notandi pedes, si mõ non breuiora & precisa erunt superiora, vt creticus, aut herous, aut pęon, quem Arist. probat, horum vicissitudines efficient, vt neque hi satiẽtur qui audient lassidio similitudinis, nec nos id faciemus

ciemus, quod dedita opera fecere videamur. Creticum bene antecedent. vel anapæstus, vt populo conferunt. vel pæon ille qui fini aptior dicitur, placat facilitas nobiles, vel epitritus tertius seruare quamplurimos, vel trochæus, turde ducerent. hæc de trium syllabarum pedibus, de quibus non quasi legem inuiolabilem dedimus, sed quod esset optimum ostendimus. Ceterum quatuor syllabarum pedes, quo pacto iuncturæ quadrent, referendi, pæona primum, & pęona quartũ. probat Aristo. cui à priore quidem ordiri placet, vt hæc verba sunt, desinite, incipite, comprimite, posteriore autem finire, vt hæc verba agilitas, domuerant. Quod Cic. carpit, cum inquit: Quare etiã pœna, qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniã nihil ad rem est, postrema ne longa sit, an breuis, quod videatur aliquid vacantis temporis ex eo quod insequitur accedere. Aures tamen, inquit Quintil consulens meas, intelligo multum referre vtrum ne longa sit quæ claudit an pro longa. neq; enim tam plenũ est dicere, timere quàm timeri. Pæona igitur tertiũ, qui tertia longa quater fiunt, bene acriterq. concludere omnes consentiunt. cui Cic. tribrachum anteponit, sic facere videamur, aliquando iambum, vt in Catilinã cum omnibus potius duo modo soli pati voluerunt. Sæpissime autem trochæum, vt pro Cluentio: Quando difficultatis, & quantum laboris sit habitora. & in Oratore ad Brutũ: Diu multumq; mecum Brute dubitaui. Proinde hæc Cic. iam peculians facta iunctura est, esse videatur. Sicut autem iambus in eis quæ demisso, atque humili, vel crassanti sermone, dicuntur frequentissimus est, ita pęon hic in amplioribus, & in vtroque dactylus. Itaque in varia, & perpetua oratione hi sunt miscendi, & temperandi. Dichoreo quoq; idem auctor frequenter vtitur: vt, Dicere maluerunt, & visus est confiteri. &, Crimina detulerunt, & exercitum compararunt. Et pro Ligario. aut leuium Græcorum, aut immanium Barbarorum, & pro Milone: Contra amentiam perditorum. illum quoque pedem quẽ antipastum vocamus, bene dactylus antecedit: vt, vir optimus videretur, & Hortensius perorauit, & trochæus: vt, sua manu sororem interfectam esse fateretur. Nec minus cum pedẽ, quẽ ionicum maiorem nominamus, optime præcurrit tribrachys, struitq. clausulam. velut vbi inquit Cic. Quorum igitur impunitas Cæsar tuę clementiæ laus est, eorum te ad crudelitatem acuet oratio: Aliquando pyrrhichius, finit oratio. nonnunquã trochæus. currat oratio; quibus Cic. vtitur structuris. Sed & illa verba quæ quinque syllabis constant, fluxiorem structuram faciunt vt arbitramini interrogauerunt, desidereuerunt. Omniũ quinq; syllabarum vnicum Cic. pedem dochmium, cuius exemplum ponit: Amicos tenes, quouis loco aptum esse dicit, siue ambitum inchoet, siue cõcludat, dum semel ponatur. qđ iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis faciat insignem. His igitur tot cõmutationibus, tamq. variis sic vtemus, vt orationis plenam fluentemq. libero imperio facultatẽ his semper vinculis non allegemus. Nam verborum compositio non ex labore anxio veniat, oportet, ne in dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis quisquam consuescat, sed vsu atque exercitatione perpetua auribus, quæ velut arbitræ compositionis esse debent iudicet, quid strictum, quid effusum, qđ durum, quid effæminatum sit: Plerunq. etiam nimiæ artis opinio fugienda est, & interponenda simplicitas rudis atq; imperitæ dictionis, quod plerunq; acribus sentibus sit vis maior, si naturaliter proferantur. quod ipsum Cic. sępissime fecisse, liquido deprehendi potest. Sed vbi id faciendum sit, supra vt opinor, abunde dictum est. Nunc autem reliquum est, vt quæ omnis desideret compositio, breuiter colligamus, quo longius tracta ta superius, tenaciori teneantur memoria: Quoniam eloquentia constat ex sententiis, & verbis, perficiendũ est, vt doceamus acute, delectemus, quasi argute, commoueamus grauiter; vitiosumq. in sententia, si quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut sub insulsum est. In verbis, si inquinatum, si abiectum, si non aptum, si durum, si longe petitu. Danda ergo opera est, vt in verbis quidem singulis emendate loquamur, loquamur, quod est latine, vt perspicue, vt ornate: Perspicua erunt, si propria, in propriis suauissima eligamus. Ornata erunt, si nouata, non tamen nimium licenter, si prisca, non tamen è medius eruta tenebris, si translata, in translatis similitudinem, secuti, si verecunde vtamur alienis. In coniunctis autem verbis ordo, ne sensus præpostere coniungantur, iunctura, ne hiet & quasi laboret oratio, numerus, vt sententiarum initia apte iungantur, & eædem concinne concludantur. Tum quod tam ad singula quam ad coniuncta verba pertinet, sonus & figuræ, q̃ duo maxime aures permulcent. Verba igitur legenda potissimum sunt bene sonantia. sed ea, non vt poetæ, exquisita ad sonum, verum de medio sumpta, in quo delectu asper tale q̃ fugiamus, quando ad leuitatem duo hæc. sicut & numerus comparari debent, sed vt ferent sententię, ita seligemus, vt nihil de industria fecisse videamur: Figuræ autem ne nimium frequentes ponantur, aut etiam effectentur, hoc est, ne frigidę sint, & ociosæ. vitiosæ enim sunt quæque compositiones. quæ in hoc ipsum petuntur, vt exultent, atq; lasciuiant. Hæc habuimus q̃ de elocutione diceremus. Sed quoniam hæc omnia imitatione, & exercitatione assequi possumus de his, quoque partibus se nobis pręcepta traditurum præceptor noster vir clarissimus Georgius Valla fuerat pollicitus. Sed quemadmodũ nos quoque testes fuimus, id præstare non potuit, multis impeditissimus negociis, hanc tamen partem non omissurum. dixit, sed traditurum commodiore loco, sicut & omnem ait se complexum fuisse Rhetoricam. Quare vt ab eo excepimus omnia in hoc tibi volumen congressimus Patrue præstantissime, vt nostrorum laborum tibi potissimum innotescant primitiæ, quas sub præceptore nostro hausimus præstantissimo. Vale.

MARINI BECICHEMI

Scodrensis castigationes in lib. Rhetoricos, quos M. Tullij Cicero. adolescens scripsit ad C. siue L. Herennium, quæ Noua ars vulgo appellatur. Ex Epistola ad Franciscum Bragadenum philosophum, & Dominicum. Contarenum Prætores Brixienses.



V o sunt principiom genera, quos literarum sacra laude dignissimos censent, & hi quibus cum literis dare operam plene non licuerit, literas, & literatos fouent studia, & doctorum consilia adiuuant. Quid. n. melius, quàm cum literatus regnat, & populos literarum amator gubernat? Tales & vos esse constat, clarissimi Pręrores; quorum vnus omnium doctrinarum peritia cedit nemini, alter ita disciplinas omnes, ita doctores amplexatur, vt nulli priorum regum, quorum munificentia Musis, & Apollini admirationi fuit, postponendus sit. Has & alias virtutes vestras videt & admiratur Brixiana ciuitas vniuersa, quæ vestram concordiam iustitiamq. perpetuis monumentis mandauit. Has ego quotidie ferè experior, & recolo, domi fors, in hac maxime Academia, quam toties vastra præstantia honestatis, mihi audientiam facientes ea attentione, quam pręstare solent, qui ad me audiendum non tã honoris mei quam profectus sui gratia accedunt. Sed ego mecum habito ignarus. nullam vobis vtilitatem, sapientissimis, & eloquẽtissimis viris, literas nostras posse, vt forte aliquam voluptatem afferre. Cuius gratia etiam nunc hasce in Rhetorica ad Herennium Castigationes his literis insertas mittimus, prout à nostris auditoribus exceptę fuerunt, Quęso vos, ne videre despiciatis, & te maxime Bragadene Prętor ut o si quid ocii in tanta administrationis mole nactus fueris, perlegas, & boni pro tui ingenii Genio consulas. Te quidem vnum maxime appello: q; vt collegas tuus ad Martialia arma natus videtur, ita tu ad omnes literas, ad humanitatis studia natus esse videris, arma tractans non manu, sed consilio mirabilique prudentia. Nihil in his noui, ne te fallam, leges, nihil, quod fructum nescio an voluptatem afferat, vt pręfatus sum. Cur igit. misisti? Quia qualiscunq; sunt, à te publice probata sunt. Non tibi præteteat, sed aliis scripta sunt, qui tua non pollent virtute, non tuo præstant ingenio, non cæteris; abundant quę tibi omnia summa sunt. Idq. quia non fecerunt, quod tu fecisti, q; nihil in philosophię studiis, nihil in reliquis liberalibus artibus operosum omisisti, quod non perscrutatus fueris, nihil in mansuetiorum musarum penetralibus intactum reliquisti, denique ad remp. tam plenus sapientia, & rerum omnium cognitione accessisti, vt in eius gubernatione Solon omnibus videaris. Omnia ita curas, ita prouides, ita excipis, vt nihil tibi vnquam accidat subitum, nihil nõ præuisum. Nihil a senatu tibi mandatur, aut graue, aut arduum, quod non libenti fortiq. animo obeas. feliciterq; absoluas, nihil proponitur a P.C. quod non consilii iudiciiq; promptitudine quamprimum expedias &c.

QVi parentē necasse iudicatus erit, vt is obuolutus, & obligatus corio deuehatur in fluentem) Ego quanquā refragantur omnia fere exemplaria, lectionem corruptam, & mutilatam censeo, itaq; suæ sinceritati restituendam. Qui parentē necasse iudicatus erit, vt is obuolutus folliculo, & obligatus culeo, deuehatur in fluentem. Erat.n. pœna parricide, vt quodam tegumēto ex lupina pelle ore contecto, virgis sanguineis in culeo, qui vt ait Fulgentius, saccus erat nomine in pœna parricidarum notissimo, insueretur cum cane, & gallo gallina aceo, & vipera, & simia, deinde in mare, aut in flumen culeus deiceretur. Hinc Satyricus Aquinas, de Nerone vti multorum parricidiorum reo.

Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia nec serpens vnus, nec culeus vnus,

M. Tullius pro Ros. Amer. hæc diuinitus de parricidiarum pœna scribit: Itaq; cū multis intelligi potest, maiores nostros non modo armis plusquam ceteras nationes, verum etiā consilio sapientiaq; potuisse, cū ex hac re vel maxime, q in impios singulare supplicium inuenerunt. Qua in re quantum prudentia præstiterint his qui apud ceteros sapientissimi fuisse dicuntur, considerate. Prudentissima ciuitas Atheniensium, dum ea rerū potita est, fuisse traditur. eius porro ciuitatis sapientissimū Solonem dicunt fuisse, eum qui leges, quibus hodie quoq; vtunt scripserit. Is cum interrogaretur cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit, se id neminē facturū putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea cōmissum non erat, ne tam prohibere quam admonere videretur. Quanto nostri maiores sapientius? qui cū intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non aliquādo violaret audacia, suppliciū in patricidas singulare excogitauerunt vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, magnitudine pęnæ maleficio summo vterentur. Insui voluerunt in culeum viuos, atq; ita in flumen deiici. O singularem sapientiam iudices. Non ne videntur hunc hoīem ex rerum natura sustulisse, & eripuisse. cui repente cęlum, solem, aquam, terramq. ademerint. ut q eum necasset, vnde ipse natus esset careret, & his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obiicere, ne bestiis quoq; quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vterentur. non sic nudos in flumen deiicere ne cum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cetera, quia violata sunt, expiari putantur. Deinde nihil tam vile, neq; tam vulgere est, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid tam est cōe, q̄ spiritus viuis, terra mortuis, mare fluctuātibus, litus eiectis! Ita viuunt dum possunt, vt ducere animā de cœlo non queant. Ita moriuntur vt eorum ossa terra non tangat. ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur. ita postremo eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Scire opera preciū est, qđ commentatores dicunt, folliculum hic poni ꝓ culeo. Qđ somniū minime retulissent, si Cic. verba ex Rhet. de Inuen. cū his ad Heren. contulissent. Ea sunt. Os obuolutū est folliculo, & præligatum. Deinde in carcerē deductus, vt ibi esse tantisper, dum culeus compararetur. Quis non videt aliud esse culeū aliud folliculū! qui non mō est vter, sed, & quęlibet pellis. nam veteres follē. pellē dicebant, & per diminutionem, folliculum, vnde, & pro pilæ genere vsurpatur. Martial.

Folle docet pueros ludere. folle senes.

Suetonius in Augusto separauit pilam à folliculo: Post bella ciuilia inquit, ad pilam primo folliculumq. transiit. Ponitur etiā Pro saccis, & crumentis. Liu. lib. 9. Eques folliculis in castra frumentum veheret. Ponitur, & pro theca, quę granum continet. Transfertur, & ad alia, quæ in Iuuenalem annotauimus. Venetiis olim profitentes. Minus quidam nominatim Acciū poetā compellauit in cęnaculo in eo Accius iniuriarum agit) Sic interpretes legunt, sic oēs libro habent. Tu scribes, In scena, meo periculo, nō In cęnaculo, & Cum eo, siue In eū, siue De eo Accius iniuriarum agit, nō In eo. sic.n. & sensus, & constructionis ratio conueniet, nisi forte In eo, pro De eo accipias, hoc est, de tali compellatione. nam In eo, hoc est Mimo, iniuriarum agit, nemo nisi illiteratus diceret: In eum vero, vel, Cum eo, Latinissimi quiq; scriptores vsurpant. Idem Cic. alibi, Perinde ac si furti cum eo egisset. In scena autem legendū esse, non In cœnaculo, quis dubitabit? Nam compellatio illa icirco in iura erat, quoniam In scena illum poetam non appellauerit. prouc appellari solebant comœdiarum scriptores, sicut apud Plautū, & Terentium videmus. Vnde Vlpianus titulo de iniuriis scribit: Iniuriam atrocem quasi contumeliosiorē, & maiorē accipi sic tiq. aut persona aut tempora, aut re ipsa, śm Labeonem. Persona atrociorē fieri iniuriam aum magistratus cum parenti, patrono ne fiat. Tempore, cum in ludis, & in conspectu fit. Et Pōponius ait, etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciente. sed etsi in theatro, vel in foro cædit, & vulnerat, quanquam nō atrociter, atrocem fieri iniuriā. Agebat igitur iniuriarum. i. de iniuria conquerebatur Accio poeta. q proprio nomine histrio appellasset, cum suas recitaret tragędias, cum debuisset eū meriti, & dignitatis nomine dicere poetam. Et hanc iniuriam atrocē faciebat à loco, quoniā in scena, à persona sua, quoniam poeta, cuius tragędiæ recitabantur, à persona inferentis iniuriam, quoniā histrio, cui maxime conueniebat venerari poetam. Et nē in re nimis aperta diutius immoremur, ipse Cicc. hoc eodem opere, quo nam modo legendus sit hic locus, vbi agit de iuridiciali absoluta, docet his verbis: Item C. Gellius iudex absoluit iniuriarum, eum qui Lucilium poetam in scena nominatum læserat, cum P. Murius eū qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. [Assumptiua pars est, cum per se defensio infirmata est, sed assumpta ex contraria re comparatur) Castigamus, & ita legimus: Item assumptiua pars est, cum per se defensio infirma est, sed assumpta extranea re comprobatur. Extraneus aut dicitur, quasi extraneus. quo sermone Cicero vtitur, & in hoc opere frequentius. In secundo. Deinde reuertemur ad extraneas res. Sicut extrarius antiq; qui extra focum sacramentum, iusq; est hoc est, alienus Vnde inquit, Cicero assumptiuam partem esse, & tunc dici, cum res ipsa ex se probari non potest, sed extrinsecus assumit aliquid quo confirmetur, & foris adiuncto argumento defendatur. Non igitur, Ex contraria re comprobatur, sed Extranea legendum est. [Vt breuiter, & dilucide quibus de rebus dicendum fuit, diceremus) Antiqui libri. Vt breuiter & dilucide quibus de rebus adhuc dicēdum fuerit, diceremus. [Si quoquomodo poterit, denique aliquo, aut quam plurimis vitiis contaminare personam) Perderam sic legitur, cū desint verba mire ad rem facientia, quæ in sinceris codicibus, & manuscriptis fere sunt omnibus Sic restituēda est lectio: Si quoquomodo poterit quem pecuniæ causa dicet fecisse, deniq; aliquo, aut quā plurimis vitiis contaminare personam. [Aut offensione impediretur) Commodior antiqua lectio, Impediremur. Si hanc pceptionis assiduitaté exercitationis accōmodassemus. Quisquis recte perspexisset, etiam qui sit vix literis tinctus, potuisset vidare verbum deesse, quod in manuscripto codice est, & structurę & sensui conuenit. Ratinnem. vt sit: Si ad hanc præceptionis rationem, assiduitatem exercitationis accommodassemus. Quo sermone sæpius Cic. vtitur, in hoc maxime opere. [Et cā proferet, quare id scriptor scripserit, quod scripsit) Prona res fuit in lapsum, vt ita Cic. vitiaretur, vt scripto scripsent pro senserit, in eo mendose repositum sit, & in omni impressorum editione ita receptum sit. Tu ex mente Cic. antiqua manu sic castiga, vt dixi: Et causa, inquit, proferetur, quare id scriptor senserit, quod scripsit. Deinde, legum, & stipulationum breuiter exceptarum, ego libentius legerem, Exscriptarum. pro vt legitē in manu scriptis codicibus, q magis ea lectio sensui Tulliano conuenire videtur. sed hanc, siue illam, suo quisq; arbitrio sequatur. [Pacta sunt, quæ legibus obseruanda sunt, hoc modo: Rem vbi pangunt, oratione pangunt.) Omnis veteris, & incorruptæ fidei codex. Pagunt non pangunt habet. Nec mirum. nā quamuis Seruius dixerit, Pago, vnde multi volunt venire pepigi, nusquam lectum esse, pepigi à paciscor fieri sicut, & pactus quo modo a placeo placui, & placitus. tamen Prisc. & ceteri grammatici scribunt, antiquos dixisse pago, non pango Hæc autem lex est ex 12. tabulis, quam pro exēplo Tullius subiicit. & Fabius Quin. hæc eadem verba repetit. Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Vnde non est dubitandum, pagunt, non pangunt. Cicero scriptum reliquisse, sed verbi insolentiam ignorātes librarios, N, literam addidisse. [Nos vero arbitramur, nō modo adiumento esse) Contraria erit præcepto Cicero sententia, nisi Nullo post Non modo addatur: vt sit. Nos vero arbitramur, non modo nullo adiumento esse. Sic q̄ sinceri codices legendum præ se ferunt. [Itaque hac ratione, & ipsi meminisse poterimus. quid quoquo loco dixerimus) Antiqua lectio Itaque hac rōne, & ipsi meminisse poterimus, quid in vnoquoque loco dixerimus. Vtra sit nitidior lectio, facile est legētibus iudicare. Si cū aut plura sunt, pauciora dicamus, hoc modo: Nemo non intelligit, Aut, nullo modo stare. quare mihi placet: vt, Aut dictio deleatur, & cetera suo ordine scribantur, vel (quod magis placet) illud, Aut, in vt conuertatur, & ante, Si reponatur, hoc modo: Vt si cum plura sunt, pauciora dicamus, hoc modo. [Vtinam ne in nemore Pelio securibus Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terram trabes:) Castigatur sic lectio,

ctio, vt quidam præcipiunt, vt versus non claudicent, suisq. pedibus incendant.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.

Vt sit trabes casus nominatiui, numeri sing. more antiquo, vt canes cani, duces ducis, plebes plebis quamuis, & plebei dixerint maiores nostri. De quo vide Varr. Priscianum, antiquiores grammaticos. Extat & illud ex ipsius Q. Ennii annalibus carmen.

Labitur uncta trabes remis rostrata per altum.

Sed corrumpunt meo quidem iudicio lectionem vera. idq. probo ipsius Tulli auctoritate in Topicis, vbi sic legitur. Illud enim est tanquam.

Vtinam ne in nemore Pelio,
Caesa securibus ad terram cecidissent abiegnæ trabes.

Nisi.n. cecidissent abiegnæ ad terram trabes Argo illa facto nõ esset. nec tamen fuit in his trabibus efficiendis vis necessaria. Hæc Cic. Quibus constat in plurali numero legendum esse trabes abiegnæ. Accedit & Prisciani grammatici auctoritas, qui omnes fere versus à Cic. adductos, suo ordine reponit, & genus metri docet quale sit in libello de Comicis versibus. verba eius sunt hæc: Nec solum Comici huiusmodi vsi sunt iambicis, sed tragici vetustissimi. vt Ennius in Medea.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes:
Neve inde nauis inchoandæ exordium cœpisset,
Quæ nunc nominatur nomine Argo, quia vecti.
Argiui delecti viri petebant illam
Pellem inauratam arietis Colchis,
Imperio regis Peliæ per dolum:
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem.

Confer Prisciani lectionem cum Tulliana, & videbis quid sit in ea castigandum, quid mutandum, quid addendum & minuendum. Fabius quoque probat lectionem, vt trabes legatur in numero plurali, hic uerbis: Recte autem monemur, causa non vtique ab vltimo esse repetendas, vt Medæa.

Vtinam ne in nemore Pelio.

Quasi uero id eam fecerit miseram, aut nocentem, quod illic ceciderint abiegnæ ad terram trabes. [Amicam ob meritam nocã immane castigare est facinus) Qui Plautinum sermonem, morem, & metrum intelligit, facile precipit ita legendum esse. Amicum castigare ob meritam noxiam, Immane est facinus. [Veluti Pacuuius: Fortunam insanam esse cæcam, & brutã perhibent philosophi, Saxiq. ad instar globosi prædicãt esse volubilem: [Castigamus ex antiqua librariorũ fide, & fortunæ descriptione, Velut Pacuuius: Fortunam, insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent philosophi: In saxoq. instare globoso volubilem. In saxo ne metrum violetur: vt supra, Et cæcam. Non enim est pedestris oratio, vt multi, ne dicam omnes, existimant. sed carmen, huiusmodi ordine. Fortunam, inquit, insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent philosophi, Saxique ad instar globosi prædicant esse volubilem: Quia quò saxum impulerit sors, eò cadere fortunam autumant. Cæcam ob eam rem esse vocant, quia nihil cernat quo sese applicet. Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit. Brutam, quia dignum, aut indignum nequeat internoscere. Ouidius.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxq. loco.

Posses etiam legere, Saxiq. ad instar globosi prædicãt esse volubilem: Ita vt volubilis, non, vt quidam somniant, à volãdo, sed à voluendo ducatur, quam lectionẽ magis probat, quæ statim sequuntur verba Cic. Quia, inquit, quo saxum impulit sors, eo cadere fortunam autumant. Non enim caderet, nisi saxo insisteret. [Sunt item philosophi, qui fortunam negant vllam esse) Friuolum est hoc annotare, annotandum tamen, cum ita semel, vt omnibus prosimus, statutum sit. In antiquis libris legis Sunt itẽ philosophi, cuit contra fortunam negant, siue cæcam, siue occultum, siue vllam esse. In quibusdam aliter: Sũt item philosophi, qui contra fortunam negant vllam esse. [Quoniam sustinent puerum infantem) Illud peperisse, exigit Sustinuit. vt est in priscis codicibus, nam sustinere interdum significat reficere, alere, cibare. Liuius: Milites fluuiatili pisce & herbis sustinebantur. Virg.

Patriam, patremq; nepotes.
Sustinet.

[Nam ita pro suo iure vsum Tresphontem Ennius induxit) Melius in manuscriptis exemplaribus: Nam ita pro suo iure hoc exemplo vsum Chresphontẽ Ennius induxit. Item vitiosũ est, cũ, id, quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua leni tegitur defensione. hoc modo) Cæci, vt aiunt, non incursarent huiusmodi offensacula, quæ hunc in modum tollendo sunt. Item vitiosum est, cum id, quod in aperto delicto positum est, tantum aliqua leni tegitur defensione, hoc modo. [Nunc deserto ab omnibus summo periculo solus vt restituam poro) Eleganter Prisca lectio: Nunc cum es desertus ab omnibus, summo periculo, solus vt restituam paro. [Item vitio um est pro argumento sumere quod in disputatione positum est) Prisca lectio, nõ Disputatione, sed Disquisitione. Verum melius, in medio relinquo, & in ocio diiudicandum. [Quod si ad exercitum non venisset, id Tribuno militum diceret) Id ne Tribuno militũ diceret vt legatur, & ratio admonet, & Prisca lectio. [Itẽ vitiosa est, cũ id, de quo summa controuersia est, parum expeditur) Videbunt omnes, legendum esse vitiosum: vt supra dictum est, vbi similem castigationem fecimus. [Aperte fal dictio, si intelligas: Tali dati arma, qualis qui gessit fuit, Iubet, potiri) Somniculose vitiarunt verbum intelligã, pro quo intelligas fecerunt. & Que, coniunctionem, quæ post Iubet, sequit in antiquis libris. prætermiserunt librarii. Vera lectio est: Si intelligam tali dati arma, qualis qui gessit fuit, Iubetq. potiri. [Item vitiosa est, ipsum sibi in orationem dissentire) Admonitum est, legi debere vitiosum, [Quo illi nomine appellarẽtur a P.R. quasi non omnes quibus aqua & igni interdum est) Prisca exẽplaria. aut quasi non omnes. quæ lectio condidior videtur, cũ præcesserit: Proinde quasi iussiset in cõtrouersia quo illi nomine &c. [Ficta.n. & dedita opera comparata oratio videbatur esse artificii significandi) Inscite scriptum est. Videbatur, cum videbitur, legendum esse nemo non intelligat. [Et ea neglecta ostẽdemus, quid periculum aut incõmodorum consequatur) Librariorum somnolẽtia omisit substantiuum Re, quod vitiũ tam tenaciter hæsit vulgo Tullianis exẽplaribus, vt nullum ad hunc diem videre contingerit, in quibus non desideretur, Tu veram lectionem restitue, vt sit, Et ea neglecta ostendemus, quid periculorum. & sic sensus integer erit sermonis prætexti. Tertius locus est, quo percunctamur quid sit euenturum, si omnibus idem concedatur &c. [Et dicemus, voluntario facinori nullam excusationem, imprudentiæ istam deprecationem paratum) Prisca manus habet Et, copulam, ante imprudentiæ, & post Paratam duo sunt verba, Consilio nullam. Et dicemus, inquit, voluntario facinori nullam excusationem, imprudentiæ iustam deprecationem pararam, consilio nullam. [Hæc si vt conquisite conscripsimus, ita diligenter fueris consecutus, & nos industriæ fructus ex tua scientia capiemus) Deest fere clausula, quæ in omnibus manuscriptis libris habetur. Sic restitues sua Ciceroni lectionem. Hæc, si vt conquisite conscripsimus, ita diligenter fueris consecutus, & nobiscum, & sine nobis considerabis, & nos industriæ fructus ex tua scientia capiemus. [Vis discernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, reuocationes hominum, & alias huiusmodi res) Verborum affinitas ignarum librariorum vulgus ita plerunque trahit in errorem, vt doctis negocium facessati: vt hic, Reuocationes, pro Euocationes, decepti ubi semel reposuerunt, mendam vbi librorum impressorum tenaciter seruare voluerunt. Nos reuocationes in Euocationes, illiteratorum pertinaciam continentes conuertamus, pristinumq. nitorem proprietatis lectioni Ciceronianæ reddamus. Est enim euocatio, genus militiæ, de qua Donatus, Seruius, & ceteri, vnde euocatus dicitur miles, non qui iustus miles est, sed qui repentina aliqua necessitate ex agro in bellum tumultariæ vocatur, qui pro milite historicis dicitur. Et rectæ conuenit ceteris verbis castrensibus, exercitus, classes, arma, tormenta. [Si vires, atque velocitas egregia honestis, hæc exercitationibus, & industriis comparata, si valetudo perpetua, diligentia, & temperantia cupiditatem) Antiquo lectio: Si uires atque velocitas egregia, honestis hæc exercitationibus dicemus, & industria cõparata: si valetudo est perpetua. diligentia, & temperantia cupiditatum. [Vt si laudabimus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud honeste, aliud prudẽter factum esse dicamus) Prisca exemplaria: Modeste, pro honeste, quòd nimis generale. [Deinde si commodum erit, quia non semper necesse est ad principii sententiã reuerti, licebit, si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere) Antiqui libri habent. Quod non semper necesse est, & melius, quàm Quia, vt alius videtur: vt mihi, dicem valet. [Et horum omnium diligens memoria sine pronunciatione, non plusquam sine his rebus pronunciatio sola valere potuit) Est leue omnino offensaculũ

non tamen negligendum vt sincera sit & emaculata rhetoricorum lectio. Poterit, non Potuit, scribendum esse etiam cespitabundi quippe vagis oculis quidquid inter pedes disiectum est offendunt, admonitione non indigent. [Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id quod dictum est scribere, & recitare quod scripserunt) A vitio vindicabis lectionem, si non Dictum, sed Dictatum scripseris: vt sit, id quod dictatum est scribere, & recitare id, quod scripserunt. [Pluribus uerbis ad eam te adhortari non est sententia) Quidam codices habent. Ad esse. tu ita corrige: Pluribus verbis ad eam rem te adhortari, non est sententia: Quæ quidem castigatio, etiam si nulli essent codices, qui suffragarentur, probanda esse. [Aut Bouis cum Sisonis cui sitarunt) Sunt libris, in quibus legitur Sisonis. Tu corrige, Sicyonis, ex historiis. [Aut ex poematibus elegeris exempla, quæ ceteris signis artificii notata sunt (Ceteris, omnia Cic. exemplaria. Tu vide, an potius legendum sit; Certis. Hæc quidem mihi videtur certa M. Ciceronis lectio. [Primum, quod contra nulla staret eorum ratio) Facilıorem sensum præstat antiqua lectio, quæ huiusmodi est. Primum, quod contra hoc nulla eorum ratio. [Liceret enim eligerent, & probarent quemlibet, qui sibi omnes res suppeditaret exempla, vel poetam, vel oratorem, cuius auctoritate niterentur) Quamlibet, non quemlibet, legendum censeo, pro eo quod est quantumlibet. [Primum omnium, quod ab artis scriptore effertur, exemplum de eius artificio debet esse) Antiqui libri, De eiusdem artificio debet esse, non alienum. Sed eius exemplum aliunde rogabo tibi quod ostendam) Lectio antiqua. Sed huius exēplum aliundo excogitabo, & rogabo, quod tibi ostendam. [Vt Lysippus caput ostēderet Milonis, brachia Praxiteles, pectus Polycletus) In nullum adhuc Ciceronis exemplarium incidimus, in quo non legantur hæc portenta orationis tria quidem numero, eodem tamen ignorātiæ fonte manantia, vnoq; tenore. Vt omittam, quod Mironis, non Milonis, scribendum esse, ex statuarii celebris nomine constat, quæ nam malum istæ inscitia est, & quę non cognoscit vel grammatica congruitate scribi debere, Caput ostenderet Mitonis, brachia Praxitelia, pectus Polycleti: hoc est singula membro, quæ singuli statuarii illi fecissent, non vnus magister. [Illi credunt eos qui hæc habet, velint discere, alia ratione doceri posse commodius, præterea non possunt ea quidem, quæ sumuntur ab alus exempla, tam esse accommodata ad artem, propterea quòd in dicendo leniter vnusquisque locus plerunq; tangitur, ne ars appareat) Hæc non Hoc scribendum verbum Habet, superfluit, & post illud Ad artem ex antiquis codicibus addendum est, Quam propria. Illi, inquit, credunt eos, qui hęc velint discere, alia ratione doceri posse commodius, præterea non possunt ea quidem quæ sumuntur ab alus exempla, tam esse accommodata ad artem, quam propria, propterea quod in dicendo leuiter vnusquisque locus plerunque tangitur, ne ars appareat. [Postremo hæc quoq; res non ducit ad hanc rationem, quòd nomina rerum græca quæ conuertimus, ea remota sunt à consuetudine) Antiqui libri habent, a Latina consuetudine. In impressis deest verbum Latina, quod necessarium est. [Quæ recte videbitur appellari, si suffulta nominabitur) In manuscriptis, insulta. Mendosa est, vti existimo, dictio hæc Insulta, vt illa suffulta, loco cuius repono audacter, Sufflata vel inflata, pro eo quod est tumida. de qua oratio nia vitio hic agit. Quę recte, inquit, videbitur appellari, si sufflata nominabitur. nam vt corporis bonam habitudinē amor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpe imperitis videtur ea quæ turget, & inflata est. [Traductio est, quæ facit vt cum idem verbū crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam rationem concinniorem reddat) Commodius in manuscripta lectione, Non modo non offendat animum auditoris, sed etiā orationem &c. [Et ea te qui his bene vtuntur plerunque simul collocant ea &c.) Vide an similiter magis quàm simul, legi potius debeat. [Annominatio est, cum ad idem verbum, & nomē acceditur commutatione, vel additione vnius literæ, aut literarum) Agnominatio, non Annominatio, dicitur paronomasia, quæ fit, cum dictio iteratur, mutata tantum aut litera, aut syllaba, quoties, nomine simili vtitur in significatione diuersa; vt, Custodia castiorum non honoris, sed oneris existimatur. [Item poema loquens pictura est, tacitum poema esse debet) Lego: Poema loquens pictura est, cum pictura tacitum poema esse debet. Et enim mutua illa conuersio satis celebrata, picturam esse mutum poema, poema esse loquentem picturam. [Ista aut ab inuentore conficitur, vt de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet.) Mutilata est lectio, nisi addas, Si quis: vt sit, Si quis de Tarpeio loquens, & reliqua, de denominatione.

[Vt si quis ei vestitum, aut ornatum sumptuosum ostentet, dicat:) Quam crasso sensu esse deprehenduntur interdum librarii, qui relatiuum Qui necessario scribendum, non reposuerunt. Castiga, Si quis ei qui uestitum, & quæ sequuntur. [Neque alius iste commodioribus rationibus) Simul hunc locum inspexi, nonnihil deesse diuinaui. Deinde adhibita trina censoria, consultisque antiquioribus libris, sic castigaui. Neque alius quisquam æque commode, neque iste commodioribus rationibus facere potuit. Sunt verba Tulliani exempli per frequentationem. [Nam vnum aliquid aut alterum potest in istum cecidisse superficiose) Corrupte hic codices quidam dictionem habent, quæ hic deest, sed in dandi casu, cum in accusandi esse debeat sincere, tamen suspiciose. Sic emendo: Nam vnum aliquid, aut alterū potest in iustum casum cecidisse suspiciose. [Si sententiam traiiciamus, aut ad sermocinationem, aut excusatione) Antiqui libri plerique Suscitationem. Tu poteris Excusationem corripere, quæ quidem correctio, non corruptio, non temeritas videri debet, cū mox paulo dicat, Item mutatur res tractando, si traducitur ad exuscitationem, hæc in expolitione. [Heus tu, inquit, veni Samio) Probabit doctissimus quisq; puto magis Vide, quàm Veni, quanquam cuncta reclamant exēplaria. [Vt nos exempli causa cœperamus) Notationem nunquā legisse, nedum notasse videntur, qui hanc mendā tam turpem in Tullianis exemplaribus reposuerunt, quiq; inolescere permiserunt. Scribe, comparamus. [Et tu per deos, inquit, hunc exempla) Amplexare, scribo, Ex amplexare scriptitus libentius, si in usu Ciceronis obseruassem, vti Exosculor. [Per similitudinem, cū, aliqua re simili allata, nihil amplius dicimus) Qui similitudinem à dissimilitudo discernit, discernit & hic lapsum esse librariorum, & dictionum affinitate, qua frequentissime pręcipitantur: vnde ex Collata fecerunt Ablata, maxima significationis diuersitate. Leges deinceps: Per similitudinem, cum aliqua re simili collata, nihil amplius dicimus, sed ea significamus, quid sentiamus.

M. FABII VICTORINI RHETORIS IN M. Tullii Ciceronis libros de Inuentione, Commentarius.



MNIA quicunque incipit cuiuscunque generis orationem, hæc tria in principiis adhibere debet, vt auditores faciat attentos, beneuolos, dociles. Ergo hic Cicero facit dociles auditores, cum quid sit eloquentia ostendit: Attentos, cum dicit se de eloquentia dicturum, re s. magna: Beneuolos si quidem, quia ostendit futurum ei commodum, qui his artibus fuerit edoctus. Eloquentia igitur qualis sit, per se ipsa non ostendit, sed est capax qualitatis, quam non in se habet, accipit ab agente. Nam vt cuiuscunque ingenium fuerit, eius qui ea vtitur, perinde qualis sit, & quid, demonstrat. Ergo quoniam quiuis mediocriter sapiens potest videre, eloquentiam si in homine stulto sit, malum esse si in sapiente, bonam esse, propterea Cic. non verum bonum, an malum sit eloquentia quęrit, sed verum plus boni, an mali habeat ostendit. Tractat autem in principiis quatuor theses: Vnam talem, Studendum esse sapientiæ cum eloquentia: Aliam, Parum prodesse solum sapientiam, tamen prodesse, Tertiam, Multum nocere eloquentiam, si sine sapientia ea sit. & quia potest dici, Ergo eloquentiæ studendum non est? nam vbique sapientiam laudas. Respondetur, Studium esse eloquentiæ, quia per eloquentiam vim suam sapientia exercet necessario. Quarta thesis: Studendum esse eloquentiæ, sed tamen quę sit mixta sapientiæ. Animaduertere tamen debemus in principiis deliberationis propositionem, partes propositionis, executiones partitium postremo vere sententiam. Quod diligenter attendenti facile cognitu est. Sed antequam ad id unde cœpit Cicero, veniamus, dicendū primum videtur quid sit ars, deinde quid intersit inter artem, & virtutem. Ars est, quæ significantiam sui plenam non habet, sed intelligitur ad aliquid pertinere. non enim velut codice nominato, scimus statim quid sit codex, ita mox scire possumus quid sit ars, nisi additū fuerit cuius ars sit, vt ars poeticæ, grammaticæ eloquentiæ. Virtus est animi habitus, in naturæ modum rationi consentaneus. & ideo in naturæ modum, duobus enim constamus, anima & corpore. Anima immortalis est, si immortalis est, à diuinis descēdit. si à diuinis descendit, perfectā est. Sed acies quamuis perfectæ animę quodam corporis crasso tegmine irretitur, & circumfunditur, & ita fit vt quandam obliuionem sui capiat. Cum vero

studio

ſtudio ac diſciplina veluti detegi cęperit atq; nudari, tunc in naturę ſuæ modum animi habitus reuertitur, atque reuocatur. Hãc virtutem Plato dicit nunc arte fieri, nunc cum hominibus naſci, nunc in exercitatione confici, nunc à Deo dari. Hæc virtus in Rhetoricis à Cic. eadẽ ponitur quę ſapiẽtia. Alibi vero. i. in libris de rep. ab eodem Cic. illa virtus dicitur, quæ prudentia. Virtus igitur habet partes quatuor, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Prudentia eſt, rerum bonarum & malarum per omne tempus ſcientia. Iuſtitia eſt, animi habitus ita informatus, vt omnibus meritis tribuat dignitatem. Fortitudo eſt, conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Temperantia ęſt, animi circa res inutiles atque inhoneſtas victrix ac pudica dominatio. Harum partium ſingularũ partes in conſequẽtibus cognoſcemus. Nunc ad id quod oſtendere propoſuimus reuertamur. ſ. vt quid inter, & virtutem intersit videamus. Harum quatuor partium, quas diximus ineſſe virtuti, nulla omnino per ſe in artem cadit. Ars enim tantum præcepta tradit, non aliquid ſecundum ipſa præcepta faciendum. Ideo ars ſapientiæ tradi non poteſt. Per ſe autem tota conſtat ac permanet quæ perfecta eſt, ſi hæc quatuor teneat, Prudentiam, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Datur autẽ ars eloquentiæ, & recte datur. Etenim ſi conſtat quatuor, rebus, natura, vſu, exercitatione, arte: neceſſario, & artis præceptio in eloquentiam datur. Quæ ſi deeſt, profecto tria illa multum interdum nocerę, nunquam prodeſſe poſſunt. Dicendum etiam videtur, quę diſtantia ſit inter Rhetorem, Sophiſtam, & Oratorem. Rhetor eſt, qui docet literas, atque artes tradit eloquentiæ. Sophiſta eſt, apud quem dicendi exercitium diſcitur. Orator eſt, qui in cauſis priuatis ac publicis plena, & perfecta vtitur eloquẽtia. Et ut ſciamus alium eſſe rhetorem, alium oratorem, hos libros artium rhetoricarum vocauit, vbi docet artem dicendi. Illos alios tres, de Oratore nominauit, vbi illa quæ habere debeat orator, oſtendit. Nunc ergo conſiderans quid & quantum ſit illud de quo dicturus eſt eloquentia, recte ſe dicit diu cogitaſſe, non vtrum bona an mala ſit eloquentia, ſed vtrũ plus boni, an plus mali habeat.

M. TVLLII CICERONIS

DE INVENTIONE RHETORICA,



LIBER PRIMVS.



AEPE & multum hoc mecũ cogitaui, boni ne, an mali plus attulerit hominibus & ciuitatibus copia dicẽdi, ac ſummum eloquentiæ ſtudium. nã, & cũ noſtræ reip. detrimenta cõſidero, & maximarum ciuitatum veteres animo colligo calamitates, non minimam video per diſertiſsimos homines inuectam eſſe partem incommodorum. cum autẽ res ab noſtra memoria pp vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo, multas vrbes cõſtitutas, plurima bella reſtincta, firmiſſimas ſocietates, ſanctiſsimas amicitias intelligo cum animi rõne, tũ facilius eloquentia cõparatas. Ac me quidem diu cogitantem ratio ipſa in hanc potiſsimum ſententiam ducit, vt exiſtimem ſapiẽtiam ſine eloquentia parum prodeſſe ciuitatibus, eloquentiam vero ſine ſapientia niminũ obeſſe plerunq;, prodeſſe nunquã. quare ſi quis, omiſsis rectiſsimis atq; honeſtiſsimis ſtudijs rõnis, & officij, conſumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis ſibi, pernicioſus patriæ ciuis alit: qui vero ita ſe ſe armat eloquentia, vt non oppugnare commoda patriæ, ſed pro his propugnare poſsit, is mihi vir & ſuis, & publicis rationibus vtiliſsimus, atque amiciſsimus ciuis fore videtur. Ac ſi volumus huius rei, quæ vocatur eloquẽtia, ſiue artis, ſiue ſtudii, ſiue exercitationis cuiuſdam, ſiue facultatis à natura profectæ cõſiderare principiũ, reperiemus id ex honeſtiſsimis cauſis natum, atq; optimis rationibus profectum. Nam fuit quoddã tempus, cum in agris homines paſsim beſtiarum more vagabantur, & ſibi uictu ferino vitam propagabant, nec rationi animi quidquã, ſed pleraque viribus corporis adminiſtrabant. nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: non certos quiſquã inſpexerat liberos, non, ius æquabile quid vtilitatis hẽret, acceperat. ita pp errorem atque inſcitiã, cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad ſe explendam viribus corporis abutebatur pernicioſiſſimi ſatellitibus. quo tempore quidam, magnus videlicet vir, & ſapiens, cognouit quæ materia eſſet, & quãta ad maximas res opportunitas in animis ineſſet hominum, ſi quis eam poſſet elicere, & præcipiendo meliorem reddere: qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſilueſtribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit, & eos in vnamquanque rẽm inducẽs vtilem atque honeſtam, primo pp inſolentiam reclamantes, deinde pp rationem atque orationem ſtudioſius audientes, ex feris, & immanibus mites reddidit, & manſuetos. ac mihi quidẽ videtur hoc nec tacita, nec inops dicẽdi ſapientia perficere potuiſſe, vt hoĩes à conſuetudine ſubito conuerteret, & ad diuerſas vitæ rationes traduceret. Age vero, vrbibus conſtitutis, vt fidem colere, & iuſtitiã retinere diſcerent, & alijs parere ſua voluntate conſueſcerent, ac non modo labores excipiẽdos cõis cõmodi cauſa, ſed ẽt vitam amittendã exiſtimarẽt,

qui

qui tandem fieri potuit, nisi homines ea, quæ rõne inuenissent, eloquẽtia persuadere potuissent? profecto nemo nisi graui ac suaui commotus oratione, cũ viribus plurimũ posset, ad ius voluisset sine vi descendere: vt, inter quos posset excellere, cum iis se pateretur æquari, & sua voluntate à iucundissima consuetudine recederet, quæ præsertim iã naturæ vim obtineret pp vetustatem. ac primo quidẽ sic & nata & progressa longius eloquẽtia vr, & item postea maximis in rebus pacis, & belli cũ summis hominũ vtilitatibus esse versata. postquam vero commoditas quædam praua virtutis imitatrix, sine ratione officij dicendi copiam consecuta est: tum ingenio freta malitia, peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare assueuit. atq; huius quoq; exordium mali, qm principium boni diximus, explicemus. Verisimillimũ mihi videtur quodã tpe neq; in publicis rebus infantes, & insipientes homines solitos esse versari, nec vero ad priuatas causas magnos, ac disertos hoĩes accedere: sed cũ à summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos hoĩes, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent. quibus in controuersiis cum sæpe à mendacio contra verum hoĩes stare consuescerent, dicẽdi assiduitas aluit audaciã, vt necessario superiores illi pp iniurias ciuium resistere audacibus, & opitulari suis quisq; necessarii cogeretur. itaq; cũ in dicendo sæpe par, nonnunquam ẽt superior visus esset is, qui, omisso studio sapientiæ, nihil sibi præter eloquentiam comparasset, fiebat vi & multitudinis, & suo indicio dignus, qui remp. gereret videretur. hinc nimirũ non iniuria, cũ ad gubernacula reip. temerarii atq; audaces hoĩes accesserãt, maxima ac miserrima naufragia fiebant. qbus rebus tm̃ odii atq; inuidiæ suscepit eloquentia, vt hoĩes ingeniosissimi, quasi ex aliqua turbida tẽpestate in portũ, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studiũ aliquod traderent quietũ. quare mihi vñr postea cetera studia recta atq; honesta p ociũ cõcelebrata ab optimis enituisse: hoc vero à plerisque eorũ desertum obsoleuisse eo tpe, quo multo vehementius erat retinendũ, & studiosius adaugẽdũ. nam quo indignius rem honestissimam, & rectissimam violabat stultorũ, & improborum temeritas, & audacia summo cũ reip. detrimẽto, eo studiosius, & illis resistendũ fuit, & reip. cõsulendũ. quod nostrũ illũ non fugit Catonẽ, neq; Læliũ neq; horũ vt vere dicam, discipulũ Africanũ, neq; Gracchos Africani nepotes: qbus in hoĩbus erat summa virtus & summa virtute amplificata auctoritas, &, quæ his rebus ornamento, & reip. præsidio esset, eloquentia. quare meo quidẽ animo nihilo minus eloquentiæ studẽdũ est, etsi ea quidã, & priuatim, & publice peruerse abutũtur, sed eo quidẽ vehementius, ne mali magno cũ detrimento bonorum, & cõi omniũ pernicie plurimũ possint, cũ præsertim hoc vnũ sit, qd ad oẽs res, & priuatas, & publicas maxime pertineat; hoc tuta, hoc honesta, hoc illustris, hoc eodẽ vita iucunda fiat. nã hinc ad remp. plurima cõmoda veniunt, si moderatrix oĩum rerũ præsto est sapientia hinc ad ipsos, qui eã adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit: hinc amicis quoq; eorum certissimum ac tutissimum præsidium comparatur, ac mihi quidẽ vñr hoĩes, cum multis rebus humiliores, & infirmiores sint, hac re maxime bestiis præstare, qp loqui possunt. quare præclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui, qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellat. hoc si forte nõ natura modo, neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur; nõ alienum est videre quæ dicant ij, qui quædã eius rei præcepta nobis reliquerunt. Sed antequam de pceptis oratoriis dicamus, videtur dicẽdum de genere ipsius artis, de officio, de fine, de materia, de partibus. nam, his rebus cognitis, facilius, & expeditius vniuscuiusque animus ipsam rationem, ac viam artis considerare poterit.

SAEPE & multum hoc mecũ cogitaui) Horũ si vnũ fit, nõ ostendit satis diutinam cogitatioñe. Posteritas. S. frequenter aliqd cogitare, sed statim à cogitatione desistere. Multum est diu aliqd cogitare, sed in vna re dic facere. Recte ergo vtruoq; coniunxit: Sæpe, & multũ hoc mecũ cogitaui. & quia in publicũ res proferri nõ debuit, nisi certã & delibratã, recte ait hoc mecũ cogitaui. [Boni ne. an mali plus] Causa deliberationis, ooo vtrũ bona an mala sit eloquẽtia. sed vtrũ plus boni, an plus mali hẽat eloquentia. non tñ vacat rõ ordinis. potuit aũt dicere, Mali ne. an boni plus. Sed sic dicendo naturã tenuis eloquentiæ. quæ cum primum agere cępit, profuit hominibus, nã cõpulit eos & congregauit. post aũt deprauata ingenio malorum, multũ nocuit reip. Bene ergo ordinẽ tenuit, vt diceret: Boni ne. an mali plus hoĩbus attulerit, & ciuitatibus. [Hominibus, & ciuitatibus] Resp. duobus cõstat, publico & priuato. iõ Hoĩbus, & ciuitatibus. Hoc & in Verrinis animaduertere dẽmus, qualiter vbiq; Cic. aut hoĩes defendat, aut ciuitates. [Copia dicendi] Qm nomen eloquentiæ id sibi obtinet ac vendicat, vt cũ ad antea venerit, non nisi optima accipiat. iõ maluit definire eloquentiã. Ne qs ergo audita eloquentia, q quasi suo ipso id obtineat, vt mixta videatur esse sapientiæ, ne qs iñg deliberandũ nõ crederet. vtrũ plus boni, an plus mali hẽat eloquentia. sed ipsam p se satis existimaret bonã, p pea maluit definire eloquentiã, in ducendo cupiã dicendi. Quæ quia potest ad vtrunq; flecti, causam deliberationis induxit. [Ac summũ eloquentiæ studiũ] Postq̃ docuit quid esset eloquentiã, p definitionẽ secutus postea, occupauit iam auditorũ sensibus eloquentiã commune. Sed recte ait: Ac summũ eloquentiæ studiũ, non. n. potest declarari quid possit eloquẽtia, nisi in aliquo fuerit, ac plana fuerit. [Nã & cũ nostræ reip. detrimenta considero.) Ostensurus quantum boni, aut mali possit eloquẽtia, de rep. loqtur. Et recte. non. n. in priuatis rebus eloquentia periclitãda est, sed in publicis. ita ipse in Verrinis, cũ de se vel de eloquentia sua optimam probationẽ afferret publicas causas commemorat ac priuatas. Me qui tot annis in causis iudiciisq. publicis, ita sim versatus. Nunc deniq; vt bonum monstret eloquentiæ, de reip. incommodis, vel commodis loqtur. Animaduertendũ tñ, qd partes non eodẽ ordine exequitur, quo proposuit. ait. n. supra Boni ne an mali plus, nunc à mali eloquẽtię incipit. Sed supra naturã, vt diximus, secutus est, nũc cogitationis rõnẽ seruat. ill. n. prima cogitationi occurrunt, q vicina sunt, à nostra memoria. ideo & de recentibus, & qd esset magis propinquũ elegit, cũ ait, Nostræ reip. detrimenta considero. Considerauo. n. reip. præsentis est. Ergo qm hucusq; multa incõmoda per fossi eloquentiã reip. contigerunt, recte à malis eloquentiæ cœpit, post dicturus de antiquioribus bonis, & malis. [Et maximarũ ciuitatũ veteres animo colligo calamitates] Recedit paulatim à rep. oĩa ad exteraneas ciuitates, & recte post Roma maximas ciuitates oominat. Ergo qm vetustiora sunt harũ exempla ciuitatum, animo se ait colligere. In tepu. autem nostra quæ sint gesta considerat. Recte itaque maximarum ciuitatum collegit calamitates. Illic enim aliquid operatur eloquentia, vbi populus orator est. [Non minimam video] Qua de modo hic agitur. i. vtrũ plus boni, an plus mali afferat eloquentia. ideo sic, Non minimam video. [Per disertissimos homines muchã ait partem incommodorum:) Quod supra disputauimus, no. per per

per eloquentiam dicere, sed per disertissimos homines, i. qui
habeant copiam dicendi solam. Inuectam vero per metapho-
ram nam vt nanis, sic rep. dicitur gubernari, [Cum autem res
ab nostram memoriam propter vetustatem remoras) Expost
tis malis, incipit dicere qui boni habeat eloquentia. A nostra
memoria, inquit, remotas, vt excuset memoriam, quasi negli
gentem, addidit ꝓpter vetustatē. Ergo illa quę nimis à memo
ria nostra remota sunt, qui scire possumus? [Ex literarū monu
mētis, repetere instituo) Hæc monimēta dupliciter accipimus,
aut annales, aut historias, primo.n. annales fuerūt, post istorię
factę sunt. [Multas vrbes cōstitutas, plurima bella restincta, fir
missimas societates, sanctissimas amicitia) Deinde dicēdum est
hoc loco, quid sit ciuitas. Est autem ciuitas collecta hominū
multitudo ad iure viuendum, Cum Ergo fuerit ciuitas consti
tuta, necesse est vt primo bella patiatur, postea pacem agat.
Pax.n. à pacto dicitur pactum vero esse non potest, nisi causa
praecedat. i. bellum. Hoc, & Sal. tenuit, cum de rebus Romanis
loqueretur, dixit.n. prius bella gesta, post pacē esse fundatam
res inquit. Romana plurimum inperio valuit. S. Sulpitio, & M.
Marcellos coss. omni Galliacis Rhenū atque inter mare no-
strum, & Oceanom, nisi quę à paludibus inuia fuit, ꝓ domita.
Hic bellū geritur, deinde pacem memorat consecutam. [Opti
mus autem moribus, & maximas concordia egit R. P. inter se
cundum ac postremum bellum Carthaginense. Quęritur autē,
vtrū in bellis aliquid posset eloquentia? potest.n. sine dubio, &
tantum quantum virtus potest. Nam si virtute bella finiunē,
& eloquentia bella finiuntur, ideo ergo ait. [Plurima bella re-
stincta) Iam illud notum est, quod bella ardere dicunē, ut ait,
Ardebat omnis Hispania citerior. Itē, Quis tanti incendia bel
li. [Firmissimas societates, sanctissima amicitia) Inter socium
& amicum hoc interest. socius est, quibus aliquo pacto ad ali-
quid gerendū coniungitur, amicus est qui nobis vsu vitæ simi
lis pio ac fideli amore coniūgitur. & quia socius aliquid nobis-
cum gerit, ideo ait: Firmissimas societates. qa vero amicus pro
nobis amore coniungitur, ideo ait: Sanctissimas amicitias. Er-
go interdū amicus est, & socius non est, si mecū nihil gerat, &
rursus, cū sit socius, amicus non est, si aliquid mecū inuitus ge
rat. Propterea Cicero vbique duo hæc iungit, socios P. R. atq;
amicos. Itaque, & hic firmissimas societates, sanctissimas amici
tias. [Intelligo) recte intelligo. ait.n. supra, Ex literarum mo-
nimentis repetere instituo. Ergo id, quod legitur intelligendum
est. [Cum animi ratione, tum facilius eloquentia compratas
Vbique hæc duo coniungit, sed quando aliquid duæ res agunt
triplici modo agūt, aut æquales sunt, aut nūc ista plus præstat
nunc illa. Hic autem sapientiæ dat proprias agendi rationes.
Sed qa virtus omnis magnitudine sui tradat est, icctrco subiū
xit, & tempus, vt illud quod sapientia inuenerit, facilius eloq-
tia compleatur. Ergo ad aliquid cito faciendum alterum alta-
rius auxilii eget. Recte igitur R. P. commodum ex confectione
vtriusque coniungit. [Ac me quidem) Supra ostendit, quantū
obesset eloquentia, quantumq. prodesset, sed mixta sapientiæ
Nunc vero vult ostēdere singularim, quātum sapientia sola ꝓ
sit, quātumq. eloquentia sola obsit, quod cum ostenderit, quo
niam sapientia sola parum prodest, & eloquentia sola multū
obest, rursus dicturus est, eloquentiam sapientiæ esse iugendā.
Omnis res, aut nimium prodest, aut parum prodest, aut nimiū
obest, aut parum obest. sapientiæ vnum dat, vt sola parū pro
sit R. P. nihil tamen obsit. eloquentiam vero solā, sæpe ait ni-
mium obesse. Qua in re obesse semper ostendit, sed, & interdū
plus satis obesse. Illā vero aliam partem tollit soli eloquentię,
vt vel parum prosit R. P. non multom tamen obsit. [Verū qd
ait, Ac me quidem diu cogitantē ratio ipsa) Ipsa, inquit, ratio
sapientię. s. quā eloquentiæ dicimus esse iungendā. [Quare si
quis) Ostendit quid sit plena sapiētia. Sapiens est.n. q diuina
atque humana optime nouit. Ergo studiū rectæ rationis ad di
uina, studiū honesti officii ad humana referamus. Quod autē
ait studiū, rectius dixit quā si dixisset, Quare siquis omissis re
ctissimis atque honestissimis studiis rationis, & officii. In his.n.
nominibus perfecta philophia est. quā quia nullus orator ple
ne potest assequi, ideo nobis horum vel studium habendū esse
demonstrat. [Consumit omnem operā in exercitatione dicē
di) Cōsumit, inquit. iam in isto verbo est vtilis labor. Quod au
tem ait, In exercitatione dicendi, timet eloquentiā nominare,
vt supra diximus, ne sensum audiētis offendat. Itaq; hęc defini
tio est eloquētiæ, Eloquentia est exercitatio dicēdi. [Is inutilis
sibi, perniciosus patriæ ciuis alit) Ois homo aut sibi aut pa-
triæ consulit, aut plus sibi quā patriæ, recte ergo homines ad
hæc duo miscenda sapientiā, & eloquentiā, primo ab vtilitati
bus suis, deinde etiam duplicis inuitatur. Qui, inquit, fuerit in
sola dicendi exercitatione versatus, omissis studiis rationis, &
officii & sibi inutilis. & perniciosus patriæ ciuis alitur. [Qui ve
ro ita se &c.) Bene armat, quasi sapientia pro robore sit, pro
armis eloquentia. Atendamus tamen, vt cum supra proelo-
quentia. aut copiam dicendi aut exercitationem. aut disertitu
dinem nominauerit, nunc vbi, & de sapientia loquitur, vt secu
rus eloquentiam nominat, hic quoque duo illa seruat, quæ,
supra diximus. Qui, inquit, sapientiæ miscuerit eloquentiam
is, & suis, & publicis rationibus vtilissimus atque amicissimus
cuius forte videtur. Vtilem circa priuata, amicum circa publi
ca accipiamus. [Ac si volumus &c.) Primo rē quādā cōstituit,
cui eloquētię nomen imposuit, & ostēdit vnde nasceat eloquē
tia. [Siue artis, siue studii siue exercitationis cuiusdā siue facul
tatis a natura) Huius, inqt, eloquētię, cuius incerta est origo, si
volumus cōsiderare principiū, inueniemus inqt, id ex honestis
simis causis natum, atque optimis rationibus profectum. Cā
est animi impulsus ad aliquid agendum. ratio est gerendorum
ordo, ex cā venientiū, vt quid quo loco facias ac dicas, intelli
gas: Ergo, inquit, si eloquentitiæ principium considerare vo
lumus. primū causa attendenda est. hæc causa honesti est. De
inde rationes & easdem optimas inueniemus. Inter studium
autem, & exercitationē hoc interest: Studium est animi ad ali
quid agendum pertinacia: Exercitatio est suscepti actus conti
nuatio. Ex his quoque supra diximus, nasci eloqnētiam posse.
[Nam fuit quoddam tempus) Incipit commemorare, causas
fuisse honestas quibus eloquentia non ad id ipsum ꝙ nata sit,
sed circa agendum principium sumpserit, vt supra diximus.
Aiunt philosophi è duobus hominem constare, anima, & cor
pore. animam vero esse perfectam, sed impediri crassitudinē
corporis, quo minus se talem exerceat, qualis est per naturam.
Ergo mundo constituto, erant homines nimis impediti cor-
pore, & in quibus vis animæ obruta atque oppressa esset. Tūc
necessario rapto viuebant, & malis moribus oppresso animę
bono circa res omnes viribus corporis abutebantur. sed quia
natura non æqualiter se per omnes fundit, aliquando vnus tā
dem extitit qui se bene intelligeret, & q videret esse in homini
bus animam illam diuinā, quæ haberet in se multas vtilitates,
si tamen posset ab aliquo è latebris quibusdā elici atque ꝓfer
ri. Ergo his causis eloquentia initium non nascendi, sed agēdi
sumpsit. nam fuit quoddā tempus, cum in agris homines pas
sim bestiarum modo vagabantur. sicut Virg.

Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq; tenebant,
Gensq; virum truncis, & duro robore nata,
Quis neque mos, neque cultus erat, nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto

[Et sibi victu fero vitā propagabant) Sapiens omnis memo
riæ studet, illi, in qbus vis animi mole corporis oppressa delite
scit, non memoriæ student, sed ferino ritu subsidia solis prospi
ciunt diebus. Sic Sal. Et quoniam vita ipsa, ait, qua fruimur bre
uis est, memoriam nostri quammaxime longā efficere conue
nit, non pecorum more viuere, quæ natura prona atq; ventri
obedientia finxit, vt isti homines fuerunt, q sibi in victu ferino
vitam propagabant. [Nondū diuinæ religionis, &c.) Plena phi
losophia est. quæ constat ex duobus, ex Physica, & Ethica. Phy-
sica est, quę de diuinis agit. Ethica. quę de humanis differit. Sed
quia Cicero illud docet, quod oratori est necessarium, Ethicā
prosequitur, quę si tunc ab hominibus ignorata est, multo ma
gis Physica. Ergo indicat vt illi vixerunt, qui animę commodi,
ignoratis corporis viribus pleraq; gesserunt. [Nemo legitimas
viderat nuptias, nō certos quisquā inspexerat liberos) Vterun-
que enim vaga atque incerta venere conficiebatur. neq; erant
iura quæ id fieri prohiberent. [Non, ius æquabile quid vtilita
tis haberet, acceperat) Illic enim nullius iniuria viuitur, vbi
est iuris æqualitas, ęqua libertas, vbi aliqd aut omnibus licet
facere, aut omnibus nō licet. [Perniciosissimis satellitibus) Vi
res corporis esse ait cupiditatis ministras, q in animis hominū
quandam obtinent tyrannidem. [Quo tempore quidam, ma-
gnus, &c.) Vt facilius intelligentiam consequamur, rerū simili
tudo proferenda est. Anima ita est, vt vinum. nam quemadmo
dum vinum pro vase in quo est habitū, aut retinet, aut amittit
vinolē iam, perinde anima si optimum, & castū corpus offen
derit, & seruat naturā, sin alias, amittit, Ita igitur cū mortale
genus brutum atque inscium rerum omniū vagaretur, extitit
quidam vir magnus, in quo anima suā retineret naturā, & q
intelligeret omnes homines habere in se quidam diuinum, sed
id uitio corporis opprimi atq; deperire. qđ si fuisset elicitum
maximas inde cōmoditates hominū posse cōtingere. [Cogno

nit

uit quæ materis esset, & quãta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominum)Materia nõ ad hoc ipsum materia est, quod materia vocatur, sed ad id quod inde fieri habet materia est opportunitas vero nõ accidit, neque in altero est, sed io eadem materia est. Potest autem in ligno è se materies ad aliquid faciendum, sed si putrescit opportunitas in materia non est. Similia, & de reliquis materii possumus dicere. Ergo non suffecerat inuenta materia in hominibus, nisi in eadem materia etiam opportunitas fuisset ad maximas res.[Si quis eam posset elicere) Est ergo qui potest elicere, & quod potest elici. Hoc deinde attendamus. Vnus potest videre aliquid effici posse, non tamen etiam efficere, deinde etiam iustum, sapiẽtem, & magnum virum Cicero ait vidisse in hominibus materiem, sed dubitasse de effectu, aut enim. Si quis eam possit elicere. Vtrunque tamen dat huic viro, & intelligere, & efficere: est enim, & sapiens, & eloquens. [Et præcipiendo meliorem reddere.)Erat ergo in hominibus animus. Sed ideo, inquit, reddere, quia videbitur amissus erat bonus animus, & ideo ait, præcipiendo meliorem reddere. His causis igitur honestissimis vt videmus, iste quidam compulsus est ad eloquentiam, hoc est ad id vnde nasci ad actus primum cœpit eloquentia. Quæ enim causa honestior, quam homines bestiarum modo viuentes, præceptis vtilibus atque honestis ad humanam atque diuinam cognitionem traducere. Ergo istum virum, magnum atq; sapientem, quecunque accipiamus, multi enim Saturnum, Platonem, Aristotelem, atq; alios volunt intelligi, sed errant. [Qui dispersos homines in agris, & in tectis siluestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregauit) Duas res supra posuit, honestissima fuisse causas, optimasque rationes, vt ad actus eloqnẽtia nasceretur. Explicitis ergo honestissimis causis, incipit ostẽdere eloquentiæ ad actus fuisse rationes, & vt intelligas iam de causis esse dictum, ratione quadam inquit, compulit vnum in locum, & congregauit. Dicimus rationem esse rei gerendæ ordinem necessarium, vt puta hoc primum debet fieri, hoc deinde, ac tertio, vt nunc primo compellantur homines, post congregentur, deinde in vnamquanque rem inducuntur vtilem atque honestam. Compulit vnum in locum, & congregauit. Compulit, quasi inuitorum est, iam volentium, congregauit. Sed debemus scire, quid sit compulit, cõgregauit quasi ciuitatẽ fecit. nam, vt supra diximus ciuitas est collecta hominũ multitudo ad iure viuẽdum. Ergo eloquentia plurimum prodest, nam fecit ciuitatem, & quidquid vtile atque honestum est insinuat. [Et eos in vnam quanq; rem inducens vtilem atque honestam)Cicero duplex esse honestum docet, vnum illud solum, atque purum, aliud quod cum vtili iunctum sit. Sed solum illud apud paucos est, eos .s. qui soli gloriæ student, nihilq;. ad sui vtilitatem gerunt quidquid faciant, consideratione boni, maliq. generatim faciunt, non gratis in eodem versantium personarum. Honestũ vero illud cum vtili ideo honestum vocat, quia id quod iunctum, ac duplex est, ab eo quod maius est, nomen acipit. Verũ illud honestum philosophorum est, hoc illorum sapientium, qui R.P. student, qui q. in ciuitate versatur. Quod quidem honestum vtilitati, semper adiunctum est, & vtilitas honestati, hoc etiam Socrate ait, nihil esse vtile, quod non honestum sit. nihil honestum, quod non vtile sit. Sed, vt ipsum intelligamus, rerum exempla proferenda sunt, esse iudicem, honestum est. iuncta est tamen vtilitas honestati. nam nemo ei iniuriam facit. nemo seruius eius prodest, posteris liberis eius prodest. Amicus ergo si quid præstat, etiam vtile est. Sed quanquam hęc duo iuncta sunt, non tamen ita mixta sunt, vt vino aqua miscetur .s. vt secerni nullo modo possint, sed ita mixta sunt, vt secerni posse videantur. quemadmodum si fiat acervus ex tritico, & ordeo. Quanquam ergo hæc duo mixta sunt, tamen aliquo modo etiam secerni possunt. Etenim si quid alicui præsto, nec gratiam reposco, honestum est. At ob id ipsum quod præsto, si gratiam reposco, fit vtile. Ergo primum sit illud solum honestum, quod per se placet, nulla adiũcta gratia. Hoc medium honestum vtile, quod cum vtilitate est. Tertia sit commoditas, quæ solis lucris intenta est, abiecta omni honestate. Honestum vero philosophicum soli gloriæ studet abiecta cũ vtilitate. Nunc ergo, quoniam collectis hominibus, & cõgregatis ciuitas facta est, qd debet persuaderi qd hominibus insinuari? nõ honestũ illud solũ qđ philosophorum est, nõ commoditas quæ hominũ perditorũ est. sed illud medium honestum, atque vtile, quod in omni tep. quod in omni ciuitate versat.[Primo propter insolentiam reclamãtes) Nihil egerat eloquentia, si statim vt insinuare cœpit, quid esset honestum atque vtile persuasisset. Sed ostendit magnas inesse vires eloquentiæ, si ad id, quod erat optimũ, traduxit inuitos, & ne videatur iccirco reclamasse quòd res optima non esset, ideo ait. Propter insolentiam prio reclamãtes. Deinde, ne eloquentiæ quibusdam veneris etiam ad malam rem traducti videantur. [Deindem propter rationem itaque orationem studiosius audientes) Ergo vbi ratio est, & sapientia, malitia iam esse non non potest. Rationem ad sententiarum grauitatem referendam sciamus orationem ad ornamenta verborum. [Ex feris, & immanibus mites reddidit, & mansuetos) Difficile est rem aliquam cuicunque tollere, difficilius aliam dare. Hic vtrunque factum est. sublata est hominibus feritas atque immanitas, & data est humanitas & mansuetudo. [Ac mihi quidẽ &c.) Sunt multa quæ solo habitu sui perfecta sunt. sunt multa quę & habitu, & vsu, vt Athleta, si habeat corporis magnitudinem non continue perfectus est. nisi ei, & vsus accedat, vt orator cõcepto totius sententiæ habitus, non continuo perfectus est, nisi, & ei vsus accedat. sapientia vero habitu sui perfecta est, nec indiget uocis. i. usus. Sufficit ei autem intra animox contineri. Vsu ergo nihil consequitur. & si quando concepta uerbis voluerit iudicare, non ideo sapiens sapientior fit, quia indicat se sapientem, sed perfecta, ac salua sapientia quiddam amplius ei ad actus alios accedit. Ergo homines ex immanibus ac feris mites reddit ac mansueti, paulatim quoque honestum atque vtile didicerunt. Sed, quia de exordio eloquentiæ loquitur, videamus utrum hæc sola sapientia fecerit. an non sola sapientia sed cum eloquentia. Primo itaque cognoscere debemus, quot modis persuadeat sapientia? & possumus intelligere, multum hic eloquentiam valuisse. Sapientia igitur sola duobus modis aliquid persuadet. Aut cum tacet, & aliquid facit. & id, quod facit, quia bonũ est, aliter imitatur idem, vt quidquid tacitus fecerit sapiens, id aliter re, non uerbis doctus imitetur. Aut cũ aliquid faciendum, vel non faciẽdum uerbis persuadet, & hoc duplici modo, nunc naturalibus uerbis, nunc per eloquentiã. Sed hoc loco negat, tacitam sapientiam hoc perficere potuisse, negat inopem dicendi. i. quæ verbis naturalibus vteretur, sed illam sapiẽtiam quæ iũcta esset eloquentiæ. [Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita, nec inops dicendi sapiẽtia perficere potuisse)Perficere, inquit. Alioqui planè sapientię officium est inuenire, vt supra. Quo tempore inquid, quidam magnus videlicet vir, & sapiens cognouit, quæ materies, & quanta ad maximas opportunitas animis inesset hominum. si quis tam posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere. Ergo animũ in hominibus esse sapientia cognouit, ut congregarentur, & in vnamquanque rem vtilem atque honestam inducerentur, sapiẽtia quod est prouidet, sed eloquentia opitulãte perficit. [A cõsuetudine subito cõuerteret, & ad diuersas vitæ rationes traduceret)Magna vis eloquentiæ, si subito conuertit, hoc est, qđ non potest sapientia. alioqui, & sapientia perficit, sed nõ subito, & qđ ait, & ad diuersas vitę rationes traduceret, vt supra diximus. difficile est, cuiuslibet rei consuetudinẽ tollere hoc difficilius tamen, alias etiã viuendi persuadere rationes. [Age vero, vrbibus constitutis) Vt supra, cum de cõmodis eloquentiæ loqueretur, hunc ordinem fecit. Multas vrbes constitutas, plurima bella restincta firmissimas societates, sanctissimas amicitias. & quanquã hinc homines ex immanibus primo æquales facit, post etiam obsequi vltro cœperint, supra dictum, iã sermonem seruatum possumus inuenire. Primo itaque beneficiis eloquentiæ ciuitates factæ sunt, vt ait supra, multas vrbes constitutas. Ciuitas aũt fieri dicitur, cum homines vnum in locum congregantur ad iure uiuẽdum. [Vt fidem colere)Hinc bella restinguuntur. Si enim cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur, quasi quædam bella gerebantur. Cum ergo fides colitur, aut id agitur ne sint bella, aut restinguuntur illa, quæ fuerunt.[Et iustitiam retinere discerent)Iustitia omnis à nobis circa alios est, vt vnicuiq; meritũ proprium tribuamus. Potest tñ hic quasi societas custodiri. iustia etenim conditionibus societas facienda, vel conseruanda est. [Et alii parere sua voluntate consuescerent) Iustitia æquales homines esse fecit. hic iam, & minoris esse patiuntur sua etiam volũtate. Possunt tamen hic amicitiæ copulari. nostra enim volũtate nulli obsequimur, nisi amici fuerimus. Antea autem si viribus corporis cuncta agebantur, non sua volũtate quisquã alteri paruit. nec potuit amicus esse qui cogebatur. [Ac non modo labores excipiendos cõmunis commodi causa)Perfectũ est, inquit, ab eloquentia, vt libenter omnes non modo laborẽ pro publica salute susciperent, sed etiam vitam amitterent. Multum ergo egit eloquẽtia, vt illi vitam paruipenderent, qui iam dudum sibi vi

ctu

ctu ferino vitam propagabant.[Qui tandē fieri p̄ō uit) Quæritur verum homines ad has rationes viuendi per naturā dedocti sint, an præceptis videantur adducti. Erat quidē in hominibus natura melior, sed oppressa corporis vitio, ad malum declinauerat. verum quia nihil vniformiter funditus existit, qn semper aliquid sit, quo inteligamus quid in ceteris desit, iste quidem magnus vir ac sapiens cognouit bonā in hominibus naturam. multumq. esse profuturam, si præceptis melior fuisset effecta, ergo omne quod perfectū est natura, & disciplina perfectum est. Sed quia iste primus vir disciplinā accipere non potuit, perfectus fuit natura, & vsu. Cum enim cognouit habitum suū, & diu secum pertractando cognouit esse in hominibus bonā naturā q̄ vt pfecta esse potuisset, p̄ceptorū adhibuit disciplinā. Ergo in hominibus fuit materies. i. perfecta natura, quā perfectam præcepta fecerunt, inuenta per sapientiam, insinuata per eloquentiam. [Profecto nemo nisi graui, &c.) Quamquam natura fuit apta ad perfectam vitam tamen ipsam natura præceptis ait ad has viuēdi rationes esse productā. [Graui ac suaui cōmotus oratione) Grauitatem ad sapientiā suauitatem ad eloquentiam referamus. Iure grauitatem ad sententias, suauitatē ad verborū ornamenta referamus. [Cum viribus plurimū posset ad ius voluisset sine vi descendere:) Omnis res à simili vincitur, vt puta eloquens vincitur ab eo qui eloquentior fuerit. fortis non vincitur. nisi ab eo qui fortior fuerit. Astutus non vincitur, nisi ab eo qui astutior fuerit. Animaduertendum ergo acumen Ciceronis. Homines, inquit, fortissimi ad qualitatem viuendi nō fortitudine, qua solet vinci inferior fortitudo, sed eloquentia deducti sunt. ergo supra omnes vires eloquentia est, sed ea quæ sit maxima sapientiæ. [Vt inter quos posset excellere, cum iis se pateretur æquari) Excellere viribus silicet cum his se pateretur æquari. Ita supra, Non ius æquabile quid vtilitatis haberet acceperat. hinc enim æquari. [Et sua voluntate) Non coacti viribus corporis, sed in his iam fecerat eloquentiæ persuasio voluntatem. [A iucundissima consuetudine recederet) Non dixit à consuetudine recederet, sed à iucundissima, inquit. Omnium enim rerum etiam malarū apud gerentes voluntate iucundissima cōsuetudo est. [Quæ præsertim iam naturæ vim obtinet propter vetustatem) Ergo hominum natura bona est, sed malitia per cōsuetudinem naturæ vicem ceperat obtinere. [Ac primo quidē sic & nata &c.)Satisfecit propositioni suæ Supra .n. dixit, ac si volumus eius rei quæ vocatur eloquentia considerare principiū, reperiemus id ex honestissimis causis natum atque optimis rationibus profectum. Ita, & hic. [Ac primo quidē sic. & nata, & progressa longius eloquentia videtur, & itē postea maximis in rebus pacis, & belli) Ostendit, diu eloquentiā profuisse. Verū quod ait maximis in rebus, vt supra. cognouit quæ materies, quāta ad maximas res opportunitas in animis inesset hominū si qs eam posset elicere. ergo maximæ res pax atq; bellum [Cum summis hominum vtilitatibus) Cum illa. s. vtilitate, q̄ cum honesto est [Postquam vero &c.) Omne perfectum bonū .i. quo natura humanas res nullo adiuncto incōmodo muneratā est duobus ad plenū cōstat: re ipsa. & specie atque imagine sui, vt puta mel habet rem. s. dulcedinē, habet speciē. i. colorē atque aspectū, quo quasi facile ita vt est dulce credatur. ita viri fortis habet rem, virtutem .s. habet speciem. i. pulchritudinē corporis. in distorta enim membra, nec quæ iuxta naturā sui appetitus composita sunt, virtus non potest cadere: vt, Virbius & ceteri quoscunque fortes, & pulchros fuisse dixerunt. Sic vestis etiam habet rem, vtilitatem texturæ habet speciem gratiā .s. circa aspectum faciei. Ergo ille nescio quis magnus vir ac sapiens, & hi qui postea cōsecuti, accepta vitę precepta tenuerūt vt perfecti essent, habuerunt rem .i. sapientiam. habuerunt speciem. i. eloquentiam. Qui homines quoniam ex merito virtutis dignissima præmia cōsecuti sunt. i. magistratus aut alias vtilitates, multi dum præmia sibi paria exoptant, re ignorata, speciem solam sequi ceperunt. i. prætermissa sapientia solam dicendi copiam consecuti sunt. Præmus itaq; solis inducta commoditas, re ignorata, specie cœpit virtutis imitari. Atque ideo contigit, vt mali omnes adepti copiā dicēdi circa commoda reip. sola eloquentia, omissa sapientia, sint abusi. [Cōmoditas) Cōmoditas autē. i. parua virtutis imitatrix, tertia illa est, honesto illi loci contraria. [Peruertere vrbes, & vitas hominum labefactare assueuit) Sic supra, boni ne, an mali plus attulerit hominibus, & ciuitatibus. his duobus enim R. P. conflata est. [Verisimilimum michi videtur) Nunc de incommodis eloquentiæ locus incipit. Quæritur autem qui potuerit, vt eloquentia mixta sapientiæ, quæ cōgregauit homines, quæ persuasit vtile atque honestum, quæ vrbes cōstituit, iura docuit. quæ multū hominibus profuit, vt eloquentia inquam mixta sapientiæ cœperit obesse hominibus, & ciuitatibus? Hoc s. fuit exordium malorum Primum vrbibus constitutis, necesse est creuisse easdem ciuitates propria doctrina, sine vicina multitudine. in his deinde non omnes sapientes atque eloquentes fuisse. sed paucos, quanquam omnes hanc habendi materiem continerint. Necesse ergo erat, vt auctis cumulatisq. ciuitatibus sapientes homines, atque eloquentes R. P. gubernarent, ipsisq. tantum curam gererent. Occupatis itaque circa R. P. sapientibus, priuatorum negocia callidi homines, & dicaces agere ac tractare cœperunt. Et primum priuatarum controuersiarum, postremum fortunarum patroni fieri cœperunt. qui cum interdum contra iustitiam malas causas defenderent sæpe etiam vincerent, coacti sunt sapientes illi R. P. intēti. ciuibus ac necessariis suis resistere, contra illos callidos ac desertos, qui assiduitate dicendi notissimi populo, atque amicissimi esse cœperant. itaque illi calidi cum contra illos sapientes viros dicerēt sæpe pares, interdum superiores fuisse à populo iudicari sunt, & digni haberi cœperunt qui R. P. gubernarent. Quibus postquā commissa R. P. est, multa incommoda, multa naufragia cōtigerunt. Ita ergo factum est, vt eloquentia quæ primum prosit, sed mixta sapientiæ, post sola multū effecerit vtilitatibus reipub. At cum per hos male eloquentes cuncta regerentur, sapientes illis de numero deturbati, ea quæ gerere cōsueuerāt scribere cœperunt. hiq. habiti sunt philosophi, & per hos factū est, vt vsque ad nostram memoriam rerum honestarū memoria atque immitatio peruenirent. [Verisimillimum mihi videt quodam tempore) Quoniam animo in præteritis versatur, multaq. in mentem reuocat facies reipub. confirmat opinionem suam, fuisse sine dubio tēpus, quo resp. à sapientibus gubernata sit, priuatorum negocia à calid ssimis hominibus. qui postea pares sapientibus, interdumq. meliores à multitudine iudicati, commissam sibi remp. pessum dederunt. [Nec vero ad priuatas causas magnos, ac disertos homines accedere:) Ideo quia publica fuere anteponenda priuatis, magnos ad sapientiam, disertos ad eloquentiam referamus. [Arbitror alios fuisse non incallidos homines) Callidi sunt. qui dolo ac fraude exitum virtutis imitantur. [Cum sæpe à mendacio cōtra verum homines stare consuescerent) Multo melius res ipsas nominauit, quam sibi hac in negociis positas nominasset. vt puta. cum sępe mendacii ratione contra veram causam stare consuescerent [Itaque cum in dicendo) In dicendo, inquit. ergo iā omissa est sapientia, si de sola dicendi copia iudicium est. [Nunnunquam etiam superior visus esset is) Ostendit verum iudicium non fuisse, vbi vincere aliquis videtur, potiusquam probatur. [Fiebat vt, & multitudinis, & suo iudicio dignus, qui rep. gereret, videretur) Multitudinis. inquit. iudicio: Iam in multitudine veritas ipsa vilis est, quod autem ait, suo iudicio. hoc quoque irritum. est. Quid nam autem de se potest, aut debet habere iudicium: Ad postremum dignus videretur, vt supra. Itaque eum in dicendo sępe par, nonnunquam etiam superior visus esset. [Hinc nimirum non iniuria) In metaphora permansit, gubernaculum, naufragia. vtruoq; enim est nauis. Negat enim, cuiquam debere mirum videri, remp. pessundatā, cum ad eius regimen venerint homines temerarii, atque audaces. Hoc autē interest inter audacem, & temerarium audax potest interdum & pro bono accipi, temerarius non nisi malus. Audacia ergo est duplex. nam, & ille qui in prosperis rebus temere aliquid aggreditur, audax est: & ille qui prouisis rationibus fortiter aliquid incipit, audax est. quoniam ergo audacia duplicem fontem habet, hic præmisit temerarium, vt intelligeremus male audacem. Temeritas enim, & inconsideratio causæ sunt, harum euentus audacia. [Quibus rebus tantum odii atque inuidiæ suscepit eloquentia) Omnis causa habet euentum suum omnisq. euentus causam, vt puta ignis, cum in lignum missus, causa est. causæ vero euentus incendium: Ita ergo eloquentia primo odium contraxit: iam ex odio, id est ex causa necesse est aliquis consequatur euentus. Ergo inuidia consecuta est, plerunque enim ex odio inuidia nascitur. plerunque in quam, nam, & aliū potest habere euentum. si enim hostem odoris, non inuidies, sed inimicus es. si seruum oderis, non inuides, sed irasceris, non ergo semper odii est euentus inuidia. Sunt enim causæ, quæ interdum non necessarios euentus habent: vt si pugno percutias, & occidas. Sunt item causæ, quæ necessarios habent euentus: vt ignis missus in stipulam, faciat incendium necesse est. [Quibus rebus tantum odii atque inuidiæ suscepit eloquentia) Postquam. inquit, respub. ab insi-

picentibus, & dicacibus cœpit administrari, sapientes illi eloquentiam odisse cœperunt. & omisso studio reip. priuatim atq; ocio se ea quæ genere in rep. non licebat literis scriptisq. exercere cœperunt. Atque ideo factum est, ut usque ad nostram memoriam recti atque honesti memoria peruenerit. [Vt homines ingeniosissimi) ingenium est vis quædam naturaliter animis insita, suis viribus præualens. in ingenio itaque, & sapientia est, & eloquentia, vt in his est, quos ingeniosissimos uocauit, & ingenio est ola eloquentia, vt supra tum ingenio freta malitia. [Quare mihi videntur) Absolute hoc quidem. [Hoc vero à plerisque eorum desertum obsoleuisse (id est status ille quo in rep. sapientes atque eloquentes homines uersabantur, omissus est, atque in obliuionem redactus illo præsertim tempore quo reip. periculis maxime fuerat succurrendum. Et hoc quasi per indignationem pronunciandum. Quod uero ait, à plerisque, recte dicit. Non enim omnes sapientes a reip. recesserunt. Nam Atheniẽsibus Solon leges scripsit, & quia uorat multos in rep. corruptissimos, in exilium ultro profectus est. iisdem Atheniensibus leges & Dracon tulit. duorum itaque hominum legibus utuntur. Lycurgus Lacedæmoniis etiam leges scripsit. Non ergo omnes sapientes à R.P. recesserunt, sed quia plerique recesserant. pauci reliqui facile aut cesserunt, aut oppressi sunt. [Nam quo indignius rem honestissimam) Quando aliquid faciendum persuademus, ab honesto, ab utili, à possibili persuademus, interdum, & necessarium ponimus. iisdem præceptis etiam illam rem, quæ non sit facta, reprehendimus. Vt hic Cic. cum queritur sapientes à R. P. recessisse. si quidem ut id non facerent, suberat honestas. [Nam quo indignius rem honestissimam, & rectissimam violabat) Suberat vtilitas. [Summo cum reip. detrimento) Vtique a repub. periculum submouere vtile est. Suberat possibilitas. [Stultorum, & improborum temeritas, & audacia) Facile. n. stulti ac temerarii superantur. [Eo studiosius. & illis resistendum fuit, & reip. consulendum) Hic quoque honestum, atque vtile seruauit. Honestum est enim improbis resistere. Vtile, R.P. in caussis habere defensam. [Quod nostrum illum non fugit Catonem) Nostrum id est. Romanum. Nam reprehensio illa superior sapientum atque eloquentium, de Græcorum principibus facta est. Quod hi desertis ac dicacibus hominibus facile reip. cesserint. Nunc vero venit ad Romanos, quos ostendit ita sapientes, atque eloquentes fuisse, vt nũquam R.P. desaruerint, neque quidquam illis tantum desertis concessisse. Quod cum facit, præponit Græcis Romanos seq. per Romanos. Verum exempla cum proferimus, non vnum aliquod, sed quàm multa possumus, cũ decore tamen proferre debemus. vt nunc Cic. cõmemorato Catone statim alios subiicit. simul quod in Romanorũ laude vnius hominis quamuis egregii non sufficit exemplum. Quibus in hominibus erat summa virtus, & summa virtute amplificata auctoritas, &. quę his rebus ornamento, & reip præsidio esset, eloquentia) Virtutem in artibus semper sapientiam accipiamus. Verum sapiens atque eloquens habere debet illam, quę totam efficit auctoritatem. Itaque si accedat sapiẽtia, amplificatur auctoritas. Si his duobus accesserit eloquentia. erit qui hæc potuerit habere perfectus. vt hic maioribus nostris, Catoni, Lęlio, atque aliis. tradit sapientiam, auctoritatem, eloquentiam. [Quare meo quidem animo) Meminimus in hac præfatione quatuor theses esse. Principalem illam, iungendam esse eloquentiæ sapientiam. Secundam illam non multum prodesse R.P. solam sapientiam, tamen prodesse. Tertiam illam, nunquam omnino eloquentiam solam prodesse R.P. nimium obesse plerunque. postea de origine eloquentia differuit, & quæ eius circa actus natura fuerit disputauit Ostenditq. primo eloquentiam profuisse, sed quandiu fuerit mixta sapientiæ. Post eandem eloquentia rèpudiata sapientia maxima naufragia intulisse R.P. magnumq. exinde odium, atque inuidiam contraxisse. Ne quis ergo existimet eloquentiam semper esse fugiendam (quippe in ulta incommoda per hãc contigisse mõstrauit) necessario hæc quarta thesis est, studẽdum eloquẽtię, sed quæ mixta sit sapientiæ. Et est hic quasi exortatio. In exortatione vero deliberationis præcepta seruantur. tractatur vtilitas, tractatur honestas, tractatur possibile. Vtilitas porro duobus generibus comprehenditur, si mala repellamus, si prospera cõsequamur. Ergo hic tractat vtilitatem ab vtroque. & primo vt mala repellantur. Sed eo vehementius, inquit, studẽdum est eloquentiæ, ne mali magno cum detrimento bonorum, & cõmuni omnium pernicie plurimum possint. Deinde quo bona consequantur, cum præsertim: inquit. hoc vnũ sit, quod ad omnes res, & publicas, & priuatas maxime pertineat. Postremo etiam ad solam priuatam vtilitatem descendit. & ibi vtile atq; honestum ipsis nominibus signat. Hoc tuta, inquit, quod vtile est, hoc honesta, hoc illustris. quod ex vtili atq; honesto est, hoc eodem, inquit, vita iucunda fiat. Magna exortatio. si quidẽ est inter studia vtilitatis, atq; honestatis circa eloquentiam comparandam. quæ quidem studia multum habent laboris. Et iã vitam vna futuram dici esse iucundam. Superest ergo possibile, vt ostendas eloquentiam posse consequi, si, inquit, non eloquentia solum natura, neq; exercitatione, sed etiam arte constat, quoniam artem discere in nostra potestate est. Possumus, inquit, eloquentiam consequi. In hac exortatione est etiam auxesis, auget. n. laudes eloquentiæ. Auxesis porro duobus modis fit, & ratione, & comparatione. Auxit eloquentiam ratione, vbi ait, per hanc & publicas, & priuatas res administrari posse. per hanc vitam tutam, honestam, illustrem, iucundam, futuram. per hanc vnumquenque reip. sibi atque amicis, prodesse. Auget vero eloquentiam comparatione, cum ait elocutione sola fieri, vt belluis omnibus antecellamus cum sine ille inferiores belluissimus, pręclarumq. esse, si propter quod belluis præstas, hoc ipso etiam hominibus antecellas. quod poterit fieri, si eloquens fueris. Nunc quoniam exortationis, atque auxesis præcepta monstrauimus, ad interpretationem in his positæ orationis redeamus. [Quare meo quidem animo nihilo minus eloquentiæ studendum est) Quarta illa thesis, studendum est eloquentiæ, sed quæ sit mixta sapientiæ. Et iucunde meo, inquit, animo, ne quid sibi vsurpasse videatur, non dixit, eloquentiæ studendum censeo, sed quod ait, nihilo minus. i. quanquam multa incommoda attulerit reipub. tamen eloquentiæ studendum est, sed vt ei sapientiam coniungamus. [Etsi ea quidam, & priuatim, & publice peruerse abutuntur) Magna exortatio, cum ait, quidam, vt si pauci sunt, facile optimi posse videãtur. [Priuatim, & publice) Respub. enim his duobus constat, hominibus & ciuitatibus. [Peruerse abutuntur) Obest enim reip. quod prodesse debeat. [Magno cum detrimento bonorum, & communi omnium pernicie) Et hic optime exhortatur. Ne quis enim diceret, quid mea si boni periclitantur? recte addidit, & communi omnium pernicie. Ergo studendum est eloquentiæ, ne opprimantur. [Nam hinc ad rempub. maxima commoda ueniunt, si moderatrix omnium rerum præsto est sapientia) Bene persuadet sapientiam iungendam esse eloquentiæ, si quidem rerum omnium moderatrix est. Ergo multa, inquit, in remp. commoda veniunt ex eloquentia, vel sapientia. Sed quia multi propriis magis vtilitatibus volunt esse consultum recte subdidit: Hinc ad ipsos, qui eam adepti sunt, laus honor, dignitas confluit. Quæ omnia, & vtilia sunt, & honesta. [Hinc amicis quoque eorum certissimum ac tutissimum præsidium comparatur) Ostendit hic quæ agat orator, sapiens enim cum eloquentia negocio suscepta non deserit. Et inde fit, vt commodis amicorum deesse non possit. vt ipse Cic. in Verrinis? Et qui omne reliquum tempus, quod mihi ab amicorum negociis datur, in his studiis laboribusq. consumam. [Ac mihi quidem videntur) Diximus supra auxesin in ratione, & comparatione fieri hic comparatio est hominum, & belluarum, & inter se hominum. [Hoc si forte non natura modo, neq; exercitatione cõficitur, verum etiam artificio quodam comparatur!) Vt supra diximus, possibile hic tractatur. i. posse ab hominibus per artem eloquentiam comprehendi. Necessario ergo, prius quàm eloquentiæ pręcepta traderet, exortatus est ab honesto, ab utili, à possibili, & debere ab hominib. & posse eloquentiam comprehendi. [Sed antequam de præceptis oratoriis dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis) Omnis ars duplex est .i. duplicem faciem habet secundùm pręceptum, sententiamq. Varronis, q ait esse artem, extrinsecus vnam, aliam intrinsecus. Ars extrinsecus talis est, quę nobis scientiam solam tradit. Intrinsecus, quæ ita dat scientiam, ut illud ipsum, quod scientiam dat, quibus rationibus faciamus ostendat. ita illa ad sciẽtiam solem proficit. hęc ad sciẽtiam quę in hac actu sit, vt puta si dicã, grammatica ars est gnara, partium orationis, gnara syllabarum, gnara literarum, per hanc discimus omnia vitia vitare hęc cum dico, cumq. per hanc vitari vitia dico, nõ tamen quo modo vitentur ostendo, artem illam extrinsecus doceo, per quam sola scientia discitur. Si autem dicam, quæ sunt partes orationis, quæ syllabæ, quæ literæ, quibusq. modis omnis illa constent, quo pacto vitia vitentur, tunc erit illa ars, cui est nome intrinsecus, non quæ ad scientiã nostram tantum proficit, sed quę in actu sit. Ergo & ars rhetorica duplex est. nam est extrinsecus, & intrinsecus. Intrinsecus autem illa est, quæ nobis ad actus præcepta artis insinuat. Extrinsecus porro, quæ nobis quid sit

rhetorica demonstrat, quam cum demonstrauerit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Hanc itaque artem extrinsecus, quæ solam scientiam parit, quinq; rebus Tullius ostendit, genere artis, officio, fine, materia, partibus. Ipse autem ostendit, se de ea arte quæ est extrinsecus esse dicturum. Intrinsecus vero artem, quæ nobis ad actus præcepta dat, interim differre. Ait enim. Sed antequam de præceptis oratoriis dicamus, videtur dicendum de genere ipsius artis) Quoniam primo artis generi satisfaciendum est, quale genus rhetoricæ artis sit, explicemus.

MARINI BECICHEMI

CASTIGATIONES.



Quo tempore quidam magnus videlicet vir, & sapiens cognouit quæ materia esset, & quanta ad maximas res opportunitas animis inesset hominum, si quis eam posset elicere, & Præcipiendo meliores reddere) Vera lectio, vt arbitror, est, Meliorem. nam de opportunitate, quæ humanis inest animis, loquitur. Si quis eam posset, inquit, elicere, & præcipiendo meliorem reddere. [Profecto nemo nisi graui ac suaui commotus ratione, cum viribus plurimum posset, ad ius voluisset, sine vi descendere) Oratione, non ratione legendum esse & cæci, vt aiunt, viderent. Quo magis huiusmodi offensacula miror.

DE IVRE CIVILI, ET

PARTIBVS EIVS.



Ivilis quædam ratio est, quæ multis, & magnis ex rebus constat. Eius quædam magna, & ampla pars est artificiosa eloquentia, quam Rhetoricam vocant. nam neq; cum iis sentimus, qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere: & ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi, & artificio contineri, magnopere dissentimus. quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis scientiæ partem esse dicamus.

VICTORINVS.



Ivilis quædam ratio) Vt supra promisimus de genere artis rhetoricæ nobis dicendum est. Genus hoc ipsum quod sonat genus vox est. hæc vox generis triplicem significantiam habet. Est genus, id est patria parentes, origo sanguis. Quo modo est illud, Vnde genus ducis! Est item genus, sub quo multa similia ex eodem descendentia continentur. vt animal, genus, etiam hoc modo piscis, equus, animalia, sed horum omnium genus animal. Est tertium illud genus, quo cuiuslibet rei qualitas indicatur. vt si dicas, cuius generis vestis, cuius generis factura. In hoc genere Tullius artem rhetoricam ponit, id est qualis, vel quanta sit demonstrat. Et recte, si quidem ars genus est. Illud sub quo genere artis, ars grammatica, ars dialectica, ars rhetorica. Sed istæ omnes artes in genere qualitatis sunt ponendæ, quo quales, vel quantæ sint demonstretur. Ergo, & rhetoricam in genere qualitatis ponit, quo qualis, vel quanta sit demonstretur. Deinde debet attendere vbi sit ars rhetorica, an sola sit, si par, si æqualis, maior minor vt sit. Atque ideo, quia hæc diligenter inspexit, rhetoricam ciuilis cuiusdam rationis partem dicit esse maiorem. Et quia ad genus artis rhetoricæ descendimus, quæ sit, vel vbi sit, attendamus. Omnis patria quidquid agit, ciuilis ratio dicitur. Hæc ciuilis ratio duplex est, vna quæ res certa solenni cursu, & sine vllo tumultu agit, & altera, quæ in lite, ac disceptatione versatur. Ex hoc modo quidquid agit, duobus modis agit factis, & dictis. Ita ciuilis est ratio vna in factis, & dictis, sed quæ facta, & dicta in actu atque opere constituta sunt. Alia in factis, & dictis, sed quæ facta, & dicta in iudicio, vel quæstione versantur, ita vna illa ratio in actu est, atque opere, hanc vero alteram ciuilem rationem; quæ in quæstione versatur, scientiam nominauit. hic enim docetur, quid iustum, quid vtile, quid honestum. Hęc rursus ciuilis ratio, id est scientia, in duobus est in rhetorica, id est artificiosa eloquentia, & in sapientia, id est rerum conceptione ex natura veniente. Sed quia orator plus per eloquentiam gerit, idcirco rhetoricam ciuilis, rationis partem esse dicimus. Sed quia duplex est, Cuiusdam rationis partem dixit. nam, & sibi, & sapientię, vt genus exprimas, rhetoricam partem magnam amplamque esse confirmat. [Ciuilis quędam ratio est, quę multis, & magnis ex rebus constat) Cum dicit quædam ratio est, ostendit publicam esse: vnam, quę in opere constituta est, alteram, quæ in quęstionibus. quam rationem ciuilem, in qua rhetoricam ponit, vt supra diximus, scientiam debemus intelligere. & quod ait, Multis, & magnis ex rebus constat. Notum est enim quam crebris, & de quam magnis rebus iudicia, vel quęstiones habeantur. Parum ergo fuerat dixisse, multis ex rebus, nisi addidisset, & magnis. [Eius quædam magna, & ampla pars est artificiosa eloquentia) Cum ait, quædam pars, ostendit eloquentiam, & scientiam: ex duplici constare, id est ex sapientia, & artificiosa eloquentia, sed eloquentiam partem esse maiorem. [Magna & ampla pars) Magnum est, quod in cumulum sui, & magnitudinem crescit: amplum, quod late patet, & per multa diffunditur. ita vt supra, quę multis, & magnis. Magnum ita ibi, vt hic posuit, multum vero, ad amplitudinem referamus. [Magna & ampla pars est artificiosa eloquentia) Non eloquentia solum, sed artificiosa eloquentia, quę rhetorica vocatur. [Nam neque cum iis sentimus, qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere:) Diximus supra, partem illam ciuilis, quę in iudiciciis versatur, scientiam vocari, hancque ex duplici constare, sapientia scilicet, & artificiosa eloquentia. Quare nunc se ab illis dissentire dicit, qui horum altero ciuilem scientiam constare dicunt, [Nam neque cum iis sentimus, qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere:) Multi, inquit, dicunt ciuilem scientiam, sine eloquentia stare non posse. cuncta enim per naturam, id est per sapientiam facile posse cognosci. Multi autem dicunt, ciuilem scientiam sola eloquentia constare posse. Illudque esse iustum, vel iniustum, quod eloquentia potuerit persuadere. Sed ego, inquit, ab vtrisque dissentio. nam ciuilis scientia, & ex sapientia constat, qua cuncta sentimus, & ex eloquentia, qua id, quod sentire possumus explicamus. Sed quia eloquentia posita in R.P. facilius quod fuerit aggressa persuadet, idcirco eam in ciuili scientia partem dixit esse maiorem. [Et ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi, & artificio contineri) Si ergo omnis ciuilis scientia sola Rhetorica non potest contineri, Rhetorica ciuilis scientia pars est. Quod autem ait, Rhetoris vi, & artificio: tale est, ac si dicatur, Grammatica est gnata literarum, per hanc enim discimus omnia vitia vitare, non dico tamen quomodo vitentur. Artem illam extrinsecus doceo, per quam solum vitentur sed non quomodo. Si autem dicam quę sint partes orationis, quę syllabę, quę literæ, quibus characteribus constent, quo pacto vitia vitentur, tunc erit illa ars cui est nomen intrinsecus non quę ad scientiam nostram tantum proficit, sed quæ ad actus sit. Ergo, & ars Rhetorica duplex est. nam est extrinsecus, & intrinsecus. Intrinsecus autem illa est quę nobis ad actus pręcepta artis insinuat. Extrinsecus porro quę nobis quid sit Rhetorica demonstrat, quam cum demonstrauerit, scimus tantum, sed exercere non possumus. Hęc itaque res, quę solam scientiam parit, vi, & artificio continentur. Artificium est, quo ad aliquid citius faciendum per pręcepta formamur. Nam id, quod ex artificio conficitur, vis est. Ergo hic Rhetoris vi, inquit, ostenditque vnde vis illa descendit, & artificio contineri. [Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, vt eam ciuilis scientię partem esse dicamus) Artificiosam eloquentiam, facultatem oratoriam vocauit. arte enim vniuscuiusque rei facultatem consequimur, & hęc eadem via, est quę, vt supra diximus, ex arte colligitur.

DE OFFICIO, ET FINE ARTIS ORATORIAE.



FFICIVM autē eius facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionē. Finis persuadere dictione. Inter officiū autem & finē hoc interest, quod in officio, quid fieri, in fine, quid officio conueniat, consideratur: vt medici officium dicimus esse, curare apposite ad sanandum; finē curatione sanare. Item, oratoris quid officium, & quid finem esse dicamus, intelligemus, cum id quod facere debet, officium esse dicemus; illud, cuius causa facere dēt, finem appellabimus. Materiam artis eā dicimus, in qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, versatur, vt si medicinæ materiam dicamus morbos ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur: item, quibus in rebus versatur ars, & facultas oratoria, eas res materiam artis rhetoricæ nominamus. Has autē res alij plures, alij pauciores existimauerūt. nam Gorgias Leontinus, antiquissimus ferè rhetor, omnibus de rebus oratorē optime posse dicere existimauit. hic infinitam & immensam huic artificio materiam subijcere vr. Aristoteles aūt, qui huic arti plurima adiumenta atq; ornamenta subministrauit, tribus in generibus rerū versari rhetoris officiū putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali. Demonstratiuum est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperationem. Deliberatiuum est, quod positū in disceptatione, & consultatione ciuili, habet in se sententiæ dictionem. Iudiciale est, quod positum in iudicio habet in se accusationem, & defensionem, aut petitionem, & recusationem, & quemadmodū nrā quidē fert opinio, oratoris ars, & facultas in hac materia tripertita versari existimāda est. Nā Hermagoras quidē nec, quid dicat, attēdere, nec, quid polliceatur, intelligere vr, qui oratoris materiā in causā, & in quæstionem diuidat. Causā esse dicit rem, quæ habeat in se controuersiā in dicendo positā cū personarū certarū interpositione: quam nos quoque oratori dicimus esse attributā. nam ei tres partes, quas ante diximus, supponimus, iudicialē, deliberatiuā, demonstratiuam. Quæstionē aūt ea appellat, quæ habeat in se controuersiā in dicendo positā sine certarū personarū interpositione, ad hūc modū: Ecquid sit bonū præter honestatem: Veri ne sint sensus: Quæ sit mundi forma: Quæ sit solis magnitudo. quas quæstiones procul ab oratoris officio remotas, facile oēs intelligere existimamus. Nā quibus in rebus summa ingenia philosophorū plurimo cū labore cōsumpta intelligimus, eas sicut aliquas paruas res oratori attribuere, magna amentia vr. Quòd si magnā in his Hermagoras habuisset facultatem studio & disciplina comparatā; videretur fretus sua scientia falsum quoddā constituisse de oratoris officio, & non quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. nunc vero ea vis est in hoie vt ei multo rhetoricā citius quis ademerit, quàm philosophiā concesserit. neq; eo dico, quod eius ars, quā edidit, mihi mendosissime scripta videatur. (nam satis in ea vr ex antiquis artibus ingeniose, & diligēter electas res collocasse & nonnihil ipse quoq; noui protulisse) verū oratori minimū est, de arte loqui; quod hic fecit: multo maximū, ex arte dicere; quod eum minime potuisse, oēs videmus. Quare materia quidē nobis Rhetoricæ videtur artis ea, quā Aristoteli visam esse diximus. Partes aūt hæ sunt, quas plerique dixerunt, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronunciatio. Inuentio est, excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quæ causam probabilem reddant. Dispositio est, rerum inuentarum in ordinē distributio. Elocutio est, idoneorum verborū, & sententiarum ad inuentionē accōmodatio. Memoria est, firma animi rerum ac verborum ad inuentionem perceptio. Pronunciatio est, ex rerum, & verborū dignitate, vocis & corporis moderatio. Nunc his rebus breuiter constitutis, eas rōnes, quibus ostendere possimus genus, & officium, & finem huius artis, aliud in tempus differemus. nā & multorum verborū indigent, & non tantopere ad artis descriptionē, & præcepta tradenda pertinent. Eum autem, qui artē Rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus, de materia artis, ac partibus, scribere oportere existimamus. Ac mihi quidē videtur coniunctè agendū de materia ac partibus. quare inuētio, quæ princeps est omnium partium, potissimum in omni causarum genere, qualis debeat esse, consideretur.



FFICIVM autem eius facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem: Finis, persuadere dictione) Officium est, vniuscuiusq; personæ actus congruens secundum mores ciuitatis. Ergo officia pro personis diuersa sunt. Aliud.n. est officium patris aliud amici, aliud (vt ad eam redeamus) artis oratoriæ. Officia vero omnia ad finem spectant. Finis quoque ad officia refertur. Nam neq; officium recte definiri potest sine admixtione finis, neq; finis, siue officij coniunctione. & hoc in omnibus personis, ac rebus, vt hic Cic. in definiendo oratoris officio, finem nectit officio, ait.n. Officium aūt eius facultatis videtur esse, apposite dicere ad persuasionem. Ergo officium oratoris est dicere. sed apposite ad persuasionem. vbi iā finis admixtio est. i. persuasionis. Nam solam dicere, nō bene officium definierit oratoris. potest.n. esse multorū. nā & poetæ, & philosophi dicunt. Itaq; oratoris officium plenissime finis admixtione declarauit. Deinde finem oratoris officij ait esse, persuadere. Sed non satis plene finem oratoris ostenderat, si solum persuadere posuisset. nam persuadetur tabulis, tormentis, testibus multisq. alijs rebus: Ergo vt finem proprium declaret, fini adiunxit officium. ait. n. Finis est oratoris officij, persuadere dictione. Dictione, inquit, quod est oratoris officium. Ita, inquit, & medici officium est curare. Sed quia multi, & incantatione, & ligaturis curant. Curare, inquit, sed apposite ad sanandū. Ergo vt euidētius officiū medici demonstraret, finē quoque subiūxit officio. i. curationi sanitatē. Deinde finis est medicinalis officii, inquit, sanare. sed quia multi itē sanant. addidit Sanare curatione. Ita ergo semper officiū, & finis sine altero exprimi nō possunt. Hanc iā distantiā dicit esse inter officiū, & finē vt in officio quid agendum sit, in fine quid complendū sit, cōsiderare debeamus. Hic Marcomanus errauit, qui dixit finē oratoris officii non esse persuadere, nec finem medicinalis officii sanare, etenim sæpe non persuadere oratorē, & medicū nō sanare contingit. ideo addidit, Quatenus rerum conditio personarumq; patiatur. Sed non intellexit Cic. qui finem in rebus ipsis posuit. nam inuentu. i. qui finem in officio constituit, & in his ipsis rebus, quæ dū in officio sunt, ad finē tendunt. quare & oratoris officii finem esse cōpletū, si apposite ad persuasionem dicat, & medicinalis officii finē esse completū, si quid quid ad sanitatem spectare videtur, adhibuerit. Marcomanus itaq; finem non in rebus, sed in euentu collocauit. [Materiam artis eam dicimus) Res interdum specialiter definimus, cum quid sit ab eisdē ipsis incipiamus demonstrare. vt paulo ante

VICTO.

de

definiuit genus officium finem, in arte. s. & Rhetorica. Interdum quo clarius definiamus à genere incipiamus eius rei quā definiuimus, sed à genere quod sibi vicinum sit, non valde remotum vt nunc Cic. cum materiam artis rhetoricæ demonstraturus sit non à materiæ definitione cœpit, sed à materia artis. Primum autem genus est materia. materia porro in duas species diuiditur. Est enim materia artis, & non artis. Rursus materia artis diuitur in artes plurimas, Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricam, aliasq. multas. Ergo à materia artis, quæ communior supra incipit, vt definiat materiam artis rhetoricæ. Materiam, inquit, artis, vt genus esset, non addidit rhetoricæ. Verum quod ait, Eam dicimus. ostendit artis omnem materiam in duobus esse. i. in eo vbi facit aliquid, & in eo vnde facit, vt pura fabri materia est in eo vbi facit. i. ferrum quod tundit: est item fabri materia in eo vnde facit. i. malleus quo tundit. ita, & medici materia est vbi facit, morbus ac vulnera: item vnde facit, instrumenta quibus curat. Sic, & materia rhetoricæ artis potest in eo esse vbi facit. i. in deliberatione demonstratione, iudiciali. potest & in eo esse vnde facit. i. in argumētis, quæstionibus, & in reliquis materiæ necessariis. Verum Cicero generaliter materiam artis illam dicit, in qua omnis ars, & ea facultas quæ conficitur ex arte versatur. i. vbi fit. non vnde fit: vt medici materia fit, morbus ac vulnera: fabri ferrum quod tundit. rursus rhetoricæ artis materia sit deliberatio, demonstratio, iudiciale non argumenta, & illa omnia quibus materia rhetoricæ artis impletur. Verum quod ait. [In qua omnis ars, & ea facultas, quæ conficitur ex arte, versatur) Cum accipimus alicuius rei artem. necesse est nos aliquid ex ea consequi. Quare id, quod ex arte conficitur, vt supra docuimus. facultas dicitur. Cuncta enim per artem facilius transiguntur. [Has autem res alii plures, alii pauciores) Eas res. s. in quibus materia artis rhetoricæ consistit. sunt autem, vt Aristoteli, & Ciceroni placet, tres. i. triplex materia, demonstratiua, deliberatiua, iudicialis. Itaque quantum ad materiam rhetoricæ artis spectat, hoc plenum est. Iam quicquid plus à pleno, plus intelligitur. Quicquid minus à pleno, minus intelligitur. Verum quod plus est, dupliciter plus est, aut in eo vbi modus est, aut in infinito. Et ideo addidit præter illud, quod dixit, alii plures existimauerunt. Nam Gorgias, inquit, Leontinus antiquissimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimauit. hic infinitam, & immensam huic artificio materiam subiicere videtur. Ergo illi, qui in pluribus rhetoricam materiam constituunt, exhortationem, & consolationem in rerum generibus ponunt, id est in materia rhetorica. Sed quia orator in ciuili ratione versatur. consolatio porro priuatorum est, consolari amici est potius, quàm oratore. Deinde quia officium oratoris est persuadere dictione. exhortatio siue dehortatio ad materiam non pertinent oratoris. Cum enim exhortor, nihil persuadeo, sed volentem aliquid vt magis velit instigo. & cum dehortor, nolentem aliquid non tunc primum persuadeo vt nolit, sed vt magis nolit instigo. Ergo necessario exhortationem, & consolationem Tullius a materia rhetoricę artis separauit. Item illi qui res pauciores rhetoricæ materiæ tribuunt, demonstrationem tollunt. dicunt enim in demonstratione nihil persuadere oratorem, cum cetera persuadeat, sed falso. Nam cum aliquem vituperamus, siue laudamus, vt apud omnes talis habetur qualem demōstramus sine dubio persuademus. Ergo Cicero Arist. secutus triplicem materiam esse dicit oratorii officii, demonstratiuam, deliberatiuam, iudicialem. Sed has materias in publicis causis constituit, hisque personas certas tribuit. Quare has tres res definiuit in ciuili negocio positas, cum certæ significatione personæ. Demonstratio est, inquit, certæ personæ aut laus, aut vituperatio. Deliberatio est, inquit, quæ posita in publica causis, assertionis suæ sententiam dicit. Iudicialis est, inquit, quę in iudicio ciuili posita duo agit, aut accusat, aut petit contra, aut defendit, aut negat. Nam Gorgias Leontinus antiquissimus fere rhetor, hic oratorem dicit omnibus de rebus optime posse dicere, qui, vt videmus, à pleno excedit, & excessit, non ad id, quod habet modum, sed in infinitum. Denique hoc ipse Cic. ostendit. Hic infinitam, inquit, & immensam huic artificio materiam subiicere videtur. [Aristoteles autem, qui huic arti) Duo quæ oratori maxime sunt necessaria Arist. circa scribendum artem dedit: Inuentionem, & elocutionem. adiumentum enim de inuentione venit ornamentum de elocutione. Hic ergo Arist. sententiam sequitur. nam rhetoricam materiam triplicem constituit, demonstratiuam, deliberatiua, iudicialem. [Nam Hermagoras) Scimus Ciceronem materiam rhetoricæ artis triplicem constituere, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, hocq. etiam Aristo. placuisse. quare superius reprehendit eos qui oratori infinitā materiā constituerant, reprehendit, eos qui addiderant exhortationem, & cōsolationem. reprehendit & eos, qui subtraxerant demonstrationem. Hunc etiam Hermagoram, qui neque arte scripsit, confutant ac lacerat, dicitq. hunc vehementer errasse, quod materiā oratoris in duas partes diuidat, in causam, & in quæstionem. quorū vnū dicit esse oratoris officii, causam. s. aliud longe ab oratore remotissimū, & nec ab ipsis philosophis diligenter cōprehensum. s. quæstionem. [Nam Hermagoras quidem nec, quid dicat, attendere, nec, quid polliceatur, intelligere videtur) Duobus modis reprehendit Hermagoram. quod non perspexerit rei illius vim quæ omnino remota est ab oratoris officio, id est quęstionem, & quòd videatur de se pollicери ea quæ oratori attribuit ad dicendum. Hoc quoque duobus modis reprehendit. Nam errauit, inquit, si non quod omnis orator, sed quod ipse possit, ad materiam rhetoricæ artis applicuit. Deinde, inquit, nec ipse potuit, nam nunquam illum ex arte dixisse omnes videmus. Ergo quoniam duo diximus in Hermagora reprehendisse Cic. quod rem non attenderit, quod multum de se videatur esse pollicitus: primo eum demonstrat rem quam oratori attribuerit non vidisse. Sed antequam id ostendamus, quid sit causa, quid quæstio, videamus. [Causam esse dicit rem, quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam cum personarum certarum interpositione:) Causam, inquit. hanc esse dicit, controuersiam in dicendi contentione positam cum certis personis. [Quam nos quoque oratori dicimus esse attributā) Nam huic, inquit, causæ tria genera supponimus. Iudiciale, deliberatiuū, demonstratiuum. Quæstionem porro hanc esse dicit. Controuersiam quidem in dicendo positam, sed sine certis personis quæ, scilicet rhetorica dicto vocatur. Thesis porro duplex est, theorice, & practice. Theorice est quæ diuina cognoscit. Practice est, quæ in hominum negociis, & ciuili disceptatione versatur. Ergo primo asserit, Hermagorā vim rei quam oratori attribuat, non vidisse. nam thesin oratoris materiam non esse persuadet. quæ cū duplex sit, theoricen magis exaggerat, nec paruis aut leuibus quæstionibus, sed infinitus: Verane sint sensus, quæ sit solis magnitudo. Sed quare & practicen thesin posuit. i. & quid sit bonum præter honestatem? Thesin quidem Cic. materiam oratoris esse non dicit, illamq. theoricen omnino remouet. Practicen autem thesin dicit ab oratore tractari, sed vt argumenti locum teneat, non materiam ergo ita tollit oratori practicen thesin, vt materiā eius nō sit, liceat autē ei pro argumēto proferre. [Ecquid sit bonū præter honestatem:) Stoici dicunt honestatem solam bonum esse. Iam multi disputant, verum, & vtilitas bonum sit, vtrum dignitas bonum sit? [Veræ ne sint sensus:) Vt Lucr. negat esse veros sensus, odoris, visus, tactus, saporis, auditus. [Quæ sit mundi forma:) Multi enim dicunt mundum in modum sphæræ esse collectum, multi oblonga rotunditate esse formatum, multi plana facie, multi quadrata, multi in cameræ modum, scilicet vt sub terra non sit similis, at supra caput esse mundi faciem. [Quæ sit solis magnitudo) Verum tantus sit, quantus videtur, an maior, vel multo minor. [Quas quæstiones procul ab oratoris officio remotas, facile omnes intelligere existimamus) Bene ait, ab oratoris officio remotas. Oratoris officium enim est, negocium ciuile tractare. Non tamen dixit, ab oratore remotas, Potest enim orator, postquam proprio officio satisfecerit, etiam philosophiæ operam dare. [Nam quibus rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumpta intelligimus) Quando aliquid negamus, aut tollimus, quare id facimus demonstrare debemus. vt nunc Cic. ab oratoris materia tollit thesin, & probat se recte tollere. Nam, inquit, res illas in quibus philosophi ingeniosi magno cum labore versati sunt, has oratori quasi paruas partes applicare dementię est, oratori. s. qui ægre suum quoque implet officium. [Quod si magnam in his Hermagoras &c.) Ostendit iam Hermagoram quod primum fuit, vim rei illius non vidisse, quam ad oratoris materiam, quasi paruum aliquid applicuerat. Nunc illud aliud tractat, nec quid polliceatur intelligere videtur. & ostendit primo, non recte eum fecisse, si ex eo quod ipse posset in ceteris præcepta constituerit. Quod si, inquit, magnam in his Hermagoras habuisset facultatem, studio, & disciplina comparatā, videretur fretus sua scientia, falsum quiddam constituisse de oratoris officio. Deinde illū nihil potuisse confirmat, simulq. illi, & rhetoricā, & philosophiā tollit, Practice. n. rhetoricę est theoricę philosophię. nunc vero,

inquit, ea vis est in homine, vt ei mulro rhetoricā citius qs ademetit, quàm philosophiam concesserit. [Quòd si magnam in his sebus. Hermagoras habuisset facultatem, studio, & disciplina comparatam ;) Ostendit quibus rebus faculratē totus sciētię consequamur, studio, inquit, & disciplina. Studiū est, animi consensus ad aliquid: Disciplina est preceptū, quibus acceptis, id quod desideramus implemus. itaq; studiū in uobis est, pceptum extra nos, sed ad nos. [Neq; eo dico ꝙ eius ars, quā edidit, mihi mendosissime scripta videatur) Ea vis est, inquit, in Hermagora, vt ei citius quis adimat rhetoricam, quàm philosophiam concedat. Sed non, inquit, ideo hoc dixi, ꝙ mihi ars eius, qoam edidit, mendosissime scripta videatur. Iam cū ais, non mendosissime, non negat mendose. Et quoniam dixit esse aliquid in eius artibus, quod sit probandū, quippe quæ non mendosissime scriptæ sunt, ait eum multa ex antiquis artibus collegisse, vt si quid forte probabile, alienū id omne sit. Deinde qoàm astute sibi Hermagoræ dat diligentiā, vbi sibi de alienis multa conquirit. Alioqui vbi propria eius inuenta perferibit, nihil illi horum est, quinimo multa tollit, cū ait. [Et oou nihil ipse quoque noui protulisse, verum oratori minimū est, de arte loqui;) Quod hic fecit, mulro maximū, ex arte dicere, quod eum minime potuisse facere omnes videmus. Orator duo habere debet; vt artem tradat dicēdi. vt ipse ex arte dicat. Sed officium eius ex hoc verum est, vt ex arte dicat. Illud autē accidens, vt artem dicendi tradat, quod rhetoris officium solū est. ergo non quidem mihi Hermagoras videtur mendosissime artes scripsisse, sed oratori maximum illud est, non vt artē tradat, quod rhetoris proprium est, sed vt ex arte dicat, quod oratori maxime est necessarium. Tollit ergo Hermagoræ exercitationem ex arte dicēdi, quod eum, inquit, minime potuisse oēs videmus. Minime, inquit, potuisse, nec hoc illi dat, vt quomodocunq; potuerit. ergo si nec sapiens fuit, nec dicendi peritus recte, nec quid dicat attēdere, nec qoid polliceatur intelligere videtur. Orator enim vir esse debet bonus, & dicendi peritus. Deinde concludit. Quare conuicta Hermagoræ, & refutata sententia, superest vt materiam rhetoricæ illam, quæ, & Aristoteli placuit, constituamus, triplicem. s. iudicialem, deliberatiuā, demonstratiuam. [Partes aūt hæ sunt, quas plerique dixerunt) Meminimus de arte extrinsecus quinq; res Ciceronem se spopondisse dicturū, de genere artis rhetoricæ, de officio, de fine de materia, de partibus. Itaque quoniam quatuor res explicatæ sunt, hoc extremū est, vt de partibus disseramus Partes sunt hæ, inquit, quas plerique dixerunt. Multa Cicero ab aliis recte in artibus posita secutus est, vt paulo ante Aristotelis sententiā secutus, triplicē materiā rhetoricæ artis esse dixit, iudicialē deliberatiuā, demonstratiuā. Itaq;, & nunc partes, inqt, quas plerique dixerunt, alii enim partes septem, multi quatuor sed pleriq; qnq; esse dixerunt, eorum sententiā, & Cicero secutus, quinq; partes esse coofirmat: Inuentionē, dispositionē, elocutionē, memoriā, pronunciationem. Inuentionē esse dicit, ad negocii fidē, aut veratū rerū aut verisimiliū excogitationē, sed orator in verisimilibus maxime versatur. Doo enim sunt genera argumentorum necessariū, & probabile: necessariū in veris rebus est, probabile in verisimilibus. dispositionem dicit esse, vt inuenta locis necessariis per ordinem disponamus. Elocutionē porro in duobus ponit, in idoneis verbis, & in suis. s. in verbis singulis barbarismus, ne in pluribus solęcismus existat. Deinde siue verba, siue sententias, vt competenter inuentionibus dispositis applicemos. Memoriam vero illam esse dicit, vt circa inuentiones retineadas argumenta vel verba firmiter concepta teneamus. Ergo dicentis hæc memoria est, nou legentis. Deinde. [Pronunciatio est, ex rerum, & verborū dignitate, vocis, & corporis moderatio). i. vt rem magnam dicturus, pompam corporis vocisq́. perpendas, vt rem humilē dicturus, hæc eadem moderatius ostentes. Pronunciatio ergo in duobus est, in voce, & in corpore, corpus vero duo habet, motū sui & voltum, quo. s. ad negocium cōpositio sæpe rebus addimus, aut detrahimus dignitatem. [Nunc his rebus breuiter constitutis) Iam quinque rès, quas se de arte extrinsecus dicturū esse promiserat, executus est. ostēdit enim quod esse genus artis rhetoricæ, quod officium, q finis, quę materia, q̄ partes, qbus omnibus cognitis, scimus tantū quid sint, nihil tamē nobis ad actus prosunt. Harum tres res semper in sola; scientia sunt. i. genus, officium finis. & ideo se alio tēpore de his dicturū esse promisit. Ad præcepta enim artis rhetoricæ minime pertinent, vt ipse ait. [Nam, & multorum verborum indigent) Quippe de his est longa disputatio, & non tantopere ad artis descriptionem & pcepta pertineat. Verū de duabus rebus dicturus est, de materia ac partibus, quę iam dudum tantum, vt sciremus quid essent, edocuit. Nunc in his præcepta dat. s. vt harum rerū nō solum scientiā, sed etiam actus habeamus. Ergo ostēdit eum qui artem rhetoricam scribat, de duabus reliquis rebus de materia artis ac partibus satis esse dicere. [Ac mihi quidem videtur coniuncte agendum de materia ac partibus) Recte ita, coniuncte agendum. Partes enim sine materia esse non possunt, Nisi enim controuersiam aut deliberatiuā, aut demonstratioā dicamus, quæ materiæ sunt, inuētione, dispositiooe, elocutioue, memoria, pronunciatione, q̄ partes sunt vti oō possumus. Cōiuncte ergo agendom est, de materia ac partibus. Itaq; ostēdit primo quod esset genus artis rhetoricæ, quod officium, qui finis, quę materia, quæ parte. Ex his tria in aliud tempus distulit. i. genus officium, finem. Atq; ideo de duobus reliquis, quæ ad præcepta pertinēt, se ait esse dicturum, de materia. s. ac partibus. Partes porro quinque sunt, inuētio, dispositio, elocutio, memorias pronunciatio. Horum solum intētionem in duobus libris tractat, & in hanc præcepta tradit. Pauca etiam de eloeutiooe, commemorat. ...eliqua vero nec contingit quidem. i. dispositionem, memoriam prouunciationem. Ergo qooniam de sola inuētione dicturus est, & quooiam io omni causarum genere inuentio plurimum valet, incipit de inuentione tractare.

DE INVENTIONE.



MNIS res, quæ habet in se positam in dictione, aut disceptatione aliquā cōtrouersiam, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis cōtinet quæstionem. Eam igitur quæstionem, ex qua causa nascitur, constitutionem appellamus. Cōstitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti, nō feci, aut iure feci. Cum facti controuersia est, qm̄ coniecturis causa firmatur, constitutio cōiecturalis appellatur. Cum aūt nominis, quia vis vocabuli definiēda verbis est, constitutio definitiua nominatur. Cum vero, qualis sit res, quæritur, quia, & de vi, & de genere negocij controuersia est, cōstitutio generalis vocatur. At cum causa ex eo pendet, ꝙ nō aut is agere videtur, quem oportet; aut non cū eo qui cum oportet; aut nō apud quos, quo tpe, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet; translatiua dicitur constitutio: quia actio translationis, & cōmutationis indigere videtur. Atq; harum aliquā in omne causā genus incidere necesse est. nam in quam non inciderit, in ea nihil esse poterit controuersiæ. quare eam nec causam quidē conuenit putari. Ac facti quidem controuersia in omnia tēpora potest distribui. nam, & quid factum sit, pōt qri, hoc modo: Occiderit ne Aiacem Vlysses. Et quid fiat, hoc modo: Bono ne animo sint erga populum R. Fregellani. Et quid futurum sit, hoc modo: Si Carthaginem reliquerimus incolumem, nū quid sit incommodi ad remp. peruenturum. Nominis controuersia est, cum de facto conuenit, & quæritur id, quod factum est, quo nomine appelletur. Quo in genere necesse est ideo nominis esse cōtrouersiā, non ꝙ de re ipsa nō conueniat, nō ꝙ de facto nō constet, sed ꝙ id, ꝙ factū sit, aliud alij videatur esse, & iccirco alius alio noīe id appellet. Quare in huiusmodi gñibus definienda res erit verbis, & breuiter describenda, vt, si quis sacrū ex priuato surripuerit; vtrū fur, an sacrilegus sit iudicandus. Nam id cum quæritur, necesse erit definire vtrunque, quid sit fur, quid sacrilegus, & sua descriptione ostendere alio nomini illam rem de

qua

qua agitur,appellari oportere,atq; aduersarii dicunt.Generis est controuersia,cũ & quid factum sit,conuenit,& quo id factum nomine appellari oporteat,cõstat,& tñ,quãtũ,& cuiusmodi,& omnino quale sit,q̃ritur,hoc mõ: Iustũ an iniustum, vtile an inutile,& oĩa,in quibus,quale sit id,quod factũ est,quæritur, sine vlla nominis cõtrouersia. Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit,deliberatiuã,demõstratiuã,iuridicialẽ, negocialẽ.qđ eius,vt nos putamus,nõ mediocre peccatũ reprehendendũ vr̃,verum breui;ne aut,si taciti præterierimus,sine cã nõ secuti eum putemur; aut,si diutius in hoc constiterimus, moram atq; impedimentũ reliquis præceptis intulisse. videamur. Si deliberatio, & demonstratio genera sunt causarũ,nõ pñt recte partes alicuius generis causæ putari.eadẽ.n.res alij genus esse, alij pars põt, eidẽ genus esse,& pars nõ põt. Deliberatio aũt & demonstratio,genera sunt causarũ.nã aut nullum causæ genus est,aut iudiciale solum,aut & iudiciale,& demonstratiuum,& deliberatiuũ.nullũ dicere causæ esse genus,cũ causas esse multas dicat, & in eas præcepta det,amentia est.vnũ aũt iudiciale solum esse qui põt? cum deliberatio & demonstratio neq; ipsæ similes iter se sint,& ab iudiciali gñe plurimum dissideant,& suum quæq; finẽ habeat, quõ referri debeat.Relinquit̃ ergo,vt oĩa tria genera sint causarũ.Deliberatio igitur, & demõstratio nõ possunt recte partes alicuius gñis causæ putari. Male igit̃ eas gñalis cõstitutionis partes esse dixit. Quod si generis causæ partes non pñt recte putari, multo minus recte partis causæ partes putabuntur. Pars autẽ causæ constitutio est omnis. Non.n.cã ad constitutionẽ,sed cõstitutio ad causam accõmodatur: sed demonstratio & deliberatio generis causæ partes non pñt recte putari, ꝙ ipsa sunt genera. Multo igitur minus recte partis eius,qđ hic dicit,partes putabunt̃. Deinde si constitutio & ipse,& pars constitutionis eius q̃libet, intentionis depulsio est, quæ intẽtionis depulsio nõ est,ea nec constitutio, nec pars constitutionis est.At si,quæ intẽtionis depulsio nõ est, ea nec cõstitutio,nec pars constitutionis est: demõstratio, & deliberatio neq; constitutio, nec pars constitutionis est.Si igitur constitutio & ipsa & pars eius q̃libet intentionis depulsio est,deliberatio,& demõstratio neq; constitutio,neq; pars constitutionis est.Placet aũt ipsi constitutionem intentionis esse depulsionẽ. placeat igitur oportet demonstrationem, & deliberationem , non esse constitutionẽ,nec partẽ cõstitutionis. Atq; hoc eodẽ vrgebit̃, siue constitutionẽ primã causæ accusatoris cõfirmationẽ dixerit,siue defensoris primã deprecationẽ.nã eũ eadẽ oĩa incommoda sequentur.Deinde coniecturalis cã non põt simul ex eadẽ parte, eodem in gñe & cõiecturalis esse, & definitiua. Rursus nec definitiua cã pt̃ simul ex eadẽ parte eodẽ in genere & definitiua esse & translatiua. Et omnino nulla constitutio, nec pars cõstitutionis põt simul & suã habere, & alterius in se vim continere:iõ ꝙ vnaquæq; ex se, & ex sua natura simpliciter cõsideratur.Altera assumpta, numerus cõstitutionũ duplicat̃, nõ vis cõstitutionis auget̃.At deliberatiua cã simul ex eadẽ parte. eodẽ in genere & coniecturalẽ,& generalẽ,& definitiuã, & translatiuã solet hr̃e constitutionẽ, & vnã aliquam , & plures nonnunquã : ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis.Idẽ in demonstratione solet vsu euenire.Genera igit̃, vt ante diximus, hæc causarũ putanda sunt, non partes alicuius cõstitutionis.Hæc ergo constitutio,quã generalẽ nominamus,partes nobis vr̃ duas hr̃e, iuridicialẽ & negocialẽ.Iuridicialis est,in qua æqui & recti natura,aut præmij,aut pœnæ rõ quæritur.Negocialis est,i qua,quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit, consideratur:cui diligentiæ præesse apud nos iuriscõsulti existimantur.Ac iuridicialis quidem ipsa in duas tribuit̃ partes , absolutã & assumptiuã. Absoluta est, q̃ ipsa in se continet iuris,& iniuriæ quæstionẽ. Assumptiua est,quæ ipsa ex se nihil firmidat ad recusationem,foris aũt aliquid defensionis assumit.Eius partes sunt quatuor,concessio,remotio criminis,relatio criminis,cõparatio.Concessio est,cum reus nõ id,quod factum est, defendit,sed,vt ignoscatur,postulat.hæc in duas partes diuiditur, purgationem & deprecationem.Purgatio est,cum factum conceditur,culpa remouetur. Hæc partes habet tres,imprudentiam, casum,necessitatem.Deprecatio est,cũ & peccasse,& cõsulto peccasse reus se confitetur,& tñ, vt ignoscatur, postulat:quod genus perraro põt accidere.Remotio criminis est,cũ id crimẽ,qđ infertur,ab se, & ab sua culpa vi & ptãte in aliũ reus remouere conat̃.Id dupliciter fieri poterit,si aut causa , aut factũ in aliũ transferetur.Causa transfertur,cũ aliena dr̃ vi,& ptãte factũ. Factũ autẽ,cũ alius aut debuisse, aut potuisse facere dicit̃. Relatio criminis est,quod ideo iure factũ dr̃,ꝙ aliquis ante iniuria lacessierit.Comparatio est,cũ aliud aliquod factũ rectũ,aut vtile conceditur: quod vt fieret, illud, quod arguitur,dicitur esse commissum.In quarta constitutione,quam translatiuã nominamus,eius constitutionis est cõtrouersia,cũ aut quẽ, aut qui cum,aut quo modo,aut apud quos, aut quo iure, aut quo tpe agere oporteat, q̃rit̃ aut oĩno aliquid de cõmutatione, aut infirmatione actionis agit̃. Huius cõstitutionis Hermagoras inuẽtor esse existimatur,non quo non vsi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed qa nõ animaduerterũt artis scriptores eã superiores,nec retulerint in numerũ cõstitutionũ.Post aũt ab hoc inuentã multi reprehẽderunt, quos non tã imprudentia falli putamus , (res.n.pspicua est) q̃ inuidia atq; obtrectatione quadã impediri.Et constitutiones quidẽ, & earũ partes exposuimus:exempla aũt cuiusq; gñis tum cõmodius expositurí videmur,cũ in vnumquodq; eorum argumentorum copiã dabimus. Nã argumentãdi ratio dilucidior erit,cũ & ad genus,& ad exẽplum causæ statim poterit accõmodari. Cõstitutio causæ reperta,statim placet cõsiderare,vtrũ cã sit simplex an cõiuncta:& si cõiuncta erit, vtrũ sit ex pluribus q̃nibus iuncta, an ex aliqua comparatione.Simplex est,quæ absolutã in se cõtinet vnam q̃onem,hoc modo: Corinthis bellum indicamus,an non? Coniuncta ex pluribus q̃nibus, in qua plura quærũtur,hoc pacto: Vtrum Cartha-

go ditatur, an Carthaginensibus reddatur, an eo colonia deducatur. Ex cōparatione, in qua per contentionē, vtrum potius, aut quid potissimum sit quæritur, ad hunc modum: Vtrum exercitus in Macedoniā contra Philippum mittatur, q̄ socijs sit auxilio, an teneatur in Italia, vt quammaximæ contra Annibalē copiæ sint. Deinde considerandū est, in oratione, an in scripto sit cōtrouersia. Nam scripti controuersia est eo, quæ ex scriptionis genere nascitur. Eius aūt genera quæ sunt separata à cōstitutionibus, quinque sunt. Nam tum verba ipsa videnē cū sententia scriptoris dissidere, tum inter se duæ leges aut plures discrepare, tum id, quod scriptum est, duas aut plures res significare tum ex eo, qđ scriptū est, aliud quoq;, qđ non scriptū est, inueniri tum vis verbi quasi in diffinitiua cōstitutione, in quo posita sit, q̄ri. Quare primum genus de scripto & sentētia, secundū ex cōtrarijs legibus. tertium ambiguum, quartum rōcinatiuū, quintū diffinitiuū nominamus. Ratio est autē, cū oīs quæstio non inscriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. Ac tum considerato genere causæ, & cognita cōstitutione, cum simplex ne, an coniuncta sit, intellexerit, &, scripti an rationis habeat controuersiam, videtis, deinceps erit videndum, quæ quæstio, quæ ratio, quæ iudicatio, quod firmamentū causæ sit: quæ omnia à cōstitutione proficiscant oportet. Quæstio est ea, quæ ex conflictione causarum gignitur cōtrouersia, hoc modo: Non iure fecisti, iure feci. Causarum autē hæc est cōflictio, in qua constitutio constat. Ex ea igitur nascitur cōtrouersia, quā quæstionē dicimus, hoc modo: Iure ne fecerit. Ratio est ea, q̄ cōtinet causam: q̄ si sublata sit, nihil in causa cōtrouersiæ relinquetur; hoc modo: vt docendi cā in facili & peruulgato exemplo consistamus: Orestes si accusetur matricidii, nisi hoc dicat, Iure fecit, illa.n. patrē meū occiderat, nō habet defensionē: qua sublata, omnis quoque controuersia sublata. ergo eius causæ ratio est, q̄ illa Agamemnonem occiderit. Iudicatio est, quæ ex infirmatione, & confirmatione rationis nascitur controuersia. nam sit ea nobis exposita ratio, quam paulo ante exposuimus. Illa enim, inquit, patrē occiderat. At non, inquit aduersarius, abs te filio matrem necari oportuit. potuit enim sine tuo scelere illius factum puniri. Ex hac deductione rationis, illa summa nascitur controuersia, quam iudicationem appellamus. Ea est huiusmodi: Rectum ne fuerit ab Oreste matrem occidi, cum illa Orestis patrem occidisset. Firmamentum est, firmissima argumētatio defensoris, & aptissima ad iudicationē, vt si velit Orestes dicere, eiusmodi animum matris suæ fuisse in patrem suum, in se ipsum, in sorores, in regnum, in famā generis & familiæ, vt ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Et in ceteris quidem cōstitutionibus ad hunc modum iudicationes reperiuntur: in coniecturali autem cōstitutione, quia ratio non est, (factum.n. non cōceditur) nō potest ex deductione rationis nasci iudicatio. Quare necesse est eandem esse quæstionem & iudicationē, vt factum est, non est, factum ne sit. Quot autē in causa cōstitutiones aut eorū partes erunt, totidē necesse erit quæstiones, rationes, iudicationes, firmamenta reperiri. His oībus in causa repertis, tunc denique singulæ partes totius causæ cōsiderandæ sunt. nam non, vt quidq; dicendum primū, Ita primum animaduertēdum videtur: ideo q̄ illa quæ prima dicuntur, si vehementer velis congruere & cohærere cū causa, ex eis ducas oportet, quæ post dicēda sunt. Quare cum iudicatio, & ea quæ ad iudicationē oportet inueniri argumenta, diligenter erūt artificio reperta, cura & cogitatione pertractata, tum denique ordinādæ sunt ceteræ partes orationis. Hæc partes sex omnino nobis videntur, exordium, narratio, partitio, cōfirmatio, reprehensio, cōclusio. Nunc, quoniam exordium princeps omnium esse debet, nos quoq; primum in ratione exordiendi præcepta dabimus.



MNIS res, quæ habet) Vt diximus, tractatus incipit inuentionis. & primum hoc debemus scire compendiū, quod omnis inuētio quinque locis constat. Debemus.n. primo considerare, quæ sit constitutio, deinde, simplex ne sit causa, an duplex: tertio, scripti, an rationis: quarto, quæ causæ quæstio, quæ ratio, quæ iudicatio, quod firmamentū, quinto vt omnis causæ partes nobiscum pertractemus, deinde partes orationis, principium, narratio, diuisio, confirmatio, reprehensio, conclusio. Ergo vt se ordo habet, primum de constitutione dicemus. Hoc tamen animaduertamus, q̄ Cic. hos quatuor status rationales constitutiones vocet. atque hos semper in omnibus negocijs dicat esse principales. i. coniecturam, finē, qualitatem, trāslationem. hos ergo constitutiones appellauit. illos autem alios legales, non constitutiones, sed status vocat. nec vnquā horum aliquē principalē dicit esse posse. Sed vt originem statuum melius nosse possimus, formam similitudinis attendamus. Omnis constitutio sic est, vt aspectus, aut enim aliquid videre volumus, nec videmus, & est coniectura, aut cū videmus aliquid, & quærimus quod sit, & est finis, aut cum videmus quid sit, & quærimus quale sit, & est qualitas. Translatio porro ab hac similitudine videtur esse remota. igitur cōstitutionem esse dicit quæstionem ex qua causa nascitur. Quæstio est, vox intentionis & negationis. i. Fecisti, nō feci, aut iure feci. In hac ergo quæstione semper sit necesse est constitutio. Causa est vero, quę nascitur ex quæstione. i. an fecerit an recte fecerit. Hoc tamen tenere debemus, q̄ à Cic. & causa & quæstio ad eandē significantiam profertur. vt nunc causam pro quæstione, nunc quæstionem pro causa ponat. Itaq; cōstitutio facile inueniri potest, si extremam partem thematis attendamus. in qua cum intentionem ex nostra persona proposuerimus, debemus attendere quid ad intentionem cōpetenter respondere possit, tūc in responsione cōstitutionem necesse est inueniri. [Omnis res, quę habet in se positam in dictione ac disceptatione aliquā cōtrouersiam) Recte, in dictione ac disceptatione. Sunt.n. multę controuersię, non dictione, vt opificum. verum quod ait. Quæ habet in se positā dictione ac disceptatione aliquam controuersiam, dictio potest esse demonstratiua materia disceptatio vero deliberatiua & iudicialis. Deinde dictio pōt esse narrationis, vt ipse ait, dicendo, explananda sunt omnia. Discrepatio vero, quæstionis. Ibi enim totius controuersię pugna versatur. Ergo quęcunque res posita in dictione ac disceptatione facit aliquam controuersiam, necesse est habeat quæstionē. i. constitutionem aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis. Et primum rebus indicat quæstiones, siue constitutiones. post his dabis nomina partim ex rebus sumpta, partim ex commodo actionis. Itaq; nunc modo rebus indicat cōstitutiones, cum ait, in omni controuersia, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis quæstionem esse oportere. De his.n. rebus sit quęcunque controuersia, necesse est. Sed antequam nomina det constitutionibus, definit quid sit constitutio, vel vnde nascatur. Quæstionem, inquit, ex qua nascitur causa, hanc constitutionem vocare debemus, quæstionem porro esse diximus, vocem vtriusq; partis. i. Fecisti, non feci, aut recte feci: Causam vero illam, an iuste fecerit, hoc etiam diximus q̄ Cicero idem velit quæstionem esse quod causam, & q̄ his circa eandem significantiam communiter vtatur. Denique statim demonstrabit se his vti communiter. [Eam igitur quæstionem, ex qua causa nascitur) VICTO.

sa nascitur)Hic primam fecit quæstionem, deinde vbi ostendit quid sit constitutio, ait. [Constitutio est prima cõflictio causa sum) Incipit constitutionibus nomina dare. Cum facti, inquid, controuersia est. Idem debemus facta intelligere, quod dicta Vt enim vtrum aliquid factum sit queritur, ita & vtrum aliquid dictum sit potest quæri. quare huic constitutioni quoniã incerta, & non apparentia coniecturis uel suspicionibus indagantur recte coniecturæ nomen imposuit. Alii hanc constitutionem tealem vocaueruut, q in ea quæratur vtrum res de qua agitur, facta esse videatur. Alii ... Græco uocabulo quidẽ, qd in ea de incerto inuestigando maximũ certamen habeatur. vnde & stadiũ dicitur, q tibi exerceantur certamina. Sed Cicero constitutioni huic ex modo actionis nomen impo fuit. In hac autem constitutione modus actionis est hic, q res coniecturis quæritur, ideo ergo coniecturam vocauit. [Cum autem nominis, quia vis uocabuli definiẽda verbis est, cõstitutio definitiua nominatur)Nominis, inquit, est controuersia, cum de facto constat, sed qu ritur quod id factum nomine appelletur, atq; ideo, quoniam facti vocabulum pro necessitate suscepti negocii nobis apposita definitione nudandum est, cõstitutio definitiua nominatur. Huic quoque constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomẽ imposuit res est enim uius constitutionis nominis ambiguitas modus actionis, est nominis definitio. Recte ergo huic constitutioni non ex re, sed ex modo actionis nomen imposuit. [Cũ uero, qualis sit res, &c.) Et supra ostendimus, cum de genere artis rhetoricæ disputaremus genus in triplici significatione cõsistere, esse genus sanguinem, esse genus sub quo similia multa tenentur, esse genus qualitatem, i. quo vniuscuiusque rei qualitas indicetur. Ergo, inquit, cum & de facto, & de nomine conuenit, sed quæritur qua lis sit id quod in iudicio versatur, quoniã de genere negocii controuersia est, constitutio generalis vocatur, qualitas. [Verum huic constitutioni non ex modo actionis, ut superioribus duabus, & post quartæ, sed ex re. i. negocio nomen imposuit. Hic enim res illa est quod negocii genere vel qualitate quæritur. Itaq; ex re huic constitutioni nomen imposuit, vt generalis vocetur, i. qualitas. [Cum, inquit, causa ex eo pendet, & reliqua) Cum, inquit, talis fuerit, controuersio, vt in hoc sit tota contẽtio, cum aut apud alios nos accusare debere dicimus, aut non nos, sed alios accusari aut non apud hos, sed illos, non hac lege, sed illa, non hoc crimine, sed illo, non hac, pœna, sed illa, quoniam in his omnibus de translatione actionis contrauersia est (igitur enim vt actio translatiua nominet) constitutio trãslatiua nominatur. Huic quoque constitutioni ex modo actionis nomen imposuit agitur enim, vt actio transferatur. Verum quod ait, Non hoc crimine, sed illo: non ne & in fine, cum quæritur vtrum fur an sacrilegus sit, id quæritur, quo nam magis crimine accusandus sit? Sed hoc interest, quod in fine eri mina vtraque iunguntur. Non enim sacrilegum dico furem nego. In translatione vero vno accusandus crimine, siue illo quod intendimus, siue illo ad quod reus transferri postulat actionem. [Atque harum aliquam in omne causæ genus) Siue, inquit, in iudiciali, siue in liberatiua, siue in demonstratione, necesse est, aut coniecturalem, aut finitiuam, aut generalẽ, aut translatiuam incidere constitutionem, vbi inquit, harum nulla fuerit inuenta, ibi nulla est controuersia. quare nec causa esse iudicanda est. Si enim constitutio nulla est, vnũ latus recedat oportet. et n. constat quod vtrinque latere concurrente fulcitur. Igitur si constitutio non erit, nec cuasa esse iudicanda erit, est. n. asystata controuersia. [Ac facti quidem controuersia in omnia tempora potest distribui) Nunc postquã constitutiones & rebus, & nominibus indicauit, vt has manifestius cognoscere possimus, isdẽ statibus exempla supponit. [Ac facti quidẽ controuersia, inquit, in omnia tempora diuiditur, et supra diximus cum de facto sit quæstio, coniecturã vocari. Ergo hic cõiecturæ tria tempore assignat, præteritũ, præsens, & futurum quo quidem exemplis docet. Sed hoc scire debemus nullam ac in iudicium. i. iudiciale genus cadere posse, nisi de præterito. Omnia. n. argumenta non de futuris, quia incerta sunt, sed de præteritis colliguntur, itaque cõiectura, quanquam habeat etia tempora, tamen principalis esse non potest, nisi de præterito sit, de præsenti uero, vel de futuro incidere possunt, post statum alium principalẽ. Ergo nec hanc coniecturam principalem esse credamus. [Bono ne animo sint erga Populum R. Fregellani) In hoc themate demonstratio cononetur. nam describendi nobis sunt Fragellani, q semper videbatur aduersi. Ita & quod ait. [Si Carthaginem reliquerimus incolumen, num quid sit tu cõmodi ad remp. peruenturum) Et hic deliberatiua potest esse. Deliberat senatus, an Carthagini pareat. ergo nihil in iudicium nisi de præterito cadit. [Nominis controuersia est. cum de facto conuenit) Nunc de fine tractat, cum nominis, inquit, est controuersia. i. cum queritur quod i d, quod factum est nomine appelletur. nam cum de nomine ambigitur, & de re necesse est ambigatur, nomen enim rei est, res vero nunquam sine nomine est. Quare cum de nomine dubitatio est, de re quoque dubitetur necesse est. Ergo definitiuus status huiusmodi est cum de facto constat, & de re uel nomine controuersia est. Inter factum enim & rem hoc interest. Res est, certam sui formam, & speciem circa cognitionem retinens, ergo si species rei nota est, nomen quoque notum sit necesse est. Factum est confusum quiddam, & incertum, hoc solo certum, q scitur quid factum est. In fine itaque factum constat, sed res non constat, & quia res nomen semper adiunctum est, ideo de nomine controuersia est. Quod inquid, nomen breuiter nobis definiendum est, & contra atque aduersarius dicat describendum, & dat exemplum. [Vt, si quis sacrum ex priuato surripuerit, vtrum fur, an sacrilegus sit iudicandus) Factum constat, nam sacrum ex priuato constat esse sublatum. de nomine incertum est, vtrum ille fur an sacrilegus iudicetur. quare definitionibus nostris nomen illi aliud quam aduersarii volunt imponere debemus. [Definienda res erit verbis, & breuiter describenda) Ad unum quidem vtrunque tendit. Sed quia multimodæ sunt definitiones, videamus interim quid interfit inter definitionem, & descriptionem. Definitio talis est: homo est animal rationale, bipes, risus capax, descriptio vero talis: homo est qui rectum vertricem rotundo capite attollis cuius sunt sub collo humeri brachia, demissa & c. in hunc modum. Sed vt ipse ait, Breuiter describenda. Ergo quoniam de fine tractauimus, nunc quoque quid tractetur de qualitate videamus. [Generis est controuersia, & cũ &, quid factum sit, conuenit) Tulit coniecturam. deinde cum ait. [Et, quo id factum nomine appellari oporteat, constat) Tulit finem. Ergo superest, vt quale vel quantum sit id quod factum est, videamus. & dat exemplum. [Verum iustum, an iniustum sit: vtrum vtile, an inutile sit) Quod cum quæritur, non nomen rei, sed re qualitas quæritur, & ideo qualitas apposita est. Incipit Hermagorã reprehendere, qui demonstrationem, & deliberationem sub qualitate constituent. [Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit) Reprehendit, vt diximus, Hermagoram, quod demonstrationem, & deliberationem sub qualitate posuerit i cũ ipsa qualitas, id est constitutio, sub deliberatiua, & demonstratiua sit, de quare in consequentibus latius disputabitur. Quod eius, vt nos putamus, non mediocre peccatum reprehendendum videtur) Ait graue Hermagoræ peccatum se debere reprehendere, & id breuiter. Ne si, inquit, taceamus, quod primum est, Hermagoræ artes approbat videemur, & quare eiusdem artes non sumus secuti, causas dare nequeamus. Deinde inquit. Ne si lassime Hermagoræ peccatum persequi voluerimus, quod quidem est. Tertium, inquit, nostris præceptis moram uideamur afferre. sed quod medium est de peccato Hermagoræ, breuiter disputabimus. [Si deliberatiua, & demõstratio) Quæstio hæc est, quod non recte Hermagoras deliberationem, & demonstrationem sub qualitate posuit. Cicero ergo ait, non recte deliberationem, & demonstrationem sub qualitate positas, quia genera causarum sunt. Quod si genera causarum esse Hermagoras fuerit confessus, sine dubio non hæc debuit sub qualitate ponere. sin negauerit, docebit Cicero genera esse causarum. Igitur male Hermagoras demonstrationem, & deliberationem sub qualitate collocauit. Ac primo per conditionalem quæstionem, i. hypotheticam ingreditur propositionem. ubicunque enim Si est, sub quandã conditione propositio est. Si, inquit, hoc est, illud non est. hoc autem est. igitur illud non est ita & hic. [Si deliberatio, & demonstratio genera sunt causarum, nõ possunt recte partes alicuius generis causæ putari) Genera autẽ causarum sunt igitur generis causæ partes esse non possunt, & docet genera esse causarũ, Primum igitur ponamus genus causæ, secundã partes generis causæ, i. coniecturam, finem, qualitatem, translationem. Tertiũ illud, quidquid qualitati subiicitur. vbi Hermagoras deliberationem, & demonstrationem construit. Ergo Cicero primum dicit deliberationem, & demonstrationem, quia prima sunt, secunda esse non possunt. Quod si secũda nõ sunt, multo minus tertia esse posse, quod Hermagoras construisse conspicitus. Itaque meminisse debemus. Ciceronem de duobus tractasse, id est de primo, & secundo. i. de genere causæ, & partibus generis. Si, inquit, deliberatio, & demonstratio genera sunt causarum.

sarum, nō recte partes generis causæ possunt putari.i.constitutiones, quod cū docet constitutiones esse non posse. multo magis videntur partes constitutionis esse non posse. Eadem.n.res, alii genus esse, alii pars potest eadē genus esse & pars non pōt. Aristoteles ait res omnes quæ in dictis & factis, & in omni mūdo aguntur, decem esse quarū rerum nomina ponemus. Prima substantia est deinde quantitas, qualitas, ad aliquid, vbi, quādo situs, habere, facere, pati Græcis autem vocabulis sic vocantur, οὐσία, ποσότης, ποιότης, πρός τι, ποῦ, πότε, κεῖσθαι, ἔχειν, ποιεῖν, πάσχειν. Harum prima, vt diximus substantia vocatur, reliquę nouem in substantia sunt, quæ accidentes vocantur. vtputa membrana substantia est. accidunt autem ei crocum, scriptura &c. Cum inter ea & substantia res, sit, & ea quæ accidunt res sit, nunc ad id quo de nunc agitur reuertamur. [Eadem enim res alii genus esse alii pars potest) Hic rem substantiam illam ponamus, quæ dū sola est, patet omnibus accidentibus. sed cum ab uno accidenti fuerit occupata, iam in se accidens aliud non admittit. vtputa lana alba res est, sed substantia. hæc res patet multis accidentibus, potest.n.lana illa aut rosea fieri, aut venera, aut nigra. Sed si colorem vnum in se susceperit, iam in se colorem alium non ad mittit. Similiter, & homo substantia est. potest autem id. quod homo est, nunc seruus esse, nunc dominus. sic postquam dixero dominum, in eo quod dominus est, esse & seruus non potest, aut cum dixero seruum, in eo quod seruus est, & dominus esse non potest. Ita ergo & hic deliberatio & demonstratio res est, sed illa substantia, quæ quandiu sola est patet accidentibus.i.generi causę, & causæ partibus ita quādiu in incerto sunt genus alii, alii partes esse possunt. Cum vero generū nomen acceperint, in eo quod genus sunt, & partes esse non possunt. Hoc est quod ait: Eadem genus.i.simile ac iudiciale esse, & pars non potest. Ergo si genus generis pars esse nō potest, multo minus partis generis partes putabuntur. Deliberatio autem, & demonstratio genera sunt causarum) Id, quod primo dubio proposuit assumpsit sine dubitatione. neq; enim dicit, si deliberatio, sed deliberatio autem & demonstratio genera sunt causarum. & id triplici argumentatione conuincit.s. demonstrationum, & deliberationem genera esse causarum.

[Nam aut nullum causæ genus est &c.) Nam aut nullum, inquit, causę genus est, aut iudiciale solum. aut & iudiciale & demonstratiuum & deliberatiuum. Id est, aut nullum causæ genus, aut vnum, aut tria. duo enim propterea non dixit quoniā deliberatio & demonstratio quanquam inter se diuersa sunt, simul tamen aut in generibus causæ ponuntur, & fiunt tria genera causæ, aut simul tolluntur, & remanet vnum.i.iudiciale solum. Ergo tollit duo.i.nec unum esse nec nullum, vt id quod reliquum est, approbetur. [Nullum dicere causæ esse genus, cum causas esse multas &c.) Nullum, inquit, causę genus, esse non potest dicere. nam qui artes scribit, multasq. dicit esse causas, nullam non potest dicere. Tulit rem vnam. deinde vnum iudiciale solum esse non potest dicere, propterea q̄ & deliberatio, & demonstratio, genera sunt causarum. nam & inter se diuersa sunt, & ab iudiciali multum separata. Id porro quod diuersum est, tūc omnino diuersum est, si inter se & rebus & exitu distet. Atque vt rōnes ex similibus colligamus res est lectio, exitus intellectus. Ergo hæc. tria genera causarum re inter se distant. aliud enim agitur in demonstratione, aliud in deliberatione, aliud in iudiciali. Rerum quoque exitus dispar est. Nam demōstrationis finis est honestas, deliberationis vtilitas iudicialis ęquitas. q̄ si hæc tria inter se & re & exitu distant, profecto genera causarum constitui debebunt. Non ergo recte deliberationem & demonstrationis qualitatis partes esse dixit. In his autē hæc hucusq; disputauimus, uideamus quinq; partitum syllogismum, ac primū quæstionem, de qua agitur, constituamus. Hæc autem est quæstio, quòd non recte Hermagoras deliberationem. & demonstrationem sub qualitate posuerit. Si deliberatio & demōstratio genera sunt causarum, non possunt recte alicuius generis causę putari. hoc primum est. eadē enim res alii genus esse, alii pars potest eidem genus esse, & pars non potest. hoc secundum est. Deliberatio autem, & demonstratio genera sunt causarum, hoc tertium est. nam aut nullum causæ genus est, aut iudiciale solum, aut & iudiciale & deliberatiuū, & demonstratiuum, hoc quartum est. Relinquitur ergo, vt omnia tria genera sint causarum: hæc conclusio est. Videamus ergo illum que pronuntiauimus syllogismum quinque partium. [Si deliberatio, & demōstratio genera sunt causarum, nō possunt recte partes alicuius generis causæ putari) Hæc propositio est. & quia necesse est exprimi confessione, secundum quoq; in cōfessionē venire. propositio nobis approbandę atque iungenda est. Atque ideo Cicero approbat propositionem. [Eadē enim res alii genus esse, alii pars potest, idem genus esse & pars non potest &c.) approbauit ergo propositionem. rursus, post approbatam propositionem illud quod quasi in propositionē dubie proposuerat, assumit hoc modo. [Deliberatio autem, & demonstratio genera sunt causarum) Deinde approbat assumptionem, vt supra diximus, triplici argumentationē. Nam aut nullum causę genus est, aut iudiciale solum, aut & iudiciale & demonstratiuum, & deliberatiuū.) Postremo tres adhibet conclusiones. vbicunque enim ergo vel igitur est, conclusio sit necesse est. Prima igitur cōclusio approbationis de assumptione est. quid enim erit in assumptionis approbatione? nam aut nullum causæ genus est, aut iudiciale solum, aut & iudiciale & demonstratiuum & deliberatiuum: Concludit ergo, hæc tria genera esse causarum. [Relinquitur ergo, vt omnia tria genera sint causarum) Secunda conclusio propositionis est, siue argumētationis eius. Quid enim argumētatur in ꝓpositione? si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causæ putari. Concludit hoc ipsū [Deliberatio igitur & demonstratio non possunt recte partes alicuius generis causæ putari). Tertia autem conclusio quæstionis est, quæ enim quæstio est quod Hermagoras deliberationem & demonstrationem non recte sub qualitate cōstituit concludit itaque quæstionem. [Male igitur eas generalis constitutionis partes esse dixit) Verum cum in primo syllogismo de duabus rebus tractauerit. de primo & secundo id est, de genere, & partibus generis, cur hic in tertia conclusione partis partitium mentionem fecit? quod scilicet tertium est. Hoc primum sit excusatur, quod hæc conclusio præter syllogismum sit: est enim quæstionis. quæ extra syllogismum est, sed ex ea syllogismus. deinde quòd per hanc extremam conclusionem sensum descendit ad alium sylogismum vbi hæc tractat, deliberationem & demonstrationem cum partes generis esse non possunt, multo magis partitium partes esse non possunt. Sed priusquam de eodem syllogismo tractemus ea quæ in eo obscura sunt explicemus. Quod si generis causæ partes non possunt recte putari) Disputasti quidē supra ò Cicero, deliberationem, & demonstrationem, q̄a genera sint, partes generis esse non posse, nō tamen ostendisti, verū constitutio pars generis sit, an ipsum genus. incertum est enim vtrum deliberatio sub qualitate sit, an qualitas sub deliberationē. Doceas itaque oportet, vtrum pars an genus sit constitutio. Hæc ergo incidens quæstio est vtrum constitutio pars an genus sit Iam supra ostendit, liberationem & demonstrationem genera esse causarum, quòd & inter se distent. & ab iudiciali plurimū dissideant, & suum quæque finē habent quo referri debeant Nunc ei docendum est, vtrum constitutiones causarū partes sint. & sic argumentatur. Propositio themate. quid primum inuenias. genus an constitutionem? vtique primum necesse est agnoscas, vtrū deliberatiua an demonstratiua controuersia sit tunc deinde, quæ sit constitutio. Ergo pars causæ est, constitutio omnis. [Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur.) Prius enim causa cognosci necesse est, deinde constitutio. Prius autem causam esse quam constitutionem sic etiam possumus cognoscere, q̄ in singulis causæ generibus constitutiones uariantur. Causa autem omnium constitutionem capax est. Verum cum causa & constitutio iuncta sibi esse videantur, oportet tamē vnum alteri priua sit, Omne.n. quod loquimur, siue quod mente concipimus, aut simplex est, aut coniunctū. Simplex est, quod ad aliud non attendit, vt tabula, saxum, & reliqua huiusmodi: Coniunctum vero, vt de duobus vnum prius habeat, quatuor modis fit, aut tempore, aut loco, aut ordine, aut causa. Aetas cum in homine sit, tempore in eodem secernitur. si dicas enim iuuentas vtique consideratione temporis iuuentas ante senectutem est. deinde, loco iunctæ domus secernuntur. cum enim dicis atrium, ideo primum intelligis, quia consideras interiorem locum esse vbi triclinium. Ordine uero sic, cum in eodem loco multi sedeamus, pro ordine sedentium nobis ante feramus. Causam autem sic, de his quæ iuncta sunt, unum prius efficitur: vtputa pater & filius iuncta sibi sunt. neq; enim ante pater quàm filius nascatur, aut ante filius quàm illi sit pater. sed quia filio ad nascendum pater causa est, ideirco est causa pater filio proferetur. Ita hic in themate causa, & constitutio coniuncta sunt, sed ut prior causa sit, causa efficitur, vt constitutio enim nascatur, causa præcedit, Quod ipse ait. Non enim causa ad constitutionem, sed constitutio ad causam accommodatur.) Hic quoque aduertamus syllogismum quadripartitum.

partitum. prima est enim propositio cum adiunctio. Quod si generis causæ partes non possunt recte putari multo minus recte partis causæ partes putabuntur. Huic propositioni approbatio non fuit subiicienda. Manifestum est enim si partes causæ non sint, multo minus partis causæ partes putari. Ergo incidit quæstio, verũ constitutio pars sit. & vt supra docuimus probat partes. Sed hęc incidens quæstio non pertinet ad syllogismum, verum, quia necessaria fuit, interiecta est: Deinde assumit illud quod proposuerat. [Sed demonstratio, & deliberatio generis causæ partes non possunt recte putari) Et approbat assumptionem, quod ipsa sunt genera, inquit. Postremo concludit propositionis secundam partem. Quid est enim in secunda parte propositionis. [Multo minus recte partis causæ partes putabuntur) Concludit hoc ipsum. [Multo igitur minus recte partis eius, qđ hic dicit, partes putabuntur) Primę.n. parti propositionis per incidentem quæstionẽ satisfacit. Quid est.n. in prima parte propositionis. [Quòd si generis causę partes non possunt recte putari) Itaq; ostendit generis causę partẽ constitutionẽ. Quadripartitus ergo est syllogismus. est enim propositio, assumptio, approbatio, assumptionis conclusio. Quæstio vero incidens ad syllogismum minime pertinet. Deinde, si constitutio, & ipsa, & pars constitutionis eius quęlibet intentionis depulsio est, quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars, &c.) Omnis pars tunc plene pars est, si generis, & nomen, & definitionẽ recipiat, vt puta animal genus est. iam ex animal, homo equus, auis: deinde ex aui, coruus, cornix, aquila, itaque hæc omnia generis sui, & nomen, & definitionem recipere debebunt. Generis vero nomen, quod est animal. ergo & homo, & equus, & auis, & coruus, & cornix & aquila, animalia dicũtur. deinde generis definitio quæ est.i. animalis. Animal est corpus animatũ. itaq; & homo, & equus & auis, & coruus, & cornix, & aquila corpus animatum est. Verum definitio à genere transit in species: specierum vero definitio in genus transire non potest. oõ.n. cum hominem definio, homo est corpus animatum bipes, iam cum dico bipes, ad generis definitionem non pertinen. est.n. animal, & quadruples. Itaque nunc accepta similitudine, ad argumentationem Cic. redeamus. Et primo quęstionem, quę in contentione versatur attendamus. Illa autem, vt supra diximus, quæstio est, ꝙ deliberatio, & demonstratio non recte sub qualitate sint positæ. Supra id iam duabus argumentationibus vicit. quarum prima illa fuit, deliberationem, & demonstrationem, si gña sint causarum partes generis esse oõ posse. & probauit genera esse causarum. Secundo vero argumentatio talis fuit. Quod si generis partes esse non possunt, multo magis partes partium esse non potest. Nunc tertiã affert argumentatione. Si, inquit, constitutio, & ipsa, & pars eius quælibet intentionis depulsio est, quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars cõstitutionis est, vt supra diximus, Ois pars gñis sui, & nomen, & definitionem debet recipere. hic aũt constitutio genus est, sub constitutione quatuor cõstitutiones, sub qualitate demonstratio, deliberatio, iuridicialis, negocialis. itaq; videamus, an deliberatio, & demonstratio generis nomen, & definitionem recipiant. Generis nomen est constitutio, quod nomen tollit Cic. demonstrationi, & deliberationi. Sed ne dicat Hermagoras cõstitutiones dici posse, ostendit definitionem generis cadere nõ posse in deliberationem, & demonstrationẽ. Quod si definitio non cadit nomen quoq; cadere non debebit. Constitutionem autem sic definimus: Constitutio est intentionis depulsio, quã i. definitionem in deliberatione vel demonstratione videmus esse non posse quod si deliberatio, & demonstratio, neq; nomen constitutionis, neq; definitione recipiunt, nec constitutiones sunt, nec partes cõstitutionis. Ipsi autem placet cõstitutionem intentionis depulsionem esse, & cõcedit ei alias definitiones. Rursus, inquit, si finem per seipsum consideremus, nihil aliud quàm finem inspiciemus nec in eo quod finis est, possumus translationẽ intelligere. Ita ergo cõstitutiones singulæ habent proprium suum in quo positę genere commixtionẽ constitutionis alterius non admittunt. Si ergo cõstitutiones singulę per semetipsas consideratæ habent proprium suum, cõmixtionem alterius non admittunt. Siue, inquit, constitutionẽ primam causę accusatoris cõfirmationẽ dicat, siue defensoris primam deprecationem necesse est deliberationẽ, & demonstrationem, neq; constitutionem esse, nec partem constitutionis. Hoc loco animaduertere debemus genus syllogismi, quod obscuritate sui, & artificio colligatũ syllogismus. Iciẽ omnibus antecellit. Sic itaq; iste colligitur syllogismus a primo ad secundum, a secundo ad tertium a primo ad tertium. Primum enim & tertium simile esse medium facit, quod vtrique coniungitur. Sed vt melius possit artificium. Ciceronis intelligi, prius quælibet similitudo facienda est. Ponamus itaq; hęc tria. Victorinus docet, vnum sic. intelligit, aliud sic spem habes, tertium sic itaq; faciamus syllogismum à primo ad secundum: Si Victorinus docet intelligis, nunc à secundo ad tertium, si intelligis, spem habes deinde à primo ad tertium, ergo si Victorinus docet, spẽ habes. Primõ.n. & tertiũ. qđ pt verisimile non videri medio illo quasi quadam approbatione coniungitur. Hoc ergo, & in Cic. videamus. Primum, hoc est si constitutio, & ipsa, & pars eius quælibet intentionis depulsio est. Secundum illud est. Quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. Tertium hoc, si deliberatio, & demonstratio neque constitutio, nec pars constitutiones est. nũc videamus syllogismum a primo ad secundum: Si constitutio, inquit, & ipsa, & pars eius quælibet intentionis depulsio est. q̃ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. deinde à secundo ad tertium. At si quæ intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. demonstratio & deliberatio, neq; constitutio, nec pars constitutionis est. Nunc à primo ad tertiũ. Igitur constitutio, & ipsa, & pars eius & quælibet, intentionis depulsio est deliberatio, & demonstratio neq; constitutio, neque pars constitutionis est. Ergo a primo ad tertium conclusio est syllogismi. Denique Cicero. [Si igitur constitutio) Manifestum, quia, syllogismi conclusio vbicunq; enim ergo vel igitur ponitur, conclusio est argumenti. Deinde coniecturalis causa nõ potest simul) Aliud incipit argumentum.i. quartum syllogismum. quo ostẽdit non recte sub qualitate deliberationem & demonstrationẽ positas. quam syllogismum priusquam ostendamus, ea quę in se sunt, ante videamus. Deinde inquit. Coniectoralis causa. Si, inquit, coniecturam per id quod est, attendamus, nihil aliud inuenimus quam coniecturam solam, nec in eo quod coniectura est possumus intelligere. Rursus, inquit, si finem per seipsum consideremus, nihil aliud quam finem inspiciemus, nec in eo quod finis est, possimus translationem intelligere. Si ergo constitutiones singulæ per semetipsas considerate habent proprium suum, in quo positæ genere commixtionem constitutionis alterius non admittunt, male igitur Hermagora, deliberationem, & demonstrationem partes constitutionis.i. qualitatis esse voluisti cum deliberatio, siue demonstratio per se consideratæ, non solæ intelligi, sed omnes in se constitutiones cõtinere possint. [Simul ex eadem parte, eodem in genere) id supra legimus. Pars autem causę est constitutio omnis. genus autem est constitutionis, id quo valet, quod se explet, id deinde quo vnaquæque constitutio ab aliis constitutionibus segregatur. Pars autem communis potest esse cum multis, & omnino nulla constitutio. [Nec pars constitutionis &c.) Quoniam de deliberatione, & demonstratione quęstio est, quę deliberatio, & demonstratio partes constitutionis ab Hermagora ponuntur, recte cum de solis constitutionibus loqueretur, partes etiã tetigit. [Et omnino, inquit, nulla constitutio, nec pars constitutionis potes simul, & suam habere, & alterius in se vim continere. [Altera assumpta, numerus constitutionum duplicatur, non vis constitutionis augetur) Sapienter dixit. multę enim cõstitutiones in causa esse possunt. sed si plures sint, ad numerũ constitutionum, non ad augendam vim alterius constitutionis accedunt [At deliberatiua causa simul ex eadem parte, eodem in genere, & coniecturalem, & generalem, & definitiuam & translatiuam solet habere constitutionem, & vnam aliquã, & plures nonnunquam:) Cum, inquit, constet vnamquanque constitutionem altera in se non admittere, deliberatiua ex eadem parte eodem in genere omnes solet recipere constitutiones. [Ergo ipsa nec constitutio est, nec pars constitutionis. simul ex eadẽ parte deliberatio enim pars causę est.) Videamus nunc quadripartitum syllogismum. Proponit sic, primo specialiter, deinde generaliter. Specialiter sit, deinde coniecturalis cã non potest simul ex eadem parte eodem in genere, & coniecturalis esse, & definitiua. specialiter enim de coniectiua proposuit. Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadem parte eodem in genere, & definitiua esse, & translatiua. Et hic specialiter de fine proposuit. Nunc proponit generaliter de omnibus constitutionibus, & earum partibus. Et omnino, inquit nulla constitutio, nec pars constitutionis potest simul & suam habere, & alterius in se vim continere. Hucusque proposuit. Deinde approbat propositionem. Ideo, inquit, quod vnaquęque ea se & ex sua natura simpliciter consideratur, altera assumpta numerus constitutionum duplicatus, non vis

constitutionis augetur. Post approbationem propositioni, assumit quod sibi necessariũ est. At deliberatiua, inquit, causa simul ex eadem parte eodem in genere, & coniecturalem & generalem & definitiuam & translatiuam continet cõstitutionẽ, & vnam aliquam, & plures nonnunquam. Quod quoniã manifestum est, & apertũ omnibus, nõ fuit necesse approbare assumptionem. Sequitur ergo conclusio, quę duplex est, Prima ad id quod assumptum est. At deliberatiua causa simul ex eadẽ parte eodem in genere est, ergo ipsa nec constitutio, nec pars cõstitutionis est, Secunda ad vtranque de quo agitur, pariter enim de deliberatione & demonstratione tractetur. Genera, inquit, igitur vt ante diximus, hęc causarum putanda sunt, non partes alicuius constitutionis. ergo ipsa neque constitutio est, neque pars constitutionis. Idem in demonstratione solet vsu venire. [Hæc ergo constitutio, quam generalẽ nominamus, partes nobis videtur duas habere) Postquam docuit, deliberationem & demonstrationẽ non partes qualitatis, sed genera esse causarũ, ad ipsius qualitatis descendit disputationem. Ac primo hac in duas diuidit partes. in iuridicialem & negocialem quarum partium hoc compendium tenere debemus quòd iuridicialis semper de præterito est, & negocialis semper de futuro, quæ tẽpora in ipsarum partium definitione videtur Cicero non declarasse. ait enim. Iuridicialis est, in qua æqui & recti natura aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. [Negocialis est, in qua, quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit consideratur, cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur) Hic omnino tempus quasi præteritum non demonstrat, nisi quod magis futurum tempus videtur includere, cum aut præmii, aut pœnæ ratio quæritur. quo loco primo ostendendum est, & pęnam & pręmium de præterito esse posse. nam & post supplicium de aliquo iniuste sumptum possunt nonnulli in iudicium vocari, & quod non recte præmio aliquem donauerint, possunt in iudicium vocari, vt Verres, qui supplicium sumpsit de ciuibus Romanis, & anulo aureo scribam in concione donauit. ergo pręmii & pœnę ratio põt de preterito esse. Sed occurrit illud, potest tamen præmii & pœnæ ratio & de futuro esse, ideoq. in iuridiciali qualitate tempus prætentũ nõ recte definiuit. Cum iam huic loco sic respondetur, quod dixerit. Ratio enim semp̃ de præterito esse facto. Definitio autem cum quæritur, ratiocinacio dicitur. & est ibi tantum meriti ratio, quod meritum pręteritum est. Atque ita ratio nunquam nisi de præterito est, cum enim dicis, petit præmium, necesse est afferat meritũ. ita in eo quod petit præmium nulla ratio est. Sed cum ais eũ meritum ratio est ex præterito veniẽs. Ergo ait Cicero. Iuridicialis est, in qua æqui & recti natura, aut præmii, aut pœnę ratio quæritur, in eo quod ait. Ratio, pręteritum tempus includit. Iuridicialis à iure. æqui enim & recti ratio non nisi iure cõstat. deinde [Negocialis est, in qua, quid iuris ex ciuili more, & ęgrate sit, consideratur) Negocialis qualitas talis est, cum aliquid generatim iure cautum ad speciem deuocamus, vtputa viro forti præmium detur vir fortis petit inimici mortem. in eo quod dicit viro forti pręmium, dat quidem viro forti pręmium, sed non etiam designat illud forte quod petit. Ergo in negociali qualitate ex æquitates præcedentis iuris, noua iura firmantur .i. vt liceat id, quod in contentione versatur, & ideo de futuro est. Quod etiam iurisperiti faciunt, qui si forte id de quo agit, iure non tantum est per interpretationẽ statuti iuris, id etiam quod in eodem iure nominatum non continetur, affirmant. Hoc est quod ait. Cui diligentiæ præesse apud nos iurisconsulti existimantur. Hic quoque tempus futurum demonstrat, cum ait: Quid iuris sit consideretur. cõsideratio enim de incerto est, & quia iuris consideratio est, de futuro est. [Ac iuridicialis quidem ipsa in duas tribuitur partes, absolutam & assumptiuam) Negocialis qualitas constat, nec aliquas ex se partes fundit, iuridicialis vero in duas partes funditur, in absolutam qualitatem & assumptiuam. Deinde hic quoq; rerum cõpendium tenere debemus, ꝙ in absoluta qualitate factum ipsum iustum asserimus, assumptiuam vero qualitate non factum iustum, sed causam facti iustam fuisse contendimus. itaq; in absoluta qualitate æqui & recti natura quæritur, in assumptiua vero pręmii & pœnæ ratio quæritur. Quæ assumptiua quatuor locis diuiditur, concessione, remotione criminis, relatione criminis, cõparatione. Verum hic quatuor horum locorum Cic. ordinem conuertit, nam à postremo quod hic posuit, retrorsum versus: ordo est etenim vim singularum defensionum considerare debemus Primo hæc est innocentis hominis, vt dicat. Non fecit deinde Feci: sed non sic vocatur. tertio Feci, & sic vocatur, sed iure feci. Deinde hoc ipsum Iure feci, aut licuisse sibi debebit ostendere, quæ est qualitas absoluta, aut si non licuit, debet sibi extrinsecus assumere aliqui, quo hoc probet. quod iniuste factũ videtur. Videamus nunc, q̃ sit de his quatuor assumptionibus fortior assumptio. Primo debet dicere, Feci, sed profui, & probare. plus se profuisse quã obfuisse, quę est qualitas compensatiua, quam ideo Cic. comparationẽ vocat, quòd cõparantur id, quod in crimen vocaᵗ. ad id quo se reus profuisse dicat, quæ comparatio semper in eodem facto est vtputa quidã muros ciuitatis disputauit, hostes fugerunt, reus fit læsę resp. in eodem est comparatio. Nam quòd muros deiecit, videtur læsisse remp. & quia muros deiecit hostes fugerũt, videtur profuisse rei pub. Ergo hoc primũ debet assumere. Feci, sed profui Deinde debet dicere. Feci quidem, sed vt hoc facerem, ante prouocatus sum. i. feci. sed meruit, quę est relatio criminis. Tertio debet dicere Feci, sed alter me impulit vt facerem, quę est remotio criminis Postremo si hæc cuncta defecerint. i. si vt hæc faceret, nec profuit, nec iniuriam reddidit, neq; ab alio compulsus est, quoniã nihil est quo se defendat, debebit fateri, sed veniam postulare, quę est qualitas venialis, quam concessionem Cicero vocauit. Hunc ergo ordinem Cicero hoc loco conuertit, quem in posterioribus seruat. Itaque concessio duas partes habet, purgationem, & deprecationem. In purgatione tria sunt, imprudentia, casus, necessitas. Si hæc non fuerint, deprecatio est. Sed hæc aut apud imperatorem, aut apud populum. itaque in purgatione factum conceditur. sed facientis animus excusatur Hoc est, quod ait. [Cum factum conceditur, culpa remouetur) In deprecatione vero & factum & culpa, conceditur, sed tamen venia deprecatur, hoc est, quod ait. [Deprecatio est, cum & peccasse, & cõsulto peccasse reus se confitetur, & tamẽ vt ignoscatur, postulat:) Hæc ergo deprecatio non nisi aut apud imperatorem, aut apud populum valet, apud iudices vacat. [Remotio criminis est, cum id crimen, quod infertur, ab se & ab sua culpa vi & potestate in alium reus remouere conatur) Remotionem criminis hanc esse dicit, cum reus id, quod ei intenditur, ab se remouet, & in alium transfert. Atque id duobus modis facit, si in alium aut causam, aut factum transferat, seu vt id faceret, dicat alium coegisse verum quod ait, vt factum, potest hic quæstio moueri. Nam cum omnis qualitas facti confessionem teneat, cur hic factum non confitetur, sed in alium transferre conatur. Denique nullus artium scriptor in hac qualitate facti translationem nominauit. sed ideo, quia nullus intellixit. Nam factum sic à se remouet, salua tamen cõfessione facti, vt in hoc themate, quod Cicero in secundo libro posuit. Mancinus cum Numantinis fœdus fecit iniussu populi ac senatus, pulsus eodem in auxilium, atque hostibus dedito; petitur ad pœnam. Etiam ille qui porcam tenuit, contradicit, nam hic & causam, & factum in alium remouet. causam sic. Vt porcam tenuerem Mancinus vi ac potestate coegit. deinde factum sic, Fœdus non ego feci, sed Mancinus, qui aut debuit potuit, manet tamen facti prima illa confessio, quod porcam tenuit. non enim potest negare à se porcam fuisse tentam. Ergo remotio criminis duobus modis constat, si aut causam in alium transferamus, aut facimus: [Relatio criminis est, quod ideo iure factum dicitur, quòd aliquis ante iniuria lacessierit) Relatio criminis talis est, si in eo quod fecimus, vicem nos reddidisse dicamus, vtputa occidi, qa ille me volebat occidere, hoc ego feci, sed meruit. [Comparatio est, cum aliud aliquod factum rectum, aut vtile contenditur, quod vt fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum) Inter comparationẽ & concessionem hoc interest, quòd in compratione de eadem comparatio est, vt supra diximus, dissipasti muros. læsisti rẽp. Contra ille dissipaui quidem muros, sed hostes fugerunt. In eodem comparatio est, vt supra diximus dissipasti muros idest quòd muri dissipati esse dicuntur. Ideo ait quod vt fieret illud, quod arguitur, dicitur esse cõmissum. alio qui Verres, qui multa signa, & vasa ex Sicilia sustulit, ꝙ vtitur hac defensione, qđ a bellis tutam Siciliam redideris, nũ potuit dicere. Ideo signa sustuli, vt defenderem prouinciam. neq; enim propterea tulit signa, vt prouincia esset defensa. Itaque vtitur veniali statu. i. concessione per deprecationem. Ergo in comparatione id, quod intenditur: ideo à nobis factum dicere debemus, vt ex eo ipso bonum illud. quod contigit fluxisse dicamus. In quarta cõstitutione, quam trãslatiuam nominamus. Et supra docuimus quid in se trãslatio contineret. s. vt aut omnem actionẽ cõmutet aut aliqua ex parte debilitet. Hoc est quod hic ait. Aut omnino aliqđ de commutatione aut confirmatione actionis agitur. [Huius constitutionis Hermagoras inuentor esse existimatur inueniendi duo genera sunt. vnum tale, cum in medium

profe

proferimus id qđ erat, sed latebat. aliud, quod quasi non erat, sed à nobis primis videtur inuentum. Itaque de his Cic. lemotem inuentionem dedit. Hermagoræ. s. vt id, quod latuerat, in medium protulisse videatur. hoc est, quod ait: Non quòd nō vsi sint ea veteres oratores sæpe multi, sed quia non animaduerterunt artis scriptores eam superiores. nec retulerunt in numerum constitutionum. Ideo autem translationem multi scriptores inter constitutiones referre noluerunt, quod omnis cōstitutio actionem cōstituat, translatio autem id videatur agere, ne actio sit. Sed Hermagoras recte hanc inter constitutiones posuit. Nam hoc ipsum quod actionē constituit, actio est. Itaq; multi, inquit, Hermagoram reprehenderunt, q translationem inter constitutiones retulerit sed inuidia magis, quàm ex vero. [Et constitutiones quidem. & earum partes exposuimus:) Postquam quid essent singulæ constitutiones. vel quid possent docuit, & earum partes i. qualitates exposuit, promisit se his constitutionibus exempla subd. turū. sed tum. cū cœperint argumenta tractari, quæ argumēta dilucidiora futura esse promittit. si iisdem argumentis in tempore exempla supponat. Hoc est, quod ait. (Nam argumentandi ratio dilucidior erit, cum & ad genus, & ad exemplum causæ statim poterit accommodari) Genera causarum scimus tria esse, demonstratiuū deliberatiuum, iudiciale exempla vero causarum sunt, themata scilicet. [Constitutione causæ reperta, statim placet considerare. vtrum causa sit simplex an coniuncta:) Quoniam in his duobus libris Cic. nihil nisi de inuentione tractat, iccirco per ordinem quæ sint inuenienda demonstrat. Postquā, inquit, cōstitutionem inueneris, considerare debebis causam vtrum simplex sit, an iuncta. i. vtrum de vna re agatur, an de pluribus. Constitutio sic inuenitur: Occidisti. nō occidi, aut iure occidi. causa vero hæc est, an occiderit. an iuste occiderit. Ergo hæc causa simplex an iuncta sit. considerare debemus. deinde iuncta, vtrum ex pluribus quæstionibus est, an ex aliqua cōparatione. Ex pluribus quæstionibus causa iuncta est, vt in Verrinis, accusatur Verrus quòd iniuria tiratus sit, q ciues Romanos necant, quòd peculatum commiserit. itaq; quando ex pluribus quæstionibus causa iuncta est, ipsæ quæstiones inter se diuersæ sunt. Ex comparatione aūt causa iuncta est, cum quid potissimum faciendum si considieratur, vt in diuisione agitur, vtrum Cic. accuset, an Cæcilius. Sed quia comparādi duo modi sunt, comparatiuus & superlatiuus, iccirco ait. [Ex comparatione, in qua per cōtentionē, vtrū potius, aut qđ potissimū sit, quæritur) Verum his locis quæ tractabimus, ipse et Cic. pspicua exempla supponit. [Deinde considerandum est, in oratione. an in scripto sit controuersia) Primo, inquit, constitutio inuenienda est. Secundo, vtrū causa sit simplex, an iuncta. Tertio, in oratione, an in scripto sit cōtrouersia. Scriptum nō tantum leges accipiamus, sed & senatusconsultū. & testamentū. & verba sola. & multa huiusmodi. Horus scriptionis gña sunt quinq; vt ipse primū rebus. deinde nominibus indicauit. i. primum scriptum & voluntas. secundū. leges contrariæ. tertium, ambiguitas, quartum, collectio, siue ratiocinatio, quintū. definitio legalis. vt est in Cæciniana. [Ratio est aūt, cum ois q̄stio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione constitit) Ideo ait, cum omnis oratio nō in scriptione, sed in aliqua argumentatione cōsistit, quoniā & oratio nō ē scriptio, & oppositio orationem habet. sed cum auctoritate, quippe ex scripto. i. ex testamento vel lege venientem. Ergo, inquit, rō est, cum res quæ in concione versatur. nō in auctoritate legis, sed in argumentatione versat. [Ac cum cōsiderato genere causæ) Reperto, inquit, genere materię. & cōstitutione. & eā vtrū simplex an iūcta sit, & ipsa eā scripti an rationis habeat controuersiā, deinde videndum est quæ sit q̄stio, quæ ratio, quæ iudicatio, quod firmamentum. Verum de his tria præcipue sunt in omni causæ gñe perquirenda. Firmamentum vero perraro adhibet. & si qñ adhibet. necesse est, aut in themate sit, aut in historia. alias lemma dicitur. i. falsum argumentorum. Ergo tria illa sine intermissione vbiq; inspicienda sunt. i. quæstio, rō, iudicatio. Quæstio est, quæ nascitur ex conflictione, vt est illud: Iure ne occiderit. Ratio est, quæ facit controuersiam, vtputa: Occidi Clodium, propterea q ille me voluit occidere. Infirmatio rōnis est. Etiā si te Clodius voluit occidere, tu tñ nō iure occidisti. Iudicatio est, vtrum cū Clodius voluerit occidere, iuste tamen a Milone occisus esse videatur. vt Cic. de Oreste exemplū dedit. [Firmamentum est, firmissima argumentatio defensoris, & aptissima ad iudicationem) Firmamentum si verum sit, valde prod: sed soli defensori. accusator. n. pro firmamento assertione habet. Sed hoc, vt diximus raro in cāsu cadit. cuiusmodi sit firmamētum ipsum Cic. docet, vt si velit dicere Orestes. eiusmodi animum matri suæ fuisse in patrē suū, in seipsum, ac sorores, in regnū, & reliqua. Et in ceteris quidē constitutionibus ad hunc modū iudicationes reperientur) Quoniā omnis de facto iam cōfessio est. iccirco in omnibus constitutionibus dicit iudicationē de infirmatione rationis fieri. preterquā in coniectura. In coniectura. n. facti nulla confessio est. quare in coniectura eadē erit iudicatio, quæ quæstio. factū est, nō est factū, factum ne sit? [Quot autem in causa cōstitutiones aut earum partes erunt) Qualitatis. s. partes. reliquæ. n. constitutiones partes nō habent. Ergo quot in causa cōstitutiones, vel partes erunt, tot necesse erit inuenire quæstiones rationes, iudicationes, firmamenta. [His omnibus in causa repertis, tunc denique singulæ partes totius causæ considerandæ sunt) Sub diuersa significantia Cic. partes posuit. Aliæ sunt. n. partes oratoris officii, aliæ. partes qualitatis aliæ partes causæ, aliæ partes orationis. Itaq; partes causæ sunt, vt suscepto negocio per rerum ordinem ea quæ dicenda sunt diligenter inspicias. Quod cum pertractaueris, id est. cum causæ partes inspexeris, tum demū tibi ordinandæ sunt partes orationis. non. n. in ordine. quia primum exordium est. sola tibi primū erunt cōsiderādi principia. & scribenda. sed cōsiderato omni negocio. tunc apposite sumere exordiū debemus. [Hæ partes sex nīno nobis videnť) Multi. n. quatuor esse dixerunt. i. exordium. narrationem, quæstiones. epilogum. Cic. autem sex esse dicit. exordium, narrationem, partitionem. confirmationem reprehensionem, conclusionem. epilogum. s. Et recte. confirmationem & reprehensionē. hoc. n. maximum est oratoris officium, vt argumenta sua primum afferat. deinde aduersariorum dissoluat. quare inquit, quoniā primum exordium est. principio exordii præcepta tradenus.

Omnis res. quę habet in se positā in dictione aut disceptatione aliquā cōtrouersiam. Ac. libentius quam. Aut legerim. [Firmamentū est. firmissima argumētatio defensoris, & aptissima ad iudicationē) Tu vide, ne melior sit lectio, aptissima. Breich- nimi.

DE EXORDIO.

EXORDIVM est oratio animū auditoris idonee comparans ad reliquā dictionem: quod eueniet, si eum beneuolum, attētum, docilem fecerit. Quare qui bene exordiri causam volet, eum necesse est genus suæ causæ diligenter ante cognoscere. Genera causarū sunt quinque honestum, admirabile, humile, anceps, obscurū. Honestum genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. Admirabile, à quo alienatus est animus eorū, qui adituri sunt. Humile; qđ negligitur ab auditore, & non magnopere attendendū videť. Anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa & honestatis, & turpitudinis particeps, vt beneuolentiā pariat & offensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negocijs causa implicita est. Quare cum diuersa sint genera causarū, exordiri quoq; dispari ratione in vnoquoq; genere necesse est. Igitur exordium in duas partes diuidit, in principium & insinuationem. Principium est oratio perspicue, & protinus perficiens auditorē beneuolē, aut docilem, aut attentū. Insinuatio est oratio quadā dissimulatiōe, & circuitione obscure subiens auditoris animū. In admirabili genere causæ, si nō oīno infesti auditores erunt, principio beneuolentiā cōparare licebit: sin erunt vehementer abalienati cōfugere necesse erit ad insinuationem. nam ab iratis si pspicue pax & beneuolentia petitur, nō modo ea nō inuenit, sed augetur, atq; inflammatur odium. In humili aūt genere causæ, cōtemptionis tollendæ causa, necesse erit attentū efficere auditorē. Anceps genus causæ si dubiā

indicationē habebit, ab ipsa iudicatione exordiē dū est:sin aūt partē turpitudinis, & partē honesta tis habebit, beneuolentiā captare oportebit, vt in genus honestū causa translata videat. cum aūt erit honestū causæ genus, vel pteriri principium poterit, &, si cōmodum fuerit, aut à narratione incipiemus: aut à lege, aut ab aliqua firmissima rōne nostræ dictionis: vel, si vti principio placebit, beneuolentiæ partibus vtendū est, vt id qđ est, augeat. In obscuro causæ gñe, per principiū dociles auditores efficere oportebit. Nunc, qm̄, quas res exordio cōficere oporteat, dictum est; reliquum est, vt ostendatur quibus quæq; res rōnibus cōfici possit. Beneuolētia quatuor ex locis cōparatur, ab nostra, ab aduersariorū, ab iudicum psona, à causa. Ab nostra, si de nostris factis & officijs sine arrogantia dicemus: si crimina illata, & aliquas minus honestas suspiciones iniecta diluemus: si, q̄ incommoda acciderunt, aut quæ instēt difficultates, proferemus: si prece & obsecratione humili ac supplici vtemur. Ab aduersariorū aūt, si eos aut in odiū, aut in inuidiā, aut in contemptionē adducemus. In odiū adducentur, si qd eorum spurce, superbe, crudeliter, malitiose factū proferet. In inuidiā, si vis eorū potētia, diuitiæ, cognatio, pecuniæ proferētur, atq; eorum vsus arrogās & intolerabilis; vt his rebus magis videant, q̄ causæ suæ cōfidere. In contentionē adducentur, si eorum inertia, negligentia, ignauia, desidiosum studiū, & luxuriosum ocium pferetur. Ab auditorū persona beneuolentia captabitur, si res ab his fortiter, sapiēter mansuete gestæ proferentur, vt ne qua assentatio nimia significetur: & si, de his q̄ honesta existimatio, quantaq. eorum iudicij & auctoritatis expectatio sit, ostēdetur. Ab ipsis rebus, si nostram causam laudādo extollemus, aduersariorum causam per contemptionē deprimemus. Attentos autem faciemus, si demonstrabimus ea, quæ dicturi erimus, magna, noua, icredibilia esse, aut ad oēs, aut ad aliquos illustres homines, aut ad deos immortales, aut ad summam reip. pertinere: & si pollicebimus nos breui nostrā causam demonstraturos, atque exponemus iudicationē, aut iudicationes, si plures erūt. Dociles auditores faciemus, si aperte, & breuiter summā causæ exponemus, hoc est, in quo consistat controuersia. nam &, cum docilē velis facere, simul attentum fac as oportet. nam is maxime docilis est, qui attētissime est paratus audire. Nunc, insinuationes quemadmodum tractari conueniat, deinceps dicendum vr̄. Insinuatione igitur vtendum est, cum admirabile genus causæ est, hoc est, vt ante diximus, cum animus auditoris infestus est. id aūt tribus ex causis fit maxime: si aut inest in ipsa causa quædā turpitudo, aut si ab ijs, qui ante dixerunt, iam quiddam auditori persuasum videtur, aut eo tempore locus dicendi datur, cū iā illis, quos audire oportet, defessi sunt audiendo. nam ex hac quoq; re nō minus, q̄ ex primis duabus in oratione nonnunquam animus auditoris offenditur. Si causæ turpitudo contrahet offensionem; aut pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem qui diligitur, interponi oportet; aut pro re, in qua offenditur, aliam rem, quæ probatur; aut pro re hominē, aut pro homine rem vt ab eo, quod odit, ad id, quod diligit, auditoris animus traducatur; & dissimulare id te defensurū quod existimeris defensurus. Deinde, cū iam mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionem, & dicere, ea, quæ indignantur aduersarij, tibi quoq; indigna videri. Deinde, demonstrare nihil eorum ad te pertinere, & negare te quidquam de aduersariis esse dicturum, neq; hoc, neq; illud, vt neq; aperte lædas eos, qui diliguntur, & tñ id obscure faciens, quoad possis alienes ab eis auditorum voluntatem; & aliquorū iudicium simili de re, aut auctoritatem proferre imitatione dignam. Deinde, aut eādem, aut consimilē, aut maiorem, aut minorem agi rem in præsentia, demonstrare. Sin oratio aduersariorū fidem videbitur auditoribus fecisse, id qđ ei, qui intelligit quibus rebus fides fiat facile erit cognitu: oportet aut de eo, quod aduersarij sibi firmissimum putarint, & maxime ij, q audierint, probarint, primū te dictū polliceri: aut ab aduersarij dicto exordiri, & ab eo potissimū, qđ ille nuperrime dixerit: aut dubitatione vti, quid primum dicas, aut cui potissimū loco rñdeas cum admiratione. nā auditor eum eū, quē aduersarij perturbatū putant oratione, videt animo firmissimo cōtradicere paratū plerunq; se potius temere assensisse, q̄ illū sine causa cōfidere arbitrat. Sin auditoris studiū defatigatio abalienauit à causa: te breuius, q̄ paratus fueris, esse dicturū, cōmodū est polliceri, nō imitaturū aduersariū. Sin res dabit, nō inutile est ab aliqua re noua aut ridicula incipere, aut ex tpe quæ nata sint, qđ genus, strepitū, acclamationē; aut iā parata, quæ vel apologū, vel fabulā, vel aliquā cōtineat irrisionē: aut, si rei dignitas adimet iocandi facultatē, aliquid triste, nouū horribile, statim non incōmodū est iniicere. nā vt cibi satietas & fastidiū, aut subamara aliqua re releuat, aut dulci mitigat: sic animus defessus audiēdo, aut admiratione integrat, aut risu renouat. Ac separatim quidē, quæ de principio & insinuatione dicenda videbantur, hæc ferē sunt. nunc quiddā bř, & cōmuniter de vtroque præcipiendū vr̄. Exordium sententiarū & grauitatis plurimū debet habere, & omnino omnia, quæ pertinent ad dignitatem, continere in se; propterea q id optime faciendum est, quod oratorē auditori maxime commendat: splendoris, & festiuitatis, & concinnitudinis minimum: propterea q ex his suspicio quædam apparationis atque artificiosæ diligentiæ nascitur, quæ maxime orationi fidem, oratori adimit auctoritatem. Vitia vero hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit, vulgare, cōmune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur. Commune est, quod nihilominus in hanc quàm in contrariam partem causæ potest cōuenire. Cōmutabile, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. Longum est, quod pluribus verbis aut sententiis vltra quàm satis est producitur. Separatum, quod non ex ipsa causa ductum est, nec, sicut aliquod membrum, annexum orationi.

Translatum est, qđ aliud conficit, quàm causæ genus postulat: vt, si quis docilem faciat auditorem cum beneuolentiam causa desiderat: aut si principio vtatur, cum insinuationem res postulat. Contra præcepta est, quod nihil eorum efficit, quorum causa de exordii præcepta traduntur; hoc est quod eum, qui audit, neque beneuolum, neque attentum, neque docilē efficit; aut, quo profecto nihil peius est, vt contra sit, facit. Ac de exordio quidem satis dictum est.

VICTORINVS.

EXORDIVM est oratio animum auditoris idonee cōparans ad reliquam dictionem:)Optima definitio est quæ à gñe incipit, deinde descendit ad speciem. Postremo ita propria complectitur, vt excludat omnino id, quod cum aliis potest esse commune, vt hic sex partes orationis Cic. ponit. Orator porro duo agit, aut fidem facit, aut animos commouet. Quare in quatuor illis mediis partibus fides fit, in narratione, in partitione, in confirmatione, in reprehensione. In exordio vero, vel epilogis animi commouentur. itaque vt definiat exordiū à gñe incipit. Exordium est oratio, omnis. n. pars oratio est. Deinde sic descendit ad speciem, ita vt excludat quatuor illas partes medias, quibus fides fit: Animum, inquit, auditoris idonee comparans, sed quia & in epilogis animi comparantur, ita proprium complectitur, vt excludat etiam epilogos: Ad reliquam, inquit, dictionem. Ita ergo exordii plena definitio est: Exordium est oratio, animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem Verū cū aliquid fieri volumus primum definire debemus quid sit illud quod fieri volumus, vt hic de exordio definiuit, qđ esset. Exordium est, inquit, oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionē. deinde debemus definire quid inde fiat, vt hic fecit: Quod eueniet, inquit, si eum beneuolum, attentū, docilem fecerit. Sed quia nō bene aliqđ facimus, nisi prius sciamus vbi faciendum sit, prius ostendit vbi faciendum sit, postremo quemadmodum faciendum sit. Ait ergo, tunc nos optime exordiri, si causarum gñа cognoscamus, hoc est, vbi faciendū sit. [Genera causarum sunt quinq; honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum)Hic quæstio nascitur, Cum supra dixerit genera causarum tria esse, demonstratiuum, deliberatiuū, iudiciale, cur hic rursus genera causarum quinq; esse dixit? Verum hæc quæstio occulta nimis rōne, ac difficili disputatione dissoluitur: Animaduertere. n. debemus, quid Cic. secutus sit. Res multæ sunt, quarum vna substātia reliquæ accidunt, itaq; cum substantiæ accidente vna qualitas, potest & alia accidere, sed quæ non sit in eodē gñe. in quo prima qualitas fuit. vtputa si dicas, foliorū gña duo sunt nēpe de membrana, & de charta tunc dicitur. hic foliū substantia est accessit ei vna qualitas, membrana & charta. pt tñ eidem substantiæ. i. folio, alia qualitas accidere, quæ non sit in eodem genere, in quo prima qualitas si dicas, foliorum gña sunt tria est oblongum, est latū, est quadratum. Quare si circa primam qualitatem numerus definitionis varietur, vitium est. sin autem in eadem substantia circa alias qualitates numerus definitionis variet nō est vitium. Vt hic ait, primum causarum gña tria sunt. causa hic substantia est accidit ei vna qualitas, vt sit demonstratiuum genus, deliberatiuum, iudiciale. Deinde ait, causarum gña quinq; sunt, licet eadem sit substantia, alia tamen ei qualitas accidit in iudiciali. n. siue alio gñe causæ inuenitur, & honestum causæ genus, & admirabile, & humile, & anceps, & obscurum. Ergo duplici hoc modo possumus intelligere, aut quod substātiæ multæ sæpe accidunt qualitates. aut quod multæ qualitates substantiales sunt. i. quod eis qualitatibus possunt aliæ accidere qualitates, vt hic substantia est causa, accidit causæ vt sit iudiciali, itaq; iudicialis qualitas est. Rursus hæc ipsa qualitas substantialis est. nam accidit ei, vt habeat in se aut honestum cāæ genus, aut admirabile, aut humile, aut anceps, aut obscurum. Item in deliberatiuo genere causæ, vel demonstratiuo, potest hoc ipsum euenire. Quare nullus hic error est generis causarū circa definitionem numeri, si quidē substantiæ nunc plures accidunt qualitates, vt supra docuimus. nunc multæ sunt qualitates substantiales. i. quibus possunt aliæ incidere qualitates, quod similiter supra docuimus. Ergo quinq; genera dixit esse causarum, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Et definit, genera ipsa. [Honestum genus est, cui statim sine oratione nostra fauet animus) Definitio nunc ex rebus ipsis, nunc ex euentu rerum colligitur. Has itaque definitiones Cic. non ex rebus ipsis. sed ex euentu rerum colligit. Sæpe. n. honestis, vel non honestis rumorum opinionibus abutimur, & qa rumor facile creditur (peruenit aūt rumor vsq; ad iudicem, orator porro apud iudicem agit) necessario non rei honestum se qui debet, sed opinionem, quæ etiam iudici nota est. Ergo Cic. honestum causæ genus non ex rebus definiuit, sed ex euentu rerum, qui notus est iudici. Honestum, inquit, causæ genus est, cui statim sine oratione nostra fauet auditoris animus. Ergo si & statim, & sine oratione nostra fauet iudex opinionem sequitur. i. euentum rerum. [Admirabile, à quo alienatus est animus eorū, qui audituri sunt) Et hæc definitio de animis iudicū est, Admirabile est, inquit, causæ genus, cum is defenditur, quem ob magnitudinem criminis defendi nullus posse credebat, itaque hic iudices beneuoli faciendi sunt. [Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendū videt) Humile cāæ genus est, si de re abiecta sit controuersia. In hoc genere attenti auditores faciendi sunt. hæc quoq; definitio de animis iudicum sumpta est. [Anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa, & honestatis, & turpitudinis particeps) Hęc definitio, & ab ipsis rebus sumpta est. Verum anceps, inquit, causa duobus modis est, si aut iudicatio dubia sit. aut inhonestissima materia, vt in Orestis themate. quia non vna rō est, iudicatio quoq; fit dubia. Occidisti, iure occidi, nam illa patrem meum occidit, ēt si patrem occidit, non iure à filio mater occisa est. Iudicatio, An cum illa patrem occiderit, iuste à filio occisa videatur. Deinde potest & hæc esse oratio: Iure occidi, nam vt id facerem, Apollo respondit. Infirmatio rationis. Etiam si Apollo id respondit, non iuste à filio mater occisa est, Iudicatio: An cum Apollo responderit, iuste mater à filio videatꝰ occisa. Ergo in hoc themate iudicatio dubia est. Deinde fit anceps causæ genus, si habeat in se causam & honestatis & turpitudinis, si lenonis filius fortiter faciat, & præmium petat, honestū est, quod fortiter fecit, turpe, quod filius lenonis. in hoc quoq; genere causæ beneuolentiam comparare debemus. [Obscurū, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negociis causa implicata est) Quod obscurum est, tribus modis semper obscurū est, si aut is qui enarrat non intelligit, aut is qui narratur tardior est, aut si res ipsa perplexa est. Verum hic duo tñ posuit, superfluum. n. fuerat, cū de oratore hic perfecto loquatur, si aliquid de eius imprudētia diceret. Hic itaque iudices dociles facere debemus. Ergo ostendit primum quid esset exordium animorum, inquit, commotio. deinde ostendit quid inde fiat, aut attentus, aut docilis, aut beneuolus. Deinde vbi fiat. i. in generibus quinq; causarum, & ostendit quæ essent genere nunc per qđ faciendum. i. per principiū, & insinuationem. Itaq; breuiter quid in hac lectione contineatꝰ explicabimus. Exordium, inqt, in duo diuidit in principium, & insinuationem. Horum duorum hanc differentiam teneamus. In principio aperte, & vt ipse ait, protinus iudices nobis, aut attentos, aut dociles, aut beneuolos comparamus. In insinuatione vero occulte, & quibusdā circuitionibus. Hoc quoque compendium tenere debemus, quod in omnibus cāæ generibus principio nobis vtendum est. in admirabili vero nunc insinuatione, nunc principio. Principio tunc si auditores non oīno erunt alienati, insinuatione tunc si ve' emēter erunt alienati. Beneuolentia quatuor ex locis comparatur, ab nostra, ab aduersariorū, ab iudicium, ab ipsa causa. Beneuolos, inquit, iudices a quatuor locis facere debemus, vel possumus, a nr̃a persona, ab aduersariorū, à iudicum, ab ipsa causa. Rursus a nr̃a persona quatuor ex locis beneuolentiam iudicis possumus cōparare si de nostris, inqt, factis & officiis sine arrogātia dicemus. plena. n. gloria in his duobus est. in factis, & officiis. Officiū est qđ vel ex legibus, vel ex natura necesse est nos implere. factū vero est, qđ supra quā debemus, p̄stamus. Ergo si de nostris factis, & officiis, sed sine arrogantia dicemus. Deinde si crimina, inqt, illata, & aliquas minus honestas suspiciones iniectas diluemus. Id est, si ea q̄ ad deformationē personæ nostræ prꝰ iudicialem quæstionē fuerint obiecta, diluemus, deinde, si aliquid futurū mali prædicemus, quomodo ipse Cic. ad iudices: Moneo, prędico, ac denuncio. Postremo a nostra p̄sona beneuolentiam comparamus, si inqt, pro nobis supplici vtamur oratione. Deinde ab aduersariorū p̄sona, tribus ex locis beneuolentiā iudicis, cōparamus, si eos aut in odiū, aut in contemptionem, aut in inuidiam deduxerimus. In odiū sic, si eorum turpia vel crudelia facta proferamus, in inuidiā sic, si enium

potentiam, gratiam, pecuniam proferamus. Et quoniā hęc in
terdum nō modo nō crimini, sed etiam decori sunt, recte addi
dit. Horum omnium vsum arrogantem. multę enim res per se
malæ sunt, multæ cū mediæ, ex euento bonæ, vel malæ fiunt.
Deinde in contēptionem sic aduersarios adducimus, si eos cō
temnēdos esse dicamus. q aut negligentes sint, aut ignaui. Ab
iudicum persona vero duobus ex locis beneuolētiam cōpara
mus, si eorum bene gesta sine adulatione proferamos, & si di-
camus præsentis iudicii magnam esse expectationem. Postre-
mo ab ipso negocio duobus ex locis beneuolentiam compa-
ramus, si nostram causam laudando extollamus, aduersario-
rum vituperando deprimamus. [Attentos autem faciemus, si
demonstrabimus ea. quæ dicturi erimus, magna. noua) Nunc
docet quemadmodum attentos iudices facere debeamus. At-
tentos, inquit, iudices faciemus, si nos magna promittamus
dicturos esse, vt ait Virg. Maius opus moueo. Deinde si noua
nos dicturos esse dicamus Interdum etiam, si magna, inquit,
non sit res tamen noua. animos auditorem facit attentos. Po-
stremo si incredibilia. necessario etenim attente audiendū est,
quod vix credi posse promitto. Deinde si hæc, inquit, magna,
noua incredibilia dicamus, nunc ad omnes pertinere, vt sæpe
Cic. de quo agatur, non solum ad reum, sed omnium fortunas
dicit pertinere. Nunc ad eos qui audiunt. Vt Cicero sæpe ait,
hoc ideo agi vt iudicibus iudicia transferant. [Aut ad aliquos
illostres) Si dicamus rem iustam ad sacerdotes, ad senatores,
vel alios huiusmodi pertinere. [Aut ad deos immortales.) Vt
Cic. de Domo sua dicit: Rem ad deos pertinere, ne ipsi Cicero
nem domo expulisse videantur. [Aut ad sommam reip. pertine
re) Ergo his omnibus attentos iudices facimus. [Et si pollice
bimur nos) Nec non, inquit, etiam tunc attentos iudices faci-
mus, cum nos breuiter dicturos esse promittimus. & ne menti
nos iudices putent, q̄ breuiter nos dicturos esse promittimus.
Exponere, inquit, debemus iudicationem aut iudicationis, si
plures erunt. Deinde ostendit, quo pacto dociles auditores fa-
cere debeamus. [Dociles auditores faciemus) S., inquit in prin
cipiis ea quæ sunt nobis dicenda, ponamus, vt nobis iudices ad
cognoscendum negocium comparemus, præterea, inquit, cū
dociles iudices facimus, simul attētos iudices facere debemus.
ita ipse Cic. in Cluent. faciles indices, cū ait: Animaduerti iudi-
ces omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes
Deinde facit attentos, cum ait: Quarum alterū inniti. & ma-
gnopere confidere videbat inuidia inueterata iudicii Iuniani.
& reliqua. Tunc etenim, inquit, iudex melius docilis fiet, si &
attentus fuerit effectus. Hæc de principiis. Nunc nobis de insi-
nuatione dicendum est. [Insinuatione igit vtendū est, cū admi
rabile genus causæ est) Diximus principiorū triplicē esse finē,
vt aut beneuolos iudices, aut attentos. aut dociles faciamus,
idē nobis & in insinuatione faciendū est. Sed hoc interest, qđ
in principiis hoc aperte facimus, in insinuatione occulte, &
quibusdam circuitionibus, nec in alio causæ genere nisi in ad-
mirabili, tunc cum animi iudicium erunt vehementer offensi.
Ergo, inquit, insinuatione tunc erit nobis vtendū cū animi iu
dicium fuerint offensi. Et ostendit quibus rebus offensos iudi
ciū animos possimus agnoscere, prius. n. vulnus inspiciendum est,
apponenda medicina. Tribus, inquit, vel maxime causis animi
iudiciū offendunt. Verum cū ait. Maxime, ostendit & aliis cau
sis ostendi iudices. sed his plerunq; si aut in negocio ipso inest
aliqua turpitudo, vt res ipsa pręter personas aut iudicis, aut
gentis pariat offensionē, aut si iā aliqd iudicibus ab his q pri-
mū dixerunt. persuasum videt, & ideo is qui post dicturus est,
non libenter auditur, aut sit illi q auditum sunt alios audien-
do cœperint esse offensi. Quare cum hæc animaduerteris sin-
gula hac dicēdi arte sanabis. [Si cāç turpitudo cōtrahere offen
sionem) Duobus modis causa cōtrahit turpitudinem, aut. n.
res turpis est, aut persona. Si, inquit. persona turpis fuerit, aut
aliū hominem subiicies qui amatur, aut rem pro persona. De-
inde si res turpis fuerit, aut aliā rem quæ honesta est subiicies,
aut pro re hominem, si vtrunq; turpe fuerit, & res, & persona,
commodum erit causam suscipere, tamē si quid leuiter turpe
fuerit potest suscipi. Deinde, inqt, debebis dissimulare defensio
nem. postquā mitiores reddideris auditores, paulatim ingredi
in eandē defensionem, & dicere ea q̄ aduersariis displiceant, ti
bi etiam displicere. sed nihil horum ad tuum negocium ptine
re. Deinde, inqt. occulte & de aduersariis detrahere debebis. Po
stremo, inqt, de simili negocio aliquorū iudiciū afferri oporte
bit exemplum. Animaduertere tñ debemus, vt & insinuatione
quatuor locis pręceperit beneuolentiam comparandā. i. ab ip
sa cā, a nostra psona. ab aduersariorū, à iudiciū, A cā dixit pos

se beneuolentiam comparari, vbi ait. Aut pro eo homine, in
quo offenditur, alium hominem qui diligitur, interponi opor
tet, & reliqua. Deinde ostendit quemadmodum à nostra per-
sona beneuolentiam comparemus, cum ait. Et dissimulare id
te defensurum, quod existimeris defensurus. Deinde cum iam
mitior factus erit auditor, ingredi pedetentim in defensionē,
& dicere ea quæ indignentur aduersarii, sibi quoque indigna
videri. Ab aduersariorum vero persona, docet quemadmodū
beneuolentiam comparemus, cum dicit: Et negare te quidquā
de aduersariis esse dicturum, neq; hoc, neq; illud, vt neq; aperte
lædas eos qui diliguntur, & tamen id obscure faciens, quoad
possis alienes ab eis auditorum voluntatem. Postremo docet
vtā iudicum persona beneuolentiam comparemus, cum ait.
Et aliquorum iudicium simili de re, aut auctoritatem profer-
re imitatione dignam. Verum quod ait: Deinde, aut eandem,
aut consimilem, aut maiorem, aut minorem agi rem in præ-
sentia demonstrare. Etenim semper post exemplum facienda
est comparatio. Comparatio porro nunc à pari, nunc a maio-
ri, nunc a minori semper fiat necesse est. [Sin oratio aduersario
rum) Ostendit quod primum fuit, si per causæ turpitudinem
auditores offensi extitissent, quibus modis ab his posse beneuo
lentia comparari. Nunc, inquit, si oratio aduersariorum dictis
finem fecerit, & ideo iudices videntur abalienari, tribus modis
beneuolentiam comparamus, si aut ab eo argumento quod
sibi firmissimum crediderant aduersarii, te dicturum esse pro-
mittas, aut si ab eo dicto incipias, quod aduersarius nuper di-
xerit. aut si, inquit, cum admiratione dubites cui potissimum
respondeas quæstioni. Cum enim inquit, te iudices viderint pa
ratum ad respondendum, existimabunt sibi non recte ab his q
ante dixerunt, id quod crediderant fuisse persuasum. Postremo
docet, quo pacto beneuolentiam nobis a iudicibus compare-
mus, si forte ipsi iudices defatigati fuerint multos audiendo.
Primo, inquit, oportebit polliceri breuius te quam sueris esse
dicturum: Deinde, si ita habebit negocium, vtile erit rebus no
uis, vel ridiculis risum iudicibus, aut iocū mouere. Atq; id du-
plici modo, aut ex tempore, si forte clamor, aut strepitus fue-
rit exortus, aut cogitatis paratisq., vt vel à fabula incipiat, vel
ab apologo ad præsens negocium pertinendus. Fabulæ sunt,
quas ferè videmus extitisse ex Phędris, Medæis, Clytemnestris,
aliisque similibus. Apologi sunt ex rebus humilibus composi-
tæ quædam formæ, ac species ad viuendū, vt extat illa de mu-
re & leone. Ergo si, inquit, negocii dignitas patietur. risum vel
locum mouere oportebit. Sin autem tale negocium fuerit vt
iocandum non sit à re aliqua tristi, & seuera commodum erit
incipere. Nam, vt inquit, sibi fastidium nunc sub dulci re nunc
sub amara releuat. ita inqt, studiū audiendi apud iudices, nunc
rebus ridiculis. nunc asperioribus redintegrat. [Ac separatim
qdem, quæ de principio & insinuatione dicenda videbant, hæc
fere sunt) Supra. inqt, Quid in principiis faciendū esset, qd in
insinuatione separatim disputauimus, nunc, inquit, breuiter in
vtrunq; præcepta dabimus. [Exordium sententiarum, & graui
tatis plurimum dēt habere, & omnino oia, q̄ pertinent ad di-
gnitatē, continere in se;) Sententiarū inquit, non illarum quæ
generaliter dicunt, vt est illud: Obsequiū amicos, veritas odiū
parit. Præceptum est autē, ne quid in principiis generaliter di-
catur. Sed hic sententias accipiamus, sensus atq; inuentiones
pulchras, atq; easdem graues. Præterea, inquit, vt commendati
simus auditoribus, in exordio omnia illa habere debemus, q̄
nobis, vel orationi nostræ pariant dignitatē. Splendoris & fest
iuitatis & cōcinnitudinis minimum. in exordio, inqt, nihil splē
didum, nihil diligentes accuratum habere debemus, ne ipsa di
cendi diligentia diffidentiam negocii demonstremus. Docuit
quid in principiis, qd in insinuatione, qd generaliter in vtroq;
obseruare debemus. Quare postquam ostendit quid faciendū
esset, præcipit rursus qd non faciendū sit. [Vitia vero, hęc sunt
certissima exordiorum, quę summopere vitare oportebit) Vi-
tia vero, inquit, hęc sunt certissima exordiorum. Cum ait cer-
tissima. ostendit, & supra se non nihil de vitiis exordii dixisse.
ait enim. Splendoris, & festiuitatis, & concinnitudinis minimū
in exordio esse debebis. Verum hęc maxime vitia exordiorum
esse dicit, atque hæc omnino vitanda esse præcepit: Vulgare,
commune, commutabile, longum, separatum, translatum, cō
tra pręcepta. [Vulgare est, quod in plures causas potest accō
modari, vt conuenire videatur) Vulgare est, quod in plures
causas potest acommodari, id est quod dicitur generale princi
pium, & quod non vnius, sed omnium potest esse causarum, si
sic incipias. Iouem ego Optimum Maximum vellem, si fieri
posse iudices. [Commune est, quod nihilo minus in hanc q̄ in

contra

contrariã partem causæ potest conuenire) Cõmune est, quod nihilominus in aliquã contrariam partem causę potest conuenire. Inter vulgare, & commune hoc interest, vulgare omnium controuersiarum est. Cõmune in eadem controuersia vtriusq; partes. Itaq; cõmune specie includitur, vulgare vero generale est, quare cõmune erit, quod tam à nobis, quam ab aduersariis dici potest. Cõmutabile est, quod ab aduersario potest leuiter commutatum ex contraria parte dici. Cõmutabile est, inquit, quod non quidẽ ab aduersarii dici possit, ita vt à te probatum est, sed commutato verba, vel addita possit in parte contraria cõmutari. [Longum est, quod pluribus verbis aut sententiis vltra q̃ satis est producitur) Meminimus in duobus esse orationẽ nostram, nunc in vrbis singulis, nunc in coniunctis, quę sententiæ dñr. Itaq; , inquit, lõgum est, quod nimis aut in vrbis, aut in sententiis inuolutum est. [Separatum, qđ non ex ipsa causa ductum est, nec, sicut aliquod membrũ, annexũ orationi) Separatum est, quod nõ est proprii negocii, neq; eius causæ qua de agitur, vt si homicida tibi accusandus sit & tu ab adulteriis facinoribus exordiũ sumas. [Translatum est, quod aliud cõficit, q̃ causæ genus postulat: vt, si quis docilẽ faciat auditorem, cum beneuolentiã causa desiderat) Translatũ est, inquit, cum ignorato genere causæ, aut dociles pro attẽtis, aut attentos pro beneuolis faciẽdos nobis iudices putamus. [Cõtra præcepta est, quod nihil eorũ efficit, quorum causa de exordiis pręcepta traduntur) Cõtra præceptum est, inquit, quod omnino iudicum animos nõ cõparat, sibi, interdum etiam infestos facit. Quare finitis exordii præceptis, nũc nobis de narratione dicendũ est.

DE NARRATIONE.


ARRATIO est, rerum gestarũ, aut vt gestarũ expositio. Narrationũ tria sũt gña. Vnum genus est, in quo ipsa cã, & oĩs rõ controuersiæ cõtinetur. Alterũ, in quo digresio aliqua extra causam, aut criminationis, aut similitudinis, aut delectationis nõ alienæ ab eo negocio, quo de agit̃, aut amplificationis causa interponitur. Tertiũ genus est remotũ à ciuilibus causis, quod delectationis causa inutili cũ exercitatione dr̃, & scribit̃. Eius partes sunt duæ, quarũ altera in negociis; altera in psonis maxima versat̃. Ea, quæ in negociorũ expositione posita est, tres habet partes, fabulã, historiam argumentum. Fabula est, in qua nec verisimiles res continentur. cuiusmodi est: Angues ingentes alites iuncti iugo. Historia est gesta res, ab ætatis nostræ memoria remota. quod genus, Appius indixit Carthaginensibus bellum. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. huiusmodi apud Terentium:

Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia.

Illa aũt narratio, quæ versatur in psonis, eiusmodi est, vt in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones, & animi perspicui possint, hoc modo:

Venit ad me sæpe clamitans, quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquum & bonum.

Hoc in gñe narrationis multa inesse debet festiuitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine grauitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatiõe, errore, misericordia fortune cõmutatione, insperato incõmodo, subita lætitia, iucundo exitu rerum. Verũ hæc ex ijs, quæ postea de elocutione præcipiẽtur, ornamenta sumunt̃. Nunc de narratione ea, quæ causæ cõtinet expositionem, dicendum vr̃. Oportet igitur eã tres habere res, vt breuis, vt aperta, vt pbabilis sit. Breuis erit, si, vnde necesse est, inde initium sumetur, & non ab vltimo repetetur, & si, cuius rei satis erit summã dixisse, eius partes non dicentur: nã sæpe satis est quod factũ sit dicere, non vt enarres quemadmodum sit factum: & sit non longius q̃ quod scitu opus est, in narrando procedetur: & si nullã in rem aliã transibit̃: & si ita dicetur, vt nonnunq̃ ex eo, quod dictum sit, id, quod dictum non sit, intelligatur: & si nõ modo id quod obest, verũ etiã id, qđ nec obest, nec adiuuat, præteribitur: & si semel vnumquodq; dicetur: & si nõ eo, in quo proxime desitũ erit, deinceps incipietur. Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt, cum se breues putent esse, longissimi sint: cum dent operam vt res multas br̃ dicant, non vt omnino paucas res dicant, & non plures q̃ necesse sit. nam plerisq; br̃ dicere vr̃, qui ita dicit: Accessi ad ædes, puerũ euocaui: respondit: Quæsiui dñm, domi negauit esse. Hic tametsi tot res breuius non potuit dicere, tñ, quia satis fuit dixisse. Domi negauit esse, fit rerũ multitudine longus. Quare hoc quoque in genere vitanda est breuitatis imitatio, & non minus rerum nõ necessarium, q̃ verborum multitudine supersedendum est. Aperta aũt narratio poterit esse, si, vt quidq; primum gestũ erit, ita primum exponetur, & rerũ ac tẽporũ ordo seruabitur, vt ita narrentur, vt gestæ res erunt, aut vt potuisse geri videbuntur. Hic considerandum erit, ne quid perturbate, ne quid cõtorte dicatur, ne quam in aliã rem transeat, ne ab vltimo repetatur, ne ad extremũ prodeatur, ne quid, qđ ad rem ptineat, prætereatur: & oĩno, quæ pcepta de breuitate sunt, hoc quoq; in gñe sunt conseruanda. nam sæpe res parum est intellecta longitudine magis, q̃ obscuritate narrationis. Ac verbis quoq; dilucidis vtendũ est: quo de gñe dicendum est in præceptis elocutionis: Probabilis erit narratio, si in ea videbũtur inesse ea, quæ solent apparere in veritate, si personarũ dignitates seruabũtur, si causæ factorũ extabũt, si fuisse facultates faciundi videbunt̃, si tẽpus idoneũ, si spatii satis, si locus opportunus ad eandem rẽ, & qua de re narrabitur, fuisse ostẽdetur si res & ad eorum, qui agent, naturã, & ad vulgi morem, & ad eorũ, qui audiunt, opinionẽ accõmodabitur. ac veri quidẽ similis ex his rõnibus esse poterit. Illud aũt præterea cõsiderare oportebit, ne, aut cũ ob sit, narratio, aut cum nihil prosit, tũc interponatur: aut non loco, aut non quemadmodum causa postulat, narret̃. Obest tum, cum ipsius rei gestæ expositio magnam excipit offensionẽ: quã argumentando, & causam agẽdo lenire oportebit quod cum acciderit, mẽbratim oportebit partes rei gestæ dispergere in causam, & ad vnamquaq; , confestim rõnem accõmodare, vt vulneri præsto medicamentũ sit, & odiũ statim defensio mitiget. Nihil prodest narratio tunc, cũ, ad aduersarijs re exposita, nostra nihil interest iterũ, aut alio modo narrare: aut cũ ab alijs, q̃ audiũt, ita tenet̃ negociũ vt nostra nihil intersit eos alio pacto docere. qđ cum acciderit, omnino narratione supersedendũ est. Non loco dicitur, cum non in ea parte orationis collocatur, in qua res postulat; quo de genere

agemus tum, cum de diſpoſitione dicemus: nam hoc ad diſpoſitionem pertinet. Non quemadmodum cauſa poſtulat, narratur, cum aut id quod aduerſario prodeſt, dilucide & ornate exponitur, aut id, quod ipſum adiuuat, obſcure dicitur & negligenter. Quare, vt hoc vitium vitetur, omnia torquenda ſunt ad commodum ſuæ cauſæ, contraria, quæ præteriti poterunt, prætereundo; quæ illius erunt, leuiter attingendo: ſua diligenter, & enodate narrando. Ac de narratione quidem, ſatis dictum videtur: deinceps ad partitionem tranſeamus.

VICTORINVS.

NARRATIO eſt, rerum geſtarum, aut vt geſtarũ expoſitio) Definit quid ſit narratio. In definitione vero, vt ſæpe iam diximus, omnia quæ ad rem aperiendum pertinẽt, colligi atq; includi debẽt. Quare? quoniam non tantum illa narrantur quæ vere geſta ſunt, ſed etiam illa quæ non ſunt geſta, ſed geri potuerunt. ideo ait, narratio rerum geſtarũ, aut vt geſtarũ expoſitio. Geſtarũ rerum expoſitio eſt, negociorũ ciuilium, & hiſtoriarũ, vt geſtarũ rerum expoſitio eſt, comœdiarum, fabularum, & thematum, quæ in adiutorio dicuntur. Ergo tria genera narrationis eſſe dicit. Vnũ quod ſit in cauſæ expoſitione, vt eſt illud, C. Quintius frater huiuſce P. Quintii fuit & huic ſimilia. verum qm̃ narratio, cauſę nõ id ſolum agit, vt res geſtas explicet, verum etiã multa futuris præſtruit quæſtionibus, animaduertamus vt Cic. vtrunq; complexus ſit. [In quo ipſa cauſa) Hnc ad rerum expoſitionẽ. [Et omnis ratio cõtrouerſiæ continetur) Hoc ad quæſtiones pertinet. Ergo vnũ narrationis genus eſt. in quo ipſa cauſa & omnis ratio controuerſiæ cõtinetur. Aliud genus narrationis eſt, quod extra cauſam eſt, ſed ad cauſam fecit. vt eſt illud: Agonis eſt q̃dam Lilybetana liberta Veneris Erycinæ. Hęc narratio extra cauſam eſt. agitur. n. qui magis debeat accuſare. ſed tamen ad cauſam fecit. Locus enim introducitur. in quo ſe Cæcilius iniuriam à Verre paſſum eſſe cõmemorat, qua ſe læſum accuſare debere contendit. Verũ hæc narratio extra cauſam quatuor modis fit, aut criminationis cauſa, aut ſimilitudinis, aut delectationis, aut amplificationis. Criminationis cauſa fit: vt, Dio quidã fuit Haleſinus. P. Aſellius mortuus eſt, C. Sacerdote p̃tore. ſimilitudinis cauſa fit, vt eſt illud. Sic iſte multo ſceleratior & nequior quam ille Adrianus, aliquando etiam ſelicior fuit. Digreſſio, & hæc videri põt, ſed nõ eſt, quia non interponitur narratio, quę cauſa eſt deliberationis. Delectationis cauſa fit, nõ alienæ ab eo negocio quo de agitur. vt ſi prata, ſi nemora, ſi ſontes riuosq. deſcribat, & hanc ipſam deſcriptionẽ ad cauſam applices. Amplificationis cauſa fit, vt eſt illud de Eryphila, quę viſum ornamentũ adamauit. Amplificat crimẽ Verris, q̃ cũ illa rem viſam adamauerit, Verres multa ẽt non viſa concupierit. Ergo ſecundũ genus narrationis hæc eſt quæ digreſſio dicit̃, quæ fit aut criminationis, aut ſimilitudinis, aut delectationis, aut amplificatinnis cauſa. Tertiũ genus narrãdi eſt, qđ extra oratorẽ eſt, hoc eſt, qđ ait. [Remotum à ciuilibus cauſis) Eſt aũt poetarum vel hiſtoriographorũ. dat tamen curſim etiã in hanc narrationem pręcepta. Hęc, inquit, narratio remota à ciuilibus cauſis duo membra haber. Nam aut propter negocia exponẽda ſumitur, quod eſt comœdiographorum, vel tragœdiagraphorum, vel propter perſonas. Veridici vero in vtroq; verſantur. nam Virgilius Aeneæ & mores, & facta deſcribit. Ergo hæc narratio extra oratorẽ, in duo diuiditur, in negocia, & in perſonas. verum illa narratio quæ in negociis eſt, tres habet partes, Fabulam, Hiſtoriam, Argumentum. Fabulam, dici eſſe, quæ nihil veri nec veriſimile continet. & dat exemplũ, euiuſmodi eſt, Angues ingẽtes alites iuncti iugo: Verum hic quæſtio eſt, cum in definitione generali narrationis dixerit, narratio eſt rerum geſtarũ, aut vt geſtarum expoſitio, cur in fabulæ definitione, quæ vtique quoniam & ipſe narratio eſt, generi ſimilis eſſe debuit? Sed hoc in euentus diuerſitate non conſiſtit, ſed potius in reuocando ad memoriã per ſuo intellectionem, q. d. fabula eſt expoſitio, vel narratio, in qua nec veræ nec veriſimiles res continentur. Deinde, è ventus varietas eas ab hiſtoria diſgregat, cum ait, Hiſtoria eſt; quæ rẽs veras cõtinet, ſed à noſtra memoria remotas. & dat exemplum. Quod genus eſt, Appius indixit Carthagienſibus bellum. [Argumentum eſt ficta res, quæ tamen fieri potuit) Argumentum eſt, quod quidẽ non eſt factum, ſed fieri potuiſſe creditur. vt in Terentio, adoleſcẽtis vita narratur. Nam is poſtquã exceſſit ex ephebis Soſia. A negociis ergo narratio tres partes habet, fabulã, hiſtoriã argumentum. Fabula nihil veri, nec veriſimile continet, hiſtoria geſta pręteritorum, argũ non verum, ſed veriſimile. illa autẽ narratio, quę verſatur in perſonis exprimẽdis, talis eſſe, inquit, debet, vt in narratione rerum vim perſonę agentis, & animos oſtendat. & dat exemplũ de Terentio, vbi Demeæ & Mitionis ſenum perſonarum contentio ſecernitur. Venit ad me ſæpe clamitans, quid agis Mitio! cur perdis adoleſcente nobis? & reliqua. In his omnibus & rigor & auſteritas perſonæ obiurgantis oſtenditur. Verũ ne nos perturbet, q̃ & in illa narratione quæ in negociis eſt, ſępe etiam perſona deſcribitur. nam deſcribitur Catilina, deſcribit̃ Sertorius, & reliqui, & illa rurſus narratione quæ de perſonis eſt, geſta etiã narrantur. non inquã nos perturbent, quia mixta ſunt. ſed animaduertere debemus, qđ propter quid dicatur. Sępe. n. perſona deſcribit̃, vt negocium pareſcat, ſæpe geſta narratur, vt apertius qualis ſit perſona videatur. Sed ad præceptum narrationis illius reuertitur, quę ipſam cauſam cõtinet & totius cõtrouerſię narrationem. [Oportet igitur eã tres habere res, vt breuis, vt aperta, vt probabilis ſit) Oportet igitur eã tres habere virtutes, vt breuis, vt aperta, vt p̃babilis ſit. Tres virtutes ſunt narrationis, vt breuis ſit narratio, vt aperta, vt probabilis. Verũ vt hęc tria ſemper omnia ſint, nõ vnũ aliquod ex tribus. itaq; iſtę virtutes narrationis licet & aliis partibus orationis conueniant, narrationis tñ ſunt propriæ aliorum autẽ partium orationis virtutes narrationi conuenire non poſſunt, quęlibet reprehenſio, quælibet confirmatio, quęlibet criminatio põt habere hęc tria, ſed quaſi aliena. ipſa aũt quę habent, narrationi nõ conueniunt, vt inductiones, vt ratiocinationes, & reliqua huiuſmodi, quę fidei ſunt, non affectus, igitur tres iſtę virtutes narrationi oratorię conuenire poſſunt, & illi narrationi quę extra ciuiles cauſas eſt. nanque hiſtoria & breuis eſſet debet in expoſitione, & aperta, & probabilis, vt Saluſtius ſibi omnia in Catilina tribuit: Quã breuiſſima potero, paucis abſoluam. Cum aliis hiſtoriographis ſingula tradidiſſet in lib. r. hiſtoriarũ, dat Catoni breuitatem, Romani generi diſertiſſimus paucis abſoluit: Fannio veritatem. Sed antequã dicamus vt breuis narratio fiat, vt aperta, vt probabilis, principio dicendum videtur quid ſit narratio oratoria, quid agat, vel quo diſtet à reliquis partibus orationis. Oratio quęque negocium explicat, atque inſinuat audienti, narratio dicitur, explicans quid geſtum ſit, aut per verũ, aut per veriſimile. i. aut per id quod geſtum eſt, aut per id quod geri potuit. quę oratiu tametſi partibus narratione plenis inclinetur in actoris commodum, non tamen ad pugnam continuo eaſdem partes ducit. Negocium enim iudici inſinuatur, non pars negocii. Agitur enim vt cauſam iudex norit. Cauſa vero duarum partium eſt. Sed ſubtilitas exponentes, aliquid quod ſuę parti proſit inſinuat. nam iudex ſic ab vno audit, quaſi extra partem. Sed vere is optimus patronus eſt in narrando, qui ita narrit, vt & aduerſarius ita narrare potuiſſe credatur. verum talis oratio eſſe non poteſt, cum crimina proponuntur. Quibus in propoſitionibus, & ſi dicatur, illud fuit, illud conſecutum eſt, & cetera ſimilia tamen narratio non eſt. Quoniam hęc omnia ad criminationem continuo ducuntur, & non id agitur in hac oratione, vt iudex ſciat cauſam, ſed vt audiat crimen admiſſum. At in narratione, cum cauſa omnis fuerit explicata tunc crimen aut ab accuſatore proponitur poſt narrationem, quaſi intentio, aut à defenſore quaſi quæſtio, vt purgetur. Sextus Roſcius occiſus eſt, accuſator dicit a filio, Tullius negat. huic eſſe criminatio poteſt, & defenſio. Inſinuatur iudici per narrationem totum negocium, vbi, quando, quomodo Sex. Roſcius ſit occiſum. Hoc dicat vtraque pars neceſſe eſt. huic ſinguli ſubtiliter interuiciunt id, quod parti ſuę prodeſſe poſſit, non pugnę modo, ſed adiũcta veriſimilitudine, vt, ita narret quaſi & aduerſarius eodem modo narrare poſſit. Explicito negocio, cauſaq. cognita, incipit aduerſarius dicere quod Sex. Roſcium filius interemit, & hæc criminatio. Si autem defenſor eſt. proponit crimen quaſi quęſtionem. Occidiſſe patrem Sex. Roſcius arguitur, & affert argumenta, quibus hoc poſſit diſſoluere. Ita in dictionibus aliis criminationes intelliguntur, vel propoſitiones criminum, cum oratio exponendi quodammodo implicitã ſe cum habet intentionem, vt occidiſti, aut abſtuliſti. [At vbi narratio eſt, poſt narrationem dñr, ſed tamen in narratione ſignifican-

tue

tur iudici, non aperte ab oratore dicuntur. Breuis erit, si vnde necesse est, inde initium sumetur, & non ab vltimo repetetur) Breuis erit, si, vnde necesse est, inde initium sumet, non ab vltimo repetet. Dixit suprà narrationem oratoriam tres virtutes habere debere, vt breuis sit, vt aperta vt probabili. Nunc docet breuis narratio quemadmodum esse possit, & breuis pro qualitate negocii. Breuis, inquit, erit, si initium sumas à rebus necessariis, non ab vltimo. vtputa, si nobis bellum Troianum narrandum sit, debemus à raptu Helenæ incipere, non à Læda, q̄ Helenam gennit. Ergo præcepta dat in breuem narrationem, quæ in initio narrationis, quæ in fine, quę in medio seruare debeamus. Atque hoc præceptum de initio narrationis est, quod ait. Breuis erit, si vnde necesse est, inde initium sumetur, non ab vltimo repetetur. Et si cuius rei satis erit summam dixisse, eius partes non dicentur:) Vtputa cum sufficiat dicere Occidit, & non dicamus, & voluit, & potuit, & occidit, cum harum partium summa sit, occidit, & hoc dixisse sufficiat. verū hoc præceptum de medio narrationis esse potest. [Et si non longius, quàm quod scitu opus est, in narrando procceditur:) Id est si narres quosque narrandum est, non etiam illa narrentur, quæ iam in tractatus cadunt. vtputa, quidam fortiter fecit, petit præmii nomine ærarii dimidium, contra dicitur. Narrandum est, quemadmodum fortiter fecerit, non etiam quemadmodum ad ciuitatem regressus sit, & quemadmodum præmium petierit, & quemadmodum ei contradictum sit. verum hoc præceptum de fine narrationis est. [Et si nullam in rem aliam transibitur:) Scilicet vt illa tantum narres quæ ad causam pertinent, non etiam aliqua quæ extra sunt, & quę ad negocium minime pertinēt. [Et si ita dicetur, vt nonnunquā ex eo, quod dictum sit, id, quod dictum non sit, intelligatur,) Vt posita secunda, quæ sunt sua prima declarent. Si dicas inde cum reuersus essem, vtique cum dicit reuersus, ostendit ibi, & profectum te nescio quo, & peruenisse, postremo reuersum. [Et si nō modo id quod obest, verum etiā id, quod nec obest, nec adiuuat, prætenbitur:) Etenim qui breuitate studet, non modo illa in narratione prætetire debet quæ obfutura sunt, verum etiam illa quæ nihil profutura. [Et si semel vnumquodque dicetur:) Id est, vt non modo illa prætereantur quæ aut obsutura sunt, aut nihil profutura, verumetiam illa quæ prosunt, vt semel dicantur, non bis aut amplius. [Et si non ab eo, in quo proxime desitum erit, deinceps incipietur) Pręceptum omne duplex est. Nunc enim ostendit quid faciendum sit, nunc quid non faciendum. Ita hic Cicero. In superioribus ostendit quid esset in narratione faciendum tunc ostendit quid sit non faciendum. Et si non ab eo, inquit, quo in proximo desitum erit, deinceps incipietur. i. ne à re illa, quam nuper diximus, ad aliam rem sumamus exordium. Si dicas profectus vrbe sum, & cum essem profectus, ad villam veni, & cum venissem. Quare is qui breuiter narraturus est, iterare nihil debet. [Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt, cum se breues putent esse, longissimi sint) Sæpe, inquit, & si dictio in verbis breuis est, tamen longa efficitur, cum non necessariæ res in narratione ponuntur. Quod vt nos non prætereat, primo nobis dicendum est quemadmodum possumus intelligere. quod vbicunque dicta sint singula verba significant res suas singulas, vt sedet, currit, eo venio. Item copulatio rationalis verborum plurimorum vnam rem continet. maxime autem, si in narratione fit, cum præmissa verba tertia persona concludit? Vt, M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso. seuerior, neque minus grauis, & multiplex cura patres exercebat. Hæc tertia persona vnam rem fecit omninm superiorem. Itaque in oratione tot res erunt, quod erunt tertiæ personę. ergo in hac oratione. Accessi ad ędes, puerum euocaui, respondit: quæsiui dominum, domi negauit esse: tertia persona est, respondit. Iam igitur vna res est. fit autem altera cum ait, domi negauit esse. Quare cum sufficeret, domi negauit esse, abundauit rebus superfluis. quia dixit ante, respondit. Ita ergo multos imitatio breuitatis decipit. qui cum res breuissime dicant, tamen quia plures quam oportet dicunt, incipiunt breues non esse. Qamobrem, inquit, si breues esse volumus, non solum verba non necessaria præterire debemus, sed etiam res. [Aperta autem narratio poterit esse) Dixit quemadmodum breuis narratio esse possit, nunc quemadmodū aperta esse possit, exponit. Illud autem perspicere debemus, quod, & in apertam narrationem illa dat præcepta, quæ, & in breuem. Hic etiam quid in principio apertæ narrationis, quid in fine, quid in medio facere debeamus, ostendit. Nunc itaque totam complectitur narrationem, cum ait. [Aperta autem narratio poterit esse, si, vt quidque primum gestum erit, ita primum exponetur). s. vt non peruerso narrandi ordine fiat iudicibus in cognitione confusio. [Et rerum ac temporum ordo seruabitur). s. ne id primum narres quod postea factum est, quod si feceris, & in rerum, & in temporum ordine deliquisti. [Vt ita narrentur, vt gestæ res erunt, aut vt potuisse geri videbuntur.) Hoc est quod ait supra in definitione narrationis. Narratio est rerum gestarum, aut gestarum expositio id est vera, & verisimilis. [Hic considerandum erit, ne quid perturbare) Vt in præceptis breuis narrationis, primum ostēdit quid faciendum esset, deinde quid non faciendum, ita, & hic ostendit primo quid faciendum esset, tum quid non faciendum. Considerandum, inquit, erit, ne quid perturbate dicatur. i. si rerum ac temporum in narratione ordo mutetur. Deinde, inquit, nequit contorte. i. cum interdum non facilis transitus ac directus est. sed obscurus. [Ne quam in aliam rem transeatur.) Ne omissis rebus ad præsens negocium pertinentibus, non narranda atque aliena narremus. Hoc præceptum etiam de breui narratione dedit, cum ait. Et si in nullam aliam rem transibitur. [Ne ab vltimo repetatur) Ita vt supra de breui narratione, si vnde necesse est inde initium sumetur, nec ab vltimo repetatur. Verum hoc præceptum etiam hic de initio narrationis est. [Ne ad extremum prodeatur) Ita vt supra de breui narratione: Et si non longius, quam quod scitu opus est, narrando procedatur. Verum hoc præceptum etiam hic de fine narrationis est, ne ad extremum procedatur. [Ne quid, quod ad rem pertineat, prætereatur:) Hoc vitium mediæ narrationis est, ita aut principii vitium est, si ab vltimo repetatur, finis autem, si ad extremum prodeatur. Deinde concludit, illa, inquit, omnia de breui narratione præcepta etiam in aperta nobis seruanda sunt. Nam vt aperta non possit esse narratio, non intelligitur, id est aperta non est longitudine magis quam obscuritate. Ergo vt aperta sit narratio, & vt intelligatur, minime longa. i. breuis esse debebit. Præterea, inquit, vt apertam habeamus narrationem, vti, inquit, dilucido ac de proximo petito sermone debemus. [Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea, quæ solent apparere in veritate) Secundum ordinem diuisionis suæ, postquam de breui, & aperta narratione tractauit, nunc incipit de narratione probabili disputare. Probabilis, inquit, erit narratio, si in ea fuerint illa omnia quibus solet veritas inueniri. nam in his septem omnis ad fidem argumentatio continetur. Septem illa superiora, quis, quid, cur, vbi, quādo, quemadmodum, quibus adminiculis, omnes artium scriptores tractauerūt, & in præceptis suarum artium reliquerūt. Verum Cicero rerum ac temporum personarumq. considerans naturam, addidit illis omnibus octauam opinionem, & recte. Res enim omnes non per se sunt, nec ex natura valent, sed opinione. neque enim cum dicimus tunicam, per seipsam intelligimus tunicam esse quia vestimur, sed quia nostra nobis opinione persuasum est cum audierimus tunicam, intelligimus rem esse qua vestimur. Et reliqua similiter colligere possumus. Ergo Cicero omnia dicit. Hanc vero opinionem in tribus plenam esse dicit, si id, quod dicimus à nostra natura non abhorreat. i. ab eorum natura pro quibus agimus, scilicet ne de pudicitia agat leno, de castitate meretrix. quod si fiat probabilis narratio non erit. Deinde vt id, quod agimus, à populi rumore non abhorreat scilicet ne contra consuetudinem audientium loquaris. Si apud Romanos narres contra iustitiam, & si apud Scythas mores barbaros reprehendas. Postremo si id, quod agimus. cum eorum quicunque audiunt iudicaturi opinione consentiat. Itaque narrationem probabilem esse dicit, si in ea sit septem illa, quis, quid, cur, vbi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. Sed cum omnia hic posuerit, vnum non posuit, id est modum, quod est quemadmodum. Et recte modum inter præcepta probabilis narrationis non posuit. Non enim in modo fides fit, sed magis autesis criminis. Et quoniam pręcepta hęc, ad coniecturam accommodanda erant, vbi factum negatur, merito modus esse non debuit, quia modus non excutimur, nisi cum factum conceditur. Cum autem in coniectura, vbi factum negatur, omnino esse non poterit, multo magis alibi modus non erit. Si autem in reliquis statibus fuerit, autesis facti erit, non probabilis narrationis expositio. Ergo hic videamus, septem illa absque solo modo. Persona, si personarum dignitates seruabuntur. Causa, si causę factorum extabunt. Facultas, si fuisse facultates videbuntur. Tempus, si tempus idoneum. Locus, si locus opportunus. Videamus, & opinionem quę his omnibus quoque à Cic. addita est. [Si res, & ad eorum, qui agent, naturam, & ad vulgi morem, & ad eorum,

qui

qui audiunt, opinionem accommodahitur) Si personarum dignitates seruabuntur, non honores, sed prout quæque digna sit. [Si tempus idoneum, si spatii satis) Duo sunt tempora, vnũ per spacium. i. per interuallum. aliud per opportunitatẽ. Spatium est, vt vnus, alter, multi dies, mensis, menses, anni. Opportunitas est occasio ex hominum actibus facta, vt bellum, pax, ludi, seditio. Hoc est ergo quod ait. Si tempus idoneum. si spatii satis. Iam cum ait. si tempus idoneum, ostendit tempus esse per opportunitatem. Illud autem præterea considerare oportebit. Supra docuit quę in narratione seruanda sint, & quemadmodum facienda, nunc in ipsam narrationẽ quatuor pręcepta dat. Quæstio est enim. An vbique narrandum sit. Deinde si narrandum, quo loco narrandũ: Postremo si ita narretur quemadmodum causa postulet, non vbique narrandum est, inquit. Etenim si obest narratio, pręterennda est: Et cum nihil prodes, prætereunda est. Deinde, inquit, videndũ est quo loco narrandum sit. Sæpe. n. post argumenta narrandum est, vt Cic. in Miloniana fecit. Postremo secundum causæ genus narrandũ est, vt quod non est prætereundum, non prætereas, quod prætereundũ, prętereas. [Obest tum, cum ipsius rei gestæ expositio magnam excipit offensionem) Obest, inquit, narratio si cum aperis atq; insinuas rei gestæ qualitatem, necesse habes tibi auditorem reddere infensum. Quod cum cõtingit. non contexte, inquit, narrare debebis, nec causam omnem indicare, sed singulas causæ partes proponere, & his statim argumenta supponere, vt res dubia fidẽ pro agentis accipiat volũtate. Præterea, inquit, cum nihil prodest narratio, pręteriri debet. Nihil autem prodest narratio tum, cum ita ab aduersariis causa iudicibus exposita est, vt à nobis aliter narrandum non sit. Denique iam supra diximus, non interdum opportuno loco poni narrationem. Vtrum hoc genus præcepti differt in id tempus, quo de dispositione dicturus est. [Non quemadmodum causa postulat, narratur) Præuaricatio duobus modis fit. Si vtilia nostræ causæ cum obscuritate dicamus, aut vtilia aduersariorum manifeste atq; aperte proferamus. Verum hæc tunc vitia sunt, si cũ id facimus, nihil nobis prodest. Sæpe etenim prodest, vt tali præuaricatione aliud quod volumus obtinere possimus. Nam vt obtineat Dauus, ne Chremes det filiã Pamphilo, aperte narrat. id, quod contra Pamphilum poterat videri, illum peregrinam amare, & filium ex ea suscepisse. Nunc secundũ ordinem positæ narrationis, ad partitionis præcepta veniamus.

BECICHEMIVS.

NAm plerisque breuiter dicere videtur, qui ita dicunt. Accessi ad ædes, puerum vocaui) Manuscripti libri, dicit. sed & dicunt defendi potest à grammaticis.

DE PARTITIONE.



Ecte habita in causa partitio, illustrem, & perspicuam totam efficit orationem. Eius partes duæ sunt, quarum vtraque magnopere ad aperiendam causam, & constituendam pertinet controuersiam. Vna pars est, quæ, quid cum aduersariis cõueniat, & quid in controuersia relinquatur, ostendit: ex qua certum quiddam designatur auditori, in quo animum debeat habere occupatum. Altera est, in qua rerum earum, de quibus erimus dicturi, breuiter expositio ponĩt distributa: ex qua cõficitur, vt certas animo res teneat auditor; quibus dictis, intelligat fore peroratum. Nunc vtroque genere partitionis quemadmodum cõueniat vti, breuiter dicendum videtur. Quæ partitio, qd conueniat, aut quid non conueniat, ostendit, hæc debet illud, quod conuenit, inclinare ad suæ cāæ commodum, hoc modo: Interfectam matrem esse à filio, conuenit mihi cum aduersariis. Item contra. Interfectum esse à Clytemnestra Agamemnonem, conuenit. Nam hic vterq; & id posuit, quod conueniebat; & tamen suæ causæ commodo consuluit. Deinde, quid controuersiæ sit, ponendum est in iudicationis expositione: quæ quemadmodum inueniretur, ante dictum est. Quæ autẽ partitio rerum distributam continet expositionem, hæc habere debet breuitatem, absolutionem, paucitatem. Breuitas est, cum nisi necessarium nullũ assumitur verbum. Hæc in hoc genere iccirco vtilis est, ꝙ rebus ipsis, & partibus causæ, non verbis neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est, per quã omnia, quæ incidunt in causam, in genera, de quibus dicẽdum est amplectimur. in qua partitione videndum est, ne aut aliquod genus vtile relinquatur, aut sero extra partitionem, id quod vitiosissimũ ac turpissimũ est, inferatur. Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur, neq; permiste cũ partibus implicantur. nã genus est, quod plures partes amplectit. vt animal: pars est, quæ subest generi, vt equus. Sed sæpe eadem res alij genus, alij pars est. nã homo aĩalis pars est; Thebani, aut Troiani genus. Hæc ideo diligentius inducit præscriptio, vt, aperte intellecta gñali partitione, paucitas generum in partitione seruari possit. nã qui ita partitur, Ostendam propter cupiditatem, & audaciã, & auaritiã aduersariorũ oĩa incõmoda ad remp. peruenisse; is non intellexit, in partitione, exposito genere, partem se generis admiscuisse. nam genus est omnium nimirum libidinum cupiditas: eius aũt generis sine dubio pars est auaritia. Hoc igitur vitandum est ne, cuius genus posueris, eius secum aliquam, diuersam ac dissimilem, partẽ ponas in eadem partitione. Quòd si quod in genus plures incidẽt partes, id cum in prima partitione causæ erit simpliciter expositum, distribuetur eo tempore commodissime, cum ad ipsum ventum erit explicandum in causæ dictione post partitionem. Atque illud quoque pertinet ad paucitatẽ, ne aut plura, quàm satis est, demonstraturos nos dicamus, hoc modo: Ostẽdam aduersarios, quod arguimus, & potuisse facere, & voluisse, & fecisse: nam, fecisse, ostendere satis est. Aut cum in causa partitio nulla sit, & cũ simplex quiddam agatur, tamen vtamur distributione, idq. perraro potest accidere. Ac sunt alia quoque præcepta partitionum, quæ ad hunc vsum oratorium non tantopere pertinẽt, quæ versantur in philosophia, & quibus hæc ipsa transtulimus, quæ conuenire videbantur, quorum nihil in ceteris artibus inueniebamus. Atque his de partitione præceptis, in omni dictione meminisse oportebit, vt & prima quæque pars, vt exposita est in partitione, sic ordine transigatur; & omnibus explicatis, peroratum sit, hoc modo, vt ne quid posterius præter conclusionem inferatur. Partitur apud Terentium breuiter & commode senex in Andria, quæ cognoscere libertum velit:

Eo pacto, & gnati vitam, & consilium meum.
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.

Itaque quemadmodum in partitione proposuit, ita narrat primum gnati vitam:

Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas.

Deinde suum consilium,

Et nunc id operam do.

Deinde quid Sosiam velit facere, id qđ postremũ posuit

posuit in partitione, postremum dicit:

Num tuum est officium,

Quemadmodum igitur hic, & ad primam quamq; partem primum accessit, &, omnibus absolutis, finem dicendi fecit: sic nobis placet, & ad singulas partes accedere, & omnibus absolutis perorare. Nunc de confirmatione deinceps, ita vt ordo ipse postulat, præcipiendum videtur.

VICTORINVS.



Ecte habita in causa partitio, illustrem, & perspicuam totam efficit orationem.) Antequam de præceptis partitionis dicamus, prius dicendum videtur, quid intersit inter partitionē & diuisionē partitio est, totius causæ per partes constitutio. Diuisio est, rerum sub partitione iacētium. Verū hic hoc animaduertēdū est, vt definitionē partitionis nō ab eo quid sit, sed q̄d faciat collegerit. Recte, inquit, habita in causa partitio illustrē, & perspicuā totā efficit orationē. Narrationis porro definitionē ab eo quid sit, scimus esse collectam. Narratio est rerum gestarum, aut vt gestarum expositio. Dicit itaque, partitionem duas habere partes. Distributionem, & aliam quæ ostendit quid aduersarii confiteantur, & quid in contentione versetur. Verum vtrarumque harum partium duplex effectus est. Aperit causam, & controuersiam constituit. aliud est n. quod aperit causam, aliud quod constituit controuersiam. Nanque aperitur causa in narratione, in qua etiam si intelligitur quę sit controuersia, non tamen ab oratore constituitur. Constituere est n. proponere, & dicere quid in controuersia sit. Ergo in narratione aperitur causa, non constituitur controuersia. At in partitione, tametsi aperitur causa tamen, & constituitur cōtrouersia, vt non vnū sit, sed vtrunq; fiat. Nam aperit vtique causam. quia partitur quanquam alio modo aperit quam in narratione. Cum enim dicit dicturus sum de illo, aperta est causa partitione, hoc est distributio. Item in alia partione, cum dicitur. illud manifestum est, nec negatur, illud vero negatur, vtiq; aperitur causa, sed partione, vt diximus, in eo tamen, & constituitur controuersia, cū quid in confessione sit docetur, quid in negatio. Alia autem partio, quę distributio nuncupatur, potest aperire tantum causam res enumerando. at cū vel verba iunguntur, vel oratio, quæ dicat de his esse dicendum. nunc constituitur controuersia. quęstor Verres fuit legatus, prætor vrbanus, prætor Siciliensis. Hoc solum dicere, aperire causam est, sed partitione, per distributionem. At vero illud adiungere, quare hæc erit quadripartita distributio totius accusationis meæ, hoc constituere controuersiam. Itaque, vt diximus, partitio species habet duas. Vnam, quæ quid cū aduersariis conueniat docet. & quod in cōtrouersia sit. Alteram, quæ in distributionem habet membrorum in reliquam orationem. Illa superior species cum proposuerit quid cōueniat, id ipsum ad se inclinat, vt pro se faciat id, quod aduersariis confitetur. Postea vero subiungit, id quod sit in controuersia. Facit hoc Cicero pro Milone: Dicam, inquit, vim factam à P. Clodii familia, aduersarii non negant. Hic proposuit, quod aduersarii fateantur. deinde ipsum pro se fecit dicendo, damnum datum esse Miloni Concedi. vici vnam rem. Item adiungit alteram partem, in qua confessionem docet, cū dicitur, Ni hominibus armatis non negas, vici alteram, post, quid in controuersia sit proponit, cum dicit, Dolo malo factū negas: de hoc iudicium est. sed quoniam non in omni negocio aduersarius fatetur, illa alteri adhibenda partitio est, quę distributio nuncupatur. vbi totius causæ membra ponuntur. Verū hæc membra, aut ea sunt quæ vere in eodem negocio continētur, vt in Verrinis de quæstura, de legationeq; de prætura vrbana, de prętura Siciliensi, quam quadripartitam distributionem totius accusationis suæ Tullius esse dixit. Item illa distributio de frumento, quam fecit dicendo emptum decumanum æstimatum. Aut si partitio de ipsa causa non sumitur, ea membra ponit orator, quæ ipsę ingenio inuenit, & sibi ipsa dicenda cū statui, non ex negocii factis ad causam sumptis, sed argumentatione oratoris in causa collocatis. vt in Diuinatione: Ego sic intelligo, sic vt de pecuniis repetundis quęstio sit, si nomen cuiuspiam deferatur. Hæc duo in primis expectari oportere, quē maxime auctorem velint hi qui eas iniurias passi sint, & quem minime velint hi qui eas iniurias fecisse arguantur. Item pro Sexto Roscio, cum vnum crimen sit parricidii, ac propterea vnum negocium; partitur tamen Tullius non causam, sed orationem, dicendo: In crimen, audaciam, & potentiam criminis, confictionem accusator Erutius suscepit. Audaciæ partes Roscii sibi depoposcerunt, Chrysogonus autem potentia pugnat. [Altera est, in qua rerum earum, de qui crimus dicturi, breuiter expositio ponitur) Partitionis duæ partes sunt, vna que quid cum aduersariis conueniat indicat, & quid in controuersia sit demonstrat, altera quæ dicitur distributio. Hæc eadem duplex. nam aut ea membra continet quæ in causa sunt, aut ea quæ ingenio fingit orator, quibus dictis intelligat fore perorarum. Præcipit, vt partitione completa, nihil amplius dicamus præter conclusionem. [Quæ partitio, quid conueniat, aut quid non conueniat, ostendit) In hac partitione, id quod aduersarius confitetur, ad causæ nostræ commodum nos docet inclinare debere. Et dat exemplum: Si dicat accusator, matrem occisam ab Oreste filio, constat. Iam cum ait, matrem a filio constat occisam, id quod aduersarios confitetur, ad se inclinat. Consideratione enim sanguinis, non videtur debuisse à filio mater occidi. Deinde si dicat Orestes, vel eius defensor, constat à Clytemnestra Agamemnonem maritum occisum confessionem aduersarii sine dubio ad se inclinat. consideratione enim iuris, occidi maritus ab vxore non debuit. Iam quid in controuersia sit, ex iudicatione colligitur, id est an recte Orestes matrem occiderit, cum illa patrem occiderit Orestis: Quare accusatoris talis erit partitio. Interfectam matrem a filio, cum aduersariis mihi conuenit, cum illa occiderit Agamemnonem. Sed an a filio occidi debuerit, quæstio est. Rei vero talis erit partitio. Interfectum à Clytemnestra Agamemnonem conuenit: an a filio Clytemnestra debuerit occidi, quæstio est. [Quæ autem partitio rerum distributam continet expositionem, hæc habere dēt breuitatem, absolutionem, paucitatem:) In omni distributione, siue quam habet orator in membris negocii, siue quam in membris quæ ipse format, & fingit dicenda, seruare debet hæc tria, breuitatem, absolutionem, paucitatem. Breuitas in verbis est, absolutio in toto, paucitas in generibus. [Breuitas est, cum nisi necessarium nullum assumitur verbum) Vt si sic patiamur, Dicemus de decumano frumento, deinde de empto, postremo de æstimato. Sed partiendo longius peccabimus contra præceptum hoc si sic dicamus: Nunc dicemus de decumano frumento: deinde vbi maius est crimen, de eo quod solet publicis pretiis comparari: postremo, vbi nihil auaritia Verris in tactum reliquit, dicemus etiam de ęstimato frumento. Hæc itaque superflua verborum in breuitate partitionis vitare debemus, vt animos auditoris non verbis, sed rebus potius occupetur. Hęc in hoc genere iccirco vtilis est) In hoc genere, id est in distributione, breuitas vtilis est ad animos auditorum non verbis sed rebus potius occupandos. Absolutio est, per quam omnia, quæ incidunt in causam, in genera, de quibus dicendum est, amplectimur) Absolutionem tunc facimus, si omnia quæ incidunt in causam partientes ponamus. Hæc quæ incidunt, omnia nunc speciebus confici possunt, nunc generibus. quoniam autem specierum maior est multitudo, angustior generum vis, & natura quippe cum genus multas in se species contineat, qui facit partitionem, de speciebus omnibus causæ incidentibus absolutionem quidem seruat, quod omnis species in partitione proponit, sed peccat, quod specierum latior distributio est, & in partitione amplius quam quatuor partes omnino esse non debent. Ergo vt absolutio melius in distributione seruetur, species illæ ad genera reseruandæ sunt. Vt paucis generibus cum species omnes complexi fuerimus, absolutionem cōficiamus, quod omnia, & paucitatem, quod genera quæ incidunt in causam, in distributione collocamus, ne autem vtile aliquod genus prætereamus, aut postea causæ, quod est vitiosius, inferamus. [Paucitas in partitione seruatur, si genera ipsa rerum ponuntur) Tunc, inquit, pauca in partitione collocamus, cum quid sit genus, quid sit species, iam scimus, nec cum generibus species implicemus. Itaque si studere volumus paucitati, etiā genera pauca in partitione collocare debemus. [Nam genus est, quod plures partes amplectitur, vt animal. pars est, quę subest generi, vt equus) ΟΝ, græci substantiæ, & accidenti genus ponunt, sed non bene. pars enim omnis generi suo similis debet. Substantia porro res est, quę aliis rebus subest, capax accidentium qualitatum. Deinde accidens est id quod in substantiam cadit. Quare quo-

niam

niam illud superius O N, vtrunq; esse non potest, nõ recte substantiæ, & accidenti genus factum est. Ergo quoniam præcipimus vt species generi semper similes esse debet. videamus vbi hic Cicero quasi videatur errasse. Nã posuit hominem respectu duplici, vt ad inferiora genus sit, ad superiore species. Huic animal præposuit, vt speciẽ faceret, id quod homo. cum id ipsum genus vellet ostendere quod homo est subiecit huic speciẽ Romanum, Thebanum: Nõ ne videtur esse vitiosum, qđ cum homo substantia sit, Romanus autẽ aut Thebanus accidens? Etenim parum recta subiecto est, sub eo qđ substãtia sit, id quod est accidens collocari. Nam rectum illum præceptum est, in faciendis generibus, & speciebus, & indiuiduis rẽ aut substantialẽ in omnibus esse seruandam, aut accidentalem. vt cum in genare sit substantia, & in genere, & in specie, & indiuiduo sit, Animal nanq; substantia est. huic cum suppono speciem, substantia esse debet. suppono autem hominem. Item cum suppono homini Ciceronem, substantiam pono, sic factum est vt in omnibus substantia seruaretur. Pari ratione si id quod est accidens fuerit etiam species, accidens debeo collocare. Pariter & indiuiduum, vt genus ponam colorem. accidit enim calor corpori, huic cum suppono speciem album, vel nigrum, intelligo & hoc quoque accidens esse. Eritque etiam similis ratio, cum sub albo pono hoc album, quod est indiuiduum. Indiuiduum est, quod oculis digitoq. monstratur. ergo & album & color accidentia cuncta sunt, corporis. s. quamobrem Romanus, & Thebanus accidentia sunt. Accidunt enim substantiæ cuilibet, aut homini, aut equo. Cicero vero hominem ponit. i. substantiam, & recte facit. huic genus dando, animal. nanque animal substantia est. non recte autem, cum hominis speciem supponeret, Thebanum & Troianum supposuit. qm hæc, vt diximus accidentia sunt. Sed hoc frustra in quęstionem venit. licet enim id quod accidens est, poni in substantiam cum eo ipso sibi copulato cui supponitur. vtputa homo, vt diximus animalis species est, hominis vero species est Thebanus, quod est accidens, hic non Thebanum solum audire debeo, sed hominem Thebanum, vt simul cum Thebano & hominem audiendo, faciam id quod est accidens substantiale. Quare Cicero recte hominem animalis speciem posuit, & genus Thebani, aut Troiani hominis scilicet. Itaque, inquit, ideo diligentius genera, & species generum definite volumus, vt intellectis aperte generibus, quo breuior sit partitio, etiam genere pauca in partitione eadem collocemus. [Nam qui ita partitur, Ostendam propter cupiditatem, & audaciam, & auaritiam aduersariorum omnia incõmoda ad remp. peruenisse:) In partitione quæ dicitur distributio tria semper dicit esse seruanda. breuitatem, absolutionem, paucitatem, Breuitas in verbis est Absolutio, vt omnia genera quæ in causam incidunt in partione ponamus. Paucitas, vt sola rerum genera, quæ partiũm genera sunt absque partibus suis in partitione ponamus, & quæ genera sunt, partes aliorũ generum esse non possunt. nunc itaque de paucitate tractatus est. Et dat exemplum vitiose distributionis. i. in qua genus, & pars eius simul posita sunt. nam qui ita, inquit, partitur. Ostendam propter cupiditatem, & audaciam aduersariorum, &c. is, inquit, errauit. cetera paucitatem seruare nesciuit. Si quidem non sola rerum genera posuit. sed genus, & partem generis. Cupiditas enim genus est, pars cupiditatis auaritia. Ergo in superioribus quid faciendum esset ostendit nunc quid non faciẽdum. & hæc fecit fere bipartita præceptorem omnium disciplina est. [Hoc igitur vitandum est, ne cum genus posueris, eius speciem, sicuti aliquam diuersam ac dissimilem partem ponas in eadem partitione.) Hoc igitur vitandum est, vt sciamus nũc illud pręcipi, quod faciendum non sit. [Quòd si quod in genus plures incident partes, id cum in prima partitione causæ erit simpliciter expositum,) Genera, inquit, ipsa rerum in partitione ponenda sunt. si & cui generi partes suas fuerit necesse supponi. Postquam, inquit, partitionem cœpimus exequi, ad id genus venerimus, tunc nos partes eius conuenit explicare. In partitione tamen partes generi iungere non debemus. In tractatibus quæstionum, debeamus de generis partibus disputare. [Atque illud quoque pertinet ad paucitatem,) Quoniam de paucitate tractatus est, atque illud quoque pertinet ad paucitatem, inquit. Ne plura quam satis nos demonstraturos esse dicamus, hoc modo, inquit: Ostendam aduersarios id quod arguimus, & voluisse, & potuisse, & fecisse, cum in tertio cuncta sit. Deinde, inquit, cum simplex quidam in controuersia sit, nos tamen distributione vtamur. [Ac sunt alia quoque præcepta partitionũ, quæ ad hunc vsum oratorium non tantopere pertinent,) Ostendit partitionum multa esse alia præcepta, sed tamen quæ ad philosophiam, non quæ ad rhetoricam pertineat. Ad philosophiam, inquit, de qua hæc ipsa præcepta transtulimus. Ideo, inquit, quia nihil horum in reliquis artibus inuenimus. Ostendit hæc de partitione præcepta latinos nunquã habuisse in artibus suis, sed se primum transtulisse de græcis. [Atque his de partitione pręceptis, in omni dictione meminisse oportebit,) Ad extremum hoc dat in partitione præceptum, vt quod primum in partitione ponimus, id primum aggrediamur, & explicemus, quod secundum ponimus, vt secundo aggrediamur loco, quod tertium, tertio. Postremo finitis per ordinem suum partibus, dictionem omnem extremis epilogis concludamus.

Hoc igitur vitandum est, ne cuius genus posueris, eius secum sicuti aliquã partẽ diuisam ac dissimilẽ ponas in eadẽ partione) Error turpissimus, & multiplex. Sic corrige: Hoc igitur vitandum est, ne cum genus posueris, eius speciem sicuti aliquam diuersam partem ac dissimilem ponas in eadẽ partione.

DE CONFIRMATIONE.



ONFIRMATIO est, per quam argumentando nostræ causæ fidẽ, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio. Huius partis certa sunt præcepta, quæ in singula causarum genera diuidentur. Veruntamen non incommodum videtur, quandam siluam, atque materiam vniuersam ante permixtã & confusam exponere omnium argumẽtationum post autẽ tradere quemadmodum vnumquodq; genus causæ, hinc omnibus argumentandi rationibus tractis, confirmare oporteat. Omnes res argumentando confirmatur, aut ex eo, quod personis, aut ex eo, quod negociis est attributum. Ac personis has res attributas putamus, nomen, naturam, victum, fortunam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes, Nomen est, qđ vnicuiq; personæ datur, quo suo quæq; proprio, & certo vocabulo appellatur. Naturam ipsam definire difficile est. partes autẽ eius enumerare eas quarum indigemus ad hanc præceptionẽ, facilius est. Hæ autẽ partim diuino, partim mortali in genere versantur. Mortalium autem pars in hominum, pars in bestiarum genere enumeratur. Atq; hominum genus, & in sexu consideratur, virile an muliebre sit? & in natione, patria, cognatione, & ætate: natione, Graius an barbarus: patria, Atheniensis, an Lacedæmonius: cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis: ætate, puer an adolescens, natu grandior an senex. Præterea cõmoda, & incommoda considerantur ab natura data animo, aut corpori, hoc modo: valens an imbecillis, longus an breuis, formosus an deformis, velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus, comis, officiosus, pudens, patiens, an contra. Et omnino q̃ à natura data animo, & corpori considerabuntur, in natura cõsideranda sunt. Nam quæ industria comparantur, ad habitum pertinent, de quo posterius dicendum est. In victu cõsiderare oportet, apud quẽ, & quo more, & cuius arbitratu sit educatus: quos habuerit artium liberaliũ magistros, quos viuẽdi pceptores: qbus amicis vtat̃, quo in negocio, q̃stu, artificio sit occupatus, quo modo rẽ familiarẽ administret qua cõsuetudine domestica sit. In fortuna q̃rit̃, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, priuatus an cũ pote-

statem

ftate:fi cum poteſtate,iure an iniuria,felix,clarus, an contra;quales liberos habeat. Aut, ſi de non viuo quæretur,ẽt quali morte ſit affectus,erit conſiderandum.Habitum autem hunc appellamus, animi,aut corporis conſtantẽ,& abſolutã aliqua in re perfectionẽ, vt virtutis aut artis perceptionẽ alicuius,aut quãuis ſcientiã. Et itẽ corporis aliquã cõmoditatẽ,non natura datã,ſed ſtudio, & induſtria partã. Affectio eſt,animi,aut corporis ex tpe aliqua de cã commutatio,vt lætitia, cupiditas,metus,moleſtia,morbus,debilitas, & alia, q̃ genere in eodẽ reperiuntur. Studium autẽ eſt, animi aſsidua, & vehemens ad aliquã rem applicata magna cũ voluntate occupatio,vt philoſophiæ,poetriæ, geometriæ,literarũ. Conſilium eſt aliqd faciendi aut non faciendi vere excogitata rõ. Facta aũt, & caſus,& orationes tribus ex tpibus conſiderabuntur,qd fecerit,aut quid ipſi acciderit,aut quid dixerit,aut qd faciat,quid ipſi accidat,qd dicat, aut quid facturus ſit, qd ipſi caſurũ ſit,qua ſit vſurus oratione. Ac pſonis quidẽ hæc vñr eſſe attributa. Negocijs aũt q̃ ſunt attributa,partim ſunt cõtinẽtia cum ipſo negocio,partim in geſtione negocij conſiderantur, partim adiuncta negocio ſunt,partim geſtum negocium conſequuntur. Continẽtia cum ipſo negocio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe vñr ad rem,neq; ab ea poſſunt ſeparari. Ex his prima eſt breuis cõplexio totius negocij, q̃ ſummã cõtinet facti hoc mõ: Parentis occiſio patriæ proditio. Deinde cã eius ſummæ,perquã,& quamobrem,& cuius rei cã factũ ſit,quæritur. Deinde ante rem geſtã q̃ facta ſunt, continenter vſq; ad ipſum negocium. Deinde in ipſo gerendo negocio quid actum ſit. Deinde qd poſtea factum ſit. In geſtione autẽ negocij, q locus ſecundus erat de ijs, q̃ negocijs attributa ſunt,quæretur locus,tps,modus,occaſio,facultas. Locus conſideratur, in quo res geſta ſit,ex opportunitate,quam videatur habuiſſe ad negocium adminiſtrandum. Ea aũt opportunitas q̃ritur ex magnitudine, interuallo,longinquitate,propinquitate,ſolitudine,celebritate natura ipſius loci, & vicinitate totius regionis. Ex his ẽt attributionibus,ſacer,an profanus; publicus,an priuatus;alienus,an ipſius,de quo agiẽ, locus ſit,an fuerit. Tẽpus aũt eſt id,quo nunc vtimur,(nã ipſum quidẽ generaliter definire difficile eſt)pars quædam æternitatis cũ alicuius annui, menſtrui,diurni,nocturni ne ſpacij certa ſi generatione. In hoc,& q̃ præterierũt,cõſiderantẽ,& eorũ ipſorũ,q̃ pp vetuſtatẽ obſoleuerunt,vt incredibilia videant, & iã in fabularũ numero reponantẽ: & q̃ iandiu geſta,& à memoria noſtra remota, tñ faciant fidẽ,vere tradita eſſe,q eorum monumenta certa in literis extent: & quæ nuper geſta ſint, q̃ ſcire pleriq; poſſint. & itẽ quæ inſtẽt in præſentia,& quæ maxime fiant,& quæ cõſequantẽ. In quibus põt cõſiderari,quid ocyus,& quid ſerius futurum ſit. Et itẽ cõiter in tpe perſpiciendo longinquitas eius eſt cõſideranda. nã ſæpe oportet cõmetiri cum tpe negocium,& videre potuerit ne aut magnitudo negocii, aut multitudo rerum in eo tranſigi tpe. Conſiderantẽ autem tempus, & anni,& menſis,& diei,& noctis, & vigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horũ. Occaſio aũt eſt pars tẽporis,habẽs in ſe alicuius rei idoneã faciendi,aut non faciendi opportunitatẽ. quare cum tempore hoc differt. nam genere quidem vtrunq; idem eſſe intelligitur: verum in tẽpore ſpatium quodã modo declaratẽ,quod in annis,aut in anno, aut in aliqua anni parte ſpectatur: in occaſione ad ſpatium temporis faciendi quædam opportunitas intelligitur adiuncta. Quare cũ genere idẽ ſit, ſit aliud; quod parte quadã,& ſpecie, vt diximus, differat. Hæc diſtribuitẽ in tria genera,publicum, cõe, ſingulare. Publicum eſt, qđ ciuitas vniuerſa aliqua de cã frequentat,vt ludi,dies feſtus,bellum. Cõe, quod accidit omnibus eodem fere tpe,vt meſsis, vindemia,calor,frigus. Singulare autem eſt,quod aliqua de cã priuatim ſolet alicui accidere, vt nuptiæ,ſacrificium,funus,cõuiuiũ,ſomnus. Modus aũt eſt,in quo,quemadmodũ,& quo animo factũ ſit,quæritur. Eius partes ſunt, prudẽtia, & imprudentia. Prudentiæ aũt rõ quæritẽ ex ijs,quæ clam, palam,vi,perſuaſione fecerit. Imprudentiæ aũt in purgationẽ confertẽ; cuius partes ſunt, inſcientia, caſus,neceſsitas. & in affectionem animi, hoc eſt, moleſtiã,iracundiã,amorẽ,& cetera,quæ in ſimili genere verſantur. Facultates ſunt, aut quibus facilius fit,aut ſine quibus aliquid confici nõ poteſt. Adiunctum autem negocio id intelligitur, quod maius,& quod minus,& quod ſimile erit ei negocio,quod de agitur,& quod æque magnum, & qđ contrarium,& quod diſparatum,& genus,& pars & euentus. Maius,& minus,& æque magnum, ex vi,& ex numero,& ex figura negocij, ſicut ex ſtatura corporis,conſideratur. Simile autẽ ex ſpecie comparabili comparabile aũt ex cõferenda atque aſsimulanda natura iudicatur. Contrarium eſt,qđ poſitũ in genere diuerſo, ab eodẽ, cui contrariũ eſſe dr̃,plurimũ diſtat,vt frigus calori, vitæ mors. Diſparatũ autẽ eſt id,qđ ab aliqua re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc mõ, ſapere, & non ſapere. Genus eſt,qđ partes aliquas amplectitur,vt cupiditas. Pars eſt,quæ ſubeſt gñi,vt amor, auaritia. Euentus eſt,alicuius exitus negocij, in quo quæri ſolet,quid ex quaq; re eueniat, euenturumq̃. ſit. Quare hoc in gñe,vt commodius, quid euẽturũ ſit,ante animo colligi poſsit, quid quaq; ex re ſoleat euenire,conſiderandũ eſt, hoc mõ: Ex arrogantia odium,ex inſolentia arrogantia. Quarta aũt pars eſt,ex iis,quas negocijs dicebamus eſſe attributas,conſecutio. In hac hæres quæruntẽ, quæ geſtũ negociũ conſequuntẽ. Primum, qđ factũ eſt,quo id nomine appellari conueniat. Deinde eius facti qui ſunt principes,& inuẽtores, qui deniq; auctoritatis eius,& inuentionis cõprobatores atq; æmuli. Deinde ecquæ ea re,aut eius rei ſit lex,cõſuetudo,actio,iudiciũ,ſciẽtia, artificiũ. Deinde natura eius euenire vulgo ſoleat, an inſolẽter ac raro. Poſtea,hoĩes id ſua auctoritate cõprobare,an offendi in his cõſueuerint,& cetera,q̃ factũ aliqđ ſimiliter cõfeſtim,aut ex interuallo ſolẽt cõſeq. Deinde poſtremo attendendũ eſt, nũ q̃ res ex iis rebus,q̃ ſunt poſitæ in partibus honeſtatis aut vtilitatis,cõſequantẽ,de q̃bus in deliberatiuo gñe cauſæ diſtinctius erit dicẽdũ. A negociis

quidem

quidē fere res eæ, quas cōmemorauimus, sunt attributæ. Oīs aūt argumētatio, q̄ ex ijs locis, quos cōmemorauimus, sumet, aut pbabilis, aut necessaria debebit esse. Etenim vt breuiter describamus, argumentatio vr̄ esse inuentū ex aliquo gn̄e, rem aliquā aut probabiliter ostendens, aut necessarie demonstrans. Necessarie demonstrantur ea, q̄ aliter, ac dn̄t, nec fieri, nec probari possunt, hoc mō: Si peperit, cū viro cōcubuit. Hoc genus argumentandi, qđ in necessaria demonstratione versatur, maxime tractat in dicendo, aut p cōplexionē, aut per enumerationē, aut per simplicē cōclusionem. Complexio est in qua vtrum cōcesseris, reprehendet, ad hunc modum: Si improbus est, cur vteris? si probus, cur accusas? Enumeratio est, in qua, pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis, vna reliqua necessario confirmat, hoc pacto: Necesse est, aut inimicitiarum cā ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut si horū nihil est, ab hoc nō esse occisum. nā sine cā maleficiū susceptū esse nō pōt. Sed neq; inimicitiæ fuerunt, nec metus vllus, nec spes ex morte illius alicuius cōmodi, neq; ad amicū huius aliquē mors eius pertinebat: relinquit igit, vt ab hoc nō sit occisus. Simplex aūt cōclusio ex necessaria consecutione cōficit, hoc mō: Si vos me istud eo tpe fecisse dicitis, ego aūt eo ipso tpe trans mare fui, relinquitur, vt id, qđ dicitis, nō mō non fecerim, sed ne potuerim quidē facere. Atq; hoc diligenter videre oportebit, ne quo pacto genus hoc refelli possit, & ne confirmatio modum in se argumentationis solum habeat, & quandā similitudinē necessariæ cōclusionis, verū ipsa argumentatio ex necessaria rōne cōsistat. Probabile aūt est id, qđ fere fieri solet, aut qđ in opinione positū est, aut qđ hēt in se ad hæc quādā similitudinē, siue id falsum est, siue verū. Verū in eo gn̄e, qđ fere solet fieri, probabile hmōi est: Si mater est, diligit filium: si auarus est, negligit iusiurandū. In eo aūt, qđ in opinione positum est, hmōi sunt pbabilia: Impijs apud inferos pœnas esse pparatas: Eos, q philosophiæ dent operā, nō arbitrari deos esse. Similitudo aūt in contrariis, & paribus, & in ijs rebus, q̄ sub eandē cadunt rōnē, maxime spectatur. In contrariis hoc mō: Nā si ijs, qui imprudentes læserunt, ignosci cōuenit, iis, q. necessario pfuerunt, hēri gratiā non oportet. Ex pari, sic: Nam vt locus sine portu nauibus esse non pōt tutus: sic aīus sine fide, stabilis amicis nō pōt esse. In ijs rebus, q̄ sub eandem rōnē cadunt, hoc mō probabile consideratur: Nā si Rhodijs turpe nō est portoriū locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. Hæc tum vera sunt hoc pacto: Quoniā cicatrix est, fuit vulnus. Tum verisimilia, hoc mō: si multus erat in calceis puluis, ex itinere eū venire oportebat. Omne aūt, vt certas, quasdā in partes distribuamus, probabile qđ sumit ad argumentationem, aut signum est, aut credibile, aut iudicatū, aut comparabile. Signū est, qđ sub sensum aliquē cadit, & quiddā significat, quod ex ipso profectū vr̄, quod aut ante fuerit, aut in ipso negocio, aut post sit consecutum, & tn̄ indiget testimonii, & grauioris confirmationis, vt cruor, fuga, pallor, puluis, & quæ his sunt similia. Credibile est, qđ sine vllo teste auditoris opinione firmat, hoc mō: Nemo est, qui nō liberos suos incolumes, & beatos esse cupiat. Iudicatum est res assensione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus in gn̄ibus spectat, religioso, cōi, approbato. Religiosum est, qđ iurati legibus iudicarunt. Cōe est, qđ omnes vulgo probarunt, & secuti sunt, huiusmodi: vt maioribus natu assurgatur, vt supplicium misereat. Approbatum est, qđ hoīes, cū dubiū esset, quale haberi oporteret, sua cōstituerunt auctoritate, velut Gracchi patris factum, qnē populus R. ob id factū, q insciente collega in Censura nihil gessit, post Censurā Consulē fecit. Comparabile aūt est, qđ in rebus diuersis similē aliquā rōnē cōtinet. Eius sunt partes tres, imago, collatio, exemplū. Imago est oratio demonstrans corporū aut naturarū similitudinē. Collatio est oratio rem cū re ex similitudine conferens. Exemplū est, qđ rē auctoritate aut casu alicuius hoīs, aut negocij cōfirmat, aut infirmat. Horū exēpla, & descriptiones in pceptis elocutionis cognoscent. At fons quidē cōfirmationis, vt facultas tulit, apertus est, nec minus dilucide, q̄ rei natura ferebat, demōstratus est. Quemadmodū autē quæq; constitutio, & pars constitutionis, & oīs controuersia, siue in rōne, siue in scripto versetur tractari debeat, & q̄ in quasq; argumentationes conueniant, sigillatim in secundo libro de vnoquoq; gn̄e dicemus. In præsentia tantūmodo numeros, & modos, & partes argumētādi cōfuse & pmixte dispersimus: post descripte, & electe in genus quodq; cāæ, qđ cuiq; cōueniat, ex hac copia digeremus. Atq; inueniri qđē oīs ex his locis argumentatio poterit, inuentā exornari, & certas in partes distingue, & suauissimū est, & summe necessarium, & ab artis scriptoribus maxime neglectū. Quare, de ea pceptione nobis, & in hoc loco dicendū visum est, vt ad inuētionē argumenti absolutio quoq; argumentādi adiungeret. Et magna cum cura, & diligentia locus hic omnis considerandus est: q̄p non rei solum magna vtilitas est, sed præcipiendi quoq; summa difficultas.

OMNIS igitur argumētatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem. Inductio est oratio, quæ rebus non dubijs capiat assensionē eius, qui cum instituta est: quibus assensionibus facit, vt illi dubia quædam res, pp similitudinem earū rerū, quibus assensit, probetur: velut apud Socraticū Aeschinē demōstrat Socrates, cū Xenophontis vxore, & cū ipso Xenophonte Aspasiā locutā. Dic mihi, q̄so, Xenophontis vxor, si vicina tua melius habeat aurū, q̄ tu habes, vtrū illius, an tuū malis? Illius, inquit. Quòd si vestem, & ceterū ornatū muliebrē precij maioris habeat, q̄ tu habes; tuū ne, an illius malis? Illius vero, respondit. Age, inquit, si virum illa meliorem habeat, q̄ tu habes; vtrum ne tuū, an illius malis? Hic mulier erubuit. Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quæso, inquit, Xenophon, si vicinus tuus meliorem equum habeat, quàm tuus est tuum ne equū malis, an illius? Illius, inquit. Quòd si fundum meliorem habeat, quàm tu habes, vtrū tandem fundum habere malis? Illum, inquit,

melio-

melioré.f.Quòd si vxoré meliorë habeat. q̃ tu habes;vtrũ illius malis?Atq; hic Xenophon quoque ipse tacuit.Post Aspasia:Qm̃ vterq; vestrũ,inquit, id mihi solũ non rndit,qđ ego solũ audire volueră;egomet dicā, quid vterq; cogiter.Nã,& tu mulier optimũ virũ mauis hr̃e,& tu Xenophon vxoré hr̃e lectissimă maxime vis.Quare,nisi hoc perfeceritis,ut neq; vir melior,neq; fœmina lectior in terris sit;pfecto id semp,qđ optimũ putabitis esse,multo maxime requiretis,& tu vt maritus sit quãoptimæ mulieris,& hæc quãoptimo viro nupta sit.Hic cum rebus nõ dubiis esset assensum,factũ est pp similitudiné,vt ét illud,qđ dubiũ videbatur,si quis separatim qreret,id pro certo pp ratione rogădi concederetur. Hoc modo sermonis plurimũ Socrates usus est, ppea quod nihil ipse afferre ad persuadendũ uolebat,sed ex eo,qđ sibi ille dederas,quicũ disputabat,aliqd conficere malebat, qđ ille ex eo,qđ iã cõcessisset,necessario approbare deberet.Hoc ĩ genere pcipiendũ nobis vr̃: Primum,ut illud, qđ inducemus per similitudiné eiusmodi sit,vt sit necesse cõcedi.nã ex quo postulabimus nobis illud,qđ dubiũ sit,cõcedi:dubium esse id ipsum,non oportebit. Deinde illud,cuius cõfirmandi causa fiet inductio,videdũ est,vt simile ijs rebus sit,quas res quasi nõ dubias añ induxerimus.nã ante aliqd nobis cõcessum nihil proderit,si ei dissimile erit id , cuius causa illud cõcedi primũ voluerimus.Deinde nõ intelligat,quò spectent illæ primæ inductiones, & ad quẽ sint exitũ peruentutæ.nã q̃ uidet,si ei rei,quæ primo rogetur,recte assenserit,illã quoq; ré,quæ sibi displiceat,esse necessario cõcedendã, plerunq; aut non respondẽdo,aut male respondendo longius procedere rogationé nõ sint. quare rõne rogationis imprudens ab eo,qđ concessit,ad id,quod non vult cõcedere , deducẽdus est. Extremũ aũt aut taceat oportet, aut concedatur, aut negetur. Si negetur,aut ostẽdendo est similitudo carũ rerum,quæ ante concessæ sunt aut alia vtendũ inductione.Si concedetur,concludenda est argumentatione. Si tacebitur,aut elicenda est responsio,aut,qm̃ taciturnitas imitatur confessioné,pro eo,ac si concessum sit, cõcludere oportebit argumentationé.ita fit hoc genus argumentãdi tripertitũ.Prima pars constat ex similitudine vna pluribus ue. Altera ex eo,qđ concedi volumus,cuius causa similitudines adhibitæ sunt.Tertia ex cõclusione,quæ aut cõfirmat concessioné,aut,quod ex ea cõficiatur,ostendit.Sed q̃a non satis videbitur alicui dilucide demonstratũ,nisi qđ ex ciuili causarũ genere exemplũ subiecerimus; vr̃ hmõi quoq; vtendum exemplo;nõ quo præceptio differat,aut aliter hoc ĩ sermone,atq; in dicẽdo sit vtendũ; sed ut eorũ voluntati satisfiat,qui,cp aliquo in loco viderint,alio in loco,nisi demõstratũ est,nequeunt agnoscere. Ergo in hac causa,quæ apud Græcos est peruagata, cp Epaminondas Thebanorũ Imperator ei, qui sibi ex lege Prætor successerat,exercitũ nõ tradidi, &,cũ paucos ipse dies cõtra legẽ exercitũ tenuisse,Lacedæmonios funditus vicit, poterit accusator argumentatione vti per inductioné,cum scriptum legis cõtra sétentiã defendat,ad hũc modũ: Si iudices, id quod Epaminõdas ait legis scriptorem sensisse,adscribat ad legem,& addat exceptioné hanc,extra quã si quis reip.causa exercitum nõ tradiderit,patiemini?nõ opinor. Quòd si vosmét ipsi,quod é vestra religione,& sapiẽtia remotissimũ est, istius honoris causa hanc eandẽ exceptioné,iniussu populi ad legé adscribi iubeatis, populus Thebanus patieť ne id fieri?pfecto nõ patieť. Quod ergo adscribi ad legé nefas est;id sequi,quasi adscriptũ sint rectum uobis videatur?Noui vestrã intelligentiã nõ põt ita uideri,iudices.Quòd si literis corrigi neq; ab illo, neq; à uobis scriptoris volũtas põt: videte , ne multo indignius sit id re,& iudicio uestro mutari, qđ ne uerbo quidem cõmutari põt.Ac de inductione quidé satis ĩ præsentia dictũ vr̃.Nũc deinceps ratiocinationis,vim & naturã consideremus . Ratiocinatio est oratio ex ipsa re pbabile aliquid eliciẽs,quod expositũ, & per se cognitũ sua se vi,& rõne confirmet.Hoc de genere qui diligẽtius cõsiderandũ putauerunt cũ idẽ usu dicẽdi sequerentur,paulũ in præcipiendi rõne dissenserunt.nã partim quinq; eius partes esse dixerũt, partim nõ plus q̃ in tres partes posse distribui putauerũt.eorum cõtrouersiã nõ incommodum vr̃ cum utrorumq; rõne exponere. nã, & breuis est,& non eiusmodi,vt alteri prorsus nihil dicere puteniur:& locus in nobis in dicendo minime negligendus vr̃.Quin putant in qnq; distribui partes oportere,aiunt primũ conuenire exponere summã argumentationis,ad hunc modũ:Melius accurrantur quæ consilio geruntur, q̃ quæ sine consilio administrantur.Hãc primam parté numerant:ea deinceps rõnibus variis , & quã copiosissimis verbis approbari putãt oportere,hoc modo;Domus ea,quæ rõne regitur,oĩbus istructior est rebus,& apparatior,q̃ ea,q̃ temere,& nullo cõsilio administrať.Exercitus is, cui ppositus est sapiẽs,& callidus Imperator,oĩbus partibus cõmodius regiť,q̃ is,qui stultitia,& temeritate alicuius administret. Eadé nauigii rõ est.nã nauis optime cursum cõficit ea,q̃ sciẽtissimo gubernatore vtitur. Cũ ppositio sit hoc pacto approbata, & duæ partes transierut ratiocinationis, tertia in parte aiunt, qđ ostẽdere velis, id ex ui propositionis oportere assumere,hoc pacto:Nihil aũt oium rerum melius,q̃ oĩs mundus, administratur. Huius assumptionis,quarto in loco aliã porro inducunt approbationé,hoc modo:Nã,& signorum ortus, & obitus definitum quendã ordioné seruant; & annuæ cõmutationes nõ modo quadã ex necessitate semper eadé modo fiunt,verum ad utilitates quoq; rerum oium sunt cõmodatæ, & diurnæ nocturnæq;vicissitudines nulla in re vnquã mutatæ quidquã nocuerunt. quæ signo sunt oĩa,non mediocri quodã cõsilio naturã mundi administrari. Quinto inducunt loco cõplexioné eam, q̃ aut id infert solum , quod ex oĩbus partibus cogiť, hoc modo : Consilio igiť mundus administratur, aut vnũ in locum cum conduxerit breuiter ppositioné,& assumptioné, id adiungit,quod ex his conficiatur,ad hunc modũ:Quod si melius geruť ea,q̃ consilio, q̃ quæ sine consilio administrantur:nihil aũt oium rerum melius, q̃ omnis mundus, admi-

nistratur: cõsilio igitur mũdus administratur. Quinquepartitã igitur hoc pacto putant esse argumentationẽ. Qui aũt tripertitã esse dicũt, ijs non aliter putant tractari oportere argumẽtationẽ, sed partitionẽ horũ reprehendunt. negant.n. neq; à propositione, neq; ab assumptione approbationes eorũ separari oportere, neq; propositionẽ absolutã, neq; assumptionẽ sibi perfectã videri, quæ approbatione confirmata nõ sit. quare quas illi duas partes numerant. propositionẽ & approbationẽ, sibi vnã partẽ uideri ꝑpositionẽ: quæ si approbare nõ sit, propositio non sit argumentationis. item, quæ ab illis assumptio, & assumptionis approbatio dr̃, eandem sibi assumptionẽ solã videri. Ita fit, vt eadẽ rõne argumẽtatio tractata, aliis tripertita, aliis quinquepartita videatur. Quare euenit, vt res nõ tã vsum dicendi pertineat, q̃ ad rõnem præceptionis. Nobis aũt cõmodior illa partitio vr̃ esse, quæ in quinq; partes distributa est, quã oẽs ab Aristotele, & Theophrasto ꝓfecti, maxime secuti sunt. nã queadmodũ illud superius genus argumẽtãdi, quod per inductionẽ sumitur, maxime Socrates, & Socratici tractauerũt: sic hoc, quod per rõcinationẽ expolitur, summe est ab Aristotele atq; Peripateticis & Theophrasto frequentatũ, deinde à rhetoribus ijs, q elegantissimi atq; artificiosissimi putati sũt. Quare aũt nobis illa magis partitio probetur, dicendũ vr̃, ne temere secuti putemur: & br̃ dicendũ, ne in hmõi rebus diutius, q̃ ratio ꝑcipiendi postulat, cõmoremur. Si quadã in argumẽtatione satis est uti ꝑpositione, & nõ oportet adiũgere approbationẽ, ꝗdã aũt in argumentatione infirma est ꝑpositio, nisi adiũcta sit approbatio: separatũ quiddã est à propositione approbatio. quod.n. adiungi, & separari ab aliquo põt, id non põt idẽ esse, qđ est id, ad quod adiungitur, & à quo separatur. Est aũt quædam argumentatio, in qua ꝑpositio nõ indiget approbatione, & quædã, in qua nihil vales absq; approbatione, ut ostẽdemus. separata est igit à propositione approbatio. Ostẽdemus aũt id, quod pollicitii sumus, hoc modo: Quæ propositio in se quiddã continet perspicuũ, & quod constare inter oẽs necesse est, hãc velle approbare, & firmare nihil attinet. Ea est hmõi: Si, quo die ista cædes Romæ est, ego Athenis eo die fui, interesse i cæde nõ potui. Hoc quia perspicue verum est, nihil attinet approbari. Quare assumi statim oportet, hoc modo: Fui aũt Athenis eo die. hoc si nõ constat, indiget approbationis: qua inducta cõplexio cõsequitur: igitur in cædes interesse nõ potui: Est igitur quædã propositio, quæ nõ indiget approbatione: nã esse quidẽ quandã, quæ indigeat, qđ attinet ostendere, quod cuius facile perspicuũ est? Quod si ita est, ex hoc, & ex eo, quod proposueramus, hoc conficitur, separatũ esse quiddã à ꝑpositione approbationẽ. Si aũt ita est, falsum est nõ esse plus, q̃ tripartitã argumentationẽ. Simili modo liquet, alterã quoq; approbationẽ separatã esse ab assumptione. nã si quadam in argumentatione satis est vti assumptione, & nõ oportet adiũgere approbationẽ assumptioni; quadã aũt in argumentatione ifirma est assumptio, nisi adiũcta sit approbatio: separatum quiddam est extra assumptionẽ approbatio. est aũt argumẽtatio quædã, in qua assumptio nõ indiget approbationis; ꝗdam aũt. in qua nihil valet sine approbatione, vt ostendemus. separata est igitur ab assumptione approbatio. Ostẽdemus aũt qđ pollicitis sumus, hoc modo. Quæ perspicuã oĩbus veritatẽ cõtinet assumptio, nihil indiget approbationis. ea est hmõi. Si oportet sapere, dare operã philosophiæ cõuenit. hæc propositio indiget approbationis nõ.n. ꝑspicua est, neq; constat inter oẽs: ꝑpea ꝙ multi nihil prodesse philosophiã, pleriq; ẽt obesse arbitrantur. Assumptio perspicua est hæc: Oportet aũt sapere. hoc aũt quia ipsum ex re perspicit, & verũ esse intelligitur, nihil attinet approbari. Quare statim concludendo est argumẽtatio: Igitur dare operã philosophiæ cõuenit. Est ergo assumptio quædã, quæ approbationis nõ indiget nã, quandã indigere, perspicuũ est. separata est igitur ab assumptione approbatio. Falsum ergo est, non esse plus q̃ tripertitã argumentationẽ. Atque ex his illud iam perspicuum est, esse quandam argumentationem, in qua neque ꝑpositio, neq; assumptio idigeat approbationis, hmõi, ut certum quiddam, & breui exẽpli causa ponamus: Summo aũt opere sapientia petenda est; summo igit opere stultitia uitanda est: summopere sapientia petẽda est; igitur summopere stultitia uitãda est. Hic & assumptio, & ꝑpositio perspicua est, quare neutra quoq; indiget approbatione. Ex his oĩbus illud perspicuum est, approbationẽ tũ adiungi, tũ non adiungi. Ex quo cognoscitur, neq; in propositione, neq; in assumptione cõtineri approbationẽ, sed utrãque, suo loco positam, uim suam tanq̃ certã, & propriã obtinere. Quod si ita est, cõmode partiti sunt illi, qui in quinq; partes distribuerũt argumentationẽ. Quinq; sunt igitur partes eius argumentationis, quæ per ratiocinationẽ tractatur: Propositio, per quã breuiter locus is exponitur, ex quo oĩs uis oportet emãt ratiocinationis. Propositionis approbatio. per quam id, quod breuiter expositũ est, rõnibus affirmatum, probabilius & apertius fit. Assumptio, ꝑ quã id, quod ex propositione ad ostendendũ pertinet, assumitur. Assumptionis approbatio, per quam id, quod assumptum est, rõnibus firmatur. Cõplexio, per q̃ id, qđ cõficitur ex omni argumentatione, br̃ exponitur. Quæ plurimas habet argumẽtatio partes, ea constat ex his quinq; partibus. Secũda est quadripertita. Tertia tripertita. Dein bipertita, qđ in cõtrouersia est. De vnaquaq; parte põt alicui videri posse argumentationẽ cõsistere. Eorũ igit, quæ consistant, exẽpla ponemus: horum q̃ dubia sunt, rõnes afferemus. Quinquepertita argumẽtatio est hmõi: Oẽs leges iudices ad commodũ reip. referri oportet, & eas ex vtilitate cõi, non ex scriptione, q̃ in literis est, interpretari. ea.n. virtute, & sapiẽtia maiores nostri fuerunt, vt in legibus scribendis, nisi salutẽ, atq; vtilitatẽ reip. sibi aliud nihil ꝑponerẽt neq;.n. ipsi, quod obesse, scribere volebant, &, si scripsissent, cum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant, nemo.n. leges legum causa saluas esse vult, sed reip. quòd ex legibus omnes respublicas optime putant administrari. Quam ob

ob rem igitur leges seruari oportet,ad eã causam scripta oĩa interpretari cõuenit: hoc est,qm̃ reip. seruimus,ex reip. cõmodo atq; vtilitate leges interpretemur. Nã vt ex medicina nihil oportet putare ꝓficisci,nisi qđ ad corporis vtilitatẽ spectat, qm̃ eius cã est instituta:sic a legib. nihil conuenit arbitrari,nisi qđ reip. cõducat,proficisci,qm̃ eius cã sunt cõparatæ. Ergo in hoc quoq; iudicio desinite literas legis ꝑscrutari, & legẽ, vt æquũ est, ex vtilitate reip. considerate,qđ hic fecit. Quid.n.magis vtile Thebanis fuit, q̃ Lacedæmonios opprimi? Quid magis Epaminondã, Thebanorũ Imperatorem, q̃ victoriæ Thebanorũ cõsulere decuit? Quid hunc tanta Thebanorũ gloria, tã claro atq; exornato trophæo clarius atq; antiquius habere conuenit? Scripto videlicet legis omisso, scriptoris sniam considerare debebat. Atq; hoc quidẽ satis cõsideratũ est, nullã esse legem, nisi reip. causa scriptã. Sũmam igitur amẽtiam esse existimabat, quod scriptũ esset reip.salutis cã,id nõ ex reip.salute interpretari. Quòd si leges oẽs ad vtilitatem reip.referri conuenit, hic aũt saluti reip. profuit, profectò non pôt eodẽ facto, & communib. fortunis cõsuluisse & legib. non obtẽperasse. Quatuor aũt partib. constat argumentatio, cũ aut proponimus, aut assumimus sine approbatione. Id facere oportet, cum aut propositio ex se intelligitur, aut assumptio perspicua est, & nullius approbationis indiget. Propositione approbatione ꝓterita, quatuor ex partibus argumentatio tractatur ad hunc modũ: Iudices, qui ex lege iurati iudicatis, legib. obtẽperare debetis. Obtẽperare aũt legib. nõ potestis, nisi, quod scriptũ est in lege, sequamini. qđ enim certius legis scriptor testimoniũ voluntati suæ relinquere potuit, q̃ quod ipse magna cũ cura atq; diligentia scripsit? Quod si literæ nõ extarẽt, magnopere requireremus, vt ex his scriptoris volũtas cognosceret, nec tñ Epaminondæ ꝑmitteremus, ne si extra iudiciũ quidẽ esset, vt is nobis sententiã legis interpretaret: nedum nunc istud patiamur, cum ꝓsto lex sit, non ex eo, quod apertissime scriptũ est, sed ex eo, quod suæ causæ cõuenit, scriptoris volũtatẽ interpretari. Quòd si vos iudices legib. obtemperare debetis, & id facere non potestis, nisi qđ scriptũ est in lege sequamini: qđ causæ est, quin istũ cõtra legẽ fecisse iudicetis? Assumptionis aũt approbatione ꝓterita, quadripertita sic fiet argumentatio: Qui sæpenumero nos per fidẽ fefellerunt, eorũ orationi fidẽ habere non debemus. Si quid.n.perfidia illorũ detrimenti accepe-rimus, nemo erit præter nosmet ipsos, quẽ iure accusare possimus. Ac primũ quidẽ decipi incõmodũ est, iterum stultũ, tertiũ turpe. Carthaginiẽses aũt persæpe iã nos fefellerunt. Sũma igit amentia est in eorũ fide spem hr̃e, quorum perfidia toties deceptus sis. Vtraq; approbatione ꝓterita, tripertita fit hoc pacto: Aut metuamus Carthaginiẽses oportet, si incolumes eos reliquerimus: aut eorũ vrbem diruamus: ac metuere quidẽ non oportet. restat igit, vt vrbem diruamus. Sunt aũt, qui putãt nonnunquã posse cõplexione, & oportere supersederi, cum id perspicuum sit, quod cõficiatur ex ratiocinatione. Quòd si fiat, bipertitã quoq; fieri argumentationẽ, hoc modo: Si peperit, virgo non est: peperit aũt. hic satis esse dicunt proponere, & assumere: qm̃ perspicuum sit, quod conficiat: cõplexionis rẽ non indigere. Nobis aũt vr̃, & oĩs ratiocinatio concludenda esse: & illud vitium, quod illis displicet, magnopere vitandum est, ne, quod perspicuum sit, id in cõplexionẽ inferamus. Hoc aũt fieri poterit, si complexionũ gña intelligãtur. Nã aut ita cõplectemur, vt in vnum conducamus propositionem, & assumptionẽ, hoc modo: Quòd si leges oẽs ad vtilitatẽ reip. referri conuenit, hic aũt saluti reip. profuit: profectò non pôt eodẽ facto & saluti cõi consuluisse, & legib. non obtẽperasse: Aut ita, vt ex contrario snia conficiatur, hoc modo: Summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorũ perfidia toties deceptus sis: Aut ita, vt id solum, quod cõficitur, inferat, ad hũc modum: Vrbem igitur diruamus: Aut vt id, quod eam rẽ, quæ conficitur, sequat necesse est. i. hmôi: Si peperit, cum viro cõcubuit: peperit aũt: Conficitur hoc: Cõcubuit igĩ cum viro. Hoc si nolis inferre, & inferas id, quod sequitur. Fecit igitur incestum, & concluserit argumentationẽ, & perspicuã fugeris cõplexionẽ. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex cõtrario cõplexi oportet: in breuib. id solum, quod conficiẽ, exponere: in iis, in quib. exitus ꝑspicuus est, consecutione vti. Si qui aũt ex vna quoq; parte putabunt cõstare argumẽtationẽ, poterunt dicere, sæpe satis esse hoc modo argumẽtationẽ facere: Qm̃ peperit, cum viro concubuit: nã hoc nullius neq; approbationis, neque complexionis indigere. sed nobis ambiguitate noĩs vr̃r errare. Nã argumẽtatio noĩe vno res duas significat, ideo ꝗ, & inuentum aliquã in rẽ probabile, aut necessarium argumẽtatio vocatur, & eius inuenti artificiosa expolitio. qñ igitur proferẽt aliquid hmôi: Qm̃ peperit, cum viro concubuit: inuẽtum ꝓferent, non expolitionẽ. nos autẽ de expolitionis partib. loquimur. nihil igĩ ad hãc rẽ ratio illa pertinebit. atque hac distinctione alia quoq;, quæ videbuntur officere, huic partitioni, propulsabimus, si qui aut assumptionẽ aliqñ tolli posse putẽt, aut propositionẽ. quæ si quid hẽt ꝓbabile, aut necessarium quoquo modo cõmoueat auditorẽ necesse est, ꝙ si solum spectaretur, ac nihil, quo pacto tractarẽt id, qđ esset excogitatum, referret, nequaquã tñ inter summos oratores, & mediocres interesse existimaretur. Variare autẽ orationẽ magnopere oportebit. nã oĩb. in reb. similitudo est satietatis mater. Id fieri poterit, non similiter semper ingrediamur in argumẽtationẽ. Nã primum oĩum gnibus ipsis distinguere cõuenit, orationẽ, hoc est tũ inductio ne vti, tum rõcinatione. Deinde in ipsa argumẽtatione nõ semper à ꝓpositione incipere, nec semp quinq; partib. abuti, neq; eadẽ rõne expolire partitiones, sed tum ab assumptione incipere licet, tum ab approbõne alterutra, tũ utraq;, tum hoc, tum illo gñe cõplexionis vti. Id vt perspiciat, aut scribamus ipsi, aut in quolibet exẽplo de iis, q̃ ꝓposita sunt, hoc idẽ exerceamus, vt quã facile fit factu. Ac de partib. quidẽ argumentationis satis nobis dictum videtur: Illud autem volumus intelli-

gi, nos probe tenere, alijs quoque rationibus tractari argumentationes iu philoſophia multis, & obſcuris, de quibus certum eſt artificium conſtitutum. Verum illa nobis abhorrere ab vſu oratorio videntur. Quæ pertinere autē ad dicēdum putamus, ea nos commodius, quàm ceteros, attēdiſſe non affirmamus, ſed perquiſitius, & diligētius conſcripſiſſe pollicemur. Nunc, vt inſtituimus, proficiſci ordine ad reliqua pergemus.

VICTORINVS.



ONFIRMATIO eſt, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio) Definitio confirmationis nō per id, quod eſt, ſed per id, quod facit. Et quod ait. Noſtræ cauſæ, cōmune præceptum eſt tam defenſoris quam accuſatoris. vterque.n. vtroque ſemper vtitur.i. & confirmatione, & reprehēſione. Scire autem debemus, exordium, narrationem, partitionem, & cōclusionem in omnibus cauſæ generibus, vel conſtitutionibus, generali diſciplina eadem præcepta retinere confirmationem vero & reprehenſionem per ſingula cauſarum genera, vel ſingulas conſtitutiones, diuerſa & propria ſemper habere præcepta. Nunc itaque iuxta ordinem partium poſt partitionē tractat de confirmatione. Et quoniam, vt ſupra diximus in ſingulis cauſarū generibus vel conſtitutionibus diuerſa, & propria habētur præcepta, quia mota eſt, vt per ſingulas cōfirmationis ſpecies præcepta dicantur, generaliter & confuſe præcipit quibus de locis argumentandi rationibus tractatis, in omni cauſarum genere, vel in omnibus ſimul conſtitutionibus confirmatio effici poſſit. Et hoc in primo libro agitur.i. vt in omne genus formamq. cauſarum quædam communitas argumentationum velut ſilua ponatur. Secundus autem liber hoc continet, vt in ſingulis cauſarum generibus ac formis propria, & certa, & diuerſa præcepta ſeparentur, de primo libro cunctis argumentandi rationibus tractis. [Per quam argumentando) Hoc.n. proprium eſt confirmationis Alioqui & narratio fidem facit, ſed non argumentando. [Fidem, & auctoritatem, & firmamētum) Fides eſt argūm quo crimen probamus .i. fidem crimini facimus. Auctoritas eſt argumentum verius atq; honeſtius, & cui quaſi neceſſe habeat credi. Firmamentum eſt creberrima argumentatio. [Omnes res argumentando confirmātur, aut ex eo, quod perſonis, aut ex eo, quod negocijs eſt attributum) Omnis res argumentando cōfirmatur. Sed quæ in hypotheſi eſt, quæ cauſa dicitur, cuius cauſæ iſta definitio eſt, ſis cum certa perſona hæc quidem oīs res ex illis ſeptem locis argumenta cōtrahit, quis, quid, cur, vbi, quando, quemadmodum, quibus adminiculis. Verum ex his duo prima oēm vim argumentationis continēt, quinq; reliqua ſecundo ſubiacent. Itaque dum hæc prima, quis & quid, apertioribus nominibus Cic. & ad opus vicinioribus nuncupat i. perſonā, & dictū factum ve, quod negociū eſt. Itaque omnis res cōfirmatur aut ex attributis perſonæ argumentis ſumptis, aut ex attributis negocio. Perſonis autē attributa ſunt vndecim, Nomē, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, ſtudium, conſilia, facta, caſus, orationes. Itaque ſi hæc omnia attributa perſonæ ſunt, quæ ſit ipſa perſona videamus. Nomē eſſe non poteſt, quia primum attributum perſonæ eſt. Homo eſſe non poteſt quia naturæ perſonæ attributū eſt, & natura mortalium in duo diuiditur, in homines & in feras. Quę eſt ergo perſona? Illa.ſ. quæ in pronominibus finitis eſt, vt ego, tu ille, hic, hæc, hoc. Itaque ex perſona nulla argumentatio poteſt ſumi. Cum.n dixero hic, quod argumentum feci? Ex attributis autem perſonæ ſumitur omnis argumētatio breuiter, vel ſub diſtributa, per quæ ſe aperit, & quibus impletur ipſa perſona. attributis ſuis igitur perſonarum omnium vis probatur. [Nomen eſt, quod vnicuiq; perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur) Antequam ad hoc nomen, quod definiendum eſt, veniamus, prius de ſignificantia nois dicamus. Nomen hoc quod ſonat nomen, quatuor ſignificātias habet. Vna talis eſt, quę eſt in appellatione rerum omnium. Verba autem noſtra omnia rerum nomina ſunt, vt ſalio, curro. Vtique his omnibus nominibus res ſignificātur. Vnde multis illum ſapientiſſimum ac beatiſſimum eſſe dixerunt, qui rebus omnia impoſuit. Certe vt ſciamus omnes partes orationis.i. omne quod loquimur, nomina eſſe rerum, conſtat, cum de Sibyllæ reſponſis ageretur. In reſpōſis autem omnino octo partes orationis fuerint neceſſe eſt, quod ait Virg. Foliisq. notas, & nomina mandat. Ergo hæc vna ſignificātia nois eſt, quæ in omnium verborū appellatione eſt. Alia, nominis ſignificantia talis eſt, qua vnam partem orationis ex octo partibus orationis videmus eſſe ſignatam: vt, nomen, pronomen, verbum. Tertia, nominis proprii, vt hominis, vt deorū. Quarta autē hęc quadripartita eſt, qua vnaquæq; perſona, ſine alterius cōmunione ſignatur. Et vt ſciamus vnā de quatuor hanc eſſe, ſignificationem nominis ſic propoſuit, vt oſtenderet quod nomen eſſet definiturus. [Nomen eſt, inquit, quod vnicuiq; perſonæ attribuitur, quo quæq; ſuo proprio, & certo vocabulo appellatur) Ergo vt proprium perſonæ hoc nomen, & certū ſit, per quatuor tenditur, prænomen, nomen, cognomen, agnomen: prænomen porro interdum vna, interdū duabus, interdū tribus literis continetur. vt C. Caius, Cn. Cneus, vt Sex. Sextus, fuitq. nonnulla apud maiores noſtros prænominis ratio: nam & Quintum ideo dixerunt ꝙ quinto fortaſſis loco natus eſſet, & Lucium ideo, ꝙ fortaſſe eſſet initio lucis exortus. Verū quia hæc apud nos ratio nihil valet argumentū de prænomine non quærimus. Cognomen porro maiorū eſt, tractum ex familia vel ſanguine: vt, Tullius Cornelius, ex Cornelius, Nomē autem propriū perſonæ eſt, vt Cicero, vt Scipio. Iam agnomen extrinſecus venit, venit tribus modis, aut ex animo, aut ex corpore, aut ex fortuna, ex animo, ſicut Superbus, & Pius, ex corpore, ſicut Craſſus, & Pulcher, ex fortuna, ſicut Africanus, & Creticus. Quatuor his partibus perſonæ propriū, & certum nomen includitur. Prænomine, nomine, cognomine, agnomine. Vt Publius prænomen, nomen Scipio, Cornelius cognomen, Africanus agnomen. Argūm aūt, ſi neceſſe fuerit in tribus quærimus. In nomine, cognomine, agnomine. Itaq; definitionis iſtius hęc eſt propoſitio. Nomen eſt cuiq; perſonæ deinde hinc incipit definitio. Quo quæque ſuo.i. vocabulo, ſed quod ſuū eſt, poteſt eſſe commune cū fratribus, cum propinquis: vt, Tullius: Multi enim itaq; Tullii, qa nomen ex ſanguine eſt. Deinde addit proprio. Rurſus, & vocabulū proprium poteſt eſſe commune, vt Cicero proprium vocabulum, ſed tamen multi poſſunt eſſe Cicerones. itaque addit, certū.ſ. quod ex omnibus quatuor conſtat, quo vniuſcuiuſque perſonæ verum, & non niſi eius poſſit nomen intelligi, & recte Certum nomen, interdum.n. ex libidine, & quadam obtrectationem nomen imponitur, vt illud in Sal. Tyrannumq. & Cinnam appellantes. Itaque huiuſmodi nomen certum eſſe non poteſt. Quotieſcūque autem ſpecialiter aliquid volumus includere, his trib. includimus, ſuo, proprio, certo: vt, Tullius. Suis cū certis propriisq; criminib. accuſabo. [Naturam ipſam definire difficile eſt, partes aūt eius enumerare, eas quarū indigemus, ad hanc præceptionē facilius eſt) Hæc eſt ratio, vt difficilis ſit naturæ definitio, etenim apud ſapientes contētio eſt quid prius ſit, Deus an natura. Si natura prior eſt, ergo Deus natus eſt, atqui Deus naſci non potuit. Rurſus ſi Deus prior eſt, nata eſt natura, quod ſi naſci potuit natura, incipit non eſſe natura. Itaque naturæ difficilis definitio eſt. Difficilis definitio naturæ, ſecundū Platonem, vel alios, ſapiētes, inquit. Aliqui oſtendit poſſe definiri. Denique ſapientes quidam ſic definiere naturam. Natura eſt ignis artifex, quadam via vadens in res ſenſibiles procreandas. etenim manifeſtum eſt omnia principe igne generari. Plato aūt ſic definiuit. Natura eſt Dei voluntas. Et inter ceteras: hæc magis probanda definitio. Nam ſi Deus, & natura ita ſunt, vt ex his alterum prius nō ſit, neceſſe eſt autem ex primo naſci quod ſecundum eſt, deinde ſi quod naſcitur, nec Deus eſt, nec natura, recte naturam Dei dixit eſſe voluntatem. Deus enim ſemper voluerit, & velit neceſſe eſt. Itaque quia naſci natura non potuit, ſed Dei volūtas eſt, vt Deus naſci non potuit, nec natura. Illud autem ſcire debemus, naturam illud eſſe ꝙ mundum, vltra mundum naturam non eſſe, ſed Deum. Voluntatem autem Dei, qua mundus eſt, eandē eſſe naturam. Itaque hic Cic. naturæ principalem definitionem omiſit. dixit autem, eſſe difficilem. Partes aūt eius enumerat, ſed quarum, inquit, indigemus. Natura, animalis, inanimalis, animalis, diuina, mortalis. Mortalis, hominum, beſtiarū, corporis. Diuina, animi. Extrinſecus itaque partē illam naturæ reliquit, quæ animalia generat. neque.n. eius indiget qui rhetoricam ſcribit. Illius aūt naturę partes exequitur, quę motū ſuo in rebus agit aliquid.i. quę viuit. Etenim ille qui rhetoricā ſcribit, præceptis ſuis perſonam debet includere. perſona aūt homo. huius itaque naturę indigemus, in qua homo. Hęc igitur natura q̄ motu ſuo in rebus aliquid agit, principaliter in duo

ſcindi

scinditur, in diuinã naturam, & immortalem. Ac diuina quidẽ natura ad rhetoricam nõ pertinet. & ideo hanc omisit. Sciri tamen debet, quia loco argumenti sæpe rerũ diuinarũ inducitur disputatio, vt illud est quę res facit vt vigeamus, quę vt occidamus. sed hoc ad rhetoricam, nõ tamen ex rhetorica descendit. Itaque conferet se ad mortalem naturam. Rursus quæ hanc in duo diuidit. in homines, & in bestias: Omne quod extra hominem, viuit, cũ anima, & corpore, bestias nominauit. Remoueamus itaque, & naturã illam mortalẽ, quę bestiarum est, hancq. solũ inspiciamus, in qua homines sunt, & de eadem natura circa certam personam inuenta dupliciter argumenta capiamus. Ei enim ea quæ in hominibus sunt natura, nunc tũ naturæ sunt, nunc ita naturę vt industriæ, vel artis esse credantur. Tripliciter autem debemus in homine inspicere, atque explorare naturã, quę sit natura animi, quæ corporis, quę extrinsecus. Verũ quæ in homine extrinsecus sunt ea tantum naturæ sunt, quę autẽ in homine animi, vel corporis sunt, ea, & naturæ possunt esse, & disciplinę. itaque primum videamus quę natura in homine sit. Extrinsecus, vt sexus, sexus enim tantum naturę est, nec ex disciplina potest aliquando contingere. ita, & natio, & patria, & cognatio, & ætas tantum naturæ sunt. Natio est, inquit, vt consideres vtrum Græcus sit, an barbarus, hoc secundũ ipsorum Græcorum sententiã, qui absque se reliquos barbaros appellabant. Patria est, inquit, vt cõsideres Atheniensis, an Lacedæmonius. Aquileiensis, an Mediolanẽsis sit. Cognatio est, inquit, vt cõsideres quibus maioribus oriundus sit, vnde sanguinem ducat. fitq. hinc optimũ argumentũ, vt illud est in Virg. Bellum ne inferre paratis Laomedontiadæ? Sed, & hoc argumentum quasi ex nomine fieri videtur, quod ait. Laomedontiadæ, cum hic ex natura colligenda nobis insinuat argumenta. Hoc itaq; interest, quod in nomine ex sono ipso nominis colligimus argumentum, vt ex Verre, quod euerrat prouinciam. In natura autem non ex nominis sono, sed ex eius actu, vel moribus, cuius nomen est, colligimus argumentũ etenim cũ dicimus Laomedontiadæ, in sono nominis nihil est, in actu autem Laomedontis perfidiæ positum est argumentũ Aetatem autem, inquit, inspicere debemus, vtrum puer sit, an grandior, an senex, vt cuicunque ætati crimen quod agitur, aut conuenire, aut non conuenire doceamus. Hæc de his quę extrinsecus sunt quæ tantum naturæ sunt. Nunc venit ad ea quæ corporis, & animi sunt, & quæ tam naturæ quam disciplinæ esse possint. Etenim interdũ per se multum valet natura, interdum tenuis, & infirma est. Disciplina enim vel vsu sæpe mutatur. Enumerat itaq; quę ista sint, veluti cõmunia, vt cõsideremus vtrum aliquis valens an imbecillis sit, longus an breuis, formosus an deformis, velox an tardus. Hæc omnia corporis sunt, quæ facile videmus sæpe hominibus ex natura, sæpe ex arte contingere. Deinde, inquit, debemus inspicere, memor an obliuiosus sit, comis, officiosus, prudens, patiens, an contra. Hæc rursus omnia animi sunt quę similiter videmus tam ex natura nobis quam ex arte prouenire. Verum cuncta ista, inquit, quæ animæ, & corporis sunt, quanquam sæpe ex disciplina, & ex arte contingat, tamen qualia vel quanta sint, non nisi in sola natura considerare debemus. Ea aũt quæ industria comparantur, in habitu rectius considerabimus. [In victu cõsiderare oportet, apud quem, & quo more, & cuius arbitratu sit educatus.) Victus hominis est, omne illud tempus à pueritia vsque ad id, quod agit, vel quo de agitur, itaq; considerare debemus, non apud quos natus sit, quod naturæ est, sed apud quos educatus sit, vnde incipit victus. Apud quos, inquit, interest enim inspicere illorũ vita, apud quos educatus sit, ex his enim viuendi potuit capere disciplinam. Sed quia homines interdum non vt volunt educant, aliqua necessitate cõpulsi, quippe, & seueriores sæpe dissolutius, & dissolutiores sæpe seuerius educant recte quęrendum dicit, non solum apud quos educatus sit, sed etiam quo more educatus sit. Deinde, inquit, inspicere debemus ad cuius arbitrium sit educatus. a parentis, patrui, cognati, an alienioris. Animaduertamus itaq;, vt victus a primis annis vsque ad ætates alias protendatur, vt dixit primo quærendum quemadmodũ sit educatus, hoc quemadmodum in tria diuisit, apud quos, quo more, cuius arbitratu. Deinde eductus puer solet ad discendas literas sortiri, easdemq. liberales: itaq; qui liberales literas discit, duplices habere debet magistros qui faciant virũ bonũ, & qui faciãt dicendi peritum; & his duobus plenum oratorem. Recte ergo etiam hoc quærendũ, quos habuit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores. Itaq; non verum habuerit magistros, verũ viuendi præceptores, sed quos habuit quęrendum. Deinde etiã hic animaduertẽdus, ordo est, postquã literas quis didicerit, & certã viuendi acceperit disciplinam, tunc necesse est vt habere incipiat amicos. Sed quærendum est, qualibus amicis vtatur: amicus enim mihi esse non potest, nisi similis mei. Deinde quo negocio, quæstu, & artificio sit occupatus, quærendũ. Necesse est enim vt in vita nostra aliqd agamus, quo nos occupemur: Et hic actus in vita aliquid agentium, triplex est. nam aut negocium est, vt mercatura, aut militia, aut agricultura &c. Aut quæstus est, vt præco, vt parasitus, vt scenicus, aut similia. Aut artificiũ, vt artem, s. aliquã plene cognitã, aut exerceas, aut tradas, vt orator, vt rhetor, & alia huiusmodi, alioqui scire aliquid perfecte, & exercere nolle, habitus est. deinde aliquid nõ plene scire neque id quodcunq; exercere, affectio est. Verum vniuscuiusq; rei, & habitus, & affectus si exerceatur, & in actu sit, victus est. Animaduertendũ, inquit, etiam, quo modo rem familiarem administret, qua cõsuetudine domestica sit: ex rebus. n. priuatis, & domesticis, quemadmodum quis in rep. viuat, facile possumus agnoscere. [In fortuna quæritur, seruus sit an liber) Hoc quasi naturæ magis esse videtur, vt seruus quis an liber sit serui enim sæpe nascuntur. sed vt taceamus, vt multi sæpe ex fortuna serui sint, etiam illos qui nascuntur ex fortuna seruos esse manifestũ est. etenim ex captiuis primũ serui facti sunt, captiuitas bello. in bello non nisi incerta fortuna. itaque seruum esse fortunę est. Hoc etiam in fortuna cõsiderandum. pecuniosus sit an tenuis, priuatus an cum potestate Sed quia non vno modo capimus potestatẽ, recte addidit. si cum potestate, iure an iniuria. Hoc etiã fortunæ est, vt videamus vtrũ felix, clarus, an contra sit. Considerare etiã debemus, non vtrum liberos habeat, quod naturæ est, sed quales liberos habeat. vt est illud in Virgilio. *Vade, ait, ò felix nati pietate.*

Non, inquit, nato felix, sed nati pietate. itaque in eo fortunam inspexit, quippe: Vade ait, ò felix, inquit, facit enim fortuna felicem quòd si, inquit, cuius victus quæritur, mortuus erit, nõ de morte, sed de mortis eius genere quæritur, alioqui mors naturę est. [Habitum autem hunc appellamus, animi) Habitus, inquit, iste est alicuius rei, siue in animo, siue in corpore à natura cœpta, sed vsu corroborata, & plena perfectio. Scire enim plenè aliquid, habitus est, iam si id volueris exercere, victus est. Videamus itaque, habitum qualem esse dicat. aut virtutis, inquit, hic habitus animi. virtutis autẽ quadruplex, iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia. Sed tunc habitus, si virtutem ita teneamus acceptam, vt nunquam à semel comparata recedamus. Nam si frequenter sua cuique reddamus, & aliquando rapiamus iam iustitiæ habitum per intemperantiam non tenemus. Similiter, & circa reliquas virtutes. ita enim est habitus definitus. [Habitũ appellamus animi, aut corporis cõstantem, & absolutam aliqua in re perfectionem) Absoluta est, vt plena sit, constans, vt semper eadem sit, neq; aliquando à se recedat. & tunc est vere habitus. Deinde. [Aut artis perceptionem alicuius) Vt puta ego Rhetoricã plene quidem noui, sed exercere nolo. Itaq; licet non exerceam, in eo tamen quòd Rhetoricam plene noui habeo oratoris habitum. ita, & in ceteris artibus; plena perceptio habitus est. [Aut quãuis scientiam) Ars, Scientia, Actus. Scientia, artis, non artis: Inter scientiam, & artem hoc interest. Ars quidem duplex est, vna in scientia, alia in actu: verum scientia rursus duplex est. est scientia artis, est non artis: neque enim aurum, gemmas probare, artis est, aut scire, quot millia hominum in illo sint populo, quanto spatio hæc vrbs ab illa distet. hæc itaq; scientia est, sed non artis. Sed quoniam, & artis est quælibet, inquit, scientia, si plena in nobis fuerit, habitus nuncupatur. sed hucusq; de habitu animi. Deinde, inquit, & corporis aliqua commoditas studio, & industria comparata, habitus dicitur. vt si corpus palæstra roboremus, si velocitatem nobis exercendi studio comparemus. Verum, & animi, & corporis habitum Cicero in bonis collocauit. quippe habitum dicit esse virtutem, aut artis perceptionem, deinde aliquam corporis commoditatem. Ita & Aristoteles habitum omnem in bonis posuit, cum secundùm definitionem possit, & in malis habitus esse. Nam si demus semper operam, vt nihil intelligamus studio, stulti sumus: erit hic habitus industria comparatus. Et rursus, si exercitium corporis deuitemus studio, imbecilli sumus, erit æque hic habitus corporis industria comparatus. Sed nescio quomodo recte habitus malorum non est positus neque a Cicerone, neque ab Aristotele. nam si hoc ipsum nomen aspiciamus, & eius sonum videamus. habitum dictum esse ab eo quòd habere voluerimus. natura autem nostra talis est. vt nunquam mala velimus. malorum ergo esse habitus non videtur, est tamen. nam, & Catilina habitu malus fuit, id est, malitiam industria sibi comparauit. [Affectio est.

animi aut corporis ex tempore sliqua de causa cõmutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia, quæ genere in eodem reperiuntur) Hsbitum esse diximus siue in animo, sine in corpore, alicuius rei perfectionem. At contra siue in animo, siue in corpore slicuius rei inchoatio, affectio est, quę subito aliqua ratione nascitur, mox recessura, vt si quid nobis boni nuncietur, & lęti esse incipiamus, si quid videamus, & idipsum concupiscamus, vel aliquid timere incipiamus, si moleste ferre, iste omnes animi sunt affectiones. Deinde corporis si subito in morbũ incidamus, si sliquid in nobis debiliterut, sed ad tempus, post autem sanetur. Hæc itaque erunt affectiones corporis, & reliquæ eis similes. [Srudium autem est, animi assidua, & vehemens) Studium est, inquit, ad aliquã rem assidua, & vehemens snimi cũ magna volũrate occupatio, alio qui assidua, & vehemens esse nõ potest, si in ipso opere habuerit voluntatem. Er dat res oon quæ studinm sint, sed quarum studium sit, vt philosophiæ, inquit, oon philosophia: aut poeticæ, aut geometricæ literarum, non poetics, & geometrica literæ. Itaque si quid vehementer, & cum magna voluntare volumus, studiũ est. Deinde si id, quod volumus, sliqua ex parte consequimur, affectio est. Sin autem quod plenum, & perfectũ est tenemus habitus est. Quod si hoe ipsum plenum vel semiplenum sgẽdo exercere voluerimus, eris victus. Irs vnum qualitate diuersa in mulra sttributa conuertitur. [Consilium est aliquid sciendi, aut non faciendi vere excogitata ratio) Duo semper sunt vnde dubitamus, & vnde consilium est. Aut enim vt faciamus aliquid, quærimus, aut vt nõ faciamus. Ita, & leges quæ consilio senbuntur, duo semper hæc continent: aut fieri iubent, aut fieri prohibent. Sed quia eum de re sliqua dubitamus, incerta quædam ratio in ancipiti cogitatione versatur, postquã idipsum statueris, erit excogitata ratio, & ideo excogitsta, quia fuerat iam snte cogitsta ratio, quod consilium est. [Facta sutem, & casus, & orationes tribus ex temporibus considerabuntur) Ex his quoque non minima colligimus argumenta, vt de factis personæ argumenta capiamus, de dictis, de his quæ ei acciderunt: vt damnum, vt morbus, vt orbitas, & reliqua simulia. Verum hæc per tria, inquit, tempora debemus inspicere. tunc enim de futuro argumentum possumus facere, si ita & ante fuisse doceamus, vtputa quis hoc fecit, hoc facit etiam, & hoc facturus est: quia hoc passus est, hoc psritur, etiam pssurus est: quia hoc dixit, hoc dicit, hoc etiam dicturus est. hucusque autem attributa personæ. [Ac personis quidem hæc videntur esse attribura) Septem sunt quidem, vt diximus elementa, vnde omnis argumentatio espitur sd quamcunque rem: quis, quid, cur, quando, vbi, quemadmodum, quibus adminiculis. Horum duo prima, omnia continent. Nihil autem aliud quæritur, nisi quis fecerit, & quid factum sit, stque hæc ipsa Cicero ꝓpriis, & apertioribus, & ad rem vicinioribus nominibus appellauit. Quis enim personsm dixit? quis negocium vocauit? Ac personæ quidem quam in pronomine posnimus quæ essent attributa, ism dictum est. Nunc antequam dicamus quę negocio attributa sint, quid sit ipsum negocium videamus. Negocium est factum, de quo quæstio est. verum hoc factum nunc in facto est, nunc in dicto, nunc in cogitatu. Omne hoc itaque factum, de quo quæstio est negocium sppellatur. Ac factorum quidem genera tria sunt. Est factum illud de quo quæstio est, est fsctum quod in negocio est, quo illud factum de quo quæstio est probatur. atque hoc fsctum tribus temporibus consideratur, ante, in, post. Est, & tertium genus facti, quod extra negocium est, ex quo ad id factum de quo quæstio est traditur argumentum, vt Cluentii fsctum est iudiciale, de veneno, ꝙ occiderit Oppianicum. Deinde extra hoc negocium, facta eius alia ad argumentum quod proponitur trahuntur, quòd multos ante veneno necarit. Hoc tertium factum in attributis personæ accepimus, facta, casus, & orationes. Tria itaque genera factorum sunt: factum de quo quęstio est, factum quo id factum vnde quęstio est probatur, factum extra negocium sed ad negocium pertinens. Itaque factum illud de quo quæstio est, negocium appellatur. Huic negocio quatuor principaliter attributa subiecit. Vnum quod in ipso negocio est, quæ continentia cum ipso negocio sppellauit. i. quibus illud factum de quo quæstio est probstur, & quæ ab ipso negocio videntur nullo modo posse separari. Secundum attributum est, in quo illa quæ in gestione negocii sunt, necesse est videre: aliud est enim ipsum negocium, aliud illa quę in gestione negocii continentur. vtputa Occidit, negocium est. in ipsius autem negocii gestione illa sunt, illo tempore, occidit, in illo loco occidit, fuit occasio vt occideret, & reliqua, quę in gestione negocii continentur. Tertium attributum est, quod adiunctum negocio nominantur. Hoc quoque neque negocium, neq; in gestione negocii, sed extra negocium est. hoc sb oratore sumitur, cuius assumptione res ills, de qua quæstio est, aut similis, vt dissimilis demonstrabitur. Itaq; omnia exempla tribura negocio sunt. sed quoniam extrinsecus veniunt, adiuncta negocio nominantur. Qusrtum attriburum est negocio, quod gestum negocium consequitur. hoc quoque extrinsecus est. non enim in negocio, vel in gestione negocii cõtinetur. sed sn post negocium contigerit, consideratur vt puta factum Milonis hæ res consecutæ sunt, vt de eodẽ facto legem nouam senatus tulit, eadem quæ in Appia via facta esset, cõtra remp. facta esse iudicauit. Hæc omnia non in negocio, neq; in gestione negocii sunt, sed gestum negocium consequuntur. Et quoniam scimus quot attributa negocio sunt; nunc in singulis quæ nobis sint ad argumentum ducends videamus, ac primo illa consideremus quæ continentia cum ipso negocio appellantur, sine quibus negocium, & quæ sine negocio esse non possunt. Hæc itaque quinque sunt summa ipsius negocii, summę causa, & facti tria tempora, ante, in post, quod factum inter genera factorum secundum esse memorauimus. Summa negocii talis est, vt parentis occisio, patrem enim occidit, negocium. est negocii summa est, vt parentis occisio. In hoc de ipsis nominibus de pronunciatione fit argumentum, si cum quadã admiratione dicamus, Occidisse patrem Sex. Roscius dicitur. Deinde causa ills est, vtputa occidit, quia inimicus fuit, aut cõtra, quia inimicus non fuit, nõ occidit. Iam post causam facta considerare, debemus, quibus illud factum de quo quæstio est afferamus. Hæc facta per tria tempora, vt sępe iam dictũ est. diuiduntur, vt cõsideremus quid ante factum sit. quid in re ipsa factum sit, quid postea factum sit. vt Milo quid ante fecit. In senatu fuit domum venit, calceos, & vestimenta mutauit, profectus est. Deinde quid fecit in re ipsa, ad Albanum peruenit, impetus in illum factus est, tum ille reiecit penulam de rheda desiluit, se defendit, Clodius occisus est. Postea quid fecit, profectus est Lanuuium, Flamines creauit, propter inuidiam Romã ciro noluit reuerti. Ergo his factis factum probatur, aut defenditur illud quod in quæstione est. i. Milo Clodiũ occidit. Necesse est itaque, hæc quinque in eodem negocio de quo quæstio est continen. Frustra. n. aliquod factum obiiciemus, donec factum est, nisi eius summam dicamus nisi causam eiusdẽ facti doceamus, nisi quid ante, quid in re, quid postea factũ sit demonstremus. Recte ergo continentia cum ipso negocio nominata sunt. [Deinde causa eius summę perquã, & quamobrẽ, & cuius rei causa factum sit, quæritur) Multæ quidẽ causæ sunt osm vt oĩa ista nascantur quæ in mundo sunt necesse est causa præcedat, & hoc ipsum negocium, de quo quæstio est, cã dicit. Verum hæc causa hoĩs circa factum duplex est. aut. n. propter rem aliquam iam ante animo prouisam quodcunq; facimus, & erit causa quæ ratiocinatio dicitur, aut subito necessitate aliqua præsentis temporis in factum aliquod præcipitamur, & erit causa quæ impulsio dicitur. & quæcunque cã ex confessione veniam meretur, impulsio est. Harum nunc vtranq; causam Cic. hic tetigit: Per quam quamobrem, inquit, & cuius causa factum sit, quęritur. Quamobrem ratiocinatio est, cuius causa impulsio est. In gestione negocii hæc quinque requirẽda sunt. locus, tempus, occasio, modus, facultas. In gestione autem negocii, qui locus, secundus erat. De septem elementis persona iam dicta est. Remanserunt sex, quæ negocio attributa sunt. Quid, cur, quãdo, vbi, quemadmodum, quibus adminiculi. Ex his rursus duo, qd, & cur. i. factum illud triplex, & facti causam continentia, cũ ipso negocio esse monstrauimus. Reliqua quatuor in gestione negocii sunt, vbi, quãdo, quemadmodũ, qbus adminiculis. Addidit Cicero quintã occasionem, de qua post dicemus quinque itaq; res secũdo attributo subdidit, locum, tempus, occasionem, modum, facultatem. Et recte hæc in gestione negocii esse dixit. Illa enim superiora quinque summa negocii, summæ causa, quid ante factũ sit, qd in re factum sit, quid postea factum sit. negocium. i. factum illud, de quo quæstio est probant. Quod si negocium probant, in gestione negocii non sunt. verum in gestione negocii necesse est, vt hæc rursus quinque sint locus, tempus, occasio, modus, facultas. etenim cum dicimus: Milo in senatu fuit, domum venit: postea profectus est, gesto negocii est quidẽ, sed in ipsa negocii gestione tempus ostẽdimus. i. Milonem hora vndecima profectum, Deinde cum dicimus, Venit sd Albanum, impetus in illum factus est. gestio qdem negocii est, sed in ipsa negocii gestione, & occasionem ostendimus, ꝙ necesse habuit illas interfacere.

re, & locum ostendimus, quòd de loco superiore impetus in illū factus sit. & facultates, q Clodius habuit armatos. Ergo gestio negocii sine his quinque esse non potest, loco, tempore, occasione, modo, facultatibus. Quod si sine his quinque negocii gestio esse non potest, recte hoc in gestione negocii considerare debemus. (Locus consideraē, in quo res gesta sit, ex opportunitate, quā videē habuisse ad negociū administrandū) Vt sciamus quē locū considerandū præcipiat, qui sint alii loci videamus, ac primo secundū Lucretii cęterorumq. sententiam, Inane totū locus est, qđ inane patet rebus, occupaturq. ab elementis, igni, aere, aqua, terra. Ergo hæc elemēta in loco sunt. i. inani. Sed rursus ipsa elementa loci sunt, vt ignis sideribus locus est aer avibus, aqua natātibus, terra gradientibus, vel his omnibus quæ in eadem nascuntur. Itaq; & terra omnis locus est, & rursus in terra locus est. qui locus nobis non ex eo quod locus est considerandus est, sed ex eo quòd qualis sit, aut ex opportunitate eius, aliquid in eo aut fieri potuisse, aut non fieri potuisse doceamus. Hoc itaq; sit præceptum in loco, qualitatem eius atq; opportunitatem nos inspicere atq; æstimare debere. Necesse est enim nobis vbicunq; esse, sed illud vbi sumus, quale sit, considerandū est. Atq; hæc opportunitas loci permulta cōsideranda est. nam & magnitudo loci inspicienda est. verum ibi tot milia hominum ceperit, deinde interuallum inspiciendū est. vt in Quintiana, septingenta milia biduo esse decursa. Et quoniā interualli duo genera sunt. Longinquitate, inquit, & propinquitate. Deinde cōsiderandū, semotus locus, an celebris sit. Deinde natura ipsius loci videnda. tumulosus, decliuis, planus, saxosus, palustris, siluestris. quę sit præterita vicinitas eius loci, in qua natura sit, vt ideo ibi aliquid fieri potuerit, vel non potuerit, quod vicina talis sit, vel omnis regio. Etiam hoc, inquit, in loco considerare debemus, sacer an profanus, sit publicus an priuatus, alienus an ipsius de quo agiē. Quod si ipsius non erit, etiam hoc videndum, an aliquando ipsius fuerit. Ex his igitur tot opportunitatibus loci, multa ad negocium colligere possimus argumenta. (Tempus autem est id, quo nunc vtimur) Quod tempus semper fuerit necesse est. siue ante mundum, siue cum mundo. multi enim natum mundum, multi natum non esse contendunt. Ergo hoc tempus generale, quia nec initium nec finem habet, æternitas est. quam Græci αἰῶνα appellant. Verum quoniam hoc tempus definire difficile est. illud definit quo nunc vtimur. Tempus est. inquit, pars quædā æternitatis, aut annuum, aut diurnum, aut nocturnum spatium significans. Ex cursu enim siderum certis temporibus, certum nomen impositū est. Septem stellæ, septem circulis contra cœlum voluuntur. quę cū singulę ad id signum vnde profectę sunt fuerint reuersę, certum tempus includunt. Quod si omnes septē simul ad ea signa vnde profectę sunt reuertantur, tūc fit illud tempus, q annus magnus dicitur. & necesse est omnia rursus pro ordinē suum quę ante nata sunt, renasci. Ergo si ad exordiū suum omnes stellę reuertantur annus magnus dicitur. Singularū aūt cursus habet tempus suū, sed omne tempus certis vocabulis non tenetur. nam Saturni cursus habet tempus, sed tempus ipsum non habet nomen. Item Iouis, Martis, Veneris, atque Mercurii. Solis vero cursus cum se expleuerit annus est. Lunæ cum se expleuerit, mensis est. Iam vero & Sole supra terras posito, diem vocibimus: & Sole sub terris posito, noctem Horarum autem duodecim hęc esse origo memoratur. Quodam tempore Trimegistus cum esset in Aegypto, sacrum quodam animal Serapidi dicatum, cum in toto die duodecies vrinam fecisset, pari semper interposito tempore, per duodecim horas diem dimensum esse coniecit, & ex inde hic horarum numerus custoditur. Deinde alii dicūt, ex quadrātura coeli, quę secundum musicam rationem in duodecim partes dicitur esse diuisa horas duodecim esse nominatas. Aquam enim per totum diem exceperūt tenuissima cauerna defluentem, & hanc maiores nostri in duodecim partes diuiserunt, ex his partibus horis numerū imposuerunt. Sed iam tempus est vt ad rationem temporis reuertamur. Quod tempus id est, hoc quo nunc vtimur, spatium accipiamus, quod aut in multis annis sit, aut in anno, aut in mensibus, aut in mense aut in diebus vel die, aut noctibus vel nocte, aut in horis vel hora, vel momento. Verum hoc tempus nostrum philosophi in duo tempora diuiserunt, in præteritum, & futurum. Præsens autem esse negauerunt, quod meo quod pręsens dicimus, si quid iam aliqua ex parte confectum est, pręteritum sit, si quid mox perfici habeat, futurum sit. Ita Virgilius: Tot iam voluentibus annis. quod enim voluitur, non stat, quod non stat, pręsens non habetur. Oratores autem tempus nostrum in tria tēpora diuidūt, præteritum, præsens, futurum. Ac præteritum tempus in tria tempora diuidūt. in illud tempus vetus atq; absoletum & perantiquū, deinde in illud quod licet vetus sit, & à nostra memoria remotū, tamē in literis continetē, postremo in illud quod nuper gestū est, & cuius de his qui viuunt plerique meminerunt. Præsens vero tempus in duo diuidunt. in præsens, & magis præsens. Magis præsens tempus est: vt, Nunc nunc insurgite remis. Hoc est quod ait. Et item quæ instent in præsentia. & cum maxime fiant. Instans enim tempus præsens est, vt ait, Iuno ad luturnam, cum iam fata Turnum tenerent, Atque instantibus eripe fatis. Denique vt sciamus, illam præsentiam fata dixisse, addidit postea tempus quod magis præsens esset. Si quid præsentius audes. Præsens ergo tempus duo tēpora habere dixerunt, præsens & magis presens. Futurum autem tempus in duo diuiserunt, in ocyus & serius. i. in id, quod mox futurū est. & in id, quod tardius futurum est. Atque hæc tria tempora cum partibus suis hic in hoc attributo quod de tempore est cōtinentur. (Et item cōmuniter in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda) Tempus esse diximus spatium, quod in annis, mensibus, diebus, noctibus, horisq. versetur. In hoc, inquit, communiter tempore longinquitatem eius debemus inspicere. in qua longinquitate duo oportet attendere, verū in illo spatio huius negocii magnitudo potuerit impleri, & verū tot simul res potuerint effici. Q̄ enim in rebus difficile est, aut numero aut magnitudine sit necesse est. (Occasio autem est pars tēporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut nō faciendi opportunitatem) In illa mensura tēporis ex motu cœli facta, ex actibus nostris vel ipsius mūdi qualitas proueniēs, occasionem parit faciendi aliquid, vel non faciendi. In tempore enim mensura ac spatium consideratur, in occasione qualitas tēporis. ex quā opportunitas, nascitur faciendi aliquid, vel nō faciendi. Hoc ita q; inter se distant tempus & occasio, genere autem similia sunt. Verum hęc occasio, vt diximus, ex actibus nostris vel ipsius mundi parit nobis ad aliquid opportunitatem. (Hęc distribuitur in tria genera, publicum, commune, singulare) Occasio aut est publica, aut communis, aut priuata. Publicum est, inquit, quod ad totam pertinet ciuitatē. si aut bellum sit, aut ludi, aut aliquis dies festus: In hac itaq; publica occasione est opportunitas aliquid faciendi, vel non faciendi. Commune est, inquit, quod ex actibus mundi prouenit, vt si messis sit calor, si vindemia frigus. Singulare autem est, inquit, quod vnicuique potest prouenire priuatim si nuptiæ sint, sacrificium, funus, conuiuium somnus. Et recte in priuata occasione somnum etiam posuit. nō enim ex necessitate temporis, sed ex corporis atque animi ratione dormitur. Interdum enim lassi aut mœsti per diem dormimus, interdum solliciti atque occupati nocte vigilamus. Triplex itaq; occasio, publica, communis priuata. Ex his occasionibus multa possumus argumenta colligere (Modus autem est, in quo, quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur) Modum Cicero diligenter inspexit, atq; ita definiuit, vt nemo vnquam. Nanque modum in duobus inspiciendam, docet in modo facti, & in animo facientis. vt si dicas, clam est quidem modus facti quod quasi res facti occulte geratur. Verum in eo est, & animus facientis, insidiosus, latens, atq; instructus dolis. Ita in eo quod clam dicimus & modus & animus inuenitur. Similiter omnes modi ex modo facti, & ex animo inspiciendi sunt. Verum in ipso animo duo rursus debemus inspicere, prudentiam & imprudentiam; id est, verum aliquid consilio, an animi impulsu fecerit. In his enim causa facti quęritur. quam duplicem esse supra diximus, circa facientis voluntatem, ratiocinationem. s. & impulsionē. Ita ratiocinatio erit, prudentia animi, impulsio vero, imprudentia. Verum hi erunt ex prudētia modi, clam palam, vi, persuasione. Hæc omnia prudenter admissa sunt, id est, vt res fieret, consilium ante præcessit. Imprudentia porro ad purgationem iungitur, quę pars venię est. cuius purgationis partes tres sunt inspiciendæ, inscientia casus, necessitas. In his quoque modis factum quidem manifestum est, sed animus inuenitur inuitus. Adiungitur ad imprudentiæ, modos etiam affectio, quam paulo ante personæ diximus attributam, quam affectionem esse diximus animi aut corporis repentina de causa permutationem. Verum hīc quoniam in modo animus attendendus est, animi solas circa affectionem posuit commutationes, id est, molestiam, iracundiam, amorem. Itaque his affectionibus animi imprudentes, in factum impelluntur, & recte imprudentes, quippe affectio est, repentina animi commutatio, ergo quod repentinum est, prospici non potest, si prospici

ſpici non pōt, imprudentia eſt [Facultates ſunt, aut quibus facinus fit, aut ſine quibos aliquid confici non poteſt) Facultates Cicero duplici qualitate definiuit, duasq. illis potentias dedit. vt ſit primum facultatum illud, ſine quod aliquid fieri non poteſt, aliud, quo aliquid facilius cōpleatur. etenim hæc duo prima proponamus, fit, non fit. Iam ex eo, quod fit, rurſus duo deſcenduot: Facile fit difficile ſit. Iam in duobus ponitur facultas, in genere. i. in eo, quod fit, & in ſpecie. i. in eo, quod facile fit. Illud autē qood difficile fit, ita poteſt argumentis torqueri, vt illud videatur eſſe, quod nō fit. & icciico. io hoc nō ſunt poſitæ facultates. Dupliciter igit facoltates eſſe teneamus. primo illas ſine quibus aliquid fieri non poteſt, deinde illas quibus aliquid completur. vt ſi quis velit rhetoricā diſcere. prima erit ei ad diſcendam facultas, ſine qua effici non pōt. i. animus, ingenium inſtrumenta artis ipſius. & magiſter, deinde erūt illæ facultates, quibus facilius fit. ſi ſit doctus & beneuolus magiſter ira & ad mortē facultas, ſine qua fieri non pōt. venenum qua facilius fit, venenum com poculo. Si autē in pane detur venenum, pars illa eſt quæ difficile fit, quæ ita pōt argumentis torqueri, vt pars illa videatur eſſe, quæ non fit, quod quidē Cicero. pro Cluent. diſputauit, cū negauit in pane dari venena potuiſſe. Hoc autē ſcire & tenere debemus, ēt tempus, & locum, & cetera præter modum facultates eſſe poſſe, ſi generaliter cōſiderentur, noo ex ſpecie, vel ex opportunitatibus ſuis. Neceſſe eſt. n. & quodcunq; tempus, & quemcunque locum fuiſſe cum aliquid factum eſt. Alioqui facultas prima non erit faciendi, niſi iſta ſint. Ita Cic. in Roſciana: Non potuit, inquit, occidere patrem Roſcius, cum abſens fuit. hic argumentum à loco fecit. deinde ait: Age nūc videamus reliquas facultates: Ergo iam & locus facultas eſt, ſed facultas, ſi generaliter conſideretur, at ſi opportunitas eius fuerit inſpecta, tunc ex loco argumenta ſumentur. [Adiunctum aūt negocio id intelligitur, quod maius, & quod minus, & quod ſimile erit) Attributa negocio duo iā tranſacta ſunt, cōtineotia cum ipſo negocio, & illa quæ in geſtione negocii cootinentur. Ac prima quidem cum attributis ſuis perſona tranſacta eſt. i. quis, deinde quid, & cur continentia cum negocio demonſtrauimus. deinde quando, vbi, quemadmodum, quibus adminiculis, in geſtione negocii poſita docuimus. Ita ſeptem prima illa clemēta in duobus negocio attributis videmus incluſa, nec iā amplius videtur relictū, quod in aliis duobus negocio attributis ad argumentum conſiderare debeamus. i. in his quæ adiuncta negocio nominātur, & in his quæ geſtum negocium conſequūtur. Verum & in his eadem ſeptem quæ in ſuperioribus conſiderare debemus, nec aliquod negocium ſine his ſeptem elementis vnquam poterit inueniri, vt quiuis homo ſine lineamentis ſuis. Itaq; cum in noſtro negocio ex omni circunſtantia argumēta ceperimus, & fides in aliquo claudicarit ex alienis argumenta ſumenda ſunt, quæ cum aſſumuntur, aut fidē faciunt, aut augēt. Verum hæc cum aliena, ſint. i. extra noſtram cauſam, videndum eſt, qua noſtro negocio parte copulentur, quæ copulatio reſpectus dicitur quem reſpectum Græci συγκρισιν ἀπὸ τὸ πρός dicunt. etenim dicunt ἀπὸ πρός, cum etiam iſta aliena à negocio ſeptem illa elementa contineant, quæ in noſtro negocio cōtinentur, nō poſſunt ſibi omnia conuenire. Sed quædam in hoc quædā cōſiderare debemus in alieno negocio. quę per συγκρισιν noſtrum negocium reſpiciant, vt præmiſſo & præcognito copulationis genere ad argumentum noſtri negocii facta collatione copulentur. Verū huius reſpectus nouem modi ſunt. ſ. vt ſit adiunctū negocio noſtro, & quod maius eſt, & qđ minus, quod ſimile, quod æque magnum, quod deſperatum, quod contrarium, & genus, & pars, & euentus. Hæc itaque nomen omnia coniuncti ſunt τῶν πρός. i. ad aliquid. itaque quaſi ſemper in binis ſunt, & recte, niſi enim ad aliquid nullus poteſt eſſe reſpectus, Itaq; cum dicimus maius tūc intelligimus maius, ſi minus cōſideremus. Rurſus tunc intelligimus minus, ſi maius cōſideremus. Ita & reliqua ex aliorum collatione cognoſcimus. Verū nunc videamus, quemadmodum hoc reſpectus negociorum conſiderare debemus. [Maius, & minus, & æque magnum, ex vi, & ex numero, & ex figura negocii, ſicut ex ſtatura corporis cōſideratur) Hæc tria. i. maius & minus & æque magnum, tribus modis conſiderare debemus, vi, numero, figura. Vis eſt, q̄ ſingulis nominibus verbisq;. conſtat. & perſona, omnis enim res, & omne dictum factumve habet vim ſuā, etenim ſi dicas parricidium ſtatum quātum hoc ſit, & in qua vi ſit, animo extimamus. Ita homicidium, & adulterium, & reliqua, facile qđ ſint, cum fuerint audita, cognoſcimus. Similiter & perſonę habent vim ſuam, etenim cum dixeris Ciceronem ſtatim ex boni viri cōſideratione, quæ in illo vis ſit, agnoſcimus. Deinde cum dixeris Catilinam, ex conſideratione peſſimi hominis, ſtatim quæ in illo vis ſit, agnoſcimus. Numerus eſt, cū minus ac maius nō ex vi, ſed ex rerum, vel ex perſonarum numero demonſtramus. Figura eſt, quæ in toto negocio cōſideratur. i. per omnia illa ſeptem elementa, vt conſideres quid factū ſit, quis fecerit, vbi fecerit, quando fecerit, quemadmodū fecerit, & reliqua quæ, inquit, figura totius negocii ita eſt, vt corporis ſtatura, in qua ſtatura omnia lineamēta corporis cōtinentur. Itaq; vt melius intelligamus, notū ꝓponamus exemplū, illud. ſ. quod Cicero. negocio ſuo adiunxit. Nam cum Catilinam diceret occidendum, ex adiuncto, quid maius vel minus eſſet, argumēta collegit. Quod vtiq; maius & minus & æque magnum ex vi, numero, figura, iam dum diximus approbandū ita & Cicero. An vero P. Scipio Pont. Max. Tib. Gracchum mediocriter labefactantē ſtatum reipub. priuatis interfecit. Catilinam orbem terræ cæde atq; incendiis vaſtare cupientem, nos conſules perferamus? Hic ex vi rerum intelligimus, minus eſſe ſtatum reip. quàm orbem terrarum. deinde ſimiliter ex vi intelligimus minus eſſe labefactere, quàm vaſtare. Ita ex vi perſonarum, cum Gracchus & Catilina nominanē, Catilina magis timēdus agnoſcitur. Prætetea ex numero intelligimus, maius eſſe duos conſules, q̄ Scipionem. Hic figuram non poſuit totius negocii. i. quemadmodū occiderit Gracchum Scipio, vbi occiderit, quando occiderit, vnde occiderit. Verū hæc, quia nihil prodiderant, prętermiſit, atq; vno verbo concluſit, quod ait, Interfecit. cuius verbis cōſiderata vi, maius eſſe intelligimus interficere, quā ex vrbe eiicere. Verum in aliis exemplis, & ex figura debet comparatio fieri, vt maius aliqd minus ve demōſtres, ſi dicas illud tunc factum eſt, ibi factum eſt, ita factum eſt, propterea factū eſt, & reliqua, quæ in elementis principalibus continentur. [Simile autem ex ſpecie comparabili) Cum facimus argumentum ex adiuncto negocio per ſimilitudinem, in ea ſimilitudine qualitas conſideranda eſt. Superiora. n. maius & minus æque magnum ex quantitate cognoſcimus. nec putemus hoc eſſe par, qood ſimile. Etenim par ex menſura definita, & ex comparata vtriuſq; quantitate cognoſcimus. Simile autem nō in eo quantum ſit. ſed in eo quale ſit attendimus. ita non ex menſura fit ſimile. ſed ex vultu, & ſupernæ quadam facie declaratur. Simile. icon, parabole, paradigma. Simile itaque duobus modis cōſiderare debemus in ſpecie formatum, & natura rerum. Et ſcriptores quidem artium ſimile genus ponunt. ſubſimilia tria εἰκόνα. i. imaginem. παραβολήν. i. collationē. παράδειγμα. i. exemplum imaginē ſimile fit, cum ex ſimili ſpecie vultus vultibus comparamus: vt, Os humerosq; deo ſimilis. Per collationem ſimile facimus, cum rerum diuerſarum conferimus & copulamus non ſpeciē, ſed naturā: vt, Qualis mugitus, fuit cum ſaucius aram Taurus aut, Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui venantum vulnere pectus, Tūc demum mouet arma leo. Hic enim Virg. vt ꝓbaret Turnum rebus omnibus fractum non deiectum, ſed iratum magis, quia vix hoc crederetur negocio ſuo fide fecit ex adiuncto negocio per ſimilitudinem, quę ſit in parte naturæ. Sic, inquit, & leo magis iraſcitur poſtquam fueris vulneratus. Per exemplum autem tunc ſimile facimus, ſi in exemplo ipſo qualitas oſtēdatur. Sępe. n. exemplū in quantitate verſatur. i. in vi, vel numero, vel figura. Inuenitur tñ & qualitas ſine exemplo. vt Cicero, cum circa bellum cauſarū ſimilū comparat naturas, ait, Vt Helena, inqt, Troianis, ſic tu Antoni huius belli ſemen fuiſti. [Contrariū eſt, quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat, vt frigus calori, vitæ mors) Ariſtoteles oppoſita genus poſuit, cōtrarium, diſperatum, ad aliquid, ſub oppoſitis. Contrariū porro Ariſtoteles ſic definiuit, ſub eodē genere, ſpecies multum inter ſe diuerſę hac ratione, vt omnia ad vnum genus referantur, quod ſupra omnes res principales Gręci ponunt. i. τὸ ὄν, quod Latini ens vocant. i. quod eſſe poſſit. Verum contraria tribus modis inueniri poſſunt, cū aut ſunt eodem genere ſpecies multum inter ſe diſtāt, aut cum ſub ſingulis generibus diuerſi ſpecies etiam diuerſę ſunt, aut cum duo genera inter ſe diuerſa ſunt. Itaque hic Cic. in diuerſis generibus poſita, contraria demonſtrauit, frigus & calorem. His autem genus qualitas ſed diuerſa. deinde ſimiliter ſub diuerſis generibus ſpecies longe inter ſe diuerſas poſuit. i. vitam & mortem, vitę autē genus bonum, mortis malum itaque contraria ſunt, quę ſe è regione ſpectant, & quæ ex diuerſo poſita plena ſint. [Diſparatum autem eſt id, quod aliqua re &c.) Sub diſparato autem Ariſtoteles duas ſpecies poſuit, priuantia, & negantia, Priuantia ſunt vt cęcitas, infelicitas, viſio & felicitas habitus ſunt, cęci-

tas & infelicitas id agunt, vt prima id quod habuerunt, nō habeant. Nunquā enim cæcitas fiat necesse est, nisi visio ante tollatur, nec est infelicitas, nisi prius felicitas excludat. Iccirco ergo hęc priuantia nominata sunt, quod primorū priuationē secunda demonstrent. Negantia porro sunt, quæ negatione separantur, vt sapit, non sapit, sedet, nō sedet. Negatio hic illud agit, vt primum neget, non tamen constituat secundum. Nam cū ait, non sedet solum sedere negat, non tamē cōstituit verū stet, an ambulet, sed sufficit ei negare, quod sedeat. Hic autem Cic. in disparata negantia posuit. i. sapere, non sapere, esse tamen inter disparata, & priuatiua nosse debemus. [Genus est, quod partes aliquas amplectitur, vt cupiditas) Notū est, quid sit genus i. sub quo multę sunt partes. Partes autem sunt ea quę sub genere sunt. Verum cum de his facimus argumentū, ex adiūctis negocio facimus argumentum. Quoties autē de genere quæstio est, ex specie faciēdum est argumentum, quoties de specie quæstio est, ex genere faciendū est argumentum, vt Cic. cū pro Roscio ageret. i. speciē suscepisset (Roscius enim ad filium species est) argumētum fecit ex genere, cū dixit tam ferot mores in filium cadere non potuisse. Filius n. genus, Roscius species est. Ita & cum de genere quæstio est ex specie colligendū est argumentum, ut si quæratur, an oēs matres ament filios suos, & tu ex specie facias argumentū. Adeo oēs matres non amāt filios suos, vt Medea filios suos ēt occiderit. ita & in reliquis. [Euentus est exitus alicuius negocii, in quo quæ solet quid ex quaq; re euenerit, eueniat, euenturumq. sit) Euentum illum accipiamus, qui vnicuique rei naturaliter videtur adiunctus. qui rem suam, postquam res ipsa cōtigerit, necesse est cōsequatur, & tunc vere de euētu facere possumus argumentū, si ipse euentus certus sit. Alioqui si euentū illum accipiamus, qui ex casu venit, fieri inde non potest argumentū. quod adiunctū negocio esse possit. Facit itaque de euentu argumentum si eum quē probaueris insolentem futurum, spondeas arrogaent. Ita insolentiæ euentum arrogantiā doces, quam rursus arrogantiam ad odium causam esse demōstras. [Quare hoc in genere, vt cōmodius, quid euenturū sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re solet euenire, considerandū est) Vt, inquit, ex euentu facile possimus argumēta colligere, primo ipsi nobiscum pertractare, & cōsiderare debemus, quis vniuscuiusque rei esse soleat euentus. Et vt sciamus naturalem euentum, nō fortuitum nobis considerandum, deniq; soleat, inquit, euenire. Consuetudo perpetua est. Quod perpetuum est, fortuitum esse nō potest. Ergo considerandus nobis erit in rebus singulis certus. & naturalis euentus. [Quarta autem pars est, ex iis, quas negocis dicebamus esse attributas, cōsecutio. In hac hæ res quærūtur, quę gestum negociū consequuntur) Negocio quatuor esse diximus attributa. dictum iā de tribus attributis est. ostendimus quæ essent continentia cum ipso negocio in gestione negocii. adiuncta negocio. Nunc de his docendum est, quæ gestū negocium cōsequuntur. Quod quidem quartum attributum videtur cū ea parte pugnare, quæ in primo attributo est post negocium. Scimus. n. quinque esse in primo attributo, summam negocii, causam ipsius summæ, & factū triplex, ante negociū. in negocio, post negocium. Hoc extremū factū, quod est post negocium, vr simile esse huic attributo de quo nunc agimus, quod dicitur consecutio. nam vtrunque post negocium est. Sed hoc distant, quod supra post negociū facta illius consideranda sunt, de quo agitur, & qui aliquid fecisse memoratur, hic autem facta consideranda sunt, sed extranea. Itaque considerranda sunt, quæ gestum negocium consequantur. Hæc in duobus semper debemus attendere, in personis. & in natura gesti negocii. In personis sic, si animaduertamus, quid de gesto negocio homines fecerint, aut senserint, aut iudicauerint, vt de facto Milonis. vt de lege Clodii. In natura ipsius negocii sit. si res illa facta sit; cui necesse sit euentum aliquem esse coniunctum, ut parricidium furor necesse est consequatur. & rursus, parricidā uerisimile non sit dormisse. Hæc enim gestum negocium consequuntur, quæ non in personis animaduersa sunt, sed in natura gesti negocii. In his itaq; duobus, & Cic. animaduertēda dixit ea quæ gestum negocium consequuntur. Ac primo de personis. [Primum, quod factum est, quo id nomine appellari conueniat) Vbique hoc consequitur. Res. n. prima est, dein rei nomen. Homo autem necesse est rei nomen ponat. ita Cic. de nomine cōstituendo disputat in diuinatione. Non tā, inquit, hęc accusatio, quā defensio est existimāda. [Deinde eius facti qui sunt principes, & inuentores, qui deinde auctoritatis eius, & inuentionis comprobatores atque æmuli) Hæc quoq; post rem sint necesse est, neque. n. potest inueniri, nisi quod latet. Est porro quod latet animaduertendum, itaque qui fuerint illi qui primi illud fecerint, vnde nūc agitur, qui deinde factum probauerint, ac secuti sint. Si optimi sunt, laudas factū. si pessim, reprehendis. vt Cic. in Diuin. dicit, semper homines nobiles accusasse, & eos cum magno cōmodo reip. magnam semper gloriam consecutus. Deinde ecquæ ea de re, aut eius rei sit lex) Lex etiam consequitur. lex n. semper in re quia res talia visa est, cōstituitur. Verum quod ait De ea re. totum est. quod ait eius rei pars est. Interdum. n. totum factum aliqua lege aut dānatur, aut absoluitur, interdum pars facti. Deinde quod ait, cōsuetudo, actio, iudiciū, scientia, artificium, & hæc omnia gestum negocium consequentur. Nā & consuetudo rei iam ante gestæ est, & rursus rem gestam solet aliqua actio consequi, vel iudiciū. vt præiudiciū natum esse videatur. Deinde necesse est ante aliquid fieri, ut ex scientia consequatur, vel artificium. verum hæc omnia, & in personarum actibus prouidenda sunt, & in negotii ipsius natura. Iccirco ait. [Deinde natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter) Ait, negocii ipsius animaduertendā esse naturam. i. qui soleant euentus factū istud cōsequi. Sed hic euentus ab illo euentu, quem in adiunctis negocio demonstrauimus, hoc distat, quod ille euentus naturaliter certis rebus affixus est, & rem suam quadam vi ac necessitate consequitur. Hic aūt euentus interdum necessarius, & naturalis est, vt parricidium furor necesse est consequatur. Interdum varius, & cōmutabilis, vt amor noceat necesse est, & ut non noceat necesse est. Sæpe enim malum euentum amor habet, sæpe bonū. Denique ut ostenderet Cic. euentum istum ex natura negocii ita esse considerandū, vt scias & in contrarium posse conuerti. Deinde, inquit, qd ex natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter, & raro. Vulgo. i. passim, frequenter. Ergo firmius argumentum est, si de quo agimus euentus frequentius consequatur, si ditas amor magis nocet. Preterea hoc sciamus interesse inter istū euentum, & illū superiorem, quod hic totius negocii euentus est, ille vero uniuscuiusque rei. Ait. n. supra. Quare in hoc genere, vt commodius quid euenturum sit, ante animo concipi possit, quid quaque ex re soleat euenire, considerandum est. Postea homines id sua auctoritate comprobare, an offendi in his consueuerint. Et hic euentus, qui naturam negocii consequitur, qualis apud homines habeatur. i. bonus an malus attendendum est. Ita & supra dixit attēdendum qui homines primum fecerint, qui deinde comprobauerint, non. n. ex eo qā aliquid cōsequitur. argumentū est, sed quia aut bonū, aut malum est, quod consequitur. i. non qā est. quod consequitur, sed quia tale est. Ita semper. non ex re, sed ex qualitate fit argumentum. [Et cetera, quæ factum aliquod similiter confestim, aut ex interuallo solent consequi) Interdū. n. vicinior, interdum tardior est euentus. utputa si quem voluero occidere, vicinus est euentus. vt mox n. occiderit. deinde si trado alicui disciplinam, tardior hic euentus. Primo. n fortassis offenditur, deinde amat ac diligit. [Deinde postremo attendendum est) Dat postremū breue, & commune præceptum, utrum aliquid honestum sit, an utile. In his est considerandum, quæ gestum negocium consequuntur. Verum quæ sint partes honestatis atque vtilitatis, in deliberatiue præceptis se demonstraturum esse promittit. [Omnia autem argumentatio, quæ ex iis locis, quos cōmemorauimus, sumetur, aut probabilia, aut necessaria debebit esse) Ait supra, cū de confirmatione loqueretur. Huius, inquit, partis cetera sunt præcepta, quæ in singula causarum genera diuidentur. Veruntamen non incommodu videtur, quandam syluam atq; materiam uniuersam ante permixtam, & confusam exponere omniū argumentationum. Tria nobis in confirmatione traduntur, materiā, argm, argumentatio. Materiā nobis iam tradidit. i. locos, de quibus argumēta caperemus. quos locos diuisit in attributa personæ, & in attributa negocio. Attributa personæ vndecim esse dixit, negocio quatuor, atq; horum omnium partes enumerauit, ac tradidit. Nunc itaq; dicturum est de argumento. Nec nos confundat quod pro argumento argumentationē ponit. Antiqui genus ponebant argumentationē sub argumētatione vero argumentū, & argumentationē. Itaque hoc verbo cōiter vtebantur, vt pro argumento recte argumentatio diceretur. Verum antequam dicamus, quæ gn̄a sint argumentorum, dicamus prius quid considerare, & conferre debeamus, vt argumenta faciamus. Secundum Arist. decē categoriæ sunt. i. decē res, in quibus omnia quæ in mundo sunt continentur. Harū rerum una substantia est, reliquæ nouem qualitates. i. quæ substantiæ accidāt. Itaque cum res nuda est, nihil aliud quam res est. Tunc autem ex ea possumus facere argm, si eius qualitatē inspiciamus. Itaque omnia verba nomina habēt res

suas

suas,habent,& qualitates,quæ qualitates cũ sibi conueniunt, faciunt argũ. cũ non conueniunt, non faciunt argumentum vtputa ponamus occidit,occidit res est huius rei quę sit qualitas attendamus.i.quędam asperitas,quædã in immanitas. Deinde ponamus inimicum. Rursus inimicus res est eius rei porro qualitas similiter aspera atq; crudelis. Itaque qm̃ vtraque sibi hæc qualitas, conuenit, factum est argũ. Ita duæ similes qualitates cum fuerunt copulatæ,faciunt aliam qualitatem.i. occidit,quia inimicus fuit.quæ qualitas est, vt argumentum. probabile est videat.Ita si ducas occidit,quia gladio percussit, argumentũ est,quia utriusque rei qualitas est similis. Alio qui cum in eo quod est,occidit,iam nota sit & res,qualitas rei,deinde donas uirgam,cuius res & qualitas nota est,qm̃ similes sibi non sunt istę qualitates coniunctæ in unum non faciunt argumentum si dicas: Percussit virga, & occidit. Semper itaque non res,sed qualitates rerum debemus attendere, atq; conferre,ut argumenta faciamus. Argumentorũ porro genera duo sunt,probabile & necessariũ. Probabile est,qđ uerisimilitudine fidẽ facit, utputa quia inimicus fuit, occidit.uerum de probabili post dicemus: Nunc autem de argumẽto necessario disputauimus. Necessario demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur nec fieri,nec probari possunt, hoc modo: Si peperit cum viro cõcubuit. Necessarium est,inquit,quod aliter ac dictum est. nec fieri, nec probari potest. necessarium argumẽtum ad fidẽ cogit ac trahit probabile autem, irrepit atque persuadet. Necessarium porro tale est argumentũ, si ea proferas quorũ talis sit natura,vt sic fieri necesse sit. Si dicas si natus est,morietur. Si peperit,cũ viro cõcubuit. Hæc necesse est,ut se consequant. quod si necesse habes credere,necessarium factum est argumẽtum. Illud tamen scire debemus,argumentum necessarium pene non esse,solumq.esse inter homines probabile. Nempe nobis necessarium videtur ex uero constare nam si probabile ex verisimili,ex vero necesse est necessarium. Inter homines autẽ verum latet,totumq.suspicionibus geritur, ergo necessarium non potest esse argumentum: Sed quantum inter homines potest necessarium? quantum secundum opinionem humanã valet. Alioqui secundũ Christianorum opinionẽ non est necessarium argumentum. Si peperit, cum viro concubuit. Neq; hoc rursus,si natus est,morietur. Nam apud eos manifestum est,sine viro natum,& non mortuum. Ergo necessarium illud argumẽtum est, quod iam opinione persuasum est. Atque ut scias hoc necessarium non esse, omnino necessarium ostendit. Cic. etiã hoc hominibus persuadet.cũ ait: Necessarie demonstrantur ea quæ aliter ac dicuntur,nec fieri nec probari possunt. Ergo si probantur,iam non erunt necessaria. Quidquid.n.probatur potuit & non credi. Itaque necessarium argumentum teneamus illud, quo facile populo persuadet orator. Hoc necessarium tribus modis fieri docet,quos modos in genere dictionis ponit.hic.n.iã dictũ est, superius in materia locus posuit, de quibus conducta ad argumentationem dicto nasceretur. Fieri itaque necessarium argũ docet, aut per complexionem aut per enumerationem,aut per simplicẽ conclusionẽ. [Complexio est.in qua utrũ concesseris, reprehendetur) Complexio forma dictionis est,polita in rationibus necessariis. Verũ complexio duplici latere constat,vnde quidquid fuerit electum,necesse est vt contrarium sit. In complexione itaq; duo genera sunt proponendi,nunc per simplex,nunc per necessarium. Simplex hoc modo: Si hoc est,cur illud facis: Si illud est,cur hoc facias? Deinde per necessarium fit. Aut hoc concedas necesse est,aut illud. Ita hic exemplum complexionis considerare debemus factum per simplex. Si improbus est, cur verisio probus, cur accusas?) Ita & in Verrinis Cicero. Aut amicos, inquit,confiteare Siculos necesse esse aut inimicos,si amici sunt credamus testibus,si inimici sunt, inuiti pecunias contulerũt. Enumeratio est in qua pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis,vna reliqua necessario cõfirmatur. Enumeratio quoque forma dictionis est,polita in rationibus necessariis. Verum in enumeratione multa ponuntur,& exclusis multis,vnũ quod reliquum est,confirmatur. Vtputa si hoc nõ est,si illud & illud non est. restat igitur vt illud sit. Ita in Verrinis: Si neque Carbo attigit, neque Sylla vidit,neque in ærarium relatũ est,restat igitur ut Verres pecuniam sustulerit. verũ enumeratio duobus modis fit,cũ aut multis rei rebus exclusis, vnam quæ reliqua est, confirmas,aut cum rei rebus exclusis contrarium confirmas. Multis rei rebus exclusis,una quæ reliqua est, confirmatur,ut supra ipse Cicero.contra Hermagoram. Nam aut nullum causæ genus est,aut iudiciale solum,aut & iudiciale,& demonstratiuum & deliberatiuum. Hic multa enumerauit. Sed exclusis duabus rebus, reliquam tertiam confirmauit. Nullum,inquit, causæ genus esse non põt dicere,qui artis præcepta dat,unum esse non potest dicere,quia hoc & hoc. Relinquitur ergo, inquit,vt omnia tria genere causarum sint. Ergo hic multis rei rebus sublatis,postrema est confirmata, Deinde omnibus rebus exclusis,contrarium fit cõcludit, vt hic ipsum exẽplum positum est. Necesse est, aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum,aut metus,aut spei,aut alicuius amici gratia aut,si horum nihil est,ab hoc non esse occisum) Itaque hic res est occisio, huius rei omnes res sustulit.i.causas occidendi postremo contrarium concludit,si igitur horum nihil est,nõ occidit. [Simplex autem conclusio ex necessaria cõsecutione conficitur) Et in hoc necessarium est argumentum,sed in una repositum,& ideo simplex conclusio nominatur. Vtputa,si illo tẽpore,quo uos me illud fecisse dicitis,ergo trans mare fui, relinquitur,vt id ego non fecerim,sed nec potuerim facere. Hic itaque simplex res est. In superioribus vero duplex,in complexione.s.& enumeratione. Et complexio quidem aperte duas res continet, aut hoc est,inquit, aut illud. si illud est,cur facis? si illud non est,cur non facis. Enumeratio etiam cum multas in se res habet collocata, duplex tamen est. Ea enim omnia quæ tollis, quamuis multa sint,in una tamen parte ponuntur. in altera id, quod concludis,siue aliquid de rebus sit,siue cõtrariũ rei,vt supra docuimus. [Atque hoc diligenter videre oportebit) Præcepta dat,vt necessaria argumenta non sola dicendi specie faciamus.i.ne cõplexio, vel enumeratio in solo genere dicedi posita esse videatur, sed ut rõnes ipsæ, & res necessariæ sint,& hoc genere dicendi proferantur triplici.s.aut per complexionem,aut per enumerationẽ, aut per simplicem conclusionem. Dictum itaque de necessario argumento,& quale sit, & quod modis dictionis proferatur, nunc de probabili incipit disputatio. Quod vt melius intelligamus, propter vim expositionis hæc prius nobis etiam pictura cernatur.

Argumentum est aut.
- [Necessarium.
  - [Complexio.
  - {Enumeratio.
  - {Simplex conclusio.
- [Probabile, per
  - [Id,quod fieri solet.
  - [Id,quod est in opinione:
  - {Ea quæ habent ad hęc quandam similitudinem.
    - [Contrarium.
    - {Paria.
    - [Eas res,quæ sub eadem ratione cadunt.
  - [Vera.
  - {Falsa.
  - {Verisimilia.

[Probabile autem est id,quod ferè fieri solet,aut quod in opinione positum est,aut quod habet in se ad hæc quandam similitudinem,siue id falsum est,siue verum) Dictum est de necessario argumento,& de eius modis, tribus.s.nunc de probabili argumento dicamus, in quo solo uirtus omnis fidei continetur. Vt supra enim diximus,necessarium inter hoĩes nõ est prorsum cum etiam ipsum probetur. Probabili itaque solo omnis fides nititur, adeo vt Græci officium, & finem orationis sic definierint. πιθανῶς πρὸς πίστιν λέγειν.i.probabiliter ad fidem dicere. Probabile autem per seipsum non potest definiri, neq; in præceptum quoddam captum. sed probabile erit argumentum,pro moribus patriæ, populi temporis, neq;.n.omnibus vnum atque idẽ probabile est aliud enim multum Romanis, aliud barbaris vt. Itaque vt probabilia argumenta faciamus primũ nobis patria inspicienda est, in qua sumus, & eius patriæ inspiciẽdi mores, deinde inspiciẽda est ciuitas,& quæ pars patriæ est,omnis ciuitas habet proprios mores. Deinde inspiciendum est tempus,tempora.n. sæpe mutantur. Postremo & eius apud quem dicimus cognoscenda natura est, vt secundũ mores eius probabilia argumenta faciamus. Itaq; hæc præcedunt,anteq̃ probabilia argumẽta proferamus. Verum ipsum probabile argũ primo in tria diuiditur,i.in id,quod facile ferè solet fieri,& in id,qđ in opinione positũ est,& in id, quod habet ad hoc quandã similitudinem. deinde in quatuor, signũ, credibile,iudicatum,cõparabile. Verũ illa tria, res sunt quibus probabile conficitur argumẽtũ. Illa aũt quatuor quæ sequuntur rerum harum triũ effectus sunt. Primo itaq; illa tria videamus,in quæ probabile diuiditur argumẽtũ. Per id qđ solet fieri probabile argumentum,sic fit,si ea ad fidem colligas, quæ in actus consuetudine versantur,vtputa si mater est, diligit filiũ,si auarus est,negligit iusiurãdum,ita & Terentius, meretrix

res malas, auaros lenones, tristes senes, edaces parasitos esse cōmemorauit. Hæc itaq; ad finem dicta sunt per id, quod ferè solet fieri. Deinde per id, quod in opinione positum est: probabile argumentū sic fit, si ad fidem non ea quæ in vsu sunt agē-di, sed ea quæ in opinione sunt posita, colligamus. Si dicas inferos esse & impiis apud inferos pœnas, si dicas omnes, qui philosophantur, contra deos facere. Multi. n. credūt, ꝙ philosophi contra deos faciant. etenim si deos asserunt, & me forte stultū esse dicunt, qm̄ me talem Deus esse voluit, contra deos faciūt, cum me reprehēdunt. Deinde in rep. cum bella, aut pax ex Dei voluntate contingant, ipsi autem multa cupiant persuadere contra Deos faciunt, si id non asserunt agendum, quod Deorū voluntate contingit. Ergo vt diximus, ex his quæ in opinione sunt posita, probabile colligitur argumentum, si dicas inferos esse, vel non esse. Deos esse, vel non esse: mundum natum, mundum nō esse natum. Iste opinione δόξαι dicuntur δόξα enim Græce opinione, & δόγματα opiniones nuncupātur. Adeo manifestum est, omnia quæ in mundo aguntur, argumentis probabilibus persuaderi, quando etiam philosophorum professionibus ex opinione nomen impositum est, vt dogmata dicantur: Tertiū illud est, vt doceamus quemadmodum probabile fiat argumentum, ex eo quod habet ad hæc quandam similitudinem. i. per similitudinē. vtputa si is qui patriā prodit, pœnā meretur, ille qui patriam defendit, præmiū meretur. Verū hic ex altero alteri fides fit, & sic quasi fuerat nominandum. Sed Cic. non quemadmodum fieret argumentum, sed vnde fieret indicauit, cū ait: Aut quod habet ad hæc quandā similitudinē. Ad hęc. i. ad superiora, ad id, quod ferè solet fieri, & ad id, quod ferè in opinione positum est. etenim hoc argumentum tertiū, vbi ex altero alterum probamus, nūc tale potest esse, vt soleat fieri, nunc tale, vt in opinione positum esse videatur, vt soleat fieri: Si is qui patriā prodit, pœnam meretur, ille qui patriā defendit præmium meretur. vt in opinione, sic: Si impiis apud inferos tormenta præparata sunt, innocētibus quies parata est. Itaque hoc quod habet ad hæc quandam similitudinem i. similitudo, tribus modis probabile efficit argumentū: aut per contraria, aut per paria, aut per eas res, quæ sub eandem rationem cadunt. Per contraria sic. Nam si iis, qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit, iis qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet. Hic cōtraria sunt, prodesse, & nocere. sed ipsa contraria non faciunt argumentum, nisi habeant inter se aliquam similitudinem. hic itaque animorum similitudo est, nam si ille imprudenter obfuit, hic necessitate profuit, neque ille voluit obesse, neque hic voluit prodesse ergo si agnoscitur ei, qui nō voluntate, sed imprudentia læsit, & illi gratia non habēda est, qui non voluntate profuit, sed necessitate. Per paria sic, cum non ex contrariis rebus, sed ex simillimis per naturam probabile colligimus argumentum: vtputa, Nam vt locus in mari si ne portu nauibus intutus est, sic animus qui sine fide est, amicis non potest esse portuosus. Ex his autem quæ sub eandē rationem cadunt, probabile facimus argumentum, cum ea sibi conferimus, quæ ad aliquid sunt, vtputa locare, cōducere, emere, vendere. Hæc verba ad sermonem spectant. Itaque ex vnius rei ratione alterius rei rationem probare debemus. vtputa nescio, quis qui patre vendente emit filium, iniquam rem dicitur fecisse. hic facis argumentum probabile. nam si is qui vendidit, rem iniquam fecit, & hic qui emit, rem iniquam fecit. Deinde quod Cic. posuit exemplum, apud Rhodios. portorium res vilis vtilis erat, & Hermocreon vir amplissimus, id cōduxit portorium, defenditur, quòd rem turpem nō fecerit. Facis itaque argumentum per eas res, quæ sub eandem rationem cadunt. Nam si Rhodiis turpe non fuit locare, ne Hermocreonti quidem turpe est conducere. Sine autem, inquit, vera sint, siue falsa, ea vnde facimus argumentum, nihil ad nos, dummodo ad fidem faciendam probabilia esse videantur. Falsum est, siue verisimile, si dicas: Non occidit Medea filios, quippe mater filios nunquam potuisset occidere. Hic falsum est, quod asseris, tamen fecisti argumentum probabile, per id quod ferè solet fieri, vt Medea filios non occidisse credatur. aut si dicas, quia multus in calceis puluis fuit ex itinere regressus est. Verum est autem argumentum probabile si dicas, quoniam cicatrix est, vulnus fuerit necesse est. Nunc autem vt probabilis argumenti omnes partes scire possimus, hæc nobis quoque animaduertenda est pictura.

[Per id quod fere fieri solet.
[Signum.
[Credibile.
[Iudicatum.
[Religiosum.

Probabile argumentum fit,
[Per id quod in opinione positum est.
[Commune.
[Approbatum.
[Comparabile.
[Per ea quæ hñt ad hęc quandam similitudinem.
[Imago.
[Collatio.
[Exemplum.

[Omnes autem, vt certas quasdā in partes distribuamus, probabile quod sumitur ad argumētationem, aut signum est, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile) Supra diximus, probabile argumentum in tres partes diuidi, in id, quod ferè solet fieri, in id, quod in opinione positum est, & in id, quod habet ad hæc quandam similitudinem. Sed has tres partes ipsas res esse diximus, de quibus probabile fit argumentum. Verū in his tribus rebus hæc rursus quatuor collata sunt. i. quod ex illis rebus conficitur aut signum dicitur, aut credibile, aut iudicatū, aut comparabile. Atque vt sciamus hæc quatuor illis tribus esse connexa, id quod ferè solet fieri, nihil aliud habet in se nisi, aut signū, aut credibile. Deinde id, quod in opinione positum est, nihil in se habet iudicatū. Postremo id, quod habet ad hæc quandam similitudinē, nihil aliud habet nisi comparabile. Videamus itaq; hæc quatuor in illis tribus esse. Nec hæc tantum sibi copulata sunt, sed omnia quæ in argumento sunt probabili. etiam argumentis attributis personæ, & attributis negocio constat esse connexa. Nam quatuor negocii esse dicimus attributa, continentia cū ipso negocio, & in gestione negocii adiuncta negocio, quæ gestū negociū consequuntur. Itaque in cōtinentibus cū ipso negocio, & in gestione negocii signum est. In his autem quę adiuncta sunt negocio cōparabile est, in attributis vero personæ, credibile est. ita videmus, & locos argumētorū, & res, & exitus, certis rationibus sibi esse copulata. Nulla itaque videatur esse confusio, quod probabile argm̄ iam dudum in tria diuisimus, nunc in quatuor, quia id, quod ferè solet fieri, duo in se continet, signū & credibile. quod in opinione positum est vnū habet in se, i. iudicatum, quod habet ad hæc quandam similitudinē, similiter in se vnū continet. i. comparabile. Itaque probabile argm̄ in quatuor partes nunc diuiditur. nam aut signum est, aut credibile, aut iudicatū, aut cōparabile. [Signum est, quod sub sensum aliquē cadit) Quinque sensus sunt in homine, visus, auditus, odoratio, sapor, & tactus. itaq; quidquid sub hos sensus cadit, cum ad argm̄ fuerit attractū, signū est, quod signū per se, nō ad se valet, sed ex eo aliud proficiscitur. i. aliud asseritur. vtputa si agatur, an nescio quis ex itinere venerit, & asseras eum venisse, nā in calceis eius multus puluis est, puluis hic signum est. & signū quod sub sensum oculorum cadit. Aut si dicas, quia cruentus est, hoiem occidit. deinde si dicas, seditio facta est, non tumultus auditus est. hic tumultus signum est. sed signum, quod sub auriū sensum cadit. ita & reliqua similia. Verum hoc argumentis genus. i. signum, non satis ad fidem valet, sed alterius vtpote firmiuris argumētis indiget approbatione. Ita probabile quidē est argumentum, sed nō validum, semperq. hoc argumento coniectura tractatur. & ideo aut aliud firmius argumentum, aut testimonium requirit. Sed quod paulo ante dixi, signum esse in eo, quod fere solet fieri, vtque cum dico ex itinere venit, nam multus in calceis puluis est, & hoiem occidit, nam cruentus est argumentum facio ex his, quæ fere solent fieri. nam qui ex itinere venit, solet fieri vt puluerulentus sit, & qui hominem occidit, solet fieri vt cruentus sit. Ex signo vero in omnia tempora circa factū facere possumus argm̄, vtputa occidisti hominem, quia cruentus es, & hic cruor signū est. Occidisti autem hoiem, tempus præteritū deinde occidis hominem, nam vulnus insignis, signum est. Occidis hominem tempus præsens, deinde occidere vis hominē, nam armatus incedis, hic armatus incedis, signū est. occidere vis hominem, tempus futurum. ita signum ad omne tempus argumentum est. [Credibile est, quod sine vllo teste auditoris opinione firmatur, hoc modo) Credibile est, inquit, argumētum, quod per seipsum fidem facit. neque ad probandum desiderat testem, sed facile cum prolatum fuerit apud opinionem & sententiā iudicis persuadetur. Hoc credibile in eo esse diximus, qđ fere solet fieri, & rursus in attributis personæ. ita in exemplo, quod subdidit Cic. vtrunque videamus. [Nemo est, qui non liberos suos incolumes, & beatos esse cupiat) Vtique & solet fieri, vt nemo sit qui non amet liberos suos. & attributum personæ est. i. fortunę, ꝙ liberi nominantur. & quod ait: Nemo est. [Iudicatum est res assentione, aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum cōprobata) Iam, & hinc in tria diuisit iudicatum. nam assensio in religione est, auctoritas in cōmuni, iudicium in approbato. in tria enim iudicatum diuisit, in religiosum,

giosum, in commune, in approbatum. Religiosum est, inquit, si quid de re aliqua iurati iudices iudicarūt. & ideo religiosum, quia iurati iudicauerunt: quod assentiri nos necesse est. Animaduertamus tamen vt iudicium gestū semper negociū consequatur. [Commune est, quod omnes vulgo probarūt) Commune est, inquit, quod ex more vulgi, iusti auctoritatē tenet, vt necesse sit maioribus natu assurgi, vt supplicū misereri, hæc vt sequamur, habemus vulgi auctoritatem. Deinde hoc etiam animaduertamus quòd consuetudo quęcunq; rem semper aliquam consequatur. Inter id, quod fere solet fieri, & cōmune, hoc interest. id, quod fere solet fieri, ex quadam natura est: cōmune iudicatu stringitur. [Approbatum est, quod homines, cum dubium esset, quale haberi oporteret) Approbatum est, inquit, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam malam ve, ad vnam partem homines inclinauerunt. Vt, inquit, cū sororem Horatius occidisset, & de facto eius populus esset in incertus, tamen absolutus est. Deinde, vt Tiberius Gracchus Censor insciēte Collega quosdam e senatu mouisset, & de eius facto dubitaretur, postea tamen eius factum populus approbauit. nam eum Consulem fecit. Ita religiosum, & commune, & approbatum, quia in iudicato sunt, gestum semper negocium cōsequuntur. [Cōparabile autem est, quod in rebus diuersis similem aliquā rationem continet) Dictum est iam de signo, de credibili, de iudicato: restat extremum, vt de cōparabili dicat. Comparabile est, quod res inter se diuersas aliqua ratione coniungit. Hæc comparatio .i. similitudo partes habet tres. Imaginem, quam Græci *εἰκόνα* appellant. Collationem, quam Græci *παραβολὴν* appellant. Exemplum, quod Græci *παράδειγμα* appellāt. Imago est, oratio circa res diuersas, aut corporum, aut naturarum comparās similitudinem: vt. Os humerosq. deo similis: vt, Qualis mugitus fugit cum saucius aram Taurus. Collatio est oratio, quę res in se diuersas ex simili comparatione coniungit, vt est illud. Ac veluti magno in populo cum sæpe cohorta est Seditio. Exemplum est, quod rem aliquam alicuius hominis, aut negocii auctoritate, vel casu, aut hortamur, aut dehortamur. Hortamur sic: vt,

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illiricos penetrare sinus. Dehortamur sic:
Aut non viderunt mœnia Troiæ
Neptuni fabricata manu considere in ignes.

Hæc quidem nos exempla grammaticalibus artibus supposuimus. Cicero autē se exempla his quæ sunt incomparabili suppositurum esse promittit, cum ceperit de elocutione tractare. nunc autem de inuentione tractatus est. Ac fons quidem confirmationis, vt facultas tulit, apertus est: nec minus dilucide, q̃ rei natura ferebat, demonstratus est. Ea omnia quæ ad cōfirmationē pertinebant, demonstrata sunt. ita inquit, vt rei ipsius natura flagitabat. Sed hic confuse omnia prolata singulatim. se autem circa singulas causas traditurum esse pręcepta in secundo libro, promittit. [In præsentia tantummodo numeros, & modos, & partes) Numerum accipimus attributa personæ vndecim, negocio quatuor deinde genera argumentorū duo, necessarium, probabile. Modos autem accipiamus .i. in necessario argumento complexionem, enumerationem, simplicem conclusionem, deinde in probabili argumento, id quod ferè solet fieri, quod in opinione positum est, quod habet ad hæc quandam similitudinem. Partes autem accipiamus, signum, credibile, iudicatum, comparabile, & ea quæ sub his sunt. [Atque inueniri quidem omnis ex his locis argumentatio poterit) Possunt quidem omnia tanti argumenta ex his locis quos præcipimus inueniri. Sed hæc ipsa argumēta debemus, inquit, artificiosa dictione distinguere quia & suaue, & necessariu est. Itaq; nunc pauca de Dialectica ad Rhetoricā translaturus est. Habebitq. locum de syllogismis, ad quos capiendos & tenendos, lectorē vehementer hortatur, vt ipse ait. [Quòd non rei solum magna vtilitas est, sed præcipiendi quoq; summa difficultas) Diximus itaq; argumentum probabile in quatuor diuidi, signum, credibile, iudicatum, comparabile. Credibile esse diximus in duobus, negocio attributis & personæ. Signum esse diximus in duobus negocio attributis, in continentibus cum ipso negocio, & in gestione negocii. Comparabile esse diximus in adiunctis negocio. Iudicatum vero in his quæ gestum negocium consequuntur. Itaque omne argumentum factum ex attributis personæ, credibile dicetur. Deinde omne argumentum factum ex continentibus cum ipso negocio, & ex his quæ in gestione negocii sunt, signum dicetur. Deinde omne argumētum factum ex his quæ negocio, adiuncta sunt comparabile dicetur. Postremo omne argumentum factum ex his quæ negocio adiuncta sunt, & negocium consequuntur, iudicatum dicetur. sed cum probabile fuerit. Alioqui in omnibus attributis tam personæ, quàm negocio, & necessarium esse poterit argumentum: cuius tres partes esse diximus, complexionem, enumeratione, simplicem conclusionem. [Omnis igitur argumentatio aut per inductionem tractanda est, aut per ratiocinationem) De materia & argumento iam dictum est. Nunc tertiū illud est vt de argumentatione dicamus, quæ pertinet ad elocutionem, & quam Cicero ex dialectica strictam, in rhetoricam posuit laxiorem. Argumentatio est itaque artificium non inueniendi, sed dicendi. Hæc duobus modis fit, aut per inductionem, aut per ratiocinationem. Ita & Arist. in argumentatione duo esse dixit, isagogen, & syllogismum. Atque Arist. breuiter ac strictim omne exemplum inductionē esse dixit, quòd animus auditoris ab eo, quod nō dubiū est, ad credendum id, quod dubium est, inducatur. Duo itaque sunt genera argumentandi, inductio & ratiocinatio. Verum inductione philosophi vtuntur, & hic nunc ad exemplum inductiu philosophica inducitur ad hoc, vt intelligamus quid sit inductio, vel quemadmodum fiat. Post autem præcipiet qualis inductio possit esse oratoris. [Inductio est oratio, quæ rebus nō dubiis captat assensionem eius, quicum instituta est) Generaliter hic inductionem definiuit, qua definitione ostendit vbique nos inductione vti posse, & in philosophica & in oratoria, & in quacunque contentione verborum, etiam in fabulis. Nam vbique necesse est persuadere, & ideo personam certam hic nō posuit, sed hoc ait. Inductio est oratio quæ rebus in dubiis captat assensionem eius quicum instituta est. Eius, inquit .i. siue ille philosophus sit, siue iudex, siue orator, siue amicus, siue inimicus. Inductio itaque sic facienda est, vt primo proponamus illa, quæ extra negocium sunt, sed tamen quæ ad negocium per similitudinem spectant & talia, inquit, esse debent illa quæ proponimus, vt necessario is cum quo agis ita esse fateatur, atque consentiat. Quod cum consenserit, tunc paulatim ad id vnde dubitabatur descendis & his quæ supra concessa sunt, simile esse confirmas. Dat ergo nunc exēplum philosophicum. Aeschines Socraticus fuit, id est discipulus Socratis. is multa scripsit. Quodam etiam loco inducit Socratem referentem. nam is erat mos discipulis, vt ingenio proprio reperta ad magistros referrent, & quasi ab eis inuenta ponerent. Inducit quam Aeschines Socratem referentem quid esset, vel quemadmodum esset locuta Aspasia cum vxore Xenophontis, vel cum ipso Xenophonte. nā Xenophon, & eius vxor frequenter discordabant. Persuadet ergo Aspasia, vt in gratiam reuertantur. Aspasia autem peritissima fuit philosophiæ. Hæc itaque inductione vsam induxit Aspasiā apud Aeschinem Socrates. Interrogauit, inquit, Aspasia Xenophontis vxorem. Si, inquit, vicina tua aurū melius habeat, quam tu habes illius ne, an tuum malis? Tum, inquit, Xenophontis vxor inducta similitudine superiorum, quoniam sententiam mutare non poterat, tacita erubuit. Postea, inquit, Aspasia conuertit se ad Xenophontem ipsum, & similiter cum illo instituit inductione. Dic mihi, inquit, Xenophon si vicinus tuus equum, aut fundu meliorem habeat, quam tu habet, tuum ne mauis, an illius? id est, nisi in gratiam regressi fueritis semper, & tibi vxor lectissima, & tibi vir optimus deerit. Hæc itaq; inductio hoc egit, vt Xenophon & vxor eius ab his quæ velle se negare non poterant, ad id etiam quod dubium habebant per similitudinem deducerentur. [Hoc modo sermonis plurimum Socrates vsus est) Socrates inquit, in disputationibus suis inductione frequenter vtebatur. propterea inquit, quod optimum docebat, vt nō a se rebus prolatis, sed concessionibus suis aduersarius vinceretur. [Hoc in genere præcipiendum nobis videtur. Primum, vt illud, quod inducemus per similitudinem, eiusmodi sit, vt sit necesse concedi) Inductione, inquit, tria semper spectare debemus: Primo, vt similitudines tales proponamus, vt eas sit necesse concedi. nā illud dubium esse non debet, vnde alteri fidem volumus facere. Deinde inquit, illud, quod cōfirmamus, ei rei quam proponimus simile esse debet, ne nihil egerit propositio, si illud dissimile est cuius causa proposuimus. Tertio, inquit, id agere debemus, vt nemo intelligat quo spectet similitudinis propositio. Ne cum quispiam intellexerit se ex cōcessione propositionis etiam illi rei fidē facere quam negauit, aut non respōdeat, aut male prauęq. respondeat. Si autem nesciat quo tēdat similitudinis propositio, securus conficitur. qua concessione etiā illud, quod negabat ante, ita vt tu vis concedit esse. Cum autē, inquit, hoc diligenter in faciēda inductione seruaueris, vt & propositio similitudinis cōcedatur, & illud propositioni simile sit, cuius causa

simili

similitudo pposita est, & nemo videat quo propositio illa cõtendat officio tuo per ista diligẽter impleto. rursus debebis responsionem contendentis attendere. vnum autem de tribus faciat necesse est. nam aut tacebit, aut confitebitur, aut negabit. Ad hæc singula dat præcepta, quid in his singulis tu facere debeas. & primo à difficiliore parte incipit. Si, inquit, negabit ita esse illud vnde contentio est, atq; illud, quod in propositis concessisq; similitudinibus continet, duo, inquit, facere debemus, aut illas res, quas ante concessit, similes docere huic rei esse de qua cõtentio est, aut si pnegabit, alias inducere similitudines. Sin aũt, inquit, confitebitur, habita argumentatio concludenda est. Deinde inquit, si tacebit, duo facies, aut responsionẽ de eo elicies, aut si respondere noluerit, quia genus confessionis est taciturnitas, concludẽda est argumẽtatio. Ita, inquit hoc genus argumentandi triper otum semper est: Prima, inquit, pars cõstat ex vna similitudine, pluribus ve vt in hoc ipso exemplo confessionem tacentium confirmat Aspasia. Et tu, inquit, mulier virum optimum vis habere, vt tu Xenophon vxorẽ habere lectissimã maxime cupis. Deinde ex hac confessione quid conficiatur ostendit. Quare, inquit, nisi hoc perfeceris, vt neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit. [Ergo in hac causa, quæ) Dedit supra philosophicæ inductionis exẽplum, dat nunc in rhetorica, non quo, inquit, diuersa præcepta sint. sed ne quis forte præceptum in philosophia datũ in rhetorica videre non possit. Exemplum autẽ nunc ponit apud Græcos peruagatũ cuius exempli huiusmodi tema est. Epaminundas imperator cum ei successum fuisset, retinuit apud se exercitũ aliquot amplius diebus, quam ex lege oportebat. illis ipsis diebus Lacedæmonios funditus euertit, ac vicit. Accusatur, ꝙ contra legem exercitum retinuerit. Proponitur autem hic tacita exceptione lex illa. Qui successori ex lege exercitum statim non tradiderit pœnas soluat. In hoc themate potest quidem esse compensatiuus status principalis, feci, sed profui. verum secunda cõflictio in scripto, & voluntate consistit. Scripto vtitur accusator, qui dicit, à verbis legis recedi non oportere. Voluntate vtitur Epaminundas, qui dicit, legẽ iubere quidẽ exercitũ tradi, sed si nihil vrgeat. Alioqui si reip. causa paucis diebus retineatur, nullam pœnam subesse retinenti. Itaque hic inductionem potest facere accusator ille, qui contra sententiam legis scripta defendit, & similitudinem non extra causam, sed ex eadem causa facit. Si, inquit, Epaminundas id, quod ait legis scriptorem sensisse, ad legem suis verbis tradat. i. damnandum esse qui exercitum non tradet, præter eum qui reipub. causa retinuerit, hoc si addat, nunquid pati potestis? non opinor. Deinde, si hoc idẽ legi additum vos vestra auctoritate ad populum feratis, nunquid id populus patietur? non patietur. Ergo, inquit, quod ad ei ad legẽ per verba non potest, id tanquam additum, sit, sequi non debetis, quod si, inquid, sententiam scriptoris neque Epaminundæ, neque nostris literis videmus corrigi posse, multo magis illud re ipsa, & iudicio vestro mutari non potest, quod ne verbo quidem mutari potest. Verum hoc scire debemus, in dialogis sermonem esse, non dictionem, dictionem autem esse oratoris in ciuilibus causis. Iccirco ait: Aut aliter hoc in sermone atque in dicendo sit vtendum, Sermo philosophi, dictio oratoris. Oratio autem potest, & ad dialogum cõuenire, si sit paulo splendidor elocutio, proprium tamen oratoris est. Deinde notare debemus, omnem magistratus prætores appellatos. vt hic, cum Epaminundas Thebanorum imperator, ꝙ ei qui sibi ex lege prætor successerat, cõ imperatori succedere debeat imperator. [Ratiocinatio est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, & per se cognitum sua sese vi, & ratione confirmet) Argumentationum duæ partes sunt. inductio, & ratiocinatio. De inductione iam dictum est, nunc de ratiocinatione tractatus est. i. de syllogismis. Verum vt ad genus speciem referamus, syllogismus non argumenti nomẽ est, sed argumentationis. ita inductio non inueniendi modus est, sed forma dicendi. Quamobrem sic definiuit ratiocinationem. i. syllogismum. Ratiocinatio est, inquit, oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, ꝙ expositum, sua ex se cognitum, sua se vi & ratione confirmet. Et in hac definitione multa communia esse possunt cum inductione. Nã quod ait, oratio ex ipsa re probabile aliquid alliciens, tam ratiocinationis est, quàm inductionis hoc autem propriũ ratiocinationis, quod ait, Quod expositũ, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmet. Inductio enim nõ per se cognoscitur, neq; sua se vi, & ratione cõfirmat, sed vt fide faciat, probandæ rei similitudines ante precedũt. Recte itaque rõcinatio definita est. i. oratio, quæ ex cõfesso argũ cõtinens, nõ similitudine. sed per se cognoscitur, & sua se vi, & ratione confirmat. Verũ quod diximus, ex confesso argũ continens. nisi. n. quis confiteatur, quia inimicus fuit, nõ erit argumẽtum, si inimicus fuit, occidit. Ideo non est argumentũ, quia non probat. eadẽ. n. facilitate, qua assumitur inimicus fuit, improbabitur. vnde nõ sequitur, quod occidit. Sed si confiteatur inimicum, argumentũ probabile fit, si igiť inimicus fuit, occidit. [Hoc de genere, qui diligentius considerandũ putauerunt) Ratiocinatio est igiť oratio per se cognita, ac sua vi, & ratione confirmata, ex re confessa sumptũ ad fidem proferens argumẽtum. Verum, vt diximus, hæc oratio est pertinens ad syllogismos. Syllogismorum autem multi quinq; multi plurimas partes, multi, inquit, tres esse dixerunt. sed vtrorunq; inquit, rationes debemus inspicere, quia, & breuis inspectio est, & oratori res necessaria. Opus quidẽ, inquit, vtrorunq; cõsimile est. nam alteruter, & propositionẽ habet, & approbationem propositionis, & rursus assumptionẽ, & approbationem assumptionis, & cõclusionem. Verum, inquid, qui syllogismum in quinq; partes diuidũt, has singulas partes numerãt, vt ꝓpositio vna pars sit. approbatio propositionis altera, tertia assumptio, inde approbatio assumptionis, vt quinta pars sit cõclusio. Illi aũt qui tres partes in syllogismis esse contendunt, propositionẽ, & approbationem propositionis vnã partem numerant, rursus assumptionem, & approbationem assumptionis, alterã partem numerat, tertiã vero conclusionem. Itaq; vtrorunque opus simile. sed in membris operis numerus diuersus. Iam vero quinque partiti syllogismi, siue tripertiti in ipsis libris exẽpla poteri mus agnoscere. Verum quædam præcepta in his partibus posita intelligamus. propositio, inquit, generalis in suo esse debet, & id, quod assumendũ est, in se necessatio continẽs. Approbatio. n. multis verbis, & diuersis rationibus facienda est. Assumptio vero ex vi propositionis capiẽda est, vt hic assumptio est, Nihil autem melius, cõsilio, quàm omnis mundus administratur. hec assumptio ex vi propositionis assumpta est. quæ est. n. propositio: Melius accusatorur quæ consilio reguntur, quàm quæ sine consilio administrantur. Deinde, inquit, etiam assumptionis approbatio, multis rationibus facienda est. Extrema conclusio est, quę quatuor modis fit, quos modos alio in loco ostendemus, cum de bipartito syllogismo cœperimus habere tractatum. Quoque partitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem, Qui inquit, quinquepartitam esse dicunt argumentationem, hoc asserunt quod supra ostendimus. i. separari propositionem ab approbatione sua, & rursus assumptionem ab approbatione sua. [Qui autem tripertitam esse dicũt) Illi, inquit, qui tripertitam argumentationem esse contendũt, eodem modo quidem tractant argumẽtationem, nam, & propositiones habẽt, & approbationes, & rursus assumptionem cum approbationibus suis, sed hæc bina cõnectunt, & reddũt singula, vt propositionem cum approbatione sua simul iungant, & rursum assumptionem, & approbationem eius vnum efficiant. Negant autem recte neque propositionem, neque assumptionem dici, nisi fuerint approbata, tuncq; esse aiunt propositionem argumentationis, si approbata sit. Sin autẽ approbata non sit, esse quidem propositionem, sed argumenti, non argumentationis, in qua argumentatione latior, & expolitior elocutio est. Itaque qui hoc cõtendunt, negant esse amplius, ꝙ tripertitam argumentationem. ab his Cic. dissentit, & cõtra dicit putat probatq; illorum sententiã, qui dicunt quinque partitã argumentationem. Itaque hoc Cic. secundum artẽ testibus, & argumentis probat. testibus sic. Quam oẽs, inquit, ab Arist. & Theophrasto profecti maxime secuti sunt. Nam quẽadmodũ, inquit, superius argumẽtationis genus. i. inductionis, Socrates maxime, & oẽs Socratici tractauerũt, ita hoc genus argumentationis. i. ratiocinatio quinquepartita, ab Aristotele, & Theophrasto, vel Peripatetici frequentatum atque tractatũ est. Sed quia orator Rhetoricã scribens importune pene philosophos ad testimoniũ vocat, quia de dialectica iste tractatus est, recte philosophos sibi adhibet quia rhetoricã scribit, adiũgit, & multos oratores eleganrissimos, atq; artificiosissimos iudicatos, q vsi sunt hac argumentatione quinquepartita. deinde inq ait, a Rhetoribus his q elegãtissimi atq; artificiosissimi putari sunt. Itaq; testibus probauit, non errare illos qui afferant quinque partitam argumentationẽ. sed quia poterat dici Ciceroni, etiã illi quos cõmemoras errauerunt, ostendit se exemplũ non temere illorum secutum, probatq; argumẽtis suis nõ errare eos qui quinquepartitam argumẽtationem, errore eos qui tripertitã esse cõtendãt. Itaq; hæc est quæstio vtrũ tripertita, an quadripartita, an quinquepartita sit argumẽtatio. Cũ multus syllogismis suis nunc quinquepartitus, nũc tripertitis ꝓbat, gnque partitam

partitam esse argumentationem. & primo asserit, propositionem & approbationem inter se esse diuersa, in qua assertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismus. dehoc simili ratione asserit, assumptionem & approbationem eius inter se esse diuersas, in qua rursus assertione primo argumenti, deinde exempli est syllogismos. Itaque postquam probauit propositionem & assumptionem ab approbationibus suis longe esse separatas, concludit, commode partitos esse eos qui quinque partitam dixerunt argumentationem. Quinque igitur partes sunt eius argumentationis quæ per ratiocinationem tractatur. Illius aut me argumentationis quæ per inductionem tractatur, tripertita est argumentatio. Verum hoc in primis tenere debemus, argumentum nunc vicinum esse quæstioni, nūc à quæstione longinquū. argumentum enim prolatū. nunc ipsi quæstioni prodest, nunc ei rei quæ vicina est quæstioni. Itaq; argumentū nunc vicinū est quæstioni, nunc loco tertio, nunc quarto, nunc quinto nascitur, Aristo. autem dicit etiam loco decimo posse fieri argumentum. Sed cum sæpe argumentum tam longe à quæstione sit, quod longe à quæstione est, eidem questioni dicendi ratiocinatione coniungat. Ac vicinum argumentum tale est, q̄m hic inimicus fuit, occidit. longe à quæstione, argumentū tale est, inimicus occidit. hoc quia generale est, primo differendum est verū inimicus semper occidat. quod postquam asserueris, non statim probas hunc occidisse. sed ad hoc proficit, vt rursus doceas hūc inimicum fuisse. quod postquam asserueris hunc inimicū fuisse, tunc demum redis ad quæstionē ergo hic, qa inimicus fuit, occidit. Deinde longe petitum argumētum etiam illic licet animaduertere, vbi Cicero redarguit Hermagoram non recte sub qualitate posuisse deliberationem & demonstrationem, vbi primum docet genera esse causarum. Quod si genera sunt causarum, partes generis causæ esse non posse, vt si partes generis causæ esse non possunt, multo magis partes partium esse non posse. Postremo redit ad quæstionem. Male igitur deliberatio, & demonstratio sub qualitate ponuntur. Itaque argumentum nunc longe à quæstione est, nunc vicinum est quæstioni. Dein de debemus hoc animaduertere, argumentum quodcunq; sumimus, vtrum in genere sit, an in specie, si in genere sine dubitatione proponere debemus, deinde approbare candē propositionem. tertio loco speciem assumere, quarto loco assumptionem speciei multis rationibus approbare, postremo concludere. Huius syllogismi subiiciamus exemplum illud ipsum Epaminundæ. Omnes leges iudices ad cōmodū reip. referre oportet &c. Hæc propositio est generalis sine vlla dubitatione. Deinde approbat candem propositionem. Ea enim virtute & sapientia maiores nostri fuerunt, &c. Tertio loco species assumitur: Ergo in hoc quoque iudicio definite literas legis perscrutari, &c. Quarto loco approbat assumptionem. Considerate qd magis vtile fuit Thebanis, quàm Lacedæmonios opprimi? &c. Postremo concludit. Quod si leges omnes, &c. Hoc aūt argumentum longe à quæstione petitum cognoscimus facile Argumentū vero qd in specie est, semper cū dubitatione proponitur, si hoc est, illud igitur non est aut hoc faciamus, aut illud faciamus. Verum cū in propositione. Sic est dicit, propositio hypothetica dicitur. Argumentum igitur, qd in specie est, debet semper cū dubitatione proponi. huius propositionis facie da est approbatio. deinde assumptio eiusdem speciei facienda est per eandem speciē, sed per confirmationē, cuius assumptio nis facienda est approbatio, tune erit postrema conclusio. Talis in Miloniana oratione syllogismus est. Si inquit doceo cās fuisse Clodio, vt occideret Milonem, probo insidiatorem, hac propositionem approbauit, & si boni ne magno quidē emolumento impelluntur ad fraudem, improbi sæpe paruo, deinde ipsam speciem assumit per confirmationem, habuit aūt causas Clodius. Hanc rursus assumptior em multis rationibus approbat, postremo concludit. Quare si habuit causas Clodius, vt occideret Milonem constat insidiatorem fuisse. Ergo quoties argumentum in genere fuerit, species assumenda est, quoties argumentū in specie fuerit, ipsa species assumenda est, sed p confirmationem. Hoc antē tenere debemus. in propositione vim totius argumentationis consistere. Siue autem in genere, siue in specie sit propositio, ex ipsa tamen semper generat assumptio. Docuit itaque quinquepartitam argumentationem per exemplum Epaminundæ. Deinde docuit quadripartitā argumētatioē duobus modis. nunc propositionis approbatione, nunc assumptionis approbatione sublata. Deinde docuit tripertitam argumentationem, vtraque approbatione sublata. Nunc quæstio est, an sit bipertita argumentatio. [Si peperit, virgo non est, peperit autem) Multi dicunt esse bipertitam argumentationem, hac ratione. Si, inquiunt, approbationes sæpe, quia manifestę sunt, subtrahuntur, cur non & conclusio cū manifesta est subtrahatur, vt sit bipertita argumentatio p propositionem & assumptionem. Si peperit, virgo nō est, peperit autem. Cicero hanc illorum sententiam reprehendit, dicitq; semper argumentationem concludendam esse, nec vnquam tamen vtendum esse manifesta conclusione. Tnoc autem hoc fieri posse, si conclusionem genera cognoscamus sunt autem quatuor. Quatum conclusionum vna talis, cum breuiter ex conclusionis. * facimus propositionis, & assumptionis, & post adiungimus id, quod ex omni argumentatione conficitur. Dat autem ipse exemplum. Quod si leges omnes ad vtilitatem reipub. referri conuenit, hic autem saluti reipub. profuit, profecto non potest eodem facto & saluti communi consuluisse, & legibus non obtemperasse. Secunda autem conclusio talis est, vt argumentatio ex contrario concludatur, & dat exemplū. Summa igitur amentia est. in eorum fide spem habere. quorū perfidia toties deceptus sis. Propositio enim huius syllogismi talis est. Qui sæpenumero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem habere non debemus. Hoc postquam probatum est, ita concludi oportuit: Igitur Carthaginensibus fidem non habere debemus. Sed contrarium potius in conclusione constituit. Summa igitur amentia est in eorū fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis. Tertia conclusio talis est, vt id solum quod ex omni argumentatione conficitur inferamus & dat exemplum. Vrbem igitur diruamus &c. Quarta conclusio talis est, cum non id, quod conficitur: in conclusione ponimus, sed id, quod eam rem quæ conficitur consequatur. & dat exemplum. Si peperit, cum viro concubuit, peperit antē. Hic conficitur, Cum viro igitur concubuit. Sed hoc in conclusione quia manifestum est, non ponit. sed illud ponit, quod manifestam ipsam conclusionem consequitur. Igitur fecit incestum. Etenim si cum viro concubuit, id consequitur, vt fecerit incestum antiqui autem quemcunque hominum coitum, incestū appellabant [Quare in longis argumentationibus) Dat præceptum, vt sciamus, qua conclusione vnaqueqne argumentatio, concludenda sit. Quoties, inquit, longa fuerit argumentatio, aut propter memoriam conductiones facere in conclusione debemus, aut si erunt in memoria, quæ supra dicta sunt, argumentatio nobis ex contrario cōcludenda est. Verum longa argumentatio non partibus, sed mensura partium constat. i. non quinquepartita, aut quadripartita argumentatio longa est, sed in quacunque argumētatione, quoties latiores fuerint approbationes, tunc longæ erunt argumentationes. Ita & quinquepartita argumentatio, ex modo approbationum breuis poterit inueniri. Quare, inquit, quæcunque longa argumentatio fuerit, duobus modis concludenda est, aut per conductionem. i. συναγωγὴν aut per contrarium. Quoties autem breuis fuerit argumentatio, hoc solo quod conficitur, concludenda est. In illis vero argumentationibus, quæ earum manifestum habent, consecutionem ponere in conclusione debemus. [Si qui autem ex vna quoque parte potabone constare argumentationem) Reprehendit etiam illos, qui ex vna parte dicunt fieri posse argumentationem. Hi, inquit, errant de nominis ambiguitate. Nam argumentatio duas significationes habet, & argumenti. & argumentationis. Quare cum dicunt, si peperit, cum viro concubuit, inuentum proferunt, non expolitionē. i. argumentum proferunt, non argumentationem. Sed talis argumentatio esse non potest nisi cū expolita profertur oratio. Eodem modo, inquit, & illi erant, qui dicunt aliquando subtrahi. Posse nunc propositionem, nunc assumptionem. Nam quoniam vtraque harum mouet auditorē, neutra necesse est subtrahatur expolitioni. Itaque magnopere studendū est, quia inuentio cunctis oratoribus communis est. Sed ipsi oratores dicendi modo aut optimi sunt, aut mediocres, aut infirmi. [Variate autem orationem magnopere oportebit.) Propter fastidia, varia, inquit, vti oratione debemus, vt nunc per inductionem argumentemur, nunc per ratiocinationem. Deinde in ratiocinationibus, nunc quinquepartitam, nunc tripertitam faciamus argumentationem. Deinde, vt non semper prima sit propositio, sed aliquando assumptio prima sit. Hæc, inquit, vt melius inspiciamus, aut inscribamus ipsi, & nos exerceamus, aut si id piget facere, ea quæ supra polita sunt exempla, videamus, & in ipsis hanc exerceamus varietatem. Illud autem præcipit, Syllogismos omnes in dialectica contineri, hoc paucos inde deriuatos qui oratori conuenire videbantur. Denique isti non syllogismi, sed epichiremata dicuntur.

Incidentes.

A C personis has res attributas putamus, nomen, naturam victum, formam, habitum, affectionem, studia, consilia, facta, casus, orationes) Fortunam, scribi debere, præter antiquæ manus fidem, & omnes rhetori docent, Cic. & interpres Victorinus, cuius verba sunt hæc. Personis autem attributa sunt vndecim. Nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, studium, consilia, facta, casus, orationes. [Studiũ est aũt, animi assidua, & vehemẽs ad reliquã rem, applicata magna cũ voluptate occupatio, vt philosophiæ, poeticæ, geometriæ, literarum) Emendatius sic legetur. Studium aũt est, animi assidua & vehemens ad aliquã rem applicata magna cũ voluntate occupatio, vt philosophiæ, poeticę, geometrię, literarũ. Quod.n. est ad reliquã rem hoc loco? [Tempus autem est id, quo nunc vtimur,) nam ipsum quidem definire difficile est (pars quædã æternitatis cum alicuius annui, mensura, diurni, vespertini, nocturni ve spatii et certa significatione) Quidam codices, menstrui. Vetus lectio probior, habet generale, post quidẽ, & mensurni, non mensura, non mẽstrui. Et quæ præpositionẽ respuit, hoc modo. Tempus autem est id, quo nunc vtimur (nã ipsum quidem generale definire difficile est) pars quædam æternitatis cũ alicuius annui, mensurni, diurni, vespertini, nocturni spatij certa significatione. Priscianus quoque auctoritas mensurni, non menstrui legendum, censet, his verbis. Quercus etiã quernus, cortus coturnus, taciturnus, mensis mẽsurnus. sic enim Cic. posuit pro menstruus, in 1. Rhet. Pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, mensurni, diurni, nocturni, vespertini, certa significatione. Hæc ille in primo. [Consideratur autẽ tempus, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliã, & horæ, & aliqua parte alicuius horum) Rectius cum propositione legetur. Et in aliqua parte alicuius horum. [Deinde et quæ ea de re, aut eius rei sit lex, consuetudo, actio, iudicium, scientia, artificiũ. Deinde natura eius euenire vulgo soleat, an insolenter ac raro) Ego hanc lectionẽ corruptam esse semper existimaui, & veriorem lectionem esse. Deinde si quid et natura eius &c. In qua opinione me confirmat prisca manus. [Approbatum est, quod homines, cũ dubium esset, quale haberi oporteret, sua cõstituerunt auctoritate, velut Gracchi patris factũ, quem populus R. ob id factum, quod insciente collega in Censura nihil gessit, post Censuram Consulem fecit) Corrupte legi, in Censura nihil gessit nemo non videt, nisi qui ignorat significationem huius vocis. Nihil quæ quidem in antiquis libris non habetur. [Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere conuenit? Libet clara, pro claro reponere, refragantibus etiam cunctis exemplaribus vulgo impressis, & plerisque manuscriptis. [Quod si leges omnes ad vtilitatẽ reip. referri cõuenit, hoc autem salutis reip. profuit, profecto non potest eodẽ facto, & saluti cõmuni consuluisse, & legibus nõ obtemperasse) Habent antiqui libri, nõ hoc, sed hic autem reip. profuit, & aptius, vt arbitror.

DE REPREHENSIONE.



EPREHENSIO est, per quã argumẽtando aduersariorũ cõfirmatio diluit, aut infirmat, aut alleuat. Hæc fonte inuentionis eodẽ vtet, quo vtitur confirmatio: ppea quod quibus ex locis aliqua res confirmari põt, ijsdẽ põt ex locis infirmari. nihil.n. cõsiderandũ est in his oĩbus inuẽtionibus, nisi id, quod personis, aut negocijs attributũ est. Quare inuentionem, & argumẽtationẽ expolitinẽ ex illis, quæ ante pcepta sunt, hãc quoque in partẽ orõnis transferri oportebit. Veruntñ, vt quædã præceptio detur huius quoque partis, exponemus modos reprehẽsionis: quos qui obseruabũt, facilius ea, quæ cõtra dicentur, diluere, aut infirmare poterunt. Omnis argumentatio reprehenditur, si aut ex ijs quæ sumpta sunt, non conceditur aliquod vnum plura ve: aut, his concessis, complexio confici ex his negat: aut si genus ipsum argumẽtationis vitiosum ostenditur: aut si contra firmam argumentionem alia æque firma, aut firmior ponitur. Ex ijs, quæ sumuntur, aliquid non cõceditur, cũ aut id, quod credibile dñt, negatur esse eiusmodi: aut quod cõparabile putant, dissimile ostenditur: aut iudicatũ aliã in partẽ traducitur: aut oĩno iudicatũ improbatur: aut, quod signum esse aduersarij dixerunt, id eiusmodi negatur esse, aut si cõplexio aut vna, aut ex vtraque parte reprehenditur: aut si enumeratio falsa ostendit: aut si simplex conclusio falsi aliquid continere demõstratur. Nã omne, quod sumit ad argumentandũ, siue pro probabili, siue pro necessario necesse est sumat ex his locis, vt ante ostẽdimus. Quod pro credibili sumptum erit, id infirmabitur, si aut perspicue falsum erit, hoc modo: Nemo est qui non pecuniã quam sapientiã malit, aut ex contrario quoque credibile aliquid habebit, hoc modo: quis est, qui nõ officii cupidior sit, quàm pecuniæ? aut erit oĩno incredibile, vt si quis, quẽ cõstet esse auarũ, dicat alicuius mediocris officij cã se maximã pecuniã neglexisse. Aut si, quod in quibusdã rebus aut hoĩbus accidit, id oĩbus dicatur vsu euenire, hoc pacto: Qui pauperes sunt, ijs antiquior officio pecunia est. Qui locus desertus est, in eo cædẽ factã esse oportet. In loco celebri hõ occidi qui potuit? aut si id, quod raro fit, fieri oĩno negat: vt Curio pro Fuluio: Nemo põt vno aspectu, neque præteriens in amorẽ incidere. Quod aũt pro signo sumetur, id ex ijsdẽ locis, quibus cõfirmatur, infirmabitur. Nam in signo, primũ verum esse ostendi oportet. Deinde eius esse rei signum propriũ, qua de re agit, vt cruorẽ cædis. Deinde factũ esse, quod nõ oportuerit: aut non factũ, quod oportuerit. Postremo scisse eũ, de quo quærit, eius rei legẽ & consuetudinẽ. nam eæ res sunt signo attributæ, quas diligẽtius aperiemus, cũ separatim de ipsa cõiecturali constitutione dicemus. Ergo horum vnumquodque in reprehensione, aut nõ esse signo, aut parum magno esse, aut à se potius, quàm ab aduersarijs stare, aut oĩno falso dici, aut in aliã quoque suspicionẽ duci posse, demonstrabit. Cum aũt pro cõparabili aliquid inducetur, quoniam id per similitudinẽ maxime tractatur, in reprehendendo conueniet, simili id negare esse quod cõferetur ei, quicũ cõferetur. Id fieri poterit, si demonstrabit diuersum esse gñe, natura, vi, magnitudine, tpe, loco, persona, opinione; ac si quo in numero illud, quod per similitudinẽ afferetur, & quo in loco hoc genus, cuius cã afferetur, haberi conueniat, ostendet. Deinde, quid res cum re differat, demonstrabit, ex quo docebimus aliud de eo quod comparabitur, & de eo quicũ comparabit, existimari oportere. Huius facultatis maxime indigemus, cũ ea ipsa argumẽtatio, quæ per inductionẽ tractat, erit reprehendenda. Si iudicatũ aliquod inferet, quoniam id ex his locis maxime firmat, laude eorum, qui iudicarũt, similitudine eius rei, qua de agit, ad eã rẽ, qua de iudicatũ est, cõmemorãdo nõ modo non esse reprehensum iudiciũ, sed ab oĩbus approbatum: & demõstrãdo difficilius, & maius fuisse id iudicatũ, quod afferat, quàm id, quod instet. Ex contrarijs locis, si res aut vera, aut verisimilis, permittet, infirmari oportebit: atque erit obseruandum diligenter, ne nihil ad id, quod agatur, pertineat id, quod iudicatum sit; & vidẽdum est, ne ea res proferatur, in qua sit offensum, vt de ip-

ſo,qui iudicarit,iudiciū fieri videat. Oportet aūt animaduertere,ne,cū aliter multa ſint iudicata,ſolitarium aliquod, aut rarū iudicatū afferatur.nam his rebus auctoritas iudicati maxime pōt infirmari.Atq; ea quidē argumenta,quæ quaſi probabilia ſumunt,ad hunc modū tentari oportebit.Quæ vero ſicuti neceſſaria inducent,ea ſi forte imitabunt mō neceſſariā argumentationē, neq; erūt eiuſmodi,ſic reprehēdet.Primū cōplexio,q̄,vtrū neceſſeris,debet tollere,ſi vera eſt,nunq̄ reprehendetur: ſin falſa,duobus modis,aut conuerſione,aut alterius partis infirmatione. Cōuerſione,hoc modo:

Nam ſi veretur, quid eum accuſes, qui eſt probus?
Sin inuerecundum animi ingenium poſſidet,
Quid eum accuſes, quid id parui auditu æſtimet?

Hic ſiue vereri dixeris,ſiue nō vereri,cōcludendū hoc puta,vt neges eſſe accuſandū. Qđ cōuerſione ſic reprehēdet:Imo vero accuſandus eſt.Nāſi veretur,accuſes:nō.n.parui auditu æſtimabit.Sin inuerecundū animi ingenium poſsidet, tñ accuſes: nō.n.probus eſt. Alterius aūt partis īfirmatione, hoc mō reprehendet. Verū ſi veretur,accuſatione tua correctus,ab errato recedet. Enumeratio vitioſa intelligit, ſi aut præteritū quiddā dicemus, qđ velimus concedere; aut infirmū aliquid annumeratū,qđ aut contra dici poſsit,aut cauſa nō ſit quare nō honeſte poſsimus cōcedere. Præteritur quiddā in eiuſmodi enumerationibus:Qm̄ habes iſtū equū,aut emeris oportet,aut hereditate poſſideas,aut numere acceperis, aut domi tibi natus ſit:aut,ſi horū nihil eſt,ſurripueris neceſſe eſt.ſed neq; emiſti, neq; hrēditate venit, neq; dominatus eſt,neq; donatus eſt,neceſſe eſt ergo ſurripueris. Hoc commode rephēdit,ſi dici poſsit ex hoſtibus equus eſſe captus:cuius pdæ ſectione venierit.qđ illato, infirmat enumeratio;qm̄ id ſit induƈtū qđ pteritū ſit in enumeratione. Altero aūt mō reprehendetur, ſi aut contra aliquid dicetur:hoc eſt, ſi exēpli cā,vt in eodē verſemur,poterit oſtēdi hereditate veniſſe:aut ſi extremū illud nō erit turpe cōcedere:vt ſi quis, cū dixerint aduerſarij, Aut inſidias facere voluiſti, aut amico morē geſsiſti, aut cupiditate elatus es,amico ſe morē geſsiſſe fateat. Simplex aūt cōcluſio reprehēditur,ſi id,qđ ſequitur, non videatur neceſſario cū eo, qđ anteceſsit, coherere. Nā hoc qdē,ſi ſpiritū ducit.viuit:ſi dies eſt,lucet: eiuſmodi eſt, vt cum priore neceſſario poſterius coherere videat.Hoc aūt,ſi mater eſt,diligit:ſi aliqñ peccauit,nunquā corriget:ſic conueniet reprehēdi,vt demōſtret nō neceſſario cū priore poſterius coherere. Hoc genus & cetera neceſſaria,& oīno oīs argumētatio,& eius reprehenſio maiorē quādā vim cōtinet,& latius patet,q̄ hic exponitur.ſed eius artificii cognitio hmōi eſt,vt nō ad huius artis partē aliq̄ adiungi poſsit, ſed ipſa ſeparatim longi tpis,& magnæ rtū; arduæ cognitionis indigeat. Quare illa nobis alio tpe,atq; ad aliud īſtitutū,ſi facultas erit,explicabunt. nūc his præceptionibus rhetorū ad vſum oratoriū contētos nos eſſe oportebit.Cū igit ex ijs,quæ ſumuntur,aliquid nō conceditur,ſi infirmabitur. cū aūt his conceſsit,cōplexio ex his non conficitur, hæc erunt conſideranda,nū aliud conficiatur,aliud dicatur,hoc mō: Si cū aliquis dicat ſe profecƈū eſſe ad exercitū,cōtraq; eū quis velit hac argumētatione vti:Si veniſſes ad exercitū,à Tribunis militaribus viſus eſſes:nō es aūt viſus ab his, nō es igitur profectus ad exercitū.Hic cū conceſſeris propoſitionem & aſſumptionē, cōplexio eſt infirmanda. aliud.n.q̄ cogebat,illatū eſt. Ac nunc quidē, quo facilius res cognoſceret, perſpicuo & grādi vitio pditū poſuimus exēplum: ſed ſæpe obſcurius poſitū vitiū pro vero probatur,cū aūt parum meminerís qđ cōceſſeris, aut ambiguū aliqđ pro certo conceſſeris. Ambiguū ſi conceſſeris, ex ea parte, quā ipſe itellexeris,eā partē ſi aduerſarius ad aliā partē p cōplexionē velit accōmodare, demōſtrare oportebit nō ex eo, qđ ipſe conceſſeris, ſed ex eo, qđ ille ſumpſerit, cōfici complexionē,ad hunc modū:Si pecuniæ indigetis,pecuniam nō habetis: Si pecuniā non habetis, pauperes eſtis. Indigetis aūt pecuniæ:mercaturæ.n.niſi ita eſſet, operā nō daretis: pauperes igitur eſtis. Hoc ſic reprehenditur: Cū dicebas,Si indigetis pecuniæ,pecuniā nō habetis:hoc intelligebam, Si pp inopiā in egeſtate eſtis,pecuniā nō habetis:& iccirco cōcedebā.Cū aūt hoc ſumebas,indigetis aūt pecuniæ illud accipiebā,Vultis aūt pecuniæ plus hrē. Ex quibus cōceſsionibus non conficitur hoc, Pauperes igitur eſtis:cōficeretur aūt, ſi tibi primo quoq; hoc conceſsiſſem,Qui pecuniā maiorē vellet hrē,cum pecuniā nō hrē. Sæpe aūt oblitū putāt qđ cōceſſeris, & iccirco id,qđ nō conficitur, quaſi cōficiatur, in concluſione infertur, hoc mō. Si ad illū hereditas veniebat,veriſimile eſt ab illo eſſe necatū. Deinde hoc approbāt plurimis verbis,poſt aſſumunt, Ad illum aūt hereditas veniebat: deinde infertur,ille igitur occidit:Id ex ijs,quæ ſumpſerant,nō conficitur.Quare obſeruare diligēter oportet, & quid ſumatur,& quid ex hia conficiatur. Ipſum aūt genus argumentationis vitioſum his de cauſis oſtēdetur,ſi aut in ipſo vitium erit, aut ſi non ad id, qđ inſtituitur, accōmodabitur. Atq; in ipſo vitiū erit,ſi oīno falſum erit,ſi cōe,ſi vulgare, ſi leue, ſi remotū,ſi mala definitio,ſi cōtrouerſum,ſi perſpicuū,ſi nō conceſſum,ſi turpe,ſi offenſum,ſi contrariū,ſi incōſtās,ſi aduerſum. Falſum eſt, in quo perſpicue mendaciū eſt,hoc mō:Non pōt eſſe ſapiēs, qui pecuniā negligit:Socrates autē pecuniā negligebat:nō igit ſapiens erat.Cōe eſt,qđ nihilo magis ab aduerſariis,q̄ à nobis facit,hoc modo: Iccirco indices,quia verā cauſam habebā,breui peroraui. Vulgare eſt, quod in aliā quoq; rem non probabilē,ſi nunc conceſſum ſit,transferri poſsit, hoc modo:Si veram cauſam non haberet,vobis ſe iudices non commiſiſſet. Leue eſt, quod aut poſt tempus dicitur,hoc modo:Si in mentem veniſſet, non commiſiſſet: aut perſpicue rem turpem leui tegere vult defenſione,hoc modo:

Cum te expetebant omnes, florentiſſimo
Regno, reliqui: nunc deſertum ab omnibus,
Summo periclo ſola vt reſtituam paro.

Remotū eſt,qđ,vltra q̄ ſatis eſt petit,hoc mō. Qđ ſi nō P.Scipio Corneliā filiā Tiberio Graccho collocaſſet,atq; ex ea duos Gracchos procreaſſet, tātæ ſeditiones natæ non eſſet.quare hoc incommodum

dum Scipioni aſcribendum videtur. Huiuſmodi eſt illa quoque conqueſtio.

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes.
Longius enim repetita eſt, quàm res poſtulabat.

Mala definitio eſt, cũ cut cõmunia deſcribit, hoc modo: Seditioſus eſt is, qui malus atq; inutilis eſt ciuis. Nam hoc nõ magis ſeditioſi, q̃ ambitioſi, q̃ calumniatoris, q̃ alicuius improbi hominis vim deſcribit. Aut falſum quiddã dicit, hoc pacto: Sapiẽtia eſt pecuniæ acquirẽdæ intelligẽtia. Aut aliquid non graue, nec magnũ continens, ſic: Stultitia eſt immenſæ gloriæ cupiditas. eſt hæc quidem ſtultitia, ſed ex parte quadã, non omni genere definita. Controuerſum eſt, in quo ad dubium demonſtrandum dubia cauſa affertur, hoc modo:

Eho tu, dij, quibus eſt poteſtas motus ſuperũ atque inferũ,
Pacem inter ſeſe conciliant, conferunt concordiam.

Perſpicuum eſt, de quo nõ eſt controuerſia: vt ſi quis, cum Oreſtem accuſet, planum faciat ab eo matrem eſſe occiſam.

Non conceſſum eſt, cum id, quod augetur, in cõtrouerſia eſt, vt ſi quis, cũ Vlyſſem accuſet, in hoc maxime commoretur: Indignum eſſe ab homine ignauiſſimo virum fortiſſimũ Aiacem necatum. Turpe eſt, quod aut eo loco, in quo dr̃, aut eo homine qui dicat, aut eo tp̃e quo dicitur, aut iis qui audiunt, aut ea re, de qua agitur, indignum pp̃ inhoneſtam rem vr̃. Offenſum eſt, quod eorũ, qui audiunt, voluntatem lædit: vt ſi quis apud equites Romanos cupidos iudicãdi Cœpionis legem iudiciariam laudet. Contrarium eſt, quod contra ea dr̃, quæ ij, qui audiunt, fecerunt, vt ſi quis apud Alexandrum Macedonem contra aliquẽ vrbis expugnatorem diceret nihil eſſe crudelius, q̃ vrbes diruere, cum ipſe Alexander Thebas diruiſſet. Inconſtans eſt, quod ab eodẽ de eadẽ re diuerſe dr̃: vt ſi quis, cum dixerit, qui virtutẽ habeat, eum nullius rei ad bene viuendum indigere, neges poſtea ſine bona valetudine poſſe bene viuere. Aut ſe amico adeſſe pp̃ beneuolẽtiã: ſperare.n. aliquid cõmodi ad ſe peruenturũ. Aduerſum eſt, quod ipſi cauſæ aliqua ex parte officit, vt ſi quis hoſtiũ vim, & copias, & felicitatẽ augeat, cum ad pugnã milites hortetur. Si nõ ad id, quod inſtituitur, accõmodabitur aliqua pars argumentationis, horum aliquo in vitio reperiet̃. Si plura pollicitus, pauciora demõſtrabit; aut ſi, cum totum debebit oſtẽdere, de parte aliqua loquat̃, hoc modo: Mulierum genus auarum eſt: nã Eriphyle auro viri vitã vendidit. Aut ſi nõ id, quod accuſabitur, defendet: vt ſi quis, cum ambitus accuſabitur, manu ſe fortẽ eſſe defendet, vt Amphiou apud Euripidẽ. item apud Pacuuium, qui, vituperata muſica, ſapientiam laudat. Aut ſi res ex hominis vitio vituperabit, vt ſi quis doctrinã ex alicuius docti vitijs reprehẽdat. Aut ſi quis, cum aliquẽ volet laudare, de felicitate eius, nõ de virtute dicat. Aut ſi quis rẽ cũ re ita cõparabit, vt alterã ſe non putet laudare, niſi alteram vituperarit: aut ſi alteram ita laudet, vt alterius nõ faciat mentionem: vt ſi quis, cum aliqui deliberent, bellum geratur, an non, pacem laudet omnino, non illud bellum inutile eſſe demonſtret. Aut ſi, cum de certa re quæretur, de communi inſtituetur oratio. Aut ſi ratio alicuius rei reddetur falſa, hoc modo: Pecunia bonum eſt, propterea quòd ea maxime vitam beatam efficiat. Aut ſi infirmat, vt Plautus:

Amicum caſtigare ob meritam noxiam,
Immane eſt facinus, verum in ætate vtile
Et conducibile: nam ego amicum hodie meum
Concaſtigabo pro commerita noxia.

Aut eadem, hoc modo: Maximum malum eſt auaritia: multos enim magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas. Aut parum idoneæ, hoc modo: Maximum bonum eſt amicitia: plurimæ enim delectationes ſunt in amicitia. Quartus modus erat reprehenſiouis, per quem contra firmam argumẽtationem æque firma aut firmior ponebatur, Hoc genus in deliberationibus maxime verſatur, cum aliquid, quod contra dicatur, æquum eſſe concedimus, ſed id, quod nos defendimus, neceſſarium eſſe demonſtramus. Aut cũ id, quod illi defendant, vtile eſſe fateamur: quod nos dicamus, demonſtremus eſſe honeſtum. Ac de reprehenſione hæc quidem exiſtimauimus eſſe dicenda. Deinceps nunc de concluſione ponemus. Hermagoras digreſsionem deinde, tum poſtremam cõcluſionem ponit. In hac autẽ digreſsione illæ putat oportere quandam inferri orationem à cauſa atque à iudicatione ipſa remotam, quæ aut ſui laudem, aut aduerſarij vituperationem cõtineat, aut in aliam cauſam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis, aut reprehenſionis, non argumentando, ſed augendo per quandam amplificationem. Hanc ſi quis partem putarit orationis, ſequatur licebit. nam & augendi, & laudandi, & vituperandi præcepta à nobis partim data ſunt, partim ſuo loco dabuntur. nobis autem non placet hanc partem in numero reponi: quòd de cauſa digredi, niſi per locum communem, diſplicet: quo de genere poſterius eſt dicendum. Laudes autem, & vituperationes non ſeparatim placet tractari, ſed in ipſis argumentationibus eſſe implicitas. Nunc de concluſione dicemus.

REPREHENSIO eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur aut alleuiatur) Ita de quatuor partibus orationis dictum eſt, exordio, de narratione, de partitione, de confirmatione. Nunc ſecundum ordinem de reprehenſione tractandum eſt. Reprehenſio eſt oratio, quæ poſt noſtram confirmationem aduerſariorum confirmationem reprehendit. Hæc duo agit, aut omnino tollit quod aduerſarius dixit, aut infirmat, ac leuius reddit. Verum ipſa reprehenſio ex illis locis argumentorum capitur, ex quibus confirmatio .i. ex attributis perſonæ, & attributis negocio. materia enim argumentorum communis eſt tam confirmanti, quàm reprehendenti. Et cum tria ſint data confirmationi, materia, argumentum, argumentatio. Materiam non reprehendimus, quæ nuda atque communi eſt, ſed argumentum, aut argumentationem reprehendimus. & quoniam in confirmationem, vel reprehenſionem communiter hactenus præcepta tradidimus, debemus ſcire certos modos reprehenſionis. Sunt autem quatuor principales modi, ſi ant ſumpta reprehendamus, ant concluſionẽ, aut genus argumentationis. Ac ſi hæc tria nullo modo reprehendi poterunt, quod extremum eſt facere debemus, vt aliud contra argumentum firmum, aut firmius proferamus. Sumpta ſint, quæcunque nobis ad fidem ſummus. ad fidem autẽ ſummimus argumentum. ergo argumenta ſumpta ſunt. Et quoniam argumentum non niſi ex conceſſo fit, recte ea quæ ex VICTO.

confessis argumenta sumimus, sumpta dicuntur. Sunt autem sumpta semper quatuor probabilia, tria necessaria. Probabile etenim argumentum in quatuor diuiditur. Credibile, signum comparabile, iudicatum. Necessarium in tria diuiditur, complexionem, enumerationem, simplicem conclusionem. Itaque quia septem argumenta, septem sumpta sunt, de quibus argumentis cum aduersarius, quodcunq; sibi ad fidem sumpserit, to continuo certis modis poteris reprehendere, quos modos à Cic. traditos in singula sumpta reprehendenda diligenter debemus attendere atq; retinere. [Quod pro credibili sumptũ erit, id infirmabitur, si aut perspicue falsum erit, hoc modo:) Enumerauit septem esse sumpta: Nunc docet vnumquodque sumptum quot modis reprehendi possit, & probabili argumento tocipit, in quo quatuor continentur, credibile, signum, comparabile, iudicatum. Itaq; inquit, si aliquid ab aduersario pro credibili argumento fuerit prolatum, quinq; id modis possumus reprehendere. Si aut, inquit, quod solidum aut primum est argumentum, ipsum falsum esse doceamus. Aut si ex contraria quoque parte credibile esse monstremus, aut si omnino erit incredibile, aut si id, quod paucorum est, omnium esse dicatur, aut si id, quod raro contingit, fieri omnino denegatur. Falsum est, quod in re falsum est, & quod omnino aliter esse contendimus, sicut ipse ait: Nemo est, qui non pecuniã, quàm sapientiam malit. Hoc itaque falsum est, vt etiam si vnus fuerit inuentus qui sapientiam malit, argumentum aduersarii falsum esse dicatur. Ex contrario quoque credibile erit si quid ab aduersariis pro credibili prolatum, nihilominus credibile sit si conuertatur, vtputa, Quis est qui non officii cupidior quàm pecuniæ sit? Hoc vtique aduersario pro credibili prolatum est, quod conuersum nihilominus credibile est, si dicas. Quis est qui non pecuniæ cupidior, quàm officii sit! Ergo credibile reprehenditur, quod ex contraria parte conuersum nihilominus credibile potest videri. Incredibile autem dicetur, quod ab hominum opinione dissentit. Et hoc intererit inter falsum & incredibile, quòd falsum in ipsa re est, incredibile vero in opinione. Itaque, inquit, incredibile est, vtpura si auarus dicatur, mediocris officii causa maximã pecuniam contempsisse. Hoc itaque apud opinionem hominum credi non potest, quomodo enim auarus maximam pecuniam cõtemneret, mediocris officii causa, qui ob paruam pecuniam sepe officia magna cõtemnit? Inter falsum & incredibile hoc interest, ꝙ falsum & credibile esse potest, & incredibile. deinde quod incredibile est verum esse potest, & falsum. Sed verum duplex est, nunc id quod vere gestum est, nunc id quod vere gestum esse quibusdam rationibus approbatur. Itaque sæpe quod verum est, & quia falsum esse nõ potest, incredibile est. Verum.n. ꝙ Simon volauit, sed tamen incredibile est. Deinde si dicas Vno die duas controuersias perscripsit, cum non perscripseris, in re quidem falsum sed tamen quia fieri potuit, credibile est. Rursus credibile argumentum reprehendi potest, si quod paucorum est, omnium esse dicatur, vtputa, qui pauperes sunt, his non officium magis quàm pecunia cordi est. Hoc quia generaliter dictum est, reprehendi potest. nam possunt aliqui pauperes inueniri quibus officiũ magis cordi sit quam pecunia. Nec nos moueat, ꝙ in argumento credibili, qđ quidem ex personis fieri diximus, exemplum de loco posuerit, credibile. n. argumentum. i. probabile. maxime quidem personarum est. Sed fit etiam ex attributis negocio. i. ex loco, tempore, vel reliquis. Itaque sub hoc modo reprehensionis duo exempla posuit, vnum à persona, aliud à loco. Illud autem quod tertium videtur exemplo illi, quod sub extremo modo positum est congruum, non tertiũ est exemplum. sed secundi conclusio. vt primum exemplum à personis sit, Qui pauperes sunt, his antiquior officio pecunia est. Secundum exemplum a loco sit, Qui locus desertus est, in eo cædem factam esse oportet. In loco celebri homo occidi qui potuit? Itaque hoc præceptum tenere debemus, quod ex attributis personæ maxime credibile argumentum conficitur. Est tamen & in factis credibile. Signum aut non nisi ex factis conficitur. Scire tamen debemus, ex attributis personæ fieri & necessarium argumentum, si dicas, Pedibus æger quinquaginta milia qui potuit ambulare? Postremo credibile argumentũ potest reprehendi, si id quod raro fit, nunquam fieri posse dicatur. Vtputa, nemo est qui puellam prætereuns adamet. Hoc rursus generaliter quia dictum est, potest reprehendi. Nam frequẽter, & semel visa puella, potest adamari: vt in Eunucho adamat Cherea, & in Virgil.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

His itaque quinque modis credibile poterit reprehendi, si aut perspicue falsum esse ostendatur, aut conuersum ex contraria parte nihilominus credibile sit, aut si incredibile demonstret, aut si quod paucorum est omnium esse dicatur, aut si quod raro fit, id nunquam fieri posse dicatur. [Quod autem pro signo sumetur, id ex iisdem locis quibus confirmatur, infirmabitur) Dixit, quot modis credibile possit reprehendi, nunc transit ad signum. Si, inquit, ab aduersario aliquid pro signo proferetur, id iisdem locis reprehendi potest quibus confirmatur. Verum quoniam in definitione signum esse dixit, quicquid in sensus cadit, maxima signa sunt, & quæ in controuersiis frequẽtius necesse est inueniri, oculorum, & aurium, Oculorum pallet, puluerulentus est, cruentus est: Aurium vero, hoc dixit, hoc locutus est. Itaque præter hæc signa quæ oculis digitoque monstrantur, omne factum ac dictum signum est, quæ facta, & dicta negocio attributa sunt. i. continentia cum ipso negocio. Quæ facta & dicta tripliciter considerantur. ante negociũ, in negocio, post negocium. Itaque cum ex his quæ negocio attributa sunt, argumenta sumpserimus, signũ est. i. ex his quæ continentia cum ipso negocio sunt & quæ in gestione negocii continentur. deinde si ex his fecerimus argumentum quæ personis attributa sunt, credibile erit, & hoc ideo argũ dicetur, vt quasi argũ à personis fiat. signum à negociis, & ideo Cicero in Ceciliana: Argumẽtis agemus, signis luce omni clarioribus crimina refellemus. Igitur si aduersarius, inquit, aliquid pro signo protulerit, iisdem ex locis reprehendere debemus, quibus confirmatur. & quoniam ignoratur quibus ex locis signum confirmari debet, idipsum docet. Cõfirmatur autem quatuor modis. Primo, inquit, signum ipsum manifestum esse debet. i. vt cum dicitis pallet vere palleat. Deinde postquam constiterit, esse signum, constet totius eius rei signum, de qua agitur, vt si dicas, occidit, nam cruentus est. Et quoniam diximus factũ omne signum esse. in facto autem, & facta & dicta sunt. Confirmamus, inquit, signum, si aut id factum dicamus quod non oportuerit. aut id factum quod oportuerit. Sed quia interdũ per ignorantiam prouenit, vt aut id non faciamus quod oportet, aut id faciamus quod non oportet, tunc autem grauius delictũ est si faciamus quę non facienda sunt, quia in eo quod facimus faciendum, vel non faciendum, inest scientia delinquẽtis. scit. n. quia aut faciendum est, aut non faciendum. ideirco postremum illud addidit ad confirmationem signi, vt nõ modo aliquid fecerit, aut non fecerit, sed etiam scierit faciendum esse, aut non esse faciendum. Postremo, inquit, scisse eum de quo quæritur, eius rei legem & consuetudinem. Itaq; quatuor modis signum confirmamus. Primum, vt verum sit: deinde, vt eius rei de qua agimus, signum sit: deinde. vt doceamus, aut id factum esse quod non oportuerit non factum quod oportuerit, postremo etiam, scisse eum vtrum fuerit faciendum, vel nõ faciendum. Hæc quatuor confirmando signo attributa sunt, quoniam si aduersarius quodlibet ad confirmandum protulerit, tu id quinque modis reprehendes. Dicere enim debebis, inquit, aut non esse signum. i. si dicatur, homicidium fecit nam puluerulentus est, vtique ad homicidium puluis signum esse non potest. [Aut parum magno esse signo, Etenim non modo signum proferendum est, sed & plenum signum. Vnde illud in Terentio: Iam scio, magnum signum. [Aut à se potius, quàm ab aduersariis stata) Si dicatur, scelus fecit, nam erubuit, cum tu contra possis dicere, Immo scelus non potuit facere, quia erubuit, [Aut omnino falso dici) Si dicatur, nescio quem pallere, cum non palleat. [Aut in aliam quoque suspicionem duci posse demonstrabitur) Si dicatur, Quia pallet, occidit hominẽ cum sit pallor & ægritudinis. Itaque si quid ad confirmandũ signum fuerit prolatum, his quinque modis reprehendi oportebit, quod quidem se in secundo libro de coniecturali causa signantius tractaturum esse promittit. [Cum autẽ pro comparabili) Comparabile argumentũ ex similitudine consistit. qđ vt reprehẽdas, id quod aduersarius simile esse vult, tu cõtra dissimile debebis asserere. Dissimile autẽ aliqd aut simile sit, octo rebus ostenditur: Genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. Verum in his animaduertere debemus quid aduersarius cõparet, ac simile esse persuadeat, quod postquam perspexerimus, illud ipsum nos dissimile debemus ostẽdere, quod aduersarius simile esse contendit. Alioqui stultũ est vt cũ aduersarius res inter se esse dicat similes ꝑ naturam, nos eas, aut magnitudine esse dicamus dissimiles, aut genere, aut loco vel ceteris. Sed id, quod simile esse dicitur in natura, nos cõtra in eadẽ natura dissimile debemus ostẽdere. quod rursus dicitur simile esse in persona, nos in eadẽ persona dissimile esse doceamus. Octo itaque modis dissimile aliquid necesse est cõprobare. Genere, natura, vi, magnitudine, tẽpore, loco, ꝑsona, opinione. Generis triplicẽ significationem scimus esse. sit autẽ

genus

genus.i.sanguis,aut patria est genus.sub quo plures partes cótinentur,est genus.rerum qualitas. Hic itaq; genus duo illa significat,sub quo sunt species, & illud qđ qualitatē designat. Genus illud sub quo species sunt,ita ad similitudinem ducitur, vt in hoc exemplo: Si iis qui imprudentes læsere, ignosci oportet,his qui necessario profuere,gratiam haberi non oportet.in his enim ambobus vnum genus est voluntas absens,cuius species sunt imprudentia,& necessitas.Itaque hæc specie diuersa, genera ad similitudinem referuntur.i.quia in vtroq; absentie voluntas.Illud autem genus,quod qualitatem significat, confertur,cum vtile vtili.honestum honesto conferimus, vtputa, tam hoc vtile quam illud.Tertium illud genus, quod aut sanguinem ostendit,aut patriam,ad locum referri oportebit.Natura autem confertur,ita vt in hoc exemplo.in quo populi natura cum maris comparatur.Vt mare,inquit, quod sua natura tranquillum sit.ventorum vi agitari , atq; turbari , sic rempub.sua sponte placatam,dominum seditiosorum vocibus,& violentissimis tempestatibus concitari.Vim sæpe esse diximus singulorum verborum simplicem significationem. Hoc est illud nescio quid,quod intelligimus,cum dictum fuerit sacrilegium.Iam magnitudo eius ipsius vis exaggeratio,vtputa sacrilegium atrox.In loco illam quæ iam abunde tractata est, qualitatem loci inspiciamus. Tempus itidem suis inspectum semper partibus conferamus,vt si opportunitas est,opportunitatem,si spatium.spatium conferamus.Persona autem omnino manifesta est.Opinio vero est iudicium populi . Hæc ita confertur,si dicamus,sic de illa te iudicatum est , sic de hac iudicatum,aut iudicandum est,aut aliter de illa te iudicatum , aliter de hac iudicatum.aut iudicandum est.vt si pro nobis est , confirmetur,si cótra, mutetur opinio.[Ac si quo in numero illud quod per similitudinem afferetur)Hoc non quasi alius aliquis modus conferendi est,ne forte quis credat,sed opinionis expositio.Quæ quidem vnam partem tenet solam . Id est illam, cũ ab aduersariis coniuncta dissoluimus , [Si iudicatum aliquod inferetur,quoniam id ex his locis maxime firmatur)Et ad hoc nihilominus confirmandum ipse nobis indicat confirmationem.Nam quatuor modis dicit confirmandum nobis esse iudicatum:quibus vtique sublatis , infirmari posse declarat .Hoc est:Laude eorum qui iudicarunt , similitudine eius rei qua de agitur,ad eam rem qua de iudicatum est.commemorando nō modo non esse reprehensum iudicium,sed ab omnibus approbatum,& demonstrando fuisse id difficilius & maius iudicatũ quod afferatur,quam id,quod instet. Cum enim afferimus iudicatum , vt id nostræ causæ prosit , necesse est primo à laude eorum qui iudicarunt id,quod iudicatum proferimus , ordiamur. per iudicantium enim auctoritatem iudicati auctoritas confirmatur. Deinde vt id,quod iudicatum proferimus,simile ei quo de agatur esse monstremus.tum enim nos iudicatum adiuuabit,si huic simile demonstretur. Verum hæc similitudo octo illis similiter partibus facienda est,hoc est. genere,natura vi,magnitudine,loco,persona,tempore opinione. Et omnino hoc iam tenere debemus,quamcunque similitudinem his nobis partibus esse faciendam. Deinde tertio modo iudicatũ confirmamus,si ostendamus ipsum iudicatum non esse reprehensum.Et non modo non reprehensum sed etiam ab omnibus approbatum , vt iu iudices de hoc negocio similia sperare cogantur.Extremum illud,si difficilius,& maius iudicatum,quā id quo agitur,esse doceamus.Nunquam enim iudex in minore negocio facere dubitabit id,quod iam iudicatum in maiore perspexerit.His itaque locis iudicatum confirmatur.iisdem conuersis infirmatur,id est vt iudices vituperes , vt negociorũ dissimilitudinem doceas , vt reprehensum iudicium illud demonstres,& vt illud iudicium minus ac facile,hoc vero difficile ac maius ostendas. deinde doceas quæ vitia in aduersario perscrutari atque inuenire debeamus,id est ne forte illud iudicatum,quod affertur,huic negocio nihil prosit,& ne illud proferatur iudicium,in quo iudices contraxisse constet offensam. Tertio illud cōsiderandum ne cum pro nobis similia sint multa iudicia , ab aduersario vnum aliquod dissimile proferatur , statimque frangatur,quod quasi probabile pro probabili profertur.Nam id,quod vere probabile est,nullo modo. aut difficillime poterit infirmari.Hoc est quod ait. Contrariis locis , si res aut vero aut verisimilis permittet,infirmari oportebit. [Quę vero sicuti necessaria inducentur) Transit à probabili ad necessarium argumentum,quòd necessarium argumentum , si necessarium rebus ipsis fuerit, nulla ratione poterit reprehendi. sin autem non rem sed modum ac formam necessariæ argumētationis habuerit,reprehendetur.Nouimus itaque tribus modis fieri necessariam argumentationem,per complexionem, per enumerationem , per simplicem conclusionem . Complexio est.in qua vtrum concesseris,id contra te firmum est. Hęc ita vt diximus,si omnino necessaria est, non poterit reprehendi. Sin autem solam formam necessariæ argumentationis tenebit,duobus modis reprehendetur.aut per conuersionem , aut per alterius partis infirmationem . quos modos facile poterimus agnoscere,si ipsa necessariæ argumentationis forma ponatur.Sin veretur quid eum accuses qui probus est?[Si non veretur,qui accuses,qui parui auditu æstimat?)Hoc per conuersionem sit reprehendimus , vt cancellato veluti respectu , primam propositionem ad secundæ propositionis dimittamus euentum,deinde secundam propositionem ad primæ propositionis subiungimus euentum,ita tamen, vt euentibus negatio adiuncta copuletur,hoc modo.Si veretur, accuses, quia id non parui auditu æstimat,deinde si non veretur accuses, quia non probus est. conuersionum euentum accusandum esse asseruit,quem aduersarius dixerat non accusandum . Accusatio autem hic non publica est,sed priuata obiurgatio . vnius vero partis huiusmodi reprehensio est . Cum ex propositis duobus vnumquodque frangitur.alterum enim infirmatio, vacillat alterum. [Si veretur,accus.) Facile enim verecundus ab errore flectetur.[Enumeratio vitiosa intelligitur , si aut præteritum quiddam dicemus, quod velimus concedere ; aut infirmum) Enumeratio pars necessariæ argumentationis est . Hæc cuiusmodi sit,supra diximus. Verum cum ab aduersario proponetur.duobus modis poterit reprehendi , si aut aliquid prætermissum esse in enumeratione doceamus , quod pro nobis sit , aut si omnia quidem enumerata sunt,sed in his aut contrariũ ponimus,& falsum esse monstramus, aut confitemur aliquid ita esse,& ostendemus esse pro nobis . Primus itaque modus vbi aliquid prætermissum demonstramus , quod prolatũ nostræ causæ proficit,vt est illud de equo, quem post aduersarii enumerationē,ex hostibus captum esse memorauit, id est ex prędą,quæ propria cuique, non quæ consulis omnibus fuerit cōmuniter distributa.[Altero autem modo reprehenditur)Alter est modus reprehēsionis in enumeratione, in quo duo respicimus,vtrum aliquid contrarium poni possit , an aliquid confiteamur ex his quæ aduersarius enumerauit , propterea quòd honestum est.Contrarium ponimus, si cum aduersarius equũ neget hereditate venisse, nos hereditate venisse doceamus.Cōfitemur autem aliquid quod honestum sit,vt si aduersarius dicat,aut insidias facere voluisti,aut amico morem gessisti , aut cupiditate elatus es , nos dicamus amico morem gessisse. quod vtique in confessione turpe non est,maxime si ea quibus cum hoc positum est consideremus.Ita in reprehensione enumerationis aut prætermissum aliquid ostendimus,quod tamen illarum pro nobis sit,aut ex omnibus quæ posita sunt nunc aliquid per contrarium refutamus,nunc quia pro nobis est, confitemur.[Simplex autem conclusio reprehenditur,si id , quod sequitur , non videatur necessario cum eo , quod antecessit.) Hæc quoque si ex vtroque quo constat,id est si ex proposito, & adiuncto erit necessaria , reprehendi omnino non poterit. Est autem huiusmodi : Si dies est, lucet, si natus est, moritur. Vtique hoc ita necessarium est , vt frangi omnino non possit. Tunc autem simplex conclusio poterit reprehendi, si ostenderis adiunctum non cohærere proposito . Vtputa , si mater est, diligit, si aliquando peccauit , nunquam corrigetur . Vtique hoc cum adiunctum consideras necessario cohærere non posse ; necessario esse non poterit , eritque potius probabile. Ita necessarium per se constat , probabile multis asseritur argumentis. Hoc autem , si aliquando peccauit , nunquam corrigetur , multis asserendum est argumentis . Quod vero multis asseritur argumentis , necessarium non est . Recte igitur huiusmodi reprehensa conclusio est , si formam necessariam , rem vero probabilem continere monstretur . Verum hæc cuncta præcepta de dialectica traxit quæ magna , & difficilis est , de qua si facultas fuerit postea tractaturum se esse promittit . [Cum igitur ex iis , quæ sumuntur , aliquid non conceditur , sic infirmabitur) Omnem argumentationem quatuor modis dixit posse reprehendi . Si aut sumpta reprehendamus , aut conclusionem , aut si genus ipsum argumentationis vitiosum esse monstremus , aut si contra firmum argumentum aliud nostrum æque firmum , aut firmius opponamus . Itaque tam sumptorum dicta reprehensio est . Sin autem , inquit , reprehendi sumpta non poterunt , tunc erit reprehendenda conclusio conclusione . Itaque hoc anim. aduertendum est principaliter, ne cũ in propositione sit

aliud,

aliud,aut esse possit.aliud cōcludatur. Hoc itaque vitium erit dicentis.vitium porro.aut apertum,aut obscurum. Atq; apertum in conclusione vitium erit si res cum alia in propositione teneatur,alia omnino res in conclusione ponatur,vtputa si agatur,an nescio quis ad exercitū si profectus, & contra eum quis sic velit argumentari. Si venisses ad exercitum,à tribunis militaribus visus esses,non es autem visus ab his,non es igitur ad exercitum profectus. Hic vtique apertum vitium est. nam propositio tenet,si venisses ad exercitum: Conclusio, Non es igitur ad exercitum profectus. cum iuxta propositionem debuit concludi,Non igitur ad exercitum venisti.Hoc itaq; apertum vitium. In obscuro autem duo nobis attendenda sunt, ne aut ambiguitatis propositionis,aut obliuione fallamur. Ambiguitas in propositione talis est: Si indigeris pecuniæ, pecuniam non habetis. Nam omnino qui pecuniam non habet, indiget pecuniæ,& ille qui habet.sed maiorem hīc desiderat,indiget pecuniæ.indigere.n.voluntatis est. Hic itaq; propositio ambigua est.Si indigetis pecuniç,pecuniam non habetis huius propositionis quamcunq; aduersario propositam conclusionem alterius rei interpretatione poteris reprehendere. Vt si cō clusione mendicos posuerit tu dicas eos,qui pecuniç indigeāt, non te mendicos intellexisse. sed eos quid cum haberent,maiorem tamen pecuniam vellent. Deinde si ille huiusmodi homines in conclusione posuerit,tu contra in propositione dicas te intellexisse mendicos,ita aduersarii conclusionē propositionis visa ambiguitate subuertes. Deinde aliud obscurum vitiū est, cum obliuiscimur quid in propositione sit positū, & aliud in conclusione cōficit:vtputa,si ad illud hereditas veniebat,verisimile est ab illo necatū.Hic verisimilitudo posita est. Deinde propositionē pluribus verbis approbant.s.vt memoria ꝑpositionis ex animis auferat.Post assumunt,ad illū aūt hereditas veniebat.Postremo inferunt cōclusionem, ille igiẗ occidit. Vtiq; in hac conclusione obliuio nostra tentatur.Supra.n. positum est,verisimile est ab illo necatum. Hic post approbationē longissimam propositionis non concludit: Verisimile est igitur ab illo necatum,quod probabile est.sed, ille igitur occidit, qđ necessarium est quoque à probabili propositione dissentit.Itaque diligenter debemus attendere, vt conclusionē aduersarii, aut ambiguitate propositionis cōuertamus.aut quia meminimus quid in propositione sit positū eandem conclusionē falsam esse doceamus.[Ipsum autē genus argumētationis vitiosum his de causis ostenditur)Tertius reprehēsionis modus est, cum ipsum genus argumētationis vitiosum esse monstratur. Verū hoc tenere debemus,quod sumpta sola nuda,& generaliter potentia modis suis reprehenduntur Genus autem argumentationis in causa, & in specie positū cōsiderare debemus, quod quidē sumptis suis,& forma dictionis, quantū in se est, integrum est.Sed cum in causa positum quid operetur attēdimus,tunc in eo vitia possumus inuenire. Itaq; ipsum genus argumētationis duobus modis vitiosum est,cum aut in ipsa vitium erit,aut cum ad id,quod instituit,nō accommodabitur. In ipso vitium esse quatuordecim modis possumus inuenire. Deinde non accōmodari ad id, quod instituit, duodecim modis possumus deprehendere. quæ omnia Cicero partim quia aperta sunt,solis propositionibus partim qa obscuriora sunt, etiam exemplis proposuit, & explicauit.nos eadem persequi, immo repetere,lōgum ac superfluū est. Quartus modus erat reprehensionis, per quam contra firmam argumentationem æque firma,aut firmior ponit) Quarta reprehensio pertenuis est,& defectis omnibus extrema necessitate ponenda. nam & sumpta vera esse concedimus,& conclusionem recte habitam fatemur, & ipsum genus argumentationis vitiosum non esse concedimus.sed contra firmam aduersarii argumentationem nos,quoniam nihil possumus reprehendere, aliam argumentationem ęque firmam aut firmiorem proponimus. Verū hoc in deliberatiuo genere causæ vsu prouenit,cum aut vtile aliqd aduersario concedimus,sed nos aut vtilius, aut honestius aliquid demonstramus,aut honestum aliquid aduersario concedimus,sed nos honestius aliquid,aut necessarium esse monstramus. Verum nunc transit ad conclusionem.i.ferrā, eandemq. extremam partem totius orationis. Quo loco Hermagoras digressionem supponit.i.orationem, in qua pręter controuersiam causæ, aut laus nostra, aut aduersarii vituperatio contineatur,aut quæ ad aliam rem transitum faciat, non per argumentationem,sed per amplificationem. hanc Tullius non partem orationis vult esse,sed in omnibus orationis partibus inserari,ac subiici posse declarat,vt certis locis post rem aliquā probatam,aut amplificationem aliquam subiicias, aut laudē, aut vituperationem.itaque non digressionem sexto loco, sed conclusionem Tullius ponit.

AVt si quod in quibusdam rebus aut hominibus accidit, id hominibus dicatur vsu euenire,hoc pacto) Emēdatius leget.id omnibus dicatur vsu euenire. Quis negabit qui Cic.præceptum,& verba hoc loco percipit? nec suspicari possum,hunc errorem in omnibus exemplaribus nisi librariorum incuria inualuisse.[Hanc si quis partem putant esse orationis, sequatur Hermagoram licebit) Quisquis non nescit discernere inter congruum, & incongruum sermonem, discernit hoc loco solœcismum esse,nisi Putarit,pro putant scribatur. Ideo quo nihil simplici in genere ex parte perfectum natura expoliuit. Nisi deciser dictio ad sensum maxime spectans, non admoneret, legendum esse, Omni ex parte, non Ex parte, vt sit, Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. [Et hi qui aliter hoc de genere ac de communi coniectura præcipiendum putant) Si totum locum consideres, legendum contendas. De omni,non de communi. Bredichnum.

DE CONCLVSIONE.



ONCLVSIO est exitus,& determinatio,& totius orationis. Hæc habet partes tres,enumerationem,indignationem,cōquestionem. Enumeratio est,per quam res disperse, & diffuse dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiscendi causa vnū sub aspectum subiiciuntur. Hæc si semper eodem modo tractabitur,perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur:sin varie fiet, & hanc suspicionem, & satietatem vitare poterit. Quare tum oportebit ita facere, vt plerique faciunt propter facilitatem,singillatim vnamquanque rem attingere, & ita omnes transire breuiter argumentationes:tum autem, id quod difficilius est,dicere quas partes exposueris in partitione,de quibus te pollicitus sis dicturum, & reducere in memoriam, quibus rationibus vnamquanque pertem confirmaris: tum ab iis, qui audiunt,quærere quid sit quod sibi velle debeant demonstrari,hoc modo. Docuimus, hoc illud planū fecimus:ita simul & in memoriā redibit auditor, & putabit nihil esse prætera,quod debeat desiderare. Atque in his generibus, vt ante dictum est, cùm tuas argumentationes transire separatim,tū, id quod artificiosius est,cum tuis cōtrarias cōiungere:& cum tā argumentationē dixeris,tum, contra eam quod afferebatur,quemadmodum dilueris,ostendere. Ita per breuem cōparationē, auditoris memoria & de confirmatione,& de reprehēsione redintegrabit. Atq; hæc aliis actionis quoque modis variare oportebit. Nā tum ex tua persona enumerare posit,vt,quid,& quo quidq; loco dixeris,admoneas:tum vero personā,aut rē aliquam inducere,& enumeratione ei totā attribuere. Personā,hoc modo: Nam si legis scriptor existat,& quærat à vobis quid dubitetis,quid possitis dicere,cū vobis hoc & hoc sit demonstratum. Atq; hic item vt in nostra persona licebit alias singillatim transire oēs argumētationes, alias ad partitionis singula gña referre, alias ab auditore, qđ desideret,quærere,alias hæc facere per comparationē suarum, & contrariarum argumentationū. Res autē inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco,vbi,monumento attribuetur oratio per enumerationem,hoc modo: Quid si leges loqui pos-

sent,non ne hæc apud vos quærerentur? Quidnã amplius desideratis iudices, cũ vobis hoc, & hoc planũ factũ sit?In hoc quoq; genere omnibus eisdem modis vti licebit. Commune aũt præceptum hoc datur ad enumerationem, vt ex vnaquaq; argumentatione, qm̃ tota iterum dici non potest, id eligatur, quod erit grauissimum, & vnumquodq; quam breuissime transeatur, vt memoria, non oratio renouata videatur. Indignatio est oro, p quã conficitur vt in aliquẽ hominẽ magnũ odiũ, aut in rem grauis offensio concitetur. In hoc gñe illud primũ intelligi volumus posse omnibus ex locis ijs, quos in confirmandi præceptis posuimus, tractari indignationẽ. nã ex ijs rebus, quæ personis atq; negociis attributæ sunt, quæuis amplificatio nis, & indignationes nasci possunt: sed tñ ea, quæ separatim de indignatione pcipi possunt, consideremus. Primus locus sumitur ab auctoritate, cum cõmemoramus quantæ curæ res ea fuerit eis, quorum auctoritas grauissima dẽat esse, D.js immortalibus: qui locus sumet ex sortibus, ex oraculis, vatibus, ostentis, prodigijs, responsis, similibus rebus: itẽ maioribus nostris, regibus, ciuitatibus, gentibus, hominibus sapientissimis, senatu, populo, legũ scriptoribus. Secundus locus est, p quẽ illa res, ad quos pertineat, cũ amplificatione per indignationẽ ostendit, an ad omnes, an ad maiorẽ partẽ, qđ atrocissimũ est; an ad superiores, quales sunt ii, quorũ ex auctoritate indignatio sumit, qđ indignissimũ est; an ad pares animo, fortuna, corpore, quod inquissimũ est; an ad inferiores, quod superbissimum est. Tertius locus est, per quẽ q̃rimus quidnam sit euenturũ, si idẽ ceteri faciant; & simul ostẽdimus, huic si cõcessum sit, multos æmulos eiusdẽ audaciæ futuros: ex quo qd mali sit euẽturũ, demonstrabimus. Quartus locus est, p quẽ demonstramus multos alacres expectare quid statuatur, vt ex eo, qđ vni cõcessum sit, sibi quoq; tali de re quid liceat, intelligere possint. Quintus locus est, per quem ostendimus ceteras res perperã constituas, intellecta virtute commutatas corrigi posse: hanc esse rem, quæ si sit semel iudicata, neq; alio cõmutari iudicio, neq; vlla potestate corrigi possit. Sextus locus est, per quem consulto, & de industria factum esse demonstrat, & illud adiungitur, voluntario maleficio veniã dari non oportere imprudentiæ concedi nonnunquã conuenire. Septimus locus est, per quẽ indignamur, quod tetrũ crudele, nefarium, tyrannicũ factum esse dicamus, per vim, manum, opulentiam, q̃ res ab legibus, ab æquabili iure remotissima sit. Octauus locus est, per quem demonstramus non vulgare; neq; factitatũ esse, ne ab audacissimus quidẽ hominibus, id maleficiũ, de quo agitur; atq; id à feris quoq; hominibus, & à barbaris gentibus, & immanibus bestiis remotũ esse. Hæc erunt. quæ in patentes, liberos, coniuges, cõsanguineos, supplices crudeliter facta dicent: & deinceps, si qua proferaut in maiores natu, in hospites, in vicinos, in amicos; in eos, qbuscũ vitã egeris; in eos, apud quos educatus sis in eos, à quibus eruditus; in mortuos, in miseros, & misericordia dignos, in hoĩes claros, nobiles, & honore vsos; in eos, qui neq; lædere aliũ, nec se defendere potuerunt, vt in pueros, senes, mulieres: quibus omnibus acriter excitata indignatio summum in eũ, qui volarit horũ aliquid, odiũ cõmouere poterit. Nonus locus est, per quẽ cũ aliis, q̃ constant esse peccata, hoc, quo de q̃stio est, cõparatur; & ita per contentionẽ, quanto atrocius, & indignius sit illud, de quo agitur, ostendit. Decimus locus est, per quem omnia, q̃ in negocio gerendo acta sunt, quæq;. post negocium consecuta sunt. cum vniuscuiusq; indignatione, & criminatione colligimus, & rẽ verbis quã maxime ante oculos eius, apud quem dr̃, ponimus, vt id, qđ indignum est, perinde illi videat indignũ, ac si ipse interfuerit, ac psens viderit. Vndecimus locus est, p quem ostẽdimus ab eo factũ, à quo minime oportuerit, & à quo, si alius faceret, prohiberi cõueniret. Duodecimus locus est, per quẽ indignamur q̃ nobis hoc primis acciderit, nec alicui vnquã vsu euenerit. Tertiusdecimus locus est, si cũ iniuria cõtumelia iuncta demonstrat, per quẽ locũ in superbiam, & arrogantiã odiũ concitatur. Quartusdecimus locus est; p quẽ petimus ab iis, qui audiunt, vt ad suas res nostras iniurias referant; si ad pueros ptinebit, de liberis suis cogitent; si ad mulieres, de vxoribus; si ad senes, & parentibus. Quintusdecimus est locus, per quẽ dicimus inimicis quoq;, & hostibus ea, q̃ nobis acciderint, indigna videri solere. Et indignatio q̃dẽ his fere de locis grauissime sumetur. Cõquestionis aũt hmói de rebus partes petere oportebit. Cõquestio est oro auditorũ misericordiã captans. hac primũ animũ audituris mitẽ, & misericordem cõficere oportet, quo facilius cõquestione cõmoueri posit. Id locis cõibus efficere oportebit per quos fortunæ vis in oẽs, & hoĩum infirmitas ostendit. qua rõne habita grauiter, & sentẽtiose, maxime demittit aĩus hoĩum, & ad misericordiã cõparatur, cũ in alieno malo suã infirmitatẽ considerabit. Deinde prius locus est misericordiæ, per quẽ quibus in bonis fuerint, & nũc quibus in malis sit, ostẽdit. Secũdus, q in tẽpora tribuit, p quẽ, quibus in malis fuerint, & sint, & futuri sint, demonstrat. Tertius. p quem vnumquodq; deploratur incommodũ, vt in more filij, pueritiæ delectatio, amor, spes, solatiũ, educatio, & si qua simili in gñe quolibet de incõmodo p cõquestionẽ dici poterũt. Quartus, p quẽ res turpes, & humiles, & illiberales proferentur, & indignæ ætate, gñe, fortuna, pristino honore, beneficiis, quas passi perpessuri ue sint. Quintus est, per quẽ oĩa ante oculos singillatim incommoda ponent, vt videatur is, qui audit. videre, & re quoq; ipsa, quasi adsit, non verbis solũ ad misericordiã ducat. Sextus, per quẽ præter spem in miseriis demonstratur esse, & cum aliquid expectaret, non mõ id non adeptum esse, sed in summas miserias incidisse. Septimus, per quẽ ad ipsos, qui audiunt, similẽ casum conuertimus, & petimus vt de suis liberis, aut parentibus, aut aliquo, qui illis charus dẽat esse, nos cũ videant, recordentur. Octauus, per quẽ aliquid dr̃ esse factũ, qđ non oportuerit, aut non factũ, qđ oportuerit, hoc modo: Nõ affui, non vidi, non postremam eius vocẽ audiui, nõ extremũ eius spiritum excepi. Item, inimicorũ in manibus

mortuus est, hostili in terra turpiter iacuit in sepultus; à feris diu vexatus, communi quoq; honore in morte caruit. Nonus, per quê oratio ad mutas, & expertes animi res refertur: vt si ad equum, domum, vestem, sermonê alicuius accommodes, quibus animus eorum, qui audiunt, & aliquem dilexerunt, vehemêter commouetur. Decimus, per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Vndecimus, per quem aut liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliêdi, aut alicuius eiusmodi rei commendatio fit. Duodecimus, per quê disiunctio deploratur ab aliquo, cum deducaris ab eo, qui cum libentissime vixeris, vt à parente, filio, fratre, familiari. Tertiusdecimus, per quem cum indignatione conquerimur, q ab ijs, à quibus minime conueniat, male tractemur, propinquis, amicis, quibus bene fecerimus, quos adiutores fore putauerimus, aut à quibus indignum est, vt seruis, libertis, clîetibus, supplicibus. Quartusdecimus, qui per obsecrationem sumitur: in quâ orantur modo illi, qui audiunt, humili & supplici oratione, vt misereantur. Quintusdecimus, per quem non nostras, sed eorum, qui cari nobis debent esse, fortunas, conqueri nos demonstramus. Sextusdecimus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus, & tamen amplum & excelsum, & patientem incommodorum esse, & futurum, si quid acciderit, demonstramus. nam sæpe virtus, & magnificentia, in qua grauitas & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quàm humilitas & obsecratio. Commotis autem animis, diutius in conquestione morari non oportebit. Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, Lacryma nihil citius arescit. Sed quoniã & satis, vt videmur, de omnibus partibus orationis diximus, & huius voluminis magnitudo longius processit; quæ sequuntur deinceps, in secundo libro dicemus.

VICTORINVS.

CONCLVSIO est exitus, & determinatio totius orationis) Conclusio est, inquit, finis ac terminus orationis, sed totius orationis. Nos epilogos accipiamus. huius conclusionis partes sunt tres, enumeratio, indignatio, conquestio. Verum hoc distat, q indignatio, & conquestio tantum animos mouent, diuerso tamen exitu, nunc vero iracundia contra aduersario commouentur, nunc misericordia circa nos. Enumeratio vero, & animos mouet, & fidem facit. nam cum repetit quæ dicta sunt, fidem cum vero omnia coaceruat, & colligit, animos mouet. hæc enumeratio non semper vniformiter ea quæ dicta sunt colligere debebit. ne cum odiosum, cum etiam quod maxime cõtrarium est fieri videatur ex arte. Itaque supra dictorum repetitio varianda est. Variatur autem modis quatuor, si aut eas res quas ante dixisti, breuiter pstringas & colligas, quod quidem factu facile est, aut si in memoriam audientium reuoces, quas partes in partitione proposueris, & quibus rationibus vnamquanque partem confirmaris, aut si interroges iudices, quid amplius velint cognoscere, cum hoc & hoc docuerimus an hoc & hoc planum fecerimus, atque hæc nunc per nostrarum argumentationum repetitionem, vel confirmationem, nunc etiam per aduersariorum argumentationum reprehensionem. Deinde hæc ipsa enumerationũ gña non semper à nostra psona facîêda sunt, sed nunc à nostra nunc à supposita, nũc à re. A nostra psona quemadmodũ accipiat orationem, in promptu est. Supposita aũt personæ accommodatur oratio, si dicas: nam si legis scriptor assistat & quærat à nobis quid dubitetis, quid possetis dicere, cum vobis hoc & hoc sit demonstratum. Rei etiam sic accomodatur oratio, si aut lex, aut locus, aut vrbs, aut monumentum aliquod accipiat orationem. Per enumerationem sic: Quod si leges loqui possent, non ne hæc ipsæ vobiscum quærerentur? Quidnam amplius desideratis, iudices, cũ vobis hoc & hoc planum factum sit? Verum etiã in his enumerationibus, quæ aut suppositæ personæ, aut rei dantur, vt vel nostra persona illa omnia enumerationum genera varianda sunt, nunc singula nam singula nostra argumenta percurramus, nunc partitionis promissio suis rõnibus exæquãda sit, nunc interrogatio ad iudices facienda, nunc & nostrarum, & aduersariorum argumentationum copulanda collatio. [Commune autẽ præceptum hoc datur ad enumerationem &c.) Commune autem hoc erit in enumeratione præceptum, vt ex vnaquaque argumentatione, quoniam non potest recenseri vnumquodque, quod validum est deligatur, vt memoria renouetur, nõ omnis repetatur oratio. [Indignatio est oratio, per quam conficitur vt in aliquem hominem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur) Indignatio, & conquestio tantummodo motus excitat, ad iracundiam, vel odium, indignatio ad iram, ad misericordiã, conquestio, quæ vtraque ijsdem locis sumi poterit, quibus argumentatio cuncta consistet, ex attributis personæ, & attributis negocio. Ex his enim, & fides comparatur, & commotio. Verum indignatio propria, veluti accusatoris est, vt iram in reum suscitet, conquestio autem velut propria defensoris est, vt in reum suscitet miserationem. Sed cum indignatio vel conquestio apud personas agentium pro proprietate præualeat, vtrumque tamen ab vtroque faciendum. nam & accusator iram in reum suscitans, ipse vero pro se suscitare debet, & ipsius defensor miserationem pro se, iram vero in accusatorem suscitare debebit. Hoc ita faciendum, quemadmodum etiam ab vtroque, & propriæ argumentationes confirmantur, & aduersariorum reprehenduntur. Verum cum indignationis & conquestionis iam dederit generale præceptum, vt ea plerumque, quod ex attributis personæ, et negocio sumuntur, dat tamen singulis proprios locos, indignationi quindecim, conquestioni sexdecim. Nec nos locorum ipsorum ordo moueat, q in quosdam numeros ordinantur. Nulla necessitate enim ipso ordine rerum auctus est, nullius grauior ad maius, aut ad minus. Sed ideo locis ipsis numerus datus est, quia melius, & tenentur, sæpe præcepta, nullamq; recipiunt confusionem, si ad memoriam numeris collocentur: quanquam indignationis primum locum recte sumpserit quod et rebus omnibus à summis orbus tradit exordium. Sed, vt diximus, in his locis in numero rerum ordinem nolo quæramus, sed ex more manifestioris præcepti factum esse meminerimus. Iam ipsi loci diligenter inspicientibus manifesti sunt. ipsi res quæ præcipiuntur, facile perspici possunt. Illud tamen præceptum tenere debemus, siue in indignatione, siue in conquestione, nos locis omnibus, vti nõ oportere, sed his quos causa suggerat. neq; his omnibus, sed quoad iudicantium animi moueantur. Quod si etiam vno aliquo loco factum viderimus, orationem continuo finire debemus. Ita enim vel lacrymæ dum incipiunt ac recentes sunt, plurimum valent. [Conquestio est oratio auditorum misericordiam captans) Diximus cõquestionis opus hoc esse, vt animos iudicantium ad misericordiam moueat. Huic autem dat proprios locos sedecim, in quibus, vt diximus, non erit nobis rei ordo quærendus, sed quicunq; locus ad misericordiam efficiendam pro negocii qualitate sumendus. Hoc autem scire debemus, multos esse communes locos, & indignationi, & conquestioni, & recte. neq; .n. iudex potest nobis præbere misericordiam, nisi iram aduersariorum consequatur, aut irasci poterit aduersario, nisi in hoc ipso nobis animum præbeat misericordem.

M. TVLLII CICERONIS DE INVENTIONE RHETORICA,

LIBER SECVNDVS.



Rotoniatae quondam cum florerent omnibus copijs, & in Italia cum in primis beati numerentur, tēplum Iunonis, quod religiosissime colebant, egregijs picturis locupletare voluerunt. Itaque Heracleoten Zeusim, qui tum longe ceteris excellere pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. is, & ceteras tabulas complures pinxit: (quarum nonnulla pars usque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit) &, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in sese imago contineret, Helenæ se pingere simulacrum velle dixit. quod Crotoniatæ, qui eum muliebri in corpore pingendo plurimum alijs præstare sæpe accepissent, libenter audierunt. putauerunt. n. eum, si, quo in genere plurimum posset, in eo magnopere elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. neque tamen eos illa opinio fefellit. nā Zeusis illico quæsiuit ab eis, quasnam virgines formosas haberent. illi autem statim hominem deduxerunt in palæstram, atque ei pueros ostenderunt multos magna præditos dignitate. etenim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus, & dignitatibus antefteterunt, atque honestissimas ex gymnico certamine victorias domum cū maxima laude retulerunt. Cum puerorum igitur formas, & corpora magno hic opere miraretur: Horum, inquiunt illi, sorores sunt apud nos virgines. quare, qua sint illæ dignitatæ, potes ex his suspicari. Præbete igitur mihi quæso, inquit, ex istis virginibus formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animali exemplo veritas transferatur. Tunc Crotoniatæ publico de consilio virgines unum in locum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. ille autem quinque delegit, quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderūt, quòd eius essent iudicio probatæ, qui verissimum pulchritudinis habere iudicium debuisset. neque enim putauit omnia, quæ quæreret ad venustatem, uno in corpore se reperire posse, ideo quòd nihil simplici in genere omnibus ex partibus perfectum natura expoliuit. itaque tanquam ceteris non sit habitura quod largiatur, si uni cuncta concesserit, aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. quod quoniam nobis quoque voluntatis accidit, ut artem dicēdi perscriberemus; non unum aliquod propofuimus exemplum, cuius omnes partes, quocunque essent in genere, exprimendæ nobis necessario viderētur; sed, omnibus unum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissime præcipere videbatur, excerpsimus, & ex varijs ingenijs excellentissima quæque libauimus. ex ijs enim, qui nomine, & memoria digni sunt, nec nihil optime, nec omnia præclarissime quisquam dicere nobis videbatur. quapropter stultitia nobis visa est, aut à bene inuentis alicuius recedere, si quo in vitio eius offenderemur; aut ad vitia quoque eius accedere, cuius aliquo bene præcepto ducēremur. Quòd si in ceteris quoq; studijs à multis eligere homines commodissimum quodque quā sese vni alicui certo vellent addicere: minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitijs perseuerarent, aliquanto ex inscitia leuius laborarent. Ac si par in nobis huius artis, atque in illo picturæ, scientia fuisset; fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quàm ille in sua pictura nobilis eniteret. ex maiore. enim copia nobis, quàm illi, fuit exemplorum eligendi potestas. ille una ex urbe, & ex eo numero virginum, quæ tum erāt, eligere potuit; nobis omnium, quicunque fuerunt ab ultimo principio huius præceptionis usque ad hoc tempus, expositis copijs, quodcunque placere, eligendi potestas fuit. Ac veteres quidem scriptores artis, usque ab principe illo atque inuentore Tisia repetitos, unum in locum conduxit Aristoteles, & nominatim cuiusque præcepta magna conquisita cura perspicue scripsit, atque enodata diligenter exposuit: ac tantum inuentoribus ipsis suauitate, & breuitate dicendi præstitit, ut nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes, qui, quod illi præcipiant, velint intelligere, ad hunc, quasi ad quendam multo commodiorem explicatorem reuertantur. Atque hic quidem ipse, & sese ipsum nobis & eos, qui ante se fuerant, in medio posuit, ut ceteros, & se ipsum per se cognosceremus. Ab hoc autem, qui profecti sunt, quamquam in maximis philosophiæ partibus operæ plurimum consumpserunt, sicut, & ipse, cuius instituta sequebantur, fecerat: tamen permulta nobis præcepta dicendi reliquerunt. Atq; alijs quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerunt, qui item permultum ad dicendum, si quid ars proficit, opitulati sunt. nam fuit tēpore eodē, quo Aristoteles, magnus, & nobilis rhetor Isocrates: cuius ipsius quam constet esse artem, non inuenimus. Discipulorum autē, atque eorum, qui protinus ab hac sunt disciplina profecti, multa de arte pcepta reperimus. Ex his duabus diuersis sicuti familijs, quarū altera cum versaretur in philoso

phia, nonnullam rhetoricæ quoq; artis sibi curā assumebat, altera vero omnis in dicēdi erat studio & pceptione occupata; vnum quoddā est conflatū genus à posterioribus, qui ab vtrisq; ea, quæ cōmode dici videbantur, id suas artes contulerunt: quos ipsos simul atq; illos superiores nos nobis oēs, quoad facultas, tulit, ppposuimus, & ex nostro quoq; nonnihil in cōe cōtulimus. Qđ si ea, q in his libris exponunt, tantopere eligenda fuerūt, quāto studio electa sunt: pfecto neq; nos, neq; alios industriæ nrę pœnitebit. si aūt temere aliqd alicuius pteriisse, aut nō satis eleganter secuti videbimur; docti ab aliquo, facile & libēter sniam cōmutabimus. nō. n. parū cognosse, sed in parū cognito stulte, & diu pseuerasse turpe est: ppea q alterum cōi hoīum infirmati, alterū singulari vnīuscuiusq; vitio est attributū. Quare nos qđē sine vlla affirmatione simul quærētes dubitāter vnumquodq; dicemus, ne, dū paruulū hoc cōsequimur, vt satis cōmode hæc pscripsisse videamur, illud amittamus, qđ maximū est, vt ne cui rei temere atq; arrogāter assenserimus. Verū hoc quidē nos & in hoc tpe, & in omni vita studiose, qnoad facultas feret, consequemur: nūc aūt, ne longius oro pgressa videaī, de reliqs, quæ pcipienda vñr esse, dicemus. Igitur primus liber, exposito gñe huius artis, & officio, & fine, & materia, & partibus, gña cōtrouersiarū, & inuentiones, & constitutiones cōtinebat; deinde partes orationis, & in eas oēs oīa pcepta. Quare cū in eo ceteris de rebus distinctius dictū sit, disperse aūt de confirmatione, & de reprehensione: nūc certos cōfirmandi & reprehēdēdi in singula cārū gña locos tradēdos arbitramur. Et qa, quo pacto tractari cōueniret argumētatione, in libro primo nō indiligenter expositū est, hic tm̄ ipsa inuenta vnamquanq; in rē exponentur simpliciter sine vlla exornatione, vt, ex hoc inuenta ipsa, ex superiore antem expolitio inuentorū petarur. Quare hæc, quæ nunc præcipientur, ad cōfirmationis, & reprehensionis partes referre oportebit.

Omnis & demonstratiua, & deliberatiua, & iudicialis causa necesse est in aliquo eorū, quæ ante exposita sunt, constitutionis gñe vno pluribus ue versetur. Hoc quanquā ita est, tñ, cū cōiter qdā de omnibus pcipi possint, separatim quoq; aliæ sunt cuiusq; gñis & diuersæ pceptiones. aliud. n. laus, aut vituperatio, aliud sniæ dictio, aliud accusatio, aut recusatio conficere dēt. In iudicijs, quid æqnū sit, qnærit. In demonstrationibus, quid honestum. In deliberationibus, vt nos arbitramur, quid honestū sit, & quid vtile. Nā ceteri vtilitatis modo finē in suadendo & in dissuadendo exponi oportere arbitrati sunt. Quorū igiī generū fines, & exitus diuersi sunt, eorū pcepta eadē esse nō possunt. Neq; nunc hoc dícimus, non easdē incidere constitutiones: veruntamen oro quædā ex ipso fine & gñe cāæ nascit, quæ ptineat ad vitæ alicuius demonstrationē, aut ad sniæ dictionē. Quare nūc in exponendis cōtrouersijs in iudiciali gñe cārū, & præceptorū versabimur. Ex quo pleraq; in cetera quoq; cārum gña simili implicita controuersia nulla cū difficultate transferentur: post aūt separatim de reliquis dicemus. Nunc à coniecturali con stitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositū. In itinere qnidā proficiscentē ad mercatum quedā, & secum aliquantū nummorū ferētē est comitatus: cū hoc, vt ferè fit, in via sermonē cōtulit: ex quo factū est, vt illud inter familiarius facere vellēt. Quare cū in quandā tarbernā diuertissēt, simul cœnare, & in eodē loco somnū capere voluerūt. Cœnati discubuerūt ibidē. Caupo aūt (nā ita dr post inuentū, cū in alio malesicio deprehēsus esset) cū illū alterum, videlicet qui nummos hrēt, animaduertisset, noctu, postq illos arctius, vt fit, iā ex lassitudine dormire sensit, accessit, & alterius eorū, qui sine nummis erat, gladium pp appositum è vagina eduxit, & illum alterū occidit nūmos abstulit, gladium cruentum in vaginā recōdidit, ipse sese in lectum suum recepit. Ille aūt, cuius gladio occisio erat facta, multo ante lucē surrexit, comitē illum suum inclamauit semel & sæpius, illum somno impeditum non rńdere æxistimauit, ipse gladium, & cetera q secum attulerat, sustulit, solos profectus est. Caupo nō multo post conclamauit hominē esse occisum, & cum quibusdā diuersoribus illum, qui ante exierat, consequitur: in itinere hominē cōprehendit, gladium eius è vagina educit, reperit cruentum: homo, in vrbē ab illis deducitur, ac reus fit. In hac intentio est criminis, Occidisti. Depulsio, Nō occidi. Ex quibus constitutio est. Quæstio eadē in cōiecturali, quæ iudicatio, Occiderit ne Nunc exponemus locos, quorum pars aliqua in oēm coniecturalē incidit conrrouersiā, Hoc aūt & in horum locorum expositione, & in ceterorum oportebit attendere, non omnes in omnem causam conuenire. vt. n. omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus literis scribitur: sic oēm in causam non omnis argumentorum copia, sed eorum necessaria pars aliqua conueniet. Omnis igitur ex causa, ex psona, ex facto ipso coniectura capienda est. Causa distribuitur in impulsionem & in ratiocinationē. Impulsio est quæ sine cogitatione p quandam affectionē animi facere aliqd hortaī, vt amor iracundia ægritudo, vinolentia, & oīno omnia; in quibus animus ita vr affectus fuisse, vt rē perspicere cum consilio & cura nō potuerit, & id, qđ fecit, impetu quodā animi potius, q cogitatione fecerit. Ratiocinatio aūt est diligens & cōsiderata faciendi aliqd, aut nō faciendi excogitatio, Ea dr rum interfuisse, cum aliquid faciendum, aut nō faciendum certa de cā vitasse, aut secutus esse aīus vr, vt si amicitiæ qd cā factum dicet, si inimici vlciscendi, si metus, si gloriæ, si pecuniæ, si deniq;, vt omnia generatim amplectamur, alicuius retinendi, augendi, adipiscendi uc commodi aut contra reiiciendi; diminuendi, deuitandi ue incommodi causa. Nam horum in genus alterutrum illa qnoq; incidēt, in quibus aut incommodum aliqđ, maioris vitandi incommodi cā, aut maioris adipiscendi commodi, susci pitur: aut commodum aliqđ, maioris adipiscendi cōmodi, aut maioris vitandi incōmodi, pterit. Hic locus sicut aliqđ fundamentum est huius constitutionis: nam nihil factum esse cuiquam probatur, nisi aliquid, quare factum sit, ostendit. Ergo accusator, cum aliqd impulsione factum esse dicet, illum

lum impetũ,& quandã cõmotionẽ animi, affectio nem q. verbis, & sententijs amplicare debebit,& ostẽdere quãta vis amoris sit,quãta animi pturbatio ex iracundia fiat,aut ex aliqua causa eorũ, qua impulsum aliquẽ id fecisse dicet. Hic,& exẽplorũ cõmemoratione, qui simili impulsu aliqd cõmiserint,& similitudinũ collatione, & ipsius animi affectionis explicatio ne curandũ est,vt nõ mirũ videatur,si qd ad facinus tali pturbatione cõmotus animus accesserit. Cũ aũt nõ impulsione,verũ rõcinatione aliquẽ cõmisisse qd dicet,qd cõmodi sit secutus,aut qd incõmodi fugerit,demõstrabit, & id augebit quãmaxime poterit,vt,quoad eius fieri possit,idonea quãmaxime cã ad peccãdum hortta videat. Si gloriæ cã,quantã gloriã cõsecuturam existimabit. Itẽ si dominationis,si pecuniæ,si amícitiæ,& inimicitiarũ,& oĩno quidqd erit,qđ causæ fuisse dicet, id summe augere debebit. Et hoc cũ magnopere cõsiderare oportebit,nõ quid in veritate modo,verũ ẽt vehementius,qd in opinione eius,quẽ arguet,fuerit.nihil.n.refert nõ fuisse,aut non esse aliquid cõmodi aut in cõmodi,si ostendi põt ei visum esse,qui arguat.nã opinio dupliciter fallit hoĩes;cũ aut res aliusmodi est,ac putat; aut nõ is euentus est,quẽ arbitrati sunt. Res aliusmodi est tum,cũ aut id,qđ bonũ est,malũ putant:aut cõtra,qđ malum est, bonũ:aut qđ nec malum est, nec bonũ,malũ,aut bonũ:aut qđ malum,aut bonũ est,nec malũ,nec bonũ. Hoc intellecto, si quis negabit vllã esse pecuniã fratris,aut amici vita,aut denique officio suo antiquiorẽ,aut suauiorẽ,non erit hoc accusatori negãdũ. nã in eũ culpa,& summum odium transfert,qui id,qđ tã vere, & pie dicetur,negabit. Verum illud dicẽdum erit, illi non esse ita visum:qđ sumi oportet ex ijs,q̃ ad personã ptinent:de quo post dicẽdũ est. Euentus aũt tum fallit,cum aliter accidit,atq; ij,q̃ arguuntur,arbitrati esse dĩxrvt si quis dicatur aliũ occidisse,ac voluerit:qđ aut similitudine,aut suspicione,aut demonstratione falsa deceptus sit:aut eũ necasse,cuius testamẽto nõ sit heres;ꝙ eius testamẽto se heredẽ arbitratus sit.nõ.n.ex euẽtu cogitatione spectari oportere,sed,qua cogitatione,& spe ad maleficiũ ꝓfectus sit. cõsiderare:&,quo animo quid quisq; faciat,nõ quo casu vtat,ad rem ptinere. In hoc aũt loco,caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, alij nemini causam fuisse faciendi. Secundarium,si tantam,aut tam idoneam nemini. Sin fuisse alijs quoq; causa faciẽdi videbit:aut potestas alijs defuisse demonstrãda est, aut facultas, aut voluntas. Potestas,si aut nescisse,aut nõ affuisse,aut cõficere aliqd nõ potuisse dicet. Facultas,si rõ,adiutores,adiumẽta,& cetera,q̃ ad rẽ ptinebũt defuisse,alicuĩ demõstrabũtur. Volũtas,si animus à talibus factis vacuus, & integer esse dicetur. Postremo,quas ad defensionẽ rões reo dabimus,ijs accusator ad alios ex culpa eximẽdos abutet. Verũ id breui faciendũ est, & in vnũ multa sunt cõducẽda,vt ne alterius defendendi cã hũc accusare, sed huius accusandi cã defendere alterũ videat. Atq; accusatori quidẽ hæc fere sunt ex cã faciẽda,& cõsiderãda. Defensor aũt ex contrario primũ impulsionem aut nullã fuisse,dicet, aut si fuisse cõcedet, extenuabit, & paruulã quãdã fuisse demõstrabit, aut nõ ex ea solere hmõi facta nasci docebit. Quo erit in loco demonstrandum,q̃ vis, & natura eius sit affectionis, qua impulsu aliquid reus cõmisisse dicet;in quo,& exẽpla,& similitudines erunt proferẽdæ; & ipsa diligẽter natura eius affectionis q̃ leuissime quietissimum ad patrẽ explicãda,vt, & res ipsa à facto crudeli, & turbulẽto ad quoddam mitius,& tranquillius traducatur, & oratio tñ ad animũ eius,qui audiet, & ad animi quẽdã intimũ sensum accõmodetur. Ratiocinationis aũt suspiciones infirmabit,si aut cõmodum nullum fuisse, aut paruum, aut aliis magis fuisse, aut nihilo sibi magis q̃ aliis, aut incõmodũ sibi maius q̃ cõmodum dicet,vt nequaquã fuerit illius cõmodi,quod expetitum dicatur, magnitudo aut cũ eo incõmodo,quod acciderit,aut cũ illo periculo,qđ subeatur, cõparanda:qui oẽs loci similiter incommodi quoq; vitatione tractabuntur. Sin accusator dixerit,eum id esse secutũ,qđ ei visum sit cõmodũ,aut id fugisse,qđ putarit esse incõmodum, quãquã in falsa fuerit opinione: demonstrandũ erit defensori,neminẽ tantæ esse stultitiæ,qui tali in re possit veritatẽ ignorare. Quòd si id cõcedatur, ilud non concessum iri,nec dubitasse quidẽ hunc quid eius iuris esset,sed id qđ falsum fuerit, sine vlla dubitatione pro falso,qđ verũ pro vero ꝓbasse. Quod si dubitauerit,summæ fuisse amentiæ, dubia spe impulsum certũ in periculũ se cõmittere. Quẽadmodum aũt accusator,cum ab alijs culpã dimouebit defensoris locis vtet:sic ijs locis,q̃ accusatori dati sunt,vtet reus, cũ in alios ab se crimẽ volet transferre. Ex persona aũt cõiectura capietur,si ea res, quæ personis attributæ sunt,diligẽter considerabuntur, quas oĩs in primo libro exposuimus. nã, & de nomine nonnunquã aliquid suspicionis nascitur. nomẽ aũt cũ dicimus,cognomẽ quoq; intelligat oportet. de hominis.n.certo, & proprio vocabulo agitur:vt si dicamus idcirco aliquẽ Caldum vocari,ꝙ temerario, & repentino cõsilio sit: aut si ea de re hominibus Græcos imperitis verba dedisse,& Clodius,aut Cæcilius,aut Mutius vocarentur. Et de natura licet aliquantulũ ducere suspicionis.omnia.n.hæc,vir an mulier, huius an illius ciuitatis sit,quibus sit maioribus, quibus consanguineis,qua ætate,quo animo,quo corpore, quæ naturæ sunt attributa,ad aliquã coniecturã faciẽdam ptinebũt. Et ex victu multæ trahunt suspiciones,cum,quemadmodũ,& apud quos,& à quibus educatus,& eruditus sit,q̃ritur,& quibuscũ viuat, qua rõne vitæ, quo more domestico viuat. Aut ex fortuna sæpe argumentatio nascitur,cum, seruus an liber,pecuniosus an pauper,nobilis an ignobilis,felix an infelix,priuatus an cũ potestate sit,aut fuerit,aut futurus sit,cõsideratus:aut deniq; aliqd eorũ q̃ritur,quæ fortunæ esse attributa intelligun tur. Habitus aũt qm in aliqua pfecta, & constanti animi,aut corporis absolutione cõsistit,quo i genere est virtus,sciẽtia,quæ contraria sunt,res ipsa causa posita docebit ecquid hic quoq; locus suspicionis ostẽdat. Nã affectionis quidẽ rõ perspicuã solet præ se gerere cõiuncturã. vt amor,iracũdia, molestia:propterea ꝙ, & ipsorũ vis intelligit, &

quæ res harũ aliquã rem cõsequantᷓ, faciles cogni tu sunt. Studiũ aũt qm̃ est assidua, & vehemẽs ad aliquã rem applicata magna cũ voluntate occupatio, facile ex eo ducetᷓ argumentatio, quã res ipsa desiderabit in cã. Itẽ ex cõsilio sumetᷓ aliqd suspicionis. nã consiliũ est aliqd faciẽdi, nõ faciendi ne excogitata rõ. Item facta, & casus, orationes, quæ sunt oĩa, vt in cõfirmationis præceptis dictũ est, in tria tpa distributa, facile erit videre, ecquid afferãt ad coniecturã cõfirmandã suspicionis. Ac personis quidem res eæ sunt attributæ, ex quibus oĩbus vnum ĩ locũ coactis, accusatoris erit improbatione hominis vti. Nam causa facti parũ similitudinis habet nisi animus eius, qui insimulatur, in eã suspicionẽ adducetᷓ, vt à tali culpa nõ videatur abhorruisse. Vt.n. animũ alicuius im̃pbare nihil attinet, cum causa, quare peccauerit, nõ intercesserit: sic causam peccati intercedere leue est, si animus nulli minus honestæ rõni affinis ostenditur. Quare vitã eius, quẽ arguit, ex ante factis accusator improbare debebit, & ostẽdere, si quo in pari an peccato cõuictus sit. Si id nõ poterit, si quã in similẽ ante suspicionẽ venerit, ac maxime si fieri poterit, simili aliquo in gñe eiusmodi cã aliqua cõmotum peccasse, aut in æque magnare, aut in maiore, aut in minore: vt si quis pecunia dicat inductũ fecisse. possit demõstrare, aliqua in re eius aliquod factũ auarũ: Itẽ in oĩ cã naturã, aut victum, aut studium, aut fortunã, aut aliqd eorũ, q̃ psonis attributa sunt, ad eam cãm, qua cõmotũ peccasse dicet, adiungere, atq; ex dispari quoq; gñe culparũ, si ex pari sumẽdi facultas nõ erit, im̃pbare animũ aduersarij oportebit: si auaritia inductum arguas fecisse, & auarũ eũ, quẽ accuses, demonstrare non possit, alii affinẽ esse vitijs doceas, & ex ea re nõ esse mirandũ, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoq; in re eũ deliquisse. Quantũ.n. de honestate, & auctoritate eius, qui arguitnr, detractatũ est, tm̃ de facultate totius est defensionis diminutũ. Si nulli affinis poterit vitio reus ante admisso demonstrari, locus inducetᷓ ille, per quẽ hortãdi iudices erũt, vt veterẽ famẽ hominis nihil ad rẽ putẽt ptinere: nã eum ante celasse, nũc manifesto teneri: quare nõ oportere hãc rem ex superiori vita spectari, sed supiorẽ vitã ex hac re improbari, & aut potestatẽ ante peccãdi nõ fuisse, aut cãm. Aut, si hæc dici nõ poterunt, dicendũ erit illud extremũ, nõ esse mirum, si nunc primum deliquerit. nã necesse est eũ, qui velit peccare, aliqñ primũ delinquere. Sin vita ante acta ig norabitᷓ hoc loco pterito, & cũ præterea tᷓ demonstrato, argumẽtis accusationẽ statim cõfirmare oportebit. Defensor aut primũ, si poterit, debebit vitã eius, qui insimulabitur, quã honestissima demõstrare. Id faciet, si ostẽdet aliqua eius nota & cõia officia qđ genus in parẽtes, cognatos, amicos, affines, necessarios: & q̃ magis rara & eximia sunt, si ab eo cũ magno aliquo labore, aut periculo, aut vtraq; re, cũ necesse nõ esset, officij cã, aut in rẽp. aut in parẽtes, aut in aliquos eorum, qui mõ expositi sunt, facta esse dicet. Deinde si nihil deliquisse, nulla cupiditate impeditũ ab officio recessisse. Qđ eo cõfirmatius erit, si, cũ potestas impune aliqđ faciẽdi minus honeste fuisse dicetᷓ, voluntas ei faciẽdi demonstrabit abfuisse. Hoc aũt ipsum genus erit eo firmius, si eo ipso ĩ gñe, quo arguetᷓ, integer antea fuisse demõstrabit: vt si, cum auaritiæ cã fecisse arguat, minime oĩ in vita pecuniæ cupidus fuisse doceat. Hic illa magna cũ grauitate inducetᷓ indignatio, iuncta cõquestioni, p quã miserum facinus esse, & indignũ demõstrabit, cum animus oĩ in vita fuerit à vitijs remotissimus, eã cãm putare, q̃ homines audaces in fraudẽ rapere soleat, castissimũ quoq; hominẽ ad peccãdum potuisse impellere: aut iniquũ esse, & optimo cuiq; pniciosissimum, nõ vitã honeste actã tali in tpe quãplurimũ pdesse, sed subita ex criminatione, q̃ cõfingi facile possit, nõ ex ante acta vita, q̃ neq; ad tẽpus fingi, neq; vllo mõ immutari possint, facere iudiciũ. Sin aũt in ante acta vita aliquæ turpitudines erũt, aut falso venisse in eã existimationẽ dicetᷓ, aut ex aliquorum inuidia, aut obtrectatione, aut falsa opinione, aut imprudẽtiæ, necessitudini, aut persuasioni adolescentiæ, aut alicui non maliciosæ animi affectioni attribuentur, aut dissimili in gñe vitiorum vt animus nõ oĩno integer, sed à tali culpa remotus esse videatᷓ. Ac si nullo mõ vitæ turpitudo, aut infamia leniri poterit oratione, negare oportebit de vita eius, & moribus q̃ri, sed de eo crimine, quo de arguatᷓ: quare, ante factis omissis, illud, qđ instet, agi oportere. Ex facto autẽ ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negocii ex oĩbus partibus ptentabitᷓ: atq; hæ suspiciones partim ex negocio separatim, partim cõiter ex psonis, atq; ex negocio pficiscent. Ex negocio duci poterũt, si eas res, q̃ negocij attributæ sunt, diligẽter considerabimus. Ex ijs igit in hãc constitutionẽ conuenire vñ gñã eorum oĩa, partes generum pleræq;. Videre igit primum oportebit, quæ sint cõtinentia cum ipso negocio, hoc est, q̃ ab re separari non possunt. Quo in loco satis erit diligẽter cõsiderare, quid sit ante rem factũ, ex quo spes perficiendi nata, & faciendi facultas q̃lita videatᷓ: qđ in ipsa re gerẽda, quid postea cõsecutum sit. Deinde ipsius est negocii gestio pertractãda. nam hoc genus earum rerum, quæ negocio attributæ sunt, secundo in loco nobis est expositum. Hoc ergo in gñe spectabitᷓ locus, tẽpus, occasio, facultas: quorũ vniuscuiusq; vis diligẽter in confirmationis pceptis explicata est. Quare, ne aut hic non admonuisse, aut ne eadẽ iterum dixisse videamus, brͤ demonstrabimus, quid quaq; in parte considerari oporteat. In loco igitur opportunitas, iu tpe longinquitas, in occasione cõmoditas ad faciendũ idonea, in facultate copia, & potestas earum rerum, pp quas aliquid facilius fit, aut sine quibus omnino cõfici nõ põt, considerãda est. Deinde videndũ est, quid adiunctum sit negocio, hoc est, quid maius qđ minus, quid æque magnum sit, quid simile: ex quibus cõiectura quædam ducitur, si, quẽadmodum res maiores, minores, atq; magnæ similesq; agi soleant, diligenter cõsiderabitᷓ. Quo in genere euentus quoq; vidẽdus erit: hoc est, quid ex vnaquaq; re soleat euenire, magnopere considerãdum est, vt metus, lætitia, titubatio. Quarta autem pars erat ex ijs, quas negocijs dicebamus esse attributas.

tas cōſecutio. in ea quæruntur ea, quæ geſtū negociū cōſeſtim, aut ex interuallo cōſequunt. in qua uidebimus ecquæ cōſuetudo ſit, ecquæ lex, ecquæ actio, ecquod eius rei artificium ſit, aut vſus, aut exercitatio hominū, aut approbatio, aut offenſio: ex qbus nonnunquā elicitur aliquid ſuſpicionis.

Sunt aūt aliquæ ſuſpiciones, quæ cōiter, & ex negociorū, & ex perſonarum attributionibus ſumunt. Nā ex fortuna, & ex natura, & ex victu, ſtudio, factis, caſu, orationibus, cōſilio, & ex habitu animi, aut corporis pleraq; pertinent ad eaſdem res, quæ rem credibilē, aut incredibilē facere poſſunt, & cū facti ſuſpicione iunguntur. Maxime. n. quæri oportet in hac cōſtitutione, Primū potuerit ne aliqd fieri. Deinde ecquo ab alio potuerit. Deinde facultas, de qua ante diximus. Deinde verū id facinus ſit, quod pœnitere fuerit neceſſe. Itē quod ſpē celādi haberet. Deinde neceſsitudo in qua, num neceſſe fuerit id aut fieri aut ita fieri. quærit. Quorū pars ad conſiliū pertinet, qđ perſonis attributū eſt, vt in ea cauſa quā expoſuimus. Ante rē erit, ꝙ in itinere ſe tam familiariter applicuerit, ꝙ ſermonis cauſam quæſiuerit, ꝙ ſimul diuerterit; dehinc cœnarit. In re, nox, ſomnus. Poſt rem, ꝙ ſolus exierit, ꝙ illū tam familiarē comitatū tam æquo animo reliquerit, ꝙ cruentū gladiū habuerit. Horum pars ad cōſiliū pertinet. quærit enim, vtrum videatur diligēter ratio faciendi eſſe habita, & excogitata, an ita temere, vt nō veriſimile ſit quenquā tam temere ad maleficiū acceſsiſſe. In quo quæritur, num quo alio modo cōmodius potuerit fieri, vel à fortuna adminiſtrari. Nā ſæpe ſi pecuniæ adiumēta, ſi adiutores deſint, facultas fuiſſe faciendi nō videt. Hoc modo ſi diligēter attendamus, apta inter ſe eſſe intelligimus hæc, quæ negociis, & illa, quæ perſonis ſunt attributa. Hic neq; facile eſt, neq; neceſſariū diſtinguere, vt in ſuperioribus partibus, quo pacto quidq; accuſatorē, & quo modo defenſorē tractare oporteat. Non neceſſariū, propterea ꝙ cauſa poſita, qd in quanq; cōueniat, res ipſa docebit eos, qui nō oīa hic ſe inuenturos putabunt, ſed ad ea, q̄ præcepta ſunt, comparationis modo quandā in cōe medio crem intelligentiā conferent. Non facile aūt, ꝙ, & infinitū eſt tot de rebus vtranq; in partē ſingillatim de vnaquaque explicare, & alias aliter hæc in vtranq; partē cauſæ ſolēt cōuenire. Quare cōſiderare hæc, q̄ expoſuimus, oportebit. Facilius autē ad inuentionē animus incedet, ſi geſti negocij, & ſuam, & aduerſarij narrationē ſæpe, & diligenter pertractabit, &, quid quæque pars ſuſpicionis habebit, eliciēs cōſiderabit. Quare, quo cōſilio, qua ſpe perficiendi quidq; factū ſit: cur hoc modo potius, q̄ illo: cur ab hoc potius, q̄ ab illo: cur nullo adiutore, aut cur hoc: cur nemo ſit conſcius, aut cur ſit, aut cur hic ſit: cur hoc ante factum ſit, cur hoc ante factū nō ſit: cur hoc in ipſo negocio, cur hoc poſt negociū: aut quid factū de induſtria, aut quid rem ipſam cōſecutū ſit: cōſtet ne oratio aut cum re, aut ipſa ſecum: hoc huius ne rei ſit ſignū, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius: qd factum ſit quod nō oportuerit, aut non factū quod oportuerit. Cum animus hac intētione oēs totius negocij partes cōſiderabit, tum illi ipſi in mediū cōſeruati loci procedēt, de quibus ante dictū eſt: & cum ex ſingulis, tum ex coniunctis argumenta certa naſcentur. Quorū argumentorū pars probabili, pars neceſſario in genere verſabit. Accedunt aūt ad cōiecturā ſæpe q̄ſtiones, teſtimonia, rumores, quæ cōtra omnia vterq; ſimili via præceptorū torquere ad ſuæ cauſæ cōmodū debebit. Nam, & ex q̄ſtione ſuſpicionē, & ex teſtimonio, & ex rumore aliquo pari rōne, vt ex cauſa, & ex pſona, & ex facto duci oportebit. Quare nobis, & ij vident errare, q hoc genus ſuſpicionū artificij nō putant indigere, & ij, qui aliter hoc de genere, ac de omni coniectura pcipiendū putant. Omnis. n. iiſdem ex locis cōiectura ſumenda eſt. Nam, & eius, qui in q̄ſtione aliquid dixerit, & eius, qui in teſtimonio, & ipſius rumoris cauſa, & veritas ex iiſdē attributionibus reperiet. Omni aūt in cauſa pars argumētorū eſt adiuncta ei cauſæ ſolū, quæ dicit, & ab ipſa ita ducta, vt ab ea ſeparatim in oēs eiuſdē generis cauſas transferri nō ſatis cōmode poſsit. Pars aūt eſt peruagatior, & aut in oēs eiuſdē generis, aut in pleraſq; cauſas accōmodata. Hæc ergo argumenta, q̄ transferri in multas cauſas poſſunt, locos cōes nominamus. Nā locus cōis aut certæ rei quandā cōtinet amplificationē; vt ſi quis hoc velit oſtēdere, eum, qui parentē necarit, maximo ſupplicio eſſe dignum; quo loco, niſi perorata, & probata cauſa, non eſt vtendū: aut dubiæ, quæ ex cōtrario quoq; habeat probabiles rationes argumentandi: vt ſuſpicionibus credi oportere, & contra, ſuſpicionibus credi non oportere. Ac pars locorū cōmuniū aut per indignationē, aut per conqueſtionē inducitur, de qbus ante dictū eſt: pars per aliquā probabilē vtraque ex parte rationem. Diſtinguit aūt oratio atque illuſtrat maxime raro inducendis locis cōmunibus, & aliquo loco, iam certioribus illis argumentis cōfirmatis. Nam, & tum cōceditur cōe quiddā dicere, cum diligenter aliquid pprius cauſæ locus tractatus eſt, & auditoris animus aut renouatur ad ea, quæ reſtāt, aut, oībus iam dictis exuſcitatur. Omnia. n. ornamēta elocutionis, in quibus, & ſuauitatis, & grauitatis plurimū conſiſtit, & omnia, q̄ in inuētione verborum, & ſententiarū aliqd habēt dignitatis, in cōes locos cōferuntur. Quare nō, vt cauſarū, ſic oratorum quoq; multorū cōes loci ſunt. Nā niſi ab iis, qui multa exercitatione magnā ſibi, & verborū, & ſentētiarū copiam cōparauerint, tractari nō poterunt ornate, & grauiter, quemadmodū natura ipſorum deſiderat. Atq; hoc ſit nobis dictum cōiter de omni genere locorū cōmuniū. Nunc exponemus, in coniecturalē conſtitutionē qui loci cōes incidere ſoleāt. Suſpicionibus credi oportere, & non oportere. Rumoribus credi oportere, & non oportere. Teſtibus credi oportere, & nō oportere. Quæſtionibus credi oportere, & nō oportere. Vitā ante dictā ſpectari oportere, & non oportere. Eiuſdē eſſe, qui in illa re peccarit, & hoc quoq; admiſiſſe, & nō eſſe eiuſdē. Maxime ſpectari cauſam oportere, & nō oportere. Atq; hi quidē, & ſi qui eiuſmodi ex ppoſitio argumēto cōes loci naſcentur, in cōtrarias partes deducētur. Certus aūt

locus est accusatoris, per quem auget facti atrocitatem; & alter, per quem negat malorũ misereri oportere. Defensoris, per quem calumnia accusatorum cum indignatione ostenditur, & per quem cum conquestione misericordia captatur. Hi & ceteri omnes loci cõmunes ex ijsdem præceptis sumuntur, quibus ceteræ argumentationes, sed illæ tenuius, & acutius, & subtilius tractãtur, hi autem grauius, & ornatius, & cum verbis, tum etiam sententiis excellentibus. in illis.n. finis est, vt id, quod dicitur, verũ esse videaẽ, in his tametsi hoc quoq; videri oportet, tamen finis est amplitudo. Nunc ad aliam constitutionem transeamus.

M. FABII VICTORINI IN LIBRVM Ciceronis de Inuentione secundum Commentarius.



ROTONIATAE quondam, cum florerent, omnibus copiis, & in Italia cum in primis beati numerarentur, templum Iunonis, quod religiosissime colebant, egregijs picturis locupletare voluerunt) Omnis præfatio quasi similitudo est ante id, quod dicturi sumus, ita in ea semper similitudo captanda est, quãquã sepe ad hoc deducitur, vt similitudo tollatur. Vnde siue futura similitudo est, siue non, in eo qđ prefatio præparatur, animaduertendũ semper est, vtrũ ẽx toto similitudo præfationis paretur, an partibus, an in parte, frequenter.n. cuncta cõueniũt, frequẽter diuersis in prefatione positis, cũ ea re ad quã præfatio ducitur quædam in præfatione similitudo confertur. Hic ad quod ducitur prefatio, illud est: Ex multis artiũ scriptoribus electa molta, & ad vnam quã scripsit artẽ, quo pulchrior redderetur, precepta ex multis multa collecta. Hic igitur rei præfatio illa est, Zeusim pictorem nobilem Helenæ simulacrũ pinxisse, sed eum conductis, & in vnũ vocatis quinque virginibus, quidquid esset pulcherrimũ delegisse. hoc vt perspici licet, in summa conuenit: quia hic & ille multa de multis. Verum præfert Tullius opus suum, quod magis multa ipse. si quidem præteriti temporis scriptores, & præsentis in iudicio habuit. & non vnius ciuitatis, nec vnius linguæ, quippe cum & græcos, & latinos, at vero Zeusis ex vna ciuitate, & ipsius temporis eligendi habuit facultatem. [Crotoniatæ quondam, cum florerent) Si partibus conductis tota conueniunt pulchra semper, & præcipua præfacio esse dicetur. Crotoniatæ Romani sunt cum florerent omnibus copiis. Romanis conuenit. Item conuenit, & in Italia, cum in primis beati numerarentur. Iunonis vero templum quòd locupletare egregiis picturis voluerunt, sic & eloquentiæ vel facundię templum, Zeusis & Tullius. cum multa dicendi genera sint, vt inter picturas multas Helena, ita inter ceteras dictiones eminet semper oratoria. & vt Zeusis in pingendis fœmineis vultibus summus, ita in orationibus Tullius. Pinxit Zeusis multa, quæ vsque ad nostram memoriam manẽt sęcula posteriora tenent, quidqoid pinxit oratio Tulliana Zeusis Helenæ se simulacrum pingere velle dixit: non enim Helenam, sed simulacrum fuerat traditurus. ita Tullius scribendo artes, non orationes, non ipsam eloquentiam, sed simulacrum eloquentiæ fuerat traditurus. Hoc conuenit & illa sententia, ꝙ ex animali exemplo mutum in simulacrũ veritas transferebatur. Mutum enim simulacrum eloquentię ars eius, ipsa autem eloquentia quasi animal. Ita per partes poterit ei rei ad quam confertur præfatio, conuenire, relicto eo quod postea præponitur. quod cum Tullius ex omnibus multa quæsierit, & omni tempore Zeusis ex vna ciuitate, & vno tempore comparauit. [Ac si par in nobis) Finito prefationis vno genere, similitudinis. s. nunc prælationem, quæ etiam ipsa in præfatione facienda est, incipit dicere. [Exemplorum eligẽdi potestas) Ideo hoc opus esse posse melius, principe illo, atq; inuentore Tisia. Corax & Tisia artes primi oratorias apud græcos scripsisse dicuntur: sicut & ipse, cuius instituta sequebatur, fecerat. Gloria Xenocratis philosophi motus Arist. philosophiam exercuit, gloria Isocratis motus, rhetoricæ pręcepta conscripsit. [Artis sibi curam assumebat) Voluit enim Aristoteles propter Isocratem, cum philosophus esset, etiam, pręcepta dicendi tradere. [Alterum cõmuni hominum infirmitati, alterum singulari) Non intelligere, omnium potest esse, & est vitium commune singulare vitium est, vt cum non intelligat, in eo quasi intelligat perseueraret. [Cõmode hęc perscripsisse videamur) id est, vt præcepta commode tradidisse videamur. [Arroganter, assensenimus) Hunc enim magnum vitium, temere assensisse. [Igitur primus liber, exposito genere huius artis, & officio, & fine, & materia, & partibus, genera controuersiarum, & inuentiones, & constitutiones cõtinebat;) Propositurus quid dicendum sit in secundo libro, prius enumerat quid in primo dixerit, de genere, de officio, de fine, de materia, de partibus, de inuentione. & eius constitutionibus, ceterisq. rebus, item de partibus orationis: quas cum pleno pręceptorum genere compleuerit, confirmationem, & reprehensionem non ad causarum species sicut oportuerat applicauit. Dedit enim pręceptũ, quomodo in omni causarum genere argumentandum sit. Ergo nunc ad species applicata argumentatione dicturum se pollicetur, ita tamen vt non de expositionę argumentationis, quę in primo plenissime tractata est. sed de argumentis loquaẽ in vnoquoq; genera causarum, id est. in coniectura sine qualitate, translatione. & ceteris his incidentius, & potuit quide hoc esse cõtentus, vt specialiter de constitutionibus diceret in quocunq; genere causarũ, quæ essent cõfirmandi præcepta qoæ reprehendendi. Verum quoniam ipsa quoq; genera causarum propter suos fines diuersos diuersa præcepta desiderant, cum iudicialis habeat æquitatem, demonstratio honestatem, deliberatio honestatem, & vtilitatem confirmandi, & reprehendendi præcepta, quę sunt in constitutiones singulas diuisit, in iudiciali genere causarum, in postrema libri parte de deliberatione, & demonstratione propter fines proprios aliquant tractaturus. [Exposito genere) Quod eloquentia magna, & ampla pars est ciuilis cuiusdam quæstionis. [Et officio) Officium eius artis est, dicere, apposite ad persuadendum. Finis persuadere dictione. Materia quodcunque in ciuilbus nogociis reperitur. Non autem omnia, vt voluit Gorgias Leontinus, nec etiam causas, & quæstiones omnes, vt voluit Hermagoras. Partes autẽ eius sunt, inuentio, dispositio, locutio, memoria, pronunciatio. [Genera controuersiarum.) Id est genera causarum, iudiciale, deliberatiuum, demonstratiuum. [Inuentiones) Nam de quinque partibus orationis solam intentionem tractat, deinde partes orationis. exordium, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehensionem, conclusionem, quo pacto tractari conueniret argumentationes, syllogismũ, & inductionem. [Hic tantum ipsa inuenta) Ipsa, argumenta ipsa, non expolitionem, aut sentẽtiæ dictionem. Constitutiones omnes iudiciali in genera causarum tractabuntur. [Nunc à coniecturali constitutione proficiscemur, cuius exemplum sit hoc expositum) Secundus liber confirmationem, & reprehensionem ipsis constitutionibus applicauit, cum primus liber generaliter omnem materiam omnibus dederit. Ac primo de coniectura proponit exemplum non ipsum exemplum tractaturus, quoniam in exemplo non omnia inesse possunt, quæ cadunt in coniectram. Omnia enim exempla, quæ in coniectura veniunt, vel venire possunt, præcipienda fuerant in argumentis. ergo de coniectura erit præceptio, quæ exinde in thema quodlibet coniecturale. quod necessarium fuerit, facile poterit deuocari. Hoc autem fieri à Tullio intelligamus, etiam in omnibus constitutionibus, vt exemplum cuiuslibet constitutionis det. non tamen ipsum tractet exemplum.

Propositio itaque exemplo coniecturali secundum præcepta primi libri, docet quæ sit intentio, quæ depulsio, ex quibus duobus patefit quæ sit constitutio: deinde admonet, quòd in coniectura factum non conceditur, eademq. quæ quæstio est, ipsa est iudicatio. [Occideritne) In coniectura enim factum non conceditur. vnde non potest ex deductione rationis, & refutatione nasci post quæstionem primam alia quæstio, quæ dicitur iudicatio. subiungit post admonitionem, dare se præcepta huic constitutioni, & argumentorũ locos omnes coniecturæ cõuenientes, ex quibus in quamlibet coniecturam, qui necessarii fuerint, deuocabuntur. Sunt igitur coniecturæ loci hi principales, à causa, a ꝑsona, à facto. A causa est quamobrẽ fiat aliquid, & quæ parit voluntatem. de causa enim loquitur hominis, non rei: qua causa volumus probare, quod voluit facere is cui intenditur factum. Persona autẽ omnis ille est, qui fecisse dicitur: hoc est, illa ex omni vita per attributa personis sumpta approbatio, ad id, quod intenditur factum. At vero à facto probationes habebunt facta illa omnia, quæ probant factum illud vnde iudicium est. Nam factum tria significat, est factũ, & illud quod intenditur, ipsum illud quod dicitur occidisti. Est factum tertium hoc quod tribuit argumentum ad factum illud vnde iudiciũ est, vt transisti, clamasti, quibus probatur Occidisti, hoc ergo vltimum est, quod dixit. A facto. Quod

ipsum

ipsum perspicietor in tribus illis: ante negociū in negocio post negocium simul cū summis, per quæ se explicant facta, loco, tempore, modo, occasione, facultate. Ergo hæc tria sunt, quæ coniecturæ suggerunt argumenta: causa persona, factum. Causa ipsa diuiditur in duo, in impulsionem, & ratiocinationem. Impulsio motum habet repentinum, nō voluntariū, vt amor, violentia, & omnino omnia huiusmodi quæ veniam merentur, si confi·catur id ipsum quod fecisse arguitur. nam si negat argumēta sunt à causa vt sit. Fecisti, quia vinolentus fuisti: fecisti, qa amore fecisti. fecisti quia iracundus es. quibus causis probatur facere potuisse, quòd negat. Ratiocinatio autē causa est etiam ipsa voluntatis. hæc ratio faciendi fuisse ostendit voluntatē, aut nō faciendi: quę sumitur ex ratiocinatione vel boni, vel mali, siue iam præteriti boni, siue futuri pariter mali, vel præteriti, vel futuri, quod nos diximus malum, vel bonū, id est vt glorię causa, vt amicitiarum, vt inimicitiarum vlciscendarū, & metus, & pecuniæ. His igitur commodis, vel incommodis, hos gradus dat primos, commodi retinendi vtiq; quod habent & augendi: deinde adipiscendi, id vtique est quòd nō habebat. contra incommodi reiiciendi pariter, & id, quod habebat imminuendi, de vitandi vtique quod futurum erat. Ita tria hæc tribus superioribus respondent. commodis incommoda: illic retinendi, hic reiiciendi: Illic augendi, hic minuendi. Illic adipiscendi, hic deuitandi, quibus etiam illa accident, vt aliquid commodi sumamus, vel vt maius commodum consequamur, vel vt maius incommodum vitemus. aut rursum, vt incommodum aliquod prætereamus, vel vt maius commodum adipiscamur, vel vt maius incommodum deuitemus. Nam, & suscipi cōmodum paruum potest, vt maius aliquod cōmodum consequamur, vel incommodum maius vtetur, & rursum commodum contemni potest. vel vt maius commodum consequamur, vel vt maius incommodum vitetur, & rursus rerum cōmodum contemni potest, vt Leno contentus fuit sine lucro meretricem dare, ne ab Aeschino verberaretur. & velut in Verrinis. accidi. potest, Malo non habere, quàm rogare. Rursus contempto cōmodo suscipi maius commodum potest: vt, Terentianū illud, est in suasione: Pecuniam in loco negligere, maximum interdū est lucrum. Quæstio vero eadem coniecturalis est, quæ, & iudicatio, quia ratio deest. non enim factum in confessione est. ideo eadem erit iudicatio, quæ quæstio. & in horum locorum quæ coniecturalia sunt, & in ceterorum. id est ceterarum constitutionum conueniunt in locos. [Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est.) Omnis hic locus à causa, siue impulsionis, siue ratiocinationis coniecturæ, maximum est fundamentum. non quod cum causa sit, continuo, & facinus comprobetur: sed quoniam facinus nullum est, quod nō aute causa præcesserit. Supponit deinde locos quibus accusator vtitur, cum asserit impulsione aliquid esse factum. ex quibus primus est, amplificatio eius rei quæ impulsionem pariat. deinde approbatio, quid ex ea fiat per exempla, vt amore se interfecit. Tertio loco comparationem facimus, & declara impulsione, euentum eius causæ fuisse concludimus. his tribus locis accusator vtitur in impulsione. In ratiocinatione vero hi sunt, quos nunc dicam: demonstratione, quid petierit, quid fugerit: argumenti, quanta res sit quam appetierit, aut fugerit. Præter hæc duo, vnum etiam illud accusator considerare debebit, ne forte ista quæ secutus sit, aut fugerit, in opinione tantum habuerit reus, neque consecutus sit commoditatem, neq; vllum malum fugerit: sed dicendum est, ei ita fuisse visum, quia arguitur, & sit sua opinione deceptus. opinio autem dupliciter decipit, modo dum rem aliter putat, atque est eadem res: modo dum aliter euenit, quam putauit. Res fallit, si mala credit cum bona sit: vel contra neutrum, vel vtrunque. Ergo cum hoc intelligi possit, quòd opinio fallit homines tum in re, tum in euentu, cum in re reus vti hac cœperit forte, defensione non sibi antiquiorem fuisse pecuniam vita, aut fratris, aut amici: Accusator debet verum argumentum concedere. est enim credibile. Sed confirmare debebit, hoc ei qui arguitur non ita visum fuisse. & hoc approbare ex attributis personæ, nō hanc illum habuisse opinionem: sed illam potius habuisse, quod talis est, quòd scilicet personæ est. Sic argumentabitur accusator de eo cuius opinio falsa est in re. Cū autē euentus fallit, quod accidit exempli modo: cū aliquis misso telo alterū interfecit, vt in scholę controuersiis. Vt vero in causis forensibus, cum quis cū dicatur necesse, cuius heres non sit, sed tantum speraris heredem, accusatoris est locus, cogitationem spectari debere non euentum & hęc de ratiocinatione. In causa autem omni, siue in impulsione, siue in ratiocinatione laborādū est, fuisse illis potestatem, aut facultatē, aut voluntatē. Potestas est: qua posse ostenditur. facultas est, qua adiutores, & cetera demōstrātur: voluntas est, quas velle vel voluisse aliquid declarat. Ita aliud erit voluntas: aliud causa: siue impulsio, sit siue ratiocinatio. illa enim efficiunt voluntatem. Non autē quod efficitur. hoc esse debet, quod est illud quod efficit. Nam sępe, & causæ sunt. & deest voluntas quæ probari potest vel fuisse, vel non fuisse, tametsi causa præcessit. Hoc ex personæ potius attributis confirmabit, quibus talis doceatur, vt potuerit causis commoueri. Hæc igitur accusator dicet. & cū volet alios defendere, quibus fuisse causa faciendi declarabitur. Deinde adiunget etiam alios locos, quos defensori Tull. dabit ad se purgandū: Quibus locis vtetur, sicuti diximus, accusator, cum defendet alios: sed hoc breui faciet. Illorum enim defensione alterum alius vult accusare, non ipsos ostendere innocentes. Ita in maiore esse actu non potest, quod alteri proficit. Omnis igitur ex causa, ex persona, ex facto ipso coniectura capienda est quæ parit voluntatem, velle vel voluisse. id est causa qua quid ortum sit. ostendimus attributum personę. id est persona. Attributa autem negocio. id est, quod ait facto. causa distribuitur in impulsionem, & ratiocinationem. Rationem, scilicet nō ratiocinationem illam, vt furta legimus syllogismi. [Vt amor, iracundia, ægritudo; Inter iracundiam & iram hoc interest, quod iracundia perpetua est, ira ad tempus suscipitur. Atque hoc fit, vt iracūdia sit impulsio. ira ratiocinatio: vt odio quis iratus, vel metu occidisse dicatur, quod est ratiocinationis ceterum iracundum esse, quia semper est ad impulsionem, dicimus. quæ propter talem naturam admissum facinus possit ostendere. Aegritudinem vero morbum animi posuit, non corporalem, in quibus aut commodi aliquid maioris adipiscendi causa, aut maioris vitandi incommodi suscipitur, vt aliquid commodi suscipiatur propter duas res vel vt maius aliquod commodum consequamur, velut maius incommodum, deuitemus. [Hic locus est; Id est causa. [Nisi aliquid, quare factum sit, ostenditur) Quæ sit causa quæ parit voluntatem, siue per impulsionem, siue per ratiocinationem. [Ergo accusator, cum aliquid impulsione factum esse dicet) Locis confirmationis à causa per impulsionem primo datis, redit ad reprehēsionis modos, qui simili impulsu, aliquid cōmiserunt, & similitudinū collatione, vt applices exemplum, & doceas simile cōparādo. [Et ipsius animi affectiōis explicatione) Curandum est, vt ipsius affectionis, hoc est, rei sit explicatio. [Vt non mirum videatur, si quod ad facinus tali perturbatione commotus animus accesserit) Id est, vt verisimile probet, & per exemplum, & per explicationem animi affectionis, vt quoad eius fieri possit, quantum in hac re fieri potest, quid in opinionem eius quem arguet, fuerit, vt nō solum quid cōsecutus sit, verumetiam quid sperauerit. Si ostendi potest ei visum esse qui arguatur, vt voluntatem crimen..., etiam si effectus defuit, vt ex eo causam habuerit, quia timuit, quia sperauit, etiā si nihil aut commodi aut incommodi acceperit. [Nam opinio dupliciter fallit homines;) Opinio fallit in re, cum opinio vera non est, & errat ab eo quod in vero est, vt cum res mala, sit bona credatur. vel contra, euentus fallit opinionem, cum opinio quidem vera est, sed eam interueniens casu decipit, vt eum res bona est, & bona creditur, sed aliquo casu in malum vertitur. Iam in causa ipsa hoc modo possumus dicere, idest vt dicamus, Ideo occidisti, quia te heredem fore putasti, licet alium heredem fecerit. Ita semper in opinione est, & euentus. fallit, & res, cum aut aliusmodi est quam creditur, aut aliter creditur, quā putatur habuisse prouenire. [Aut non is euentus est quem arbitrati sunt) Cum aut ipsa res qualis sit ignoratur, aut cum res certa fuerit, aliter eueniat, quam putatum est. aut id, quod bonum est, malum putant, & reliqua. [Hoc intellecto) Quod homines impellantur non sola ratiocinatione vera rerum, verumetiam falsa. Hoc intellecto, quòd fefellit eum reus. Illi ita non esse visum, vt quamuis verum sit quod dicatur, ipsi tamen non fuerit ista sententia. [Ex iis, quæ ad personam pertinent:) Attributa personæ, quæ probant personam, vt si qui dicatur alium occidisse, ac voluerit. Exemplū ad euentum falsum probandum posuit, non ad probationē causæ per coniectur. [Aut eum necesse, cuius testamento non sit heres;) Exemplū in causa. [Nō quo casu vtatur, ad rem pertinere. τὰ ἐκβατικὰ coniecturæ sunt, τὰ ἐκβατικά, id est euentus, accidētia effectus, casus, potestas. [Si aut nescisse, aut non affuisse, Non fuit necesse facere, etiā si causa fuisset. Et si fuisset causa vidend propter æs alienum, non tamen necessitas vt deos patrios venderet. Defensor autem ex contrario primum impulsionem aut nullā fuisse dicet, aut, si fuisse, cōcedet, extenuabit) Dati sunt loci accusatori, qui-

ri, quibus vti debeat ad probationem causæ per impulsionem. Item alii dati sunt, quibus vti debeat ad probationē causæ per ratiocinationem. Nunc supponit defensoris locos in infirmanda impulsione, & infirmāda ratiocinatione. Infirmandę impulsionis loca sunt quattuor, negare minuere. negare eius effectū quæ intenditur. impulsionis ipsius naturam docere. Confirmare exemplis, & similitudinum propositione. Ratiocinationis loci sunt quatuor. Quoniam ratiocinatio est aut in re, aut in opinione. In re, commodi, vel incommodi, loci eius erunt, negare, commodum minuere. dicere aliis magis fuisse, aut tantū, & sibi quantum, & aliis. aut incommodum maius quàm commodū. Pariter de incommodis ista dicentur, quod dicitur cuitarum nullum fuisse incommodum, non tantum fuisse incommodum, alias magis fuisse incommodum, aut aliis tantum quantum sibi, aut maius commodum quàm incommodum. (Sin accusator dixerit) Si in ratiociantione opinio ponetur, infirmitatis loci sunt quatuor, non tale esse vel incommodū vel incommodum, vt possit aliquem fallere, maxime se non potuisse. quod firmabitur personas. Post hæc omnia, defensor vti poterit omnibus locis accusatoris, si in alios crimen transferre voluerit. Quemadmodum enim accusator eum conuincat defendit alios, & vtetur partibus ac locis defensoris ita, & defensor, vt se purget, accusabit alios, & in hoc vtetur partibus ac locis accusatoris, aut si fuisse concedet, extenuabit q̃ auget accusator. (Ex persona autem cōiectura capietur, si eæ res, quę personis attributæ sunt, diligenter considerabuntur:) Explicitis præceptis omnibus ad causam pertinentibus, subiunguntur præcepta personæ attributa, & quemadmodum his vti possit accusator, quemadmodum etiam defensor in coniecturali cōstitutione. Et hæc quidem personæ attributa in primo libro quanquam singula exposuerit, & explicarit, hic tamen nunc breuiter repetit, quæ ipsa sint post præceptu eius, quemadmodum his vti possit accusator, quemadmodum defensor. (Quo in genere est virtus, & scientia animi) Quę est stultitiæ cōtraria (Amor, iracundia) Affectio enim facile euētum suum declarat signumq. ipsa est eius rei quam ex se parit. (Et ipsorum vis) Quid ipsa sint, non quid ex se gignat. (Et quę res harum aliquā sem consequantur) Quid ex se gignant, non quid ex se ipse possint. (Ac personis quidem res eæ sunt attributæ, ex quibus omnibus vnum in locum coactis, accusatoris erit improbatione hominis vti) Expositis breuiter attributis personæ, quia ita res reperita poscebat, dat accusatori ex his præcepti, vt excutiat vitam præteritam. Parum est enim causam commendasse solam, si non quæ ab hac impelli posset, persona consentia. ergo accusator ex vita præterita proferre debet similia peccata, similes causas in rebus, vel in partibus, vel minoribus, vel maioribus. vel si similes proferre non poterit, dispares proferat. atque hæc nocentis vitæ. Si innocentis vita præterita est illius qui reus est, locus communis inducitur, vitam præteritā spectari nō oportere, quod ea poterit esse occulta. aut fortasse ad peccandū cū animus fuerit, defuerit causa, vel potestas, vel occasio. Deinde alius locus communis, non ex vita præterita præsens iudicium, sed ex pręsenti iudicio vitam expectari oportere. Sin autem vita alicuius ignorabitur, prætereundus, ab accusatore hic locus est, dicendūq. cur pręteretur, quod ignoretur vita statimq. ad alia argumenta properandum, quæ sunt ex ipso negocio in factis dictisq. eius q reus est collacata (Defensor autē primum, si poterit, debebit vitam eius, qui insimulabitur, quā honestissimā demonstrare) Qui defensoris à persona contrarū loci sunt. Nam primum laborare debet, vt honestam rei vitā demonstret. quæ declarabitur officiis, vel cōmunibus, & notis, vel maximis, & raris, aut cū periculo, aut cum labore pręstitis, officii causa, nō necessitatis, & pręstitis in parentes, cognatos, amicos, Rempublicam. Sed ista beneficiorū cōmemoratio parua est, quia multorum vita exēplo est, natūram posse mutari, vt morum instituta perseuerarint. declarandum est nihil aliquando deliquisse, nunquā ab officio recessisse: Fuisse, & causas, & facultatē. nunquam tamen voluisse peccare. Atque in his ostendendis occasionibus laborandū est, earum rerum copiam fuisse in faciendo: facere noluisse, quarum rerum nunc crimen in iudicio est, vt si auaritiæ. cupiditatis.

Deinde locus communis inducendus est, quo indignū esse con quęstione declarandum est, vt qua causa impelluntur ad peccādū viris omnibus pleni, hac cuius vita præterita purgata sit! impulsus esse dicatur. Deinde alius locus communis, vitam honestam actam reo debere pro lesis ipsam esse certissimā testem motum, & voluntatem. Criminationem inimicorum inuidia facile posse compom. Hæc, si honesta vita. At si inerunt aliquæ turpitudines, laborandum est, vt false esse dicamus inimicorū criminatione collecta, vel eo vitio mentis admissa, quo facilius veniam promererentur, negligentia, necessitate, adolescentia, vel quolibet alio affectu animi non pernicioso, amore, vel aliquo huius generis. Postremo laborandum est, vt turpitudines vitæ præteritæ, vel in dissimili genere, vitiorū esse doceantur, vt quoniam innocentem probare non possumus, ab hoc tamen facinore, quod in iudicio est, remotum esse doceamus. Sin vero vitæ turpissima, nullo genere defensionis supra posito purganda, locus communis induci debet. vitam præteritam spectari nō debere, neque de moribus hoc crimen, quod intenditur, cōprobari. (Ex facto autem ipso suspiciones ducentur, si totius administratio negocii ex omnibus partibus pertentabitur) Restat tertia pars probationis in cōiectura ex negocio. Huius partes quatuor sunt, vt in libro primo expositū est. Etenim attributa negocio quatuor sunt, continentia cū negocio, in gestione negocii, adiuncta negocio, quæ gestum negocium consequuntur.

Hæc breuiter hic repetit. quoniam iam in libro primo tractata sunt: ac dicit in coniecturam omnia genera incidere, nō omnes partes in continentia negocii. Ante negocium, in negocio, post negocium, facta omnia in suspicionem vocemus. Item in gestione negocii, locum, tempus, occasionem, facultates. De modo conticescimus, q rei manifestæ, & in confessione habitæ modus semper est. Item adiuncta negocio, vel maiora, vel minora vel paria, vel similia, maximeque euentus coniecturæ prodest. Quarta etiam pars, quæ gestum negocium consequitur, ad coniecturam tribuet argumenta. vbi quæritur lex, consuetudo, actio, vsus, exercitatio. Atque hæc sunt attributa negocio, ex quibus cum ducitur argumentum, impletur argumentatio ex negocio. Inuenitur autem argumentatio, præterea quæ communiter sumatur ex attributis negocio, & attributis personæ, vt attributa personæ non mihi personam, hoc est, vitam præteritam hominis declarent, sed hoc facinus approbent quod intēditur sicut declarabunt, quę supponuntur exemplo. (Suspiciones ducentur), id est, coniectura capietur, & ex ipsis omnibus partibus pertentabitur, vt non mixta sint attributa personæ, sed tantum sola sint facta in ipso negocio, vel actione totius negocii impleta. (Hoc ergo in genere spectabitur locus, tēpus, occasio, facultas:) Modum in coniectura non posuit, quia in factore, cōfessio semper inspicitur. (Sunt autem aliquę suspiciones, quæ communiter, & ex negociorum, & personarum attributionibus sumuntur) Coniecturæ argumenta suggerunt, causa, persona, factum, vtique ideo tria. quia singula. suis igitur rationibus causa, suis persona etiam approbatur. Eodem modo factum quòd cum singula suis rationibus per se in coniectura fidem præstent; merito ad probationem coniecturæ triplex materia collocatur. Monet tamen ratio, duo, personā, scilicet atque factum, ad vnam fidem posse consociari, vt ex vtroque materiæ genere, negociorum, id est, factorum, & personarum fides coniecturæ quæstionibus afferatur. Hoc vt facilius, fiat, intellectuque capiatur, meminisse debemus attributa personis quæ vtique cum sunt, ipsam videntur approbare personam, quam cum probauerit, iam coniecturæ locus est: A tali viro id, quod intenditur facinus non potuisse committi. Ergo attributum personæ facit personæ fidem, facto autem prodest approbata persona. Quod cum ita sit, nouum præceptum dedit, possequoque ex personæ attributis, & negociorum probari factum. hoc est negocium. Idcirco Tullius præceptum dedit, posse quoq; ex attributis personę, & negociorum approbationes nasci. ex vtraque vero suspiciones communes. Inter attributa personæ, accidimus, fortunam, naturam, victū, studia, facta, casus, orationes, consilia, habitum. Hæc vtique si attributa personę accipimus, sicut supra diximus, personā probabunt Verum perspiciente ratione, & negocium probare poterunt.

In fortuna, inquit, spectatur dignitas, diuitię, condicio. hęc licet personæ attributa sint, tamē cum dico diues est, affectat tyrannidem, seruus potuit occidere, consul nō perdidit patriā, argumentum ex factis ac personę attributis facio. Pari modo de cōsilio. si quibus consiliis aliquando vsus sit, dicā persona est approbata, si quo nunc vsus sit consilio, personæ attributo factū probabo. Ergo satis clarum est, in cōstitutione coniecturali argumēta fieri posse communiter, & de personę attributis, & negociorum, vt factum probetur. (Maxime enim quæri oportet) Præcipi præterea in hac constitutione considerandū principaliter, quod in quęstione est, an fieri potuerit deinde an ab alio potuerit, deinde an facultas fuerit. Inter posse, & facultatē hoc interest cū substātia efficiendę rei est, aut deest, de facultate tractat, vt sunt vires, ministeria, pecunia. Aut si aut p naturā res negatur,

negat. aut per locum, aut per tempus, de eo quæritur, an potuerit. Si dicatur, Tullus interfecisse Romulum, quod utique fieri non potuit per tempus, nec habere posse. Item loco sit si scilicet alicuius qui arguitur cædis, ab eo loco ubi cædes facta est, absentia declaratur. Tertio quæritur, utrum id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse, item quod spem cælandi non haberet. deinde quæritur, an necesse fuerit id fieri. In quibus omnibus spectatur semper consilium. Quod si in his consilium cernitur, & factum probatur, consilium autem attributum personæ est. ergo attributo personæ factum probatur. Huius rei docendæ causa supra positum thema tractando exequitur. habere argumenta. [Ante rem erit, quod in itinere se tam familiariter applicauerit, quod sermonis causam quæsiuerit, quod simul diuerterit, dehinc cœnarit) Hæc per se clara sunt, & ex sequenti con textu magis patefient. [In re, nox, somnus. Post rem, quod solus exierit, quod illum tam familiarem comitatum tam æquo animo reliquerit, quod cruentum gladium habuerit) Hæc ante rem, in re, post rem attributa negocio sunt, quæ faciunt fidem negocio. Sed quoniam in his omnibus etiam consilium spectatur, fiet, ut cum consilium personæ sit attributum & hæc omnia negocio sunt attributa, efficiatur negocii ex attributis personæ & negocii communiter approbatio. [Quæritur enim utrum videatur diligenter ratio faciendi esse habita, & excogitata, an ita temere, ut nõ verisimile sit quenquam tam temere ad maleficium accessisse. In quo quæritur, num quo alio modo commodius potuerit fieri, vel a fortuna administrari) frequenter enim si pecunia, sit adiutoris adiumenta desint, videtur facultas faciendi defuisse. quod utique impugnari non potest, nisi per consilium. ut alio modo fieri potuerit, vel fieri à fortuna. Ergo ad expugnandas facultates. quæ desunt. sibi subueniat sæpe cõsilium. cum dicitur aut alio modo fieri potuisse, aut per fortunam, consilio, quod personæ est attributum, res probatur. Ex hoc & ex superioribus illa conclusio est, nasci posse communiter argumenta, & ex personæ attributis, & ex negociorum. Hanc igitur rationem si diligenter attendere voluerimus, ista attributa inter se apte coniuncta & copulata cernemus negociorum & personarum. Subiungit, non oportere his omnibus præceptis subiici exempla, ut doceat, quemadmodum his uti accusator debeat, quemadmodum defensor, ut in superioribus docuit, & dicit non necessarium esse, non facile. Non necessarium ita, quod si qui aliquid diligentia afferre voluerit ad ista præcepta, ista omnia pro materiæ genere facile cogitatione reperiet. Non enim præceptor nimia tribuit, sed ex dictis ad similitudinem non dicta intelligenda supponit. [Non facile autem) Ideo dicit, quod nimium sit illis omnibus præceptis exẽpla supponere, quo ante rẽ dicat accusator quomodo defensor, quomodo in re, quomodo post rem. Item, alia quæ multa sunt. Hoc accedit, quo maior difficultas sit, quod illam omnia per partium, id est, accusatoris & defensoris locos versa utilitate tractantur. nec enim inutiliter cõueniunt. Vnde illud melius est, considerare cuncta ex proposito themate negocii, & sic iterum, & aduersarii rationem diligenter attendere, & sic suspiciones atque argumenta colligere. Quare quid factum sit, quo cõsilio, qua spe perficiendi, cur hoc modo factum, cur ab hoc factum, cur nullo adiutore, cur hoc, cur nemo sciuit, cur scit, cur hic scit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum nõ sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negociũ, cur de industria factum, aut rem ita sit consecutum, an constet oratio vel cũ re vel ipsa secum, hoc huius ne rei sit signũ, an illius, an & huius & illius & utrius potius, quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum sit, quod oportuerit. Hic adhibita intentione, cum cõiectura omne negocii corpus intrauerit, tũ facilius videbitur esse perceptio, ut locos omniũ argumentorũ sequodammodo oftentantes videre possimus. Ex quibus ut supra diximus, modo ex singulis attributis, modo ex coniunctis argumẽta nascentur, quæ aut probabilia erunt, aut necessaria ad eas res quæ rẽ credibilem aut incredibilẽ facere possunt, quæ rem, inquit, non personam. cuius, s. attributũ est, sed cum facti suspicione iunguntur. Et hic rei cuius unde iudicium est, non personæ cuius attributũ est, ut non id facinus sit, quod pœnitere fuerit necesse) Annotanda noua locutio, pœnitet me nõ illius rei, sed pœnitet me hanc rem. [Cum ex singulis, tũ ex coniunctis) Aut a causa, aut a persona aut ex factis aut ex cõiunctis argumenta certa nascentur, ut attributa personæ attributa facto, videant. [Accedunt autem ad coniecturã sæpe quæstiones, testimonia, rumores, quæ contra omnia utrumque simili via præceptorum torquere ad suæ causæ cõmodum debebit) Præter hanc materiã, qua cõiecturæ argumenta tribuuntur à causa, à persona, à facto accedant aliæ probationes soli coniecturæ, semper adiunctæ, tormenta, testimonia, rumores. Hæc enim in aliis constitutionibus non valent, quia non adhibentur ista, nisi cum res negat, quæ omnia ista ad partis commoda retorquenda sunt. Hoc probationis genus Græci ἄτεχνον vocant, quod cum bis oratur utitur, fidem quidem facit, sed non ratione. Hoc Tullio minime placet. dicit enim, etiam hæc probationum genera indigere arte & pari modo, ut ex causa, & persona, & facto, argumenta duci, cum de tormentis testibus, rumoribus disputatur, ex illis scilicet attributionibus, quæ aut negocio aut personis videntur esse subiectæ. nanque cum contra testes dicitur, aut pro testibus, utrique attributa personæ contingenda sunt per naturam, victum, & cetera, ut fides sit data testi. ut aut possit, aut non possit adhiberi. Hoc & in tormentis. nam eius qui torquetur excutienda persona est. Ergo omnia argumentis probanda sunt, quorum argumentorum genera duo sunt, unum proprium, commune aliud. Proprium est, quod ipsius causæ & negocii est. ut Sext. Roscius cum cædes facta est, Romæ nõ fuit, non ergo patrem interfecit. Commune est, quod transferri in similes causas potest. Filius patrem interfecit. reclamat huiusmodi suspicionibus ipsa natura. Hoc argumenti genus quia transferri in similes causas potest, communis locus dicitur. Locorum autem cõmunium, genera duo sunt, unum cum certæ rei certa est amplificatio, aliud, cum rei dubiæ est disputatio. Amplificatio rei certæ est, ut in parricidã, in sacrilegum. Dubiæ vero rei communis locus est, qui à Græcis dicitur κοινὸς, quæ habet partes duas, qui ideirco locus communis dicitur, quod ex materiæ genere non certum quid designet, sed habet tractatum ex generalitate communi. ut suspicionibus credi oportere, vel non oportere. Sed hanc thesim ciuilem moralem ut teneamus, non illam quæ apud philosophos naturalis est. Quilibet autem horum locorum cum interponitur (interponi autem raro debet) ornat orationem. Neque interponendus locus, nisi cum aliquid iam probatum est. etenim si locus communis generalia loquitur, quasi causam tenens, descendit ad causam, ius iudicem tenet. quia iure iuratos sedens audire desiderat unde sententiam prolaturus est. Ergo aut parte causa probata iudici. utẽdum est. aut in peroratione, id est, epilogis. ut aut renouetur, aut suscitetur auditor. Omnis enim locus communis locutionem cuncta ornamenta desiderat, quæ aut verborum sunt, sententiarum quædum apte ac necessario dicuntur, oratorem ab oratore discernũt. Etenim cum loci communes causarum sint, communes oratoribus similitudine dictionis esse non possunt. [Quæstiones, testimonia, rumores, cum auctoritas fidem facit cum tormenta sont) Hæc autem, quæ non oratione argumentorum fidem faciunt, à Græcis ἄτεχνα nominantur, non quidem recte. [Vterque simili via præceptorum, & accusator, & defensor) Nam & ex quæstione suspiciones, & ex testimonio, & ex rumore aliquo pari ratione. Ideo fit ut arte geat huiusmodi disputatio, quoniam & contra hæc, & pro his sæpe dicendum est. ut ex causa, & ex persona, & ex facto duci oportebit. Quæ ex cõfessione argumentis materiam tribuunt, ut ex facto, inquit, duci oportebit. Ecce iam nõ est ἀτεχνῶς id est, fides sine arte. Ceterum hoc artificiu non putant indigere cum appellant ἀτέχνους. Aliter de hoc genere ac de omni coniectura præcipiendum putent, ut dicant alias diuisiones esse ad probationem coniecturæ, non quas supra diximus, causam, personam, factum. nam cum & eius qui in quæstione aliquid dixerit, & eius qui in testimonio, & ipsius rumoris causa, ut ea quæ materiam argumentis præbent. & cum illa quæ quasi habere artem negantur, iisdem attributionibus tribuant tractatũ, probatio ex iisdem attributionibus repetetur, quæ semel præcepta sunt de coniectura Omni autem in causa pars argumentorum est adiuncta ei causæ, & locus communis argumentum est. Argumentorum autem duo genera, unum, quod ipsius causæ proprium est, aliud, quod & ipsius, & similium. Hoc quod secundum est, locus communis appellatur. Verum locorum communiũ genera sunt duo, ut & ipse declarat, in omnes eiusdem generis causas transferri non satis cõmode possit. hoc argumentum est solum, non argumentũ per locum communẽ. [Qui e contrario quoque habeat probabiles rationes, Credendũ, non credendũ. [Suspicionibus credi non oportere, aut oportere) s. thesis [Per conquestionem) Quod est proprium epilogũ. [De quibus ante dictum est) In libro primo, hoc est in epilog. s. i. in conclusione. [Aliquam probabilem utraque ex parte orationẽ) Hæc thesis est, Credendum, nõ credendum. [Certioribus illis) Auditoribus. s. nam tum ei conceditur communis ne quiddam dicere. Non debet enim locus communis induci, cum adhuc nihil probatum est. [Et animus auditoris renouatur ad ea quæ restant) Post probationem per locum communem. [Aut omnibus

bus iam dictis exuscitatur)quia & in epilogis sunt loci sæpe cõmunes.[Omnia.n.ornamēta locutionis).i.figuræ,quę sunt aut schemata dianœas , aut schemata lexeos, aut schemata λογοῦ, aut quidam volunt, sic oratorum quoq; multorum cõmunes loci sunt , Nam cum loci cõmunes ideo dicantur, quòd in simi les causas conueniant.cũ ob oratoribus tamen dicantur, diuersitate dicendi vix possunt esse cõmunes. [Verborũ & sententiarum) Lexeos & dianœas schemata . Atq; hoc sit nobis dictum cõmuniter de omni genere cõmunium locorum) Vt & genera duo dixerit cõmunium locorũ.i.certæ rei & incertæ, & quemadmodũ sint dicenda præcepent . sed hoc generaliter in omnibus constitutionibus. Nunc autem in hanc cõstitutionem proprios coniecturæ loco communes dabit. Nunc exponemus,in coniecturalem cõstitutionem qui loci communes incidere so-cant) Locorum cõmunium genera dicta sunt,quemadmodũ dicantur præceptum est, Ita omnia quæ de locis communibus præcipienda videbantur,exposita etiam sunt . Nunc subiungit certos cõiectoræ locos,qui in aliam cõstitutionem nõ cadunt. Sunt enim coniecturæ tantum, & in quamlibet coniecturã dicta similitudine transferent . [Suspicionibus credi oportere, & non oportere)Et reliqui,vel qui suppositi sunt, vel qui esse possunt,qui omnes ex thetico genere orti in contrarium argumenta sumunt.& non tam loci communes quam locorum cõmunium loci sunt . Sunt alii proprii in coniectura accusatoris , & proprii defensoris.Atque accusatoris duo, vnus qui atrocitatē facti cumulat , aliter per quem negat malorũ misereri oportere. Defensoris etiam similiter duo sunt.vnus declaratio calumniæ accusatorum, aliter conquestio captanda misericordiæ.distant autē à theticis hoc modo , quòd illi habent ex vtraq; parte tractatus,& in cõtrarius suggerunt argumenta.hi vnius tantummodo partis sunt.& aut in dignationē solam,aut solā exprimunt conquestionem.Ita duo genera locorum cõmunium esse manifestum est. Vnum,quod ex duplici tractato generaliter constat,quod theticum dicitur:aliud, quod generali quidē, sed vnius partis, aut indignatione sola,aut cõquestione tractatur.Sciamus autem hos omnes locos.i.ista duo genera ex iisdem attributionibus tractaui,ex quibus argumentationes.i.ex attributis personę,& attributis negocio:alia tantum distantia, & dicēdi diuersitate.vt argumētationes subtilius,tenuius,acutius explicentur,loci vero cõmunes grauius, ornatus verbis,& sententiis excellentibus.nam in argumentationibus sola queritur veritas. In locis autem cõmunibus , quanquam & veritas asseratur,tamē quod est illorum proprium,rei probatæ amplitudo captanda est. Vnde satis clarum est,etiam locos argumentationũ vim tenere.ita tamen,vt amplius aliquid agere videantur, cum præter fidem rei cumulum videantur implere.qui in contrarias partes deducentur , thetici sunt : Credi oportere,& non oportere,& multa talia. [Certus autem locus accusatoris per quem auget facti attrocitatē) Superiores loci in cõtrarias partes deduci possunt.Isti vero loci propriis dantur aut accusatori,aut defensori suo.Ceteræ argumentatione aut à personę, aut à negocii attributis,vt id,quod dicitur , verũ esse videatur, quod est proprium argumentationis sumptum. Et si hoc quoque videri oportet,vt & in locis cõmunibus veritas quæratur, sed orationes modo distent ab argumentatione.

DE CONSTITVTIONE DEFINITIVA.



Vm est nominis cõtrouersia,quis vis vocabuli definienda verbis est, cõstitutio definitiua dicit. Eius generis exemplo nobis posita sit hæc causa.C.Flaminius, is,qui Consul remp.male gessit bello punico secundo,cũ Tribunus pl.esset, inuito senatu,& omnino contra voluntatem omnium optimatum per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. hunc pater suus cõcilium plebis habentem de templo deduxit . accersitur maiestatis . Intentio est, Maiestatem minuisti, ꝙ Tribunum pl.de templo deduxisti . Depulsio est , Non minui maiestatem. Quæstio est , Maiestatē ne minuerit . Ratio,In filium enim quam habebā potestatē ea vsus sum. Rationis infirmatio , At.n.qui patria potestate , hoc est priuata quadã , tribunitiam potestatem , hoc est populi potestatē infirmat,minuit is maiestatem. Iudicatio est , Minuat ne is maiestatem,q in tribunitiam potestatē patria potestate vtatur. Ad hanc iudicationem argumentationes omnes afferri oportebit . Ac ne quis forte arbitretur nos non intelligere aliam quoq; incidere constitutionem in hanc causam,eam nos partem solam sumimus , in qua præcepta nobis danda sunt.omnibus autem partibus hoc in libro explicatis, quiuis omni in causa,si diligenter attendet, oēs videbit constitutiones, & earũ partes , & cõtrouersias, si quæ forte in eas incident. nã de omnibus pscribemus. Primus ergo accusatoris locus est , eius nominis, cuius de vi qritur,breuis, & aperta , & ex hominũ opinione definitio,hoc modo:Maiestatē minuere est de dignitate,aut amplitudine,aut ptāte populi aut eorũ , qbus populus ptātem dedit,aliquid derogare . hoc sic bř expositũ, pluribus verbis est,& rationibus cõfirmandũ,& ita esse,vt descripseris , ostendendũ. Postea ad id,qđ definieris,factũ eius, qui accusabiť, adiungere oportebit , & ex eo , qđ ostenderis esse,verbi causa,Maiestatē minuere,docere aduersariũ maiestatē minuisse,& hunc locum totum cõmuni loco cõfirmare, per quem ipsius facti atrocitas,aut indignitas , aut omnino culpa cũ indignatione augeatur. Post erit infirmāda aduersariorũ descriptio.Ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur.hoc ex opinione hominũ sumeť, cum quemadmodũ , & quibus in rebus homines in consuetudine scribendi , aut sermocinandi eo verbo vti soleant,cõsiderabitur . Item infirmabiť, si turpis, aut inutilis esse ostendeť eius descriptionis approbatio;& si,quæ incommoda cõsecutura sint eo concesso , ostendetur . id aũt ex honestatis & vtilitatis partibus sumeť,de quibus in deliberationis præceptis exponemus . & si cũ definitione nřa aduersariorum definitionem conferemus , & nřam veram, honestam vtilē esse demõstrabimus, illorum contra.Quæremus aũt res,aut maiori,aut minori,aut pari in negocio similes ex quibus affirmeť nřa descriptio.Iá si res plures erunt definiendæ,vt si qratur,fur sit an sacrilegus, qui vasa ex priuato sacra surripuerit,erit vtendũ pluribus definitionibus.Deinde simili rõne causa tractanda . Locus autē cõis in eius malitiã,qui nõ modo rerũ,verũ ēt verborũ ptātem sibi arrogare coneť,vt, & faciat quod velit,& id, quod fecerit, quo velit nomine appellet . Deinde defensoris primus locus est , itē nominis,breuis,& apta,& ex opinione hominũ descriptio, hoc modo : Maiestatē minuere, est aliq de rep. cũ ptātē nõ habeas,administrare. Deinde huius cõfirmatio est similibus & exēplis , & rationibus . Postea sui facti ab illa definitione separatio.Deinde locus cõis per quem facti vtilitas aut honestas adaugeť. Deide sequtur aduersariorũ definitionis reprehēsio , quæ isdē ex locis oibus, quos accusatori pscripsimus,cõficiť:& cetera post eadē præter cõmunē locũ inducetur.Locus autem cõmunis erit defensoris is,p quē indignabiť,accusatorē sui periculi causa, non res solum conuertere,verum etiam verba commutare conari . Nam

illi quidem communes loci, qui aut calumniæ accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi, aut à misericordia deterrendi causa sumuntur, ex periculi magnitudine, non ex causæ genere ducuntur. quare non in omnem causam, sed in omne causæ genus incidunt. eorum mentionem in coniecturali constitutione fecimus. Inductione autem eorum, cum causa postulabit, vtemur.

VICTORINVS

CVM est nominis controuersia, quia vis vocabuli definienda verbis est, cōstitutio definitiua dicitur) Sequitur definitiua constitutio, quia coniectura præceptis superioribus terminata est. [Hæc definitiua) Quia tunc exoritur, cū nominis controuersia est. & quia vis nominis est, definienda verbis est, definitiua dicitur cōstitutio. Huic supponit exemplū. Cum reus sit pater maiestatis, qui filiū prohibuit seditiose cōcionantem .i. filium trib. pl. Et in hoc themate etiā alia cōstitutio vel relatiua, vel cōpensatiua, vel absoluta. Nam licuit mihi, pater sum: Absoluta est, meruit, Relatiua est, profui, Compensatiua. Verum hoc in themate nō quid sit considerari Tullius voluit, sed interim monuit id percipi. Atq; hoc exemplum ideo dedit, vt finem tantum consideremus, quia nunc propter finem subiecit exemplum. Præcipit autem in omni hoc libro considerationem adhibendam esse circa omnes constitutiones, & earum partes, & controuersias .i. legales quæstiones. Perceptis omnibus in omni causa in qualibet materia, omnia quæ in themata fuerunt genera quæstionum possunt tractari, sumptis suæ partis præceptis, vtrum in themate cōiectura fuerit eius diuisionibus vtamur. Itemq. & alterius, vel aliarum, si quæ inciderint, cōstitutiones. Subiungit igitur in definitione loca a parte accusatoris. Sunt autē quatuor, definitio, approbatio definitionis deductio definitionis in ipsam certam spem de qua agitur, distinctio definitionis aduersę partis, quę cōstat ex locis quatuor, si demonstretur falsa, si turpis, si inutilis, si collatio vtriusq; definitionis fiat. Falsa demonstrabitur ex opinione hominum, si docebimus de eo vnde quæritur, quemadmodum æstimet populus, quemadmodum in consuetudine locutionis vtatur eo verbo quod definimus. Turpis aut inutilis demonstratur aduersariorum definitio ex honestatis partibus, & vtilitatis, de quibus in deliberatiuo genere, hoc est, in postrema huius libri parte tractabit. Exprimemus igitur quæ incommoda futura sint, si ita acciperetur, quod definitum est ab aduersario. Collatio vero definitionum, qui quartus in reprehensione locus est, hoc aget, vt nostram definitionē ostendat verā, honestā, vtilem, quod aduersarii ostēdimus falsam, turpem inutilē. Afferemus præterea ad definitionis nostræ confirmationē res, aut maiori, aut minori, aut pari negocio similes, vt ad definitionem nostram similium comparatione collecta, ostendamus quanto verior, honestior, vtilior sit nostra descriptio. hæc in simplici definitione, Sed si duæ res plures ve definiendæ sint, ista omnia pro definiendarum numero duplicantur. Quæritur enim sæpe, fur sit, an sacrilegus, qui vasa ex priuato sacra surripuit, vel de sacro priuata? Quoniam a parte accusatoris, & quid sit sacrilegium, & quid sit furtum definiendum est, in singulis definitionibus illa supra posita pręcepta complebit, definiet, approbabit, deducet, infirmabit. quæ cum fecerit in definiendo sacrilegio, faciet rursus in definiendo furto, mutata tantū tertia parte pręcepti. Accusator .n. qui sacrilegium vult probare, negare vult furtum. Ita definitione sacrilegii, quod probare instituit, vtetur illis supra positis præceptis. In definitione vero furti, quia furtum negabit, vtetur pręceptis defensori datis .i. vt post definitionum, & eius approbationem separationem speciei faciat à definitione, fietq. in hoc themate, & in huiusmodi complexione, vt definitionum vertat similiter pręcepta etiam defensor. Nam quoniā furtom probare vult ille qui se defendit, post definitionem, & eius approbationem, deductionē faciet ad species. Contra cum sacrilegium definierit, qui hoc admisisse se non vult, illic faciet loco tertio separationē speciei à definitione. Ergo his modis, & partibus definitionem suam accusator implebit. Habebit autē cōmunē locum ex ipsa definitiua cōstitutione sumptū in malitiam eius, qui non modo rerum, verumetiā verborū, potestatē sibi arrogare conetur, vt & faciat quod velit, & quod fecerit, id quo voluerit nomine appellet. [Eius generis exemplo) id est, finitiui. [Flaminius, is, qui consul rempub.) Histo nam à post sequentibus dedit. Iudicatio est ex ratione, & refutatione rationis controuersia. [Ad hanc iudicationem argumentationes omnes afferri oportebit) Ad hanc iudicationem, id est, definitiuam, ne aliā cum feceris constitutionem, hic aliam facias iudicationem, & non conueniat. Hæc pręcepta quæ nunc finitiui status ponimus, & earum partes propter qualitatem, quæ partes plures habet, & controuersias legales status dicit. [Maiestatem minuere, est) Definitio est rei de qua quęritur, pluribus verbis, & rationibus confirmandę. superior definitio est, hæc confirmatio definitionis. Postea ad id, quod definieris, deductio definitionis ad speciem. [Hoc ex opinione hominū sumetur) Quomodo destruatur descriptio aduersæ partis. [Veram, honestam, vtilem esse demonstrabimus) Cum tria dederit defensori vitia definitionis, id est, falsam, turpem, inutilem, tria dat accusatori contra ornamenta definitionis, id est, veram, honestam, vtile. vt etiam ex collatione melior accusatoris definitio probetur. [Deinde simili ratione causa tractāda) Vt definias, approbes, deducas ad speciem, infirmas definitionem aduersæ partis, docendo falsam, turpem, inutilem. Compares etiam quæ vtilior est vel reliqua, aut à maiore, aut à minore, aut à pari. sed in tot definitionibus omnia hæc quot res definiendæ sunt. [Deinde defensoris primus locus est, itē nominis breuis, & aperta, & ex opinione hominum descriptio, hoc modo:) Et huic dat quatuor ad actionem definitionis locos. sed in quibusdam partibus in tertio loco discrepauit. Supra enim id est, in parte accusatoris, hæc quatuor sunt, definitio, approbatio propriæ definitionis, deductio in specie propria definitionis, destructio definitionis alienæ. At hic in partes defensoris est similiter definitio, siue approbatio eius, & quod mutat separatio definitionis à specie de qua quæritur, destructio definitionis aduersæ partis defensoris. [Deinde primus locus est, & reliqua) Datis omnibus locis accusatori ad suam definitionem defensori quoque ad defensionem eiusdem proprios locos tradit. Ex quibus primus est definitio, & ipsa breuis, deinde eius affirmatio. Tertio loco à definitione sua separatio eius speciei de qua quæritur. Post quem locum locus communis insertur, per quem facti vtilitas aut honestas auget enim quē quidem locum habet etiam accusator, sed ex contrario. ille enim indignitatem rei auget, hic vtilitatem. Quarto loco sequitur aduersariorum definitionis reprehensio, eadem illa omnia retinens, quæ definitionis reprehensio includit, id est, vt falsa, vt turpis, vt inutilis doceatur, fiatque vtriusque definitionis etiam à defensore similiter comparatio. omnia enim defensor facere poterit, ac dicere, quæ accusator, præter locum communem eiusdem accusatoris. Habebit autem defensor locum communem, per quem indignabitur accusatorem sui periculi causa non res solum conuertere, & aduertere, verumetiā verba mutare conati. Hic similiter locus defensoris ex ipsa definitiua constitutione susceptus est vnde proprius hic locus cōstitutionis defensoris. Nam esse quidem possunt alii communes loci, ex causa, & ex negocio nati, non ex constitutione, vt in calumniatorē, vt conquestio misericordię, vt indignatio facti, & cetera huiusmodi, quæ ex periculi magnitudine genita, nō cōstitutionis definitiuę, vt diximus, sed ex compositione circunstātię, quam περίστασιν nominamus, procreantur. Sed hi cōmunes loci nō in omni causa sunt sed in omne genus causæ incidūt, hoc est, in omnes constitutiones incidunt nō in omnes causas quas vnaquæq; habere poterit constitutio. Ac de his locis cōmunibus periculi magnitudine procreatis, in cōiecturali cōstitutione fecimus mentionē, qui, qualesq. sint, explicantes. Vtemur aūt his, & eos inducemus in orationem, cū causę ipsius necessitas flagitauit. [Similibus, & exēplis, & rationibus) Quæ ad defensionē suā poterūt pertinere. [Ab illa definitione separatio) vt separet factū suū ab ea definitione quā habuit aduersarius. [Per quē facti vtilitas, aut honestas adaugetur) Quō accusator ad speciem descendit, vt iungat definitionā suam cum specie, sic defensor descendit ad speciē, vt separet definitionem suam à specie .i. à facto vnde quæstio est, & vterque vtetur loco cōi. Sed accusator, vt augeat, per indignationē, reus vtile esse doceat & honestū. [Ex locis omnibus, quos accusatori pręscripsimus) vt & hic rursus cōuertat in definitionē aduersarii præcepta superiora, & dicat eam falsam, turpem, inutilem, cōparet ex minore, maiore, pari. quod habet .s. accusator. nā & hic propriū locū cōmunē de fine habebit. Nā & extra finē, quem pōt causa suggerere, habere pōt vterq; alium locū cōmunē. Post eadē præter cōmunē locum fiat collatio ipsarū definitionū per mino-

ra,maiora,paria.nam illi quidem communes loci, qui in quacunq; parte eſſe poſſunt,cauſa ſurgenre.ex periculi magnitudine,nun ex cauſę genere dicuntur, vt non proprius ſir locus cõmunis ex ſine narus, ſed ex negocii genere,cuius circunſtantia pro qualitate, vel quantitate periculi locus communes dabit. Non in omnem cauſam, ſed in omne cauſæ genus incidunt. Hi loci cõmunes, qui ex cõpoſitione negociorum naſcuntur, non in omnibus cauſis ſunt,quia nõ omnis cauſa ſimiliter cõponitur. ſed cadunt in omnia genera cauſarum.i.in omnes cõſtitutiones,quia quęlibet cõſtitutio, modo atroci negociorũ, compoſitione fingitur, modo ſimpliciter componitur.

DE TRANSLATIONE, ET COMMVTATIONE.



CVM autem actio tranſlationis aut cõmutationis indigere videtur, ꝙ nõ aut is agit,quẽ oportet,aut cũ eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege,qua pœna,quo crimine,quo tẽpore oportet, conſtitutio tranſlatiua appellatur. Huius nobis exempla permulta opus ſunt, ſi ſingula tranſlationũ genera quæramus. ſed quia ratio præceptorũ ſimilis eſt, exemplorũ multitudine ſuperſedendum eſt: Atq; in noſtra quidẽ conſuetudine multis de cauſis fit,vt rarius incidãt tranſlationes. Nam,& prætoriis exceptionibus multæ excluduntᷣ actiones, & ita ius ciuile habemus conſtitutum,vt cauſa cadat is,qui non, quẽadmodũ oportet,egerit. quare in iure plerunq; verſantur. ibi enim & exceptiones poſtulãtur, & quodammodo agendi poteſtas datur,& omnis conceptio priuatorũ iudiciorum cõſtituitur. In ipſis aũt iudiciis rarius incidũt,& tamen,ſi qñ incidunt,eiuſmodi ſunt,vt per ſe minus habeant firmitudinis, cõfirmentur aũt aſſumpta,alia reliqua conſtitutione. Vt in quodã iudicio, cum venefici cuiuſdã nomẽ eſſet delatum,&, quia parricidij cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptũ,cum in accuſatione alia quædã crimina teſtibus, & argumentis confirmarentur, parricidij aũt ſolũ mentio facta eſſet, defenſor in hoc ipſo multum oportet & diu cõſiſtat, cum de nece parentis nihil demonſtratũ ſit, indignum facinus eſſe ea pœna afficere eũ,qua parricidæ afficiuntur. Id autẽ,ſi damnaretur,fieri neceſſe eſſet, quoniã & id cauſæ ſubſcriptũ, & ex ea re nomen extra ordinẽ ſit acceptum. Ea igitur pœna ſi affici reum non oporteat,damnari quoq; non oportere, quoniã ea pœna damnationem neceſſario conſequatur. Hic defenſor pœnæ cõmutationem ex tranſlatiuo genere inducendo, totam infirmabit accuſationem. Veruntamen ceteris quoq; criminibus defendẽdis cõiectutali cõſtitutione tranſlationem confirmabit. Exemplum autem tranſlationis in cauſa nobis poſitũ ſit huiuſmodi: Cum ad vim faciendã quidam armati veniſſent, armati contra præſto fuerunt,& cuidam equiti Romano quidam ex armatis reſiſtenti gladio manum præcidit. Agit is,cui manus præciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is,quicum agitur,à Prætore exceptionẽ, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. Hic is,qui agit,iudiciũ purum poſtulat: ille, quicum agitur, exceptionem addi ait oportere, Quæſtio eſt, Excipiendum ſit, an non. Ratio, Non enim oportet in recuperatio iudicio eius maleficij, de quo inter ſicarios quæritur,præiudiciũ fieri. Infirmatio rationis, Eiuſmodi ſunt iniuriæ, vt de his indignum ſit nõ primo quoq; tempore iudicari. Iudicatio, Atrocitas iniuriarum ſatis ne cauſæ ſit,quare, dum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio,de quo iudicium cõparatum ſit,præiudicetur.atq; exemplum quidem hoc eſt. in omni autem cauſa ab vtroq; quæri oportebit,à quo, & per quos, & quo modo, & quo tempore aut agi, aut iudicari, aut quid ſtatui de ea re conueniat. Id ex partibus iuris, de quibus poſt dicendũ eſt, ſumi oportebit: & ratiocinari quid in ſimilibus rebus fieri ſoleat: & videre vtrum malitia quid aliud agatur, aliud ſimuletur, an ſtultitia, an neceſsitudine,ꝙ alio modo agi non poſsit,an occaſione agendi ſic ſit iudicium, aut actio cõſtituta, an recte ſine vlla re eiuſmodi res agatur. Locus autem communis contra eum, qui tranſlationem inducet, fugere iudicium ac pœnam, quia cauſæ diffidat. A tranſlatione autem,omnium fore perturbationem,ſi non ita res agatur, & in iudicium veniat, quo pacto oporteat:hoc eſt,ſi aut cum eo agatur, qui cum nõ oporteat, aut alia pœna,alio crimine, alio tempore: atq; hãc rationem ad perturbationẽ iudiciorum omnium pertinere. Trea igitur ex conſtitutiones,quæ partes non habent, ad hunc modum tractabuntur. Nunc generalem conſtitutionem, & partes eius conſideremus.

CVm aũt actio tranſlationis, aut commutationis indigere videtur,)Tertia eſt conſtitutio,quæ tranſlatio eſt, qa ita Tullius ordine dedit. Hæc cõmutationẽ iudicii cum actiune tenet,cũ perſona, locus,ex,crimẽ,pœna mutatur,vel cetera quæ ſimilia ſunt. His ſingulis ſupponere exempla & infinitum & ſuperuacuũ eſt,vel quia multis modis efficitur, vel quia omnibus modis ad dicendum vna præſcriptio eſt. Omnis autẽ tranſlatio apud antiquos temporibus Tullianis in ipſa cauſarum actione aut non erat,aut rarior inueniebatur. Prætores etenim qui ius dicebãt,& iudices cauſę dabant.& cõtrouerſiæ vel agẽdi genus inſtituta actione formabãt,ita ſibi præſcribebant. Prætur,qua accuſator,qua reus deberet actione,vel præſcribendo quid fieret, excipiendoq. quid non fieret, tranſlationis controuerſiam actionibus auferebat. Erat præterea inſtitutum,vt à cauſa caderet is,qui non quemadmodũ oportebat egiſſet. Ergo etiam propter hæc forma taliter ad iudiciũ veniebat. Apud ipſum vero prætorem cũ litis ipſius forma componeretur, illic partes aut excipiebant aliquid aut ſimplicẽ actionem accipiebãt. Vnde in ipſo,vt diri,iure,hoc eſt,apud prætorem de modo agendi cũ quæreretur,tractaretur exceptio,atq; tranſlatio. Cum autem iam litis forma eſſet accepta in iudicio,nulla iam poterat eſſe tranſlatio. Ergo in iudicus trãſlatio rarius inuenitur,& ſi quando inuenta fuerit ipſe per ſe parum firmitudinis tenet aſſumitq. vires alia conſtitutione firmiore. Hoc nanque præceptum Tullianum eſt, tranſlationem ex alia conſtitutione firmari. Ad quod præceptũ exemplum ſubiungit non vt tranſlationem doceat, ſed vt oſtendat tranſlationẽ alia conſtitutione firmari. Reus parricidii factus,probatis aliis criminibus,an damnandus ſit,quæſtio eſt. Vtitur tranſlatione reus,cum dicit ſe nõ patricidii damnandum eſſe, quia nihil inde approbatum,ſed aliorum criminũ,quę probata ſunt,affici oportere ſupplicio.ac ne eo quidem, ꝙ nõ inde iudicium cõſtitutum ſit. Ita ſi neque probatorum criminũ pœna eſſe debet quia non inde iudiciũ cõſtitutum eſt,neq; parricidii,quia nihil probatũ cõfirmat,nõ eſſe damnandũ. Veruntamen purgandis aliis criminibus per coniecturam opera danda eſt, vt reus non opera tñ tranſlationis vtaẽ. Ergo probatũ illud eſt,tranſlationem alia cõſtitutione firmari. Subiungit vero exemplũ tranſlationis. Cum agit iniuriatũ cui præciſa manus eſt,& is qui pręcidit,exceptionẽ poſtulat, vt in hoc iudicio de maleficio nõ fiat præiudiciũ. In hoc genere cõſtitutionis præcepta hęc ſunt. quæ vtrinq; parti dentur vt explicẽt qđ fieri ſoleat, à quo per quos, VICTO. quo

quomodo, quo tempore quemadmodum agi, quemadmodũ iudicari, quemadmodum statui, quod vtiq; ex partibus iuris agnoscitur. de quibus partibus in qualitate est tractaturus. debet etiã tractari, quid in similibus rebus fieri soleat, Aut.n.in iure cautum est id, de quo quæritur, aut solet sic fieri, aut non solet, aut id, quod in iure solitũ est, id quod simile est, applicaẽ. Deinde per ennicetutam tractandũ, vtrũ malitia agatur aliud, cum aliud simularut, an stultitia, an necessitate. Locus aũt cõmunis vnus est contra translationem, fugere iudicium & pœnam, eum.s. qui translatione vtatur. A translatione vnus locus cõis est, perturbari omnia. si non eo pacto aguntur quo oportet. Hę sunt tres constitutiones, quæ species non habent coniectura finia, translatio. Translationem autem intelligamus formam esse status.s. legalis, præscriptionem vero eandem appellari posse, & eandem exceptionem, sed ab oratoribus. In iure autem, præscriptionem dici, ipsum propositum ius, exceptionem autem, cum ius ipsum propositũ aduersus se actor alius excipit, interposita aliqua conditione. Sit nobis pręscriptio iniuriarum de cæde exceptio. nisi præiudicium facias, [Singula translationum genera quæramus) Vt exemplum sit, quemadmodum alia lege, quemadmodum alio crimine, & ad singula, quibus translatio videtur impleri. [Sed quia ratio præceptorũ similis est, exemplorũ multitudine supersedẽdum est) Cum.n. præcepta in omni genere translationis eadẽ sint, ad diuersitatẽ frustra exempla quærentur. Eadem.n. præceptorũ ratio in omnibus translationis partibus, & vbique seruabitur. [Multis de causis fit, vt rarius incidant translationes)Quoniam per prętoris formulas actionibus integritas datur, neq; in iudiciis vlla põt esse pscriptio, qui non quemadmodũ oportet egerit apud prętorẽ. [Quare in iure plerunq; versantur translationes)Ibi.n. exceptiones postulantur. In causis autem aut rõ, aut nunquã, priuatorum iudiciorum causa constituitur, ideo non põt in iudiciis esse translatio, sed est apud prætorẽ. [Hic defensor pœnæ cõmutationem) Quoniam eum dicit num hac pœna afficiendus est, sed tali aliorum criminum probatorum. cumq. tali nõ oporteat, quia eius crimen non probatum est, ita ne alia qdẽ pœnæ affici, oportere dicit, quæ sit aliorum criminum, vnde cõmutatione pęnę vis accusationis tota tolleẽ. [Ceteris quoq; criminibus defendendis, quæ probata dicunẽ, cõiecturali constitutione translationem confirmabit) Vt infirmatis ẽt criminibus illis quę probata dicuntur, rei possit releuare personam. Exemplum autem translationis in causa positum nobis sit huiusmodi. Illud exemplum quod supra datum est, ad hoc datũ est, vt probaretur, translationem alia constitutione necessario confirmari nũc dat exemplũ translationis. Postulatis quicum agitur, à Prætore exceptionẽ, ne præiudiciũ fiat in hac iniuriarũ damnatione futuri criminis, quod de capite est.i cædis. [Indignum sit non primo quoq; tẽpore iudicari) Vt ẽt in iudicio iniuriarum indignum sit, non ẽt de cæde iudicari. [Id ex partibus iuris, de qbus post dicendũ est)In qualitate absoluta. (Cõtra eum, qui trãslationem inducet)Qui accusatur iniuriarum. [A trãslatione autem, omnium fore perturbationem)Hoc est, à parte ea quæ vtitur translatione. nã illa superior contra trãslationem est. (Quo pacto oporteat)Hoc est, si cum eo agatur, quicum non oporteat. Cetera vero, quæ de hac constitutione dici possunt, aliis libris à Cicerone explicata sunt. nunc aliam constitutionem aggreditur, nempe generalem, & eius partes.

DE GENERALI CONSTITVTIONE.



CVM, & facto, & facti nomine cõcesse, neque vlla actionis illata cõtrouersia, vis & natura, & genus negocij ipsius quæritur, constitutionem generalem appellamus. Huius primas esse partes duas nobis videri diximus, negocialem & iuridicialẽ. Negocialis est, quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet implicatam controuersiam. ea est huiusmodi. Quidam pupillum heredem fecit: pupillus aũt ante mortuus est, quàm in suam tutelam veniret. de hereditate ea, quæ pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli heredes secundi sunt, & inter agnatos pupilli controuersia est. possessio heredum secundorum est. Intentio est agnatorum, Nostra pecunia est, de qua is, cuius agnati sumus, testatus non est. Depulsio est, Imò nostra, qui heredes secundi testamento patris sumus. Quæstio est, Vtrorum sit: Ratio est, Pater enim & sibi & filio testamẽtum scripsit, dum is pupillus esset. Quare, quæ filij fuerunt, testamento patris nostra fiant necesse est. Infirmatio est rationis. Imò pater sibi scripsit, & secundum heredem nõ filio, sed iussit esse. Quare præterquam quod ipsius fuit in testamento, vllius vestrum esse non potest. Iudicatio, Possit ne quisquam de filij pupilli re testari: An heredes secundi ipsius patrisfamilias, non filij quoq; eius pupilli heredes sint. Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut vsquequaque dicatur, hic admonere. Sunt causæ, quæ plures habent rationes in simplici constitutione: quod fit, cum id, quod factum est, aut quod defenditur, pluribus de causis rectum, aut probabile videri potest, vt in hac ipsa causa. Supponatur enim ab heredibus hæc ratio, Vnius enim pecuniæ plures dissimilibus de causis heredes esse nõ possunt: nec vnquã factum est, vt eiusdẽ pecuniæ alius testamento, alius lege heres esset. Infirmatio autem hæc erit, Nõ est vna pecunia, propterea q altera iam erat pupilli aduentitia, cuius heres nõ illo in tempore in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset: & de altera patris etiã nũc mortui voluntas plurimũ valebat, q̃ iam mortuo pupillo suis heredibus concedebat. Iudicatio est, Vna ne pecunia fuerit. ac si hac erunt vsi infirmatione, Posse plures esse vnius heredes pecuniæ dissimilibus de causis; de eo ipso iudicatio nasciẽ, Possint ne eiusdẽ pecuniæ plures dissimilibus generibus esse heredes. Ergo vna in constitutione intellectũ est, quo modo, & rõnes, & rõnum infirmationes, & pterea iudicationes plures fiãt. Nunc huius generis præcepta videamus. Vtrisq; aut ẽt omnibus, si plures ambigent, ius ex quibus rebus constet, est considerandũ. Initiũ ergo eius ab natura ductum videtur: quædam autem ex vtilitatis ratione, aut pspicua nobis, aut obscura in consuetudinem venisse: post aũt approbata quædam aut à cõsuetudine, aut vero vtili visa, legibus esse firmata. Ac naturæ quidẽ ius est, qđ nobis nõ opinio, sed quædã innata vis afferat, vt religionẽ, pietatẽ, gratiam, vindicationẽ, obseruantiam, veritatem. Religionem, eã quæ in metu, & cærimonia deorum sit, appellant. Pietatem, q̃ erga patriã, aut parẽtes, aut alios sanguine cõiunctos officiũ cõseruare moneat. Gratiã, quæ in memoria, & remuneratione officiorũ, & honorũ, & amicitiarũ obseruantiam teneat. Vindicationem, per quam vim, & cõtumeliã defendendo, aut vlciscendo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis esse cari debent, & per quã peccata punimus. Obseruãtiã, per quã ætate, aut sapiẽtia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedẽtes reueremur, & colimus. Veritatẽ, per quam damus operã, ne qd aliter, quàm confirmauerimus, fiat, aut factum, aut futurũ sit. Ac naturæ quidem iura minus ipsa quæruntur ad hanc controuersiam, quòd neque in hoc ciuili iure versantur, & à vulgari intelligentia remotiora sunt: ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem

ampli-

amplificandam sæpe sunt inferenda. Consuetudinis autem ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit. In ea autem iura sunt quædam ipsa iam certa propter vetustatem. quo in genere & alia sunt multa, & eorũ multo maxima pars, quæ Prætores edicere consueuerint. Quædam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt. quod genus, pactum, par, iudicatum. Pactum est, quod inter aliquos cõuenit: quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur. Par, quod in omnes æquabile est. Iudicatum, de quo iam ante sentẽtia alicuius, aut aliquorum constitutum est. Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit. His ergo ex partibus iuris qdquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex maiore, aut ex minore nasci videbit, quenque attendere, atq; elicere pertentando vnamquanque partem iuris oportebit. Locorum autem communium, quoniã vt ante dictum est, duo sunt genera, quorũ alterũ dubiæ rei, alterum certæ continet amplificationẽ, quid ipsa causa det. & quid augeri per communẽ locum possit, & oporteat, considerabitur. nã certi qui in omnes incidant, loci præscribi nõ possunt: in plerisq; fortasse ab auctoritate iurisconsultorum, & contra auctoritatẽ dici oportebit. Attendendum est autẽ in hac, & in omnibus, num quos locos communes, præter eos, quos exposuimus, ipsa res ostendat. Nunc iuridiciale genus, & partes eius consideremus.

VICTORINVS.



VNC generalem constitutionẽ, & partes eius consideremus) Generalis. hoc est, qualitatis cõstitutionis pcepta supponit, cuius species duas esse dixit, iuridicialem, & negocialem. Duas. n. deliberatiuam, & demonstratiuam in priori libro sustulit. Ac nunc prius de negociali tractat, quoniam simplex esse noscitur. iuridicialis vero in species est distributa. hæc negocialis habet litem, cum quæstio est quid esse debeat, qđ colligitur ex iure iam constituto quomodo id sit habendum, vnde controuersia est. Sopponit exemplum, quòd secundi heredes sibi eam hereditatẽ vendicent, quæ venerit pupillo, quã sibi vendicant agnati. Facit intentionem agnatorum, deinde depulsionem heredum secondorum. Tuoc quæstionem, quorum sit hereditas. Affertur ratio a secundis heredibus, quòd vnius pecuniæ heredes diuersi esse non possunt. Fit refutario sed non est vna pecunia. Erit iudicatio, an vna pecunia sit. Hic admonet, posse in vna & simplici constitutione inueniri plurimas rationes. refutationesq. rationum, & item iudicationes, vt in hac causa. Nam cum ratio sit, non posse plurimis de causis vnius pecuniæ heredes esse diuersos, cumq. in superioribus refutatio facta sit, Non est vna pecunia, omissa hac refutatione, alia refutatio supponi potest vti dicatur. esse posse vnius pecuniç heredes plures diuersis de causis. Et aperte io ipso Tullio positum est, quæ rationes sint, quæ refutationes. Dat autem huic constitutioni locos ad argumenta communiter vtrique parti, vel omnibus partibus, si plures existent, vt ius vnde constet considerent. Constat autem ex tribus duci natura, consuetudine sequenter, deinde lege. Postremo naturam eius diuidit in sex partes, quas ipse partitus est, & definiuit. Item consuetudinis certas species a prætoribus positas dereliquit. Res firmissimas subiecit, pactum, par, iudicatum. Legitimi autem scientiam ediscendis legibus reliquit. Vis & natura, & genus ipsius negocii quæritur. Quale sit negocium, in tribus his quæritur, vt natura genere, iustum an iniustum, vtile an inutile. [Ante mortuus est, quàm in suam tutelam veniret) Vt non posset facere testamentum, quia minor esset. [Cuius agnat). i. petitores. [De qua is, cuius agnati sumus, testatus non est). i. pater popilli, vel pupillus ipse. [Ratio est) Ratio quæstionis eorum qui possessores sunt. [Pater enim & sibi & filio testamentum scripsit) Quandiu non licebat filios scribere testamẽtum. [Infirmatio est rationis) A parte petitoris. [Non filio) Si extrinsecus aliquid aliunde filius haberet. [Sed sibi iussit esse). i. rebus suis substituit. [Iudicatio) Ex ratione & refutatione rationis. [Possit ne quisquam de filii pupilli re testari) Quam non ipse haberet & quam pupillus aliunde quæsisset. [An heredes secundi ipsius patrisfamilias, non filii quoq; eius pupilli heredes sint) Quia secundus heres cum dicitur, eius est secundus, qui hereditatem remisit. Vnde heres esse, non potest, nisi eius cui secundus heres est. Eius autem heres non potest esse, cui non est secundus. [Ac si hac erunt vsi infirmatione) Duas infirmationes ex parte posuit petitorum. i. agnatorum, contra vna rationem possessorum, hoc ex heredem secundurum, quòd diceret vnius pecuniæ plures heredes dissimilibus de causis esse nõ posse, erit vna infirmatio: Non est vna pecunia. Item alia esse possunt vnius pecuniæ dissimilibus de causis, diuersi heredes dissimilibus generibus heredes esse, vt alius testamento, alios lege, alius agnatione. [Nũc huius generis præcepta videamus) Exemplum dedit qualitatis, & negocialis, dedit & pręceptum, quomodo rationes multæ esse possent, nunc subiungit, in hãc negocialem qualitatem, quemadmodum & vnde argumenta socianda sunt. [Vtriusque). i. petitori & possessori. [Aut etiam omnibus, si plures ambigent) Si plures contra vnum possidentem petant, vt non duæ partes sint. sed plures. Initiũ ergo eius ab natura ductum videtur, vt constet ius, natura, vsu, lege. Omnium autem trium supponit partes. [Quædam autem est vtilitatis ratione, aut perspicua nobis, aut obscura) Interdum enim sequitur consuetudinem. Hoc autem quia consuetudo, non quia scimus vtile esse quod sequimur. post autem probata, quædam aut à consuetudine, aut a vero. [A consuetudine) Quoniam consuetudo est. [Aut vero) Quoniam ratio eius perspecta est, & vtilitas visa. [Vindicationẽ) Pro vindicta, pro vicione. [Ad hanc controuersiã). i. causæ genus iudiciale. [Cõsuetudinis autem ius esse putatur id, quod voluntate omniũ sine lege vetustas comprobarit) Initis partibus iuri naturali suppositis, nunc consuetudinis iuris partes subiicit. [Voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit) Vt prudentium ratio auctoritate data consuetudini, de consuetudine in posteros miserit legem. Quædam sunt iura ipsa iam certa propter vetustatem, vtputa, maioribus assurgatur, ius est hoc, sed consuetudinis. [Multo maxima pars, quæ Pretores edicere consueuerunt) Non ex legum præceptis & iussionibus. sed ex consuetudine, quæ proponatur à prætoribus ex bono & æquo. [Par, quod in omnes ęquabile est) Vt qui proponit aliquid, tale proponat. vt quo iure alium teneat, hoc se alliget. [Iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit) Hæc quæ dicta sunt, de consuetudine tractata sunt. Nunc cum superesset ius legitimum, cognitionem eius ad eos transtulit, qui legitima iura fecerunt. [His ergo ex partibus iuris, quidquid aut ex ipsa re, aut ex simili, aut ex maiore, aut ex minore nasci videbitur) Diuisio iure omni in naturam, consuetudinem, leges, dat pręcepta vt argumenta sumamus, vel quæ ex ipsa re sumuntur, vel quæ ex simili, aut maiore, aut minore. Locos autem communes dare se negat posse certos in singulas constitutiones: Etenim cum duo genera sint. quorum alterum rei dubiæ approbationem ducẽdæ generalem tractatum habet alterum rei certæ continet amplificationem, necessario causę ipsius facultas suggerit. si quid amplificationis, aut indignationis conquestionisq. nascitur. Sed quoniam in negociali qualitate iuris, de iure tractatus est, erunt loci communes, vel ab auctoritate iurisperitorum, vel contra eorum auctoritatem. Hæc de negociali.

DE IVRIDICIALI CONSTITVTIONE.



IVRIDICIALIS est, in qua æqui & iniqui natura, & præmij aut pœnæ ratio quærit̃. Huius partes sunt duæ, quarum alteram absolutã, alterã assumptiuam nominamus. Absoluta est, quæ ipsa in se, non, vt negocialis, implicite, & abscondite, sed patentius, & expeditius recti, & non recti quæstionem cõtinet. Ea est huiusmodi: Cum Thebani Lacedæmonios bello superauissent, & ferè mos esse Graijs, cum inter se bellũ gessissent, vt ij, qui vicis-

sent,

sent, trophæũ aliqđ in finibus statuerent victoriæ modo in pñtia declarãdæ causa, nõ vt in perpetuũ belli memoria maneret, æneũ statuerũt tropheũ. Accusant apud Amphictyonas, i. apud cõe Græciæ cõciliũ. Intẽtio est, Nõ oportuit. Depulsio est, Oportuit. Qõ est, Oportuerit ne. Rõ est, Eã. n. ex bello gloriã virtute peperimus, vt eius æterna insignia posteris nostris relinquere vellemus. Infirmatio est. Attñ æternũ inimicitiarũ monumentũ Graios de Graiis statuere nõ oportet. Iudicatio est. Cũ summæ virtutis celebrãdæ causa Graii de Graijs æternũ inimicitiarum monumẽtum statuerint, recte ne, an cõtra fecerint. Hãc ideo rõnẽ subiecimus, vt hoc causæ genus ipsum, de quo agimus, cognosceretĩ. Nã si eã supposuissemus, q̃ fortasse vsi sunt, Nõ. n. iuste, neq; pie bellũ gessistis; in relationẽ criminis dilaberemur, de qua post loquemur. Vtrunq; aũt causæ genus in hãc causam incidere pspicuũ est. In hanc argumẽtationes ex iisdẽ locis sumendæ sunt, atq; in causam negocialẽ, de qua ante dictum est. Locos aũt cões & ex causa ipsa, si quid inerit indignationis, aũt cõquestiõis, & ex iuris vtilitate & natura multos & graues sumere licebit, & oportebit, si causæ dignitas videbiẽ postulare. Nunc assumptiuæ partẽ iuridicialis cõsideremus. Assumptiua igiẽ tũc dr, cũ ipsam ex se factũ pbari non põt, aliquo aũt foris adiuncto argumẽto defendiẽ. Eius partes sunt quatuor, cõparatio, relatio criminis, remotio criminis, cõcessio. Cõparatio est, cum aliqđ factũ, qđ p se ipsum nõ sit probandũ, ex eo, cuius id causa factũ est defendit. ea est hmõi: Quidã Imperator, cũ ab hostibus circunsideretur, neq; effugere vllo modo posset, depactus est cum eis, vt arma & ĩpedimẽta relinqueret, milites educeret: itaq. fecit: armis & impedimẽtis amissis, pter spẽ milites cõseruauit. accusat maiestatis. Incurrit huc definitio, qđ sit lædere maiestatẽ: sed nos hũc locũ, de quo agimus, cõsideremus. Intẽtio est, Nõ oportuit arma & impedimẽta relinquere. Depulsio est, Oportuit. Quæstio est, Oportuerit ne. Rõ est, Milites. n. oẽs periissent. Infirmatio est, aut cõiecturalis, Nõ periissent: aut altera cõiecturalis, Nõ ideo fecisti. Et quibus sunt iudicationes, Perissent ne: &, Ideo ne feceris aut hæc cõparatiua, cuius nunc indigemus, At. n. satius fuit amittere milites, q̃ arma & ĩpedimẽta hostibus cõcedere. Ex qua iudicatio nascit. Cum oẽs perituri milites essent, nisi ad hanc pactionẽ venissent, vtrũ satius fuerit amittere milites, an ad hãc conditionẽ venire. Hoc causæ genus ex his locis tractari cõueniet. Oportebit adhibere cæterarum quoq; constitutionũ rõnẽ atq; pcepta, ac maxime coniecturis faciendis infirmare illud, qđ cũ eo, qđ crimini dabitur, ij, qui accusabuntur, cõparabunt. Id fiet, si aut id, qđ dicẽt defensores futurũ fuisse, nisi id factũ esset, quo de facto iudiciũ est, futurum fuisse negabitur: aut si alia rõne, & aliam ob causam, ac dicet se reus fecisse, demõstrabitur esse factũ. Eius rei confirmatio, & itẽ cõtraria de parte infirmatio ex coniecturali constitutione sumetur. Sin aũt certo nomine maleficii vocabiẽ in iudiciũ, sicut in hac causa, (nã maiestatis accersiẽ) definitione & definitionis pceptis vti oportebit.

Atq; hæc quidẽ plerunq; in hoc gñe incidunt, vt cõiectura & definitiõe vtendũ sit. Sin aliud quoq; aliqđ genus incidet, eius gñis pcepta licebit huc pari rõne transferre. Nã accusatori maxime est in hoc elaborandũ, vt id ipsum factũ, pp qđ sibi reus cõcedi putarẽ oportere, q̃ plurimi ĩfirmet rõnibus. Qđ facile est, si q̃ plurimis cõstitutionibus aggrediaẽ id ĩprobare. Ipsa aũt cõparatio separata a cæteris generibus cõtrouersiarũ sic ex sua vi cõsiderabitur, si illud, qđ cõparabitur, aut non honestũ, aut non vtile, aut non necessarium fuisse, aut non tantopere vtile, aut nõ tantopere honestũ, aut nõ tantopere necessariũ fuisse demonstrabiẽ. Deinde oportet accusatorẽ illud, qđ ipse arguat, ab eo, qđ defensor cõparat, separare. Id aũt faciet, si demonstrabit nõ ita fieri solere, neq; oportere, neq; esse rõnẽ, quarẽ hoc pp hoc fiat, vt pp salutẽ militum ea, q̃ salutis causa cõparata sunt, hostibus tradantur. Postea comparare oportebit cum beneficio maleficiũ & omnino id, quod arguit, cũ eo, quod factum ab defensore laudaẽ, aut faciendum fuisse demonstraẽ, contendere, &, hoc extenuando, maleficij magnitudinẽ simul adaugere. Id fieri poterit, si demonstrabitur, honestius, vtilius, magis necessarium fuisse illud quod vitarit reus, q̃ illud, qđ fecerit. Honesti aũt, & vtilis, & necessarii vis & natura in deliberationis pceptis cognoscetur. Deinde oportebit ipsam illã cõparatiuam iudicationẽ exponere tanq̃ causam deliberatiuam, & de ea ex deliberationis pceptis deinceps dicere. Sit. n. hæc iudicatio, quam ante exposuimus, Cũ oẽs perituri milites essent, nisi ad hanc pactionẽ venissent, vtrũ satius fuerit perire milites, an ad hãc pactionẽ venire. Hoc ex locis deliberatiõis, quasi aliquã in consultationẽ res veniat, tractari oportebit. Defensor aũt, quibus in locis ab accusatore aliæ constitutiones erũt inductæ, in iis ipse quoq; ex ijsdẽ cõstitutionibus defensionẽ comparabit: ceteros aũt oẽs locos, qui ad ipsam comparationẽ pertinebunt, ex contrario tractabit. Loci aũt cões erunt accusatoris, in eum, qui, cũ de facto turpi aliquo, aut inutili, aut vtroq; fateaẽ, quærat tñ aliq̃ defensionẽ, & facti inutilitatẽ, aut turpitudinẽ cum indignatione pferre. Defensoris est, nullũ factũ inutile, neq; turpe, neq; itẽ vtile, neq; honestum putari oportere, nisi, quo aĩo, quo tpe, qua de causa factum sit, intelligat. Qui locus ita cõis est, vt bene tractatus in hac causa, magno ad persuadendum momento futurus sit. Et alter locus, per quẽ magna cũ amplificatiõe beneficij magnitudo ex vtilitate, aut honestate, aut facti necessitudine demonstraẽ. Et tertius per quẽ res expssa verbis, ante oculos eorum, qui audiunt, poniẽ, vt ipsi se quoq; idẽ facturos fuisse arbitrentur, si sibi illa res atq; ea faciẽdi causa per idẽ tẽpus accidisset. Relatio criminis est, cum reus, id, qđ arguitur, cõfessus, alterius se inductum peccato, iure fecisse demonstrat. Ea est hmõi. Horatius, occisis tribus Curiatibus, & duobus amissis fratribus, domum se victor recepit. is animaduertit sororem suam de fratrũ morte non laborantem, sponsi aũt nomen appellantẽ identidẽ Curiatis cũ gemitu & lamẽtatione. indigne passus, virginẽ occidit: accusatur. Intẽtio est,

Iniuria sororē occidisti: Depulsio est, iure occidi. Quæstio est, Iure ne occiderit. Ratio est, Illa.n. hostiū mortē lugebat, fratrū negligebat, & me populū R. vicisse moleste ferebat. Infirmatio est, Tū à fratre indēnatam necari nō oportuit. ex qua iudicatio fit, Cū Horatio fratrū mortē negligeret, hostiū lugeret, de fratris & populi R. victoria nō gauderet, oportuerit ne eā à fratre indēnatam necari. Hoc in genere causa, primū si quid ex ceteris dabitur cōstitutionibus sumi oportebit, sicut in cōparatione præceptū est. Postea si qua facultas erit, p aliq̄ cōstitutionū illum, in quē crimen trāsferetur, defendere. Deinde leuius esse illud, qđ in alterum peccatū reus transferat, q̄ quod ipse susperit. Postea translationis partibus uti, & ostēdere à quo, & per quos, & quo modo, & quo tempore aut agi, aut iudicari, aut statui de ea re cōuenerit: ac simul ostendere nō oportuisse ante suppliciū, q̄ iudiciū interponere. Tū leges quoq; & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatum, quod sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vīdicari. Deinde negare debebit, audiri oportere id, qđ in eū criminis cōferatur, de quo is ipse, qui conferat, iudiciū fieri noluerit: & id, qđ iudicatū nō sit, pro infecto hr̄i oportere. Postea impudentiā demonstrare eorū, qui eū nunc apud iudices accusent, quē sine iudicibus ipsi condemnarint: & de eo iudiciū faciant, de quo iā ipsi suppliciū sumpserint. Postea perturbationē iudicii futurā dicemus, & iudices lōgius, q̄ ptātem habeant, progressuros, si simul & de reo, & de eo, quē reus arguat, iudicarint. Deinde hoc si cōstitutū sit, vt peccata homines peccatis, & iniurias iniuriis vlciscantur, quantū incōmodorum consequatur. Ac si idē facere ipse, qui nunc accusat, voluisset, ne hoc quidē ipso quicq̄ opus fuisse iudicio: si vero ceteri quoq; idē faciant, omnino iudicium nullū futurū. Postea demōstrabit, ne si iudicio quidē illa dānata esset, in quā id crimen ab reo conferatur, potuisse hunc ipsum de illa suppliciū sumere. Quare esse indignū eū, qui ne de dānata quidē pœnas sumere potuisset, de ea suppliciū sumpsisse, quæ ne adducta quidē sit in iudiciū. Deinde postulabit, vt legē, qua lege fecerit, pferat. Deinde queadmodum in comparatione pcipiebamus, vt illud, quod cōparabatur, extenuaretur ab accusatore quā maxime: sic in hoc gñe oportebit illius culpā, in quē crimē transferetur, cū huius maleficio, qui se iure fecisse dicat, cōparare. Postea demōstrandum est, non esse illud eiusmodi, ut ob id hoc fieri cōueniret. Extrema est, ut i cōparatione, assumptio iudicationis, & de ea per amplificationē ex liberationis pceptis dictio. Defensor aūt, q̄ per alias constitutiones inducētur, ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit. Ipsam aūt relationē cōprobabit, primū augendo eius, in quē refert crimen, culpā & audaciam, & quammaxime p indignationē, si res feret iuncta conquestione, ante oculos ponēdo. Postea leuius demōstrando reum punitum, q̄ sit ille promeritus, & suum supplicium cum illius iniuria cōferendo. Deinde oportebit eos locos, qui ita erūt ab accusatore tractati, vt refelli, & contrariam in partem cōuerti possint, quo in gñe sunt tres extremi, cōtrariis rōnibus infirmare. Illa aūt acerrima accusatorum criminatio, per quā perturbationē fore omniū iudiciorum demonstraut, si de indemnato supplicii sumendi potestas data sit, leuabit. Primū si eiusmodi demonstrabitur iniuria, vt non modò viro bono, verum ēt homini libero videatur non fuisse tolerāda. Deinde ita perspicua, vt ne ab ipso quidē, qui fecisset, in dubium uocaretur. Deinde eiusmodi, vt in eam is maxime debuerit animaduertere, q̄ animaduerterit, vt nō tā rectū, non tam fuerit honestum in iudicium illā rem peruenire, q̄ eo modo, atq; ab eo vindicari, quomodò, & à quo sit vindicata. Postea sic rem fuisse apertā, vt iudicium de ea re fieri nihil attinuerit. Atq; hic demonstrandum est rōnibus, & rebus similibus, permultas ita atroces, & perspicuas res esse, vt de his nō modo, nō necesse sit, sed ne vtile qdē, quam mox iudiciū fiat, expectare. Locus cōis accusatoris in eum, qui cum id, quod arguit, negare nō possit, tñ aliquid sibi spei cōparet ex iudiciorum perturbatione. Atq; his vtilitatis iudiciorū demonstratio, & de eo conquestio, qui supplicium dederit indēnatus, in eius aūt, qui sumpserit, audaciā & crudelitatē indignatio. Ab defensore, in eius, quē ultus sit, audaciā sui conq̄stione, rē non ex nomine ipsius negocii, sed ex consilio eius, qui fecerit, & causa, & tpe considerari oportere: quid mali futurū sit, aut ex iniuria, aut ex scelere alicuius, nisi tanta & tā perspicua audacia ab eo, ad cuius famā, aut ad parentes, aut ad liberos pertinuerit, aut ad aliq̄ rē, quā charā esse oīb. aut necesse est, aut oportet esse, fuerit vindicata. Remotio criminis est, cum eius intentio facti, qđ ab aduersario infertur, in aliū, aut in aliud dimouet. Id fit bipertito. Nā tum causa, tum res ipsa remouet. Causæ remotionis hoc nobis exēplo sit: Rhodii quosdā legarunt Athenas. Legatis. Quæstores sumptum, quē oportebat dari, non dederunt. Legati pfecti nō sunt: accusant. Intētio est, Proficisci oportuit. Depulsio est, Nō oportuit. Quæstio est, Oportuerit ne. Ratio est, Sumptus.n. qui de publico dari solet, is ab Quæstore nō est datus. Infirmatio est, Vos tñ id, quod publice uobis datum erat negocii, conficere oportebit. Iudicatio est, Cum iis, q̄ legati erant, sumptus, qui de publico debebatur, non daretur, oportuerit ne eos conficere nihilominus legationem. Hoc in genere primū, sicut in ceteris, si quid aut ex cōiecturali, aut ex alia cōstitutione sumi posit, videri oportebit. Deinde plerumq; ex comparatione, & ex relatione criminis in hāc quoq; causā cōuenire poterūt. Accusator aūt illū, cuius culpa id factū prius dicer, primū defendet, si poterit: sin minus poterit, negabit ad hoc iudiciū illius, sed huius, quē ipse accuset, culpā ptinere. Postea dicet suo quēq; officio cōsulere oportere: nec, si ille peccasset, hūc oportuisse peccare. Deinde, si ille deliq̄rit, separatim illū, sicut hūc, accusari oportere, & nō cū huius defensione cōiungi illius accusationē. Defensor aūt cū cetera, si qua ex aliis incidēt cōstitutionibus, ptractarit, de ipsa remotiōe sic argumētabit. Primū, cuius acciderit culpa, demōstrabit. Deinde, cū id aliena culpa accidisset, ostendet se aut nō potuisse, aut nō de-

buisse id facere, qđ accusator dicat oportuisse. Quòd nō potuerit, ex vtilitatis partibus, in qbus est necessitudinis vis īplicata, demōstrabit. Quòd nō debuerit, ex honestate cōsiderabit. De vtroq; distinctius in deliberatiuo gñe dicet. Deinde oīa facta esse ab reo, q̄ in ipsius fuerint potestate: qđ minus q̄ couenerit factū sit, culpa id alterius accidisse. Deinde in alterius culpa exponenda demonstratum est, quantū voluntatis, & studij fuerit in ipso: & id signis cōfirmandū hmōi, ex cetera diligentia, ex ante factis, aut dictis, atq; hoc ipsi vtile fuisse facere, inutile aūt nō facere, & cū cetera vita magis hoc fuisse cōsentaneū, q̄ qđ pp alterius culpam nō fecerit. Sin aūt nō in hominē certū, sed in rem aliquā causa dimouebit, vt in hac eadem re, si Quæstor mortuus esse, & iccirco Legatis pecunia data nō esset, accusatione alterius, & culpæ depulsione dempta, ceteris similiter vti locis oportebit, & ex cōcessionis partibus, q̄ couenient, assumere, de quibus post nobis dicendū erit. Loci aūt cōes ijdem vtrisq; ferè, q superioribus assumptiuis incidēt: hi tñ certissimi. Accusatoris, facti indignatio. Defensoris, cū ī alio culpa sit, aut ī ipso nō sit, supplicio reum affici nō oportere. Ipsius aūt rei fit remotio, cū id, qđ dat crimini, negat neq; ad se, neq; ad officiū suū reus pertinuisse: nec, si quod in eo sit delictū, sibi attribui oportere. Id genus causæ est hmōi: In eo fœdere, qđ factū est quondā cum Samnitibus, quidam adolescēs nobilis porcā sustinuit iussu Imperatoris. Fœdere aūt ab senatu īprobato, & Imperatore Samnitibus debito, qdā in senatu eū quoq; dicit, q porcā tenuerit, dedi oportere. Intentio est, Dedi oportet. Depulsio est, Nō oportet. Quæstio est, Oporteat ne. Ratio est, Nō enī meū fuit officiū, nec mea potestas, cū & id ætatis, & priuatus essem, & esset summa cū auctoritate, & potestate Imperator, q videret vt satis honestū fœdus feriret. Infirmatio est, Attamen, qm̄ tu particeps factus es in turpissimo fœdere summe religiōis, dedi te cōuenit. Iudicatio est, Cū is, qui potestatis nihil habuerit, iussu Impatoris in fœdere, & in tāta religiōe interfuerit, dedēdus ne sit hostibus necne. Hoc genus causæ à supiore hoc differt, q ī illo cōcedit se reus oportuisse facere id, qđ fieri dicat accusator oportuisse, sed alicui rei, aut homini causam attribuit, q̄ volūtati suæ fuerit impedimēto sine cōcessionis partibus. Nā earū qdā maior vis est, q paulo post intelliget. In hoc aūt nō accusare alterū, nec culpā ī alium trāsferre debet, sed demōstrare eā rē nec ad se, nec ad potestatē, neq; ad officiū suū ptinuisse, aut ptinere. Atq; in hoc gñe hoc accidit noui, q accusator quoq; sæpe ex remotione criminationē cōficit. Vt si qs eū accuset, q cū Prætor esset, in expeditionē ad arma populū vocarit, cū Cōsules adessent. Nā vt in superiore exēplo reus ab suo officio ac potestate factū dimouebat: sic ī hoc ab eius officio ac potestate, qui accusat, ipse accusator factū remouendo, hac ipse accusator factū remouendo, hac ipsa rōne cōfirmat accusationē. In hac ab vtroq; ex oībus partibus honestatis, & oībus vtilitatis partibus, exēplis, signis ratiocinādo, quid cuiusq; officij iuris, potestatis sit qri oportebit, & fuerit ne ei, de quo id iuris, officij, potestatis attributū, nec ne. Locos aūt cōes ex ipsa rē, si qd indignatiōis ac cōquestionis habebit, sumi oportebit. Concessio est, p quā nō factū ipsum improbat ab reo, sed, vt ignoscat, id petit. Cuius partes sunt duæ, purgatio & deprecatio. Purgatio est, p quā eius, qui accusat, non factū ipsum, sed voluntas defendit. Ea habet partes tres, imprudentiam, casum, necessitudinē. Imprudentia est, cū scisse aliquid is, qui arguit, negat: vt apud quosdā lex erat, Ne qs Dianæ vitulū immolaret. Nautæ quidā, cū aduersa tēpestate in alto iactarent, vonerūt, si eo portu, quē cōspiciebāt, potiti essent, ei deo, q ibi esset, se vitulū immolaturos. Casu erat in eo portu fanū Dianæ eius, cui vitulū immolari nō licebat. Imprudētes legis, cū exissent vitulū immolauerūt. Accusant. Intētio est, Vitulū immolastis ei deo, cui nō licebat. Depulsio est in cōcessione posita. Ratio est, Nesciui nō licere. Infirmatio est, Tñ, qm̄ fecisti qđ non licebat, ex lege supplicio dignus es. Iudicatio est, Cū id fecerit, quod nō oportuerit, & id nō oportere nescierit, sit ne supplicio dignus. Casus aūt inferetur in cōcessionē cum demonstrabitur aliqua fortunæ vis volūtati obstitisse, vt in hac: Cum Lacedæmonijs lex esset, vt, hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor præbuisset, capitale esset: hostias is, q redemerat, cū sacrificij dies instaret, ī vrbē ex agro cœpit agere: tum subito magnis cōmotus tēpestatibus fluuius Eurotas is, qui pp Lacedæmonem fluit, ita magnus & vehemens factus est, vt eo traduci victimæ nullo modo possent. Redēptor suæ voluntatis ostendendæ causa hostias cōstituit oēs in litore, vt, qui trans flumē essent, videre possent. Cū oēs studio eius subitam fluminis magnitudinem scirent fuisse impedimento, tñ quidā capitis accersierunt. Intētio est, Hostiæ, quas debuisti, ad sacrificiū præsto nō fuerunt. Depulsio est cōcessio. Ratio, flumē.n. subito accreuit, & ea re traduci nō potuerūt. Infirmatio est, Tamen, qm̄, qđ lex iubet, factum nō est, supplicio dignus es. Iudicatio est, Cum in ea re redemptor cōtra legem aliquid fecerit, qua in re studio eius subita fluminis obstiterit magnitudo, supplicio ne dignus sit. Necessitudo aūt inferetur, cum vi quadā reus id, quod fecerit, fecisse defendit, hoc modo: Lex est apud Rhodios, vt, si qua rostrata in portu nauis deprehēsa sit, publicetur. Cum magna in alto tempestas esset, vis ventorū inuitis nautis Rhodiorū in portū nauim coegit. Quæstor nauim populi vocat. Nauis dñs negat publicari oportere. Intentio est, Rostrata nauis ī portu deprehēsa est. Depulsio est cōcessio. Ratio, Vi & necessario sumus in portū coacti. Infirmatio est, Nauim ex lege tñ populi esse oportet. Iudicatio est, Cum rostratā nauim in portu deprehensam lex publicarit, cumq; hæc nauis inuitis nautis vi tēpestatis in portū cōiecta sit, oporteat ne eā publicari. Horū trium gñm iccirco vnū in locū cōtulimus exēpla, q similis in ea præceptio argumētorū tradit. Nā in his oībus primū, si qd ipsa dabit facultatis, coniecturā ab accusatore induci oportebit, vt id, qđ volūtate factū negabitur, cōsulto factū suspicione aliqua demōstret. Deinde inducere definitionē necessitudinis, aut

casus, aut imprudentiæ, & exépla ad eá definitioné adiungere, i quibus imprudétia fuisse videat, aut casus, aut necessitudo, & ab his id, qđ reus iferat, separare. i. ostédere dissimile, qđ leuius, facilius, non ignorabile, non fortuitū, nō necessarium fuerit. Postea demóstrare, potuisse eu itari & hac rōne puideri potuisse, si hoc aut illud fecisset aut, ni si fecisset, pcaueri, & definitionibus ostédere non hác imprudétiá, aut casum, aut necessitudiné, sed inertiá, negligentiá, fatuitaté nominari oportere. Ac si qua necessitudo turpitudiné videbit habere oportebit p locorū cōium implicationé redar guenté demóstrare, quiduis perpeti, mori denique; satius fuisse, q̄ eiusmodi necessitudini obtéperare. Atq; tū ex his locis, de qbus in negociali parte dictū est, iuris & æquitatis naturá oportebit qrere, & quasi in absoluta iuridiciali p se hoc ipsum ab rebus oíbus separatim cósiderare. Atq; hoc in loco, si facultas erit, exéplis vti oportebit, quibus in simili excusatione nō sit ignotū: & contétione, magis illis ignoscédum fuisse: & ex deliberationis partibus, turpe, aut inutile esse cōcedi eá ré, quæ ad aduersorio cōmissa sit: pmagnū esse, & magno futurū detriméto, si ea res ab iis, q ptāem hnt iudicandi, neglecta sit. Defensor aūt cōuersis oíbus his partibus poterit vti. maxime aūt in voluntate defendéda cōmorabit, & in ea re adaugenda, quæ voluntati fuerit ipediméto, & se plus, q̄ fecerit, facere non potuisse, & in oíbus rebus voluntaté spectari oportere: & se cōuinci nō posse, q̄ non absit à culpa: & ex suo nomine cōem hominū infirmitaté posse dánari. Deinde nihil indignius esse, q̄ eū, q culpa careat, supplicio nō carere. Loci aūt cōes accusatoris, vnus in cófessione, & alter, quáta ptás peccádi delinquat, si semel institutū sit, vt nō de facto, sed de facti causa quærat. Defensoris aūt, conquestio calamitatis eius, q nō culpa, sed vi maiore quadá acciderit, & de fortunæ ptāe, & hoíum infirmitate, & vti suū animū nō euentum conside rét. In quibus oíbus conquestioné suarū ærumnarum, & crudelitatis aduersariorū indignationé in esse oportebit. Ac nominé mirari cōueniet, si aut in ijs, aut in alijs exéplis scripti quoq; controuersiá adiunctá videbit. Quo de gñe post erit nobis separatim dicédum: ppea q quædá gña causarum simpliciter, & ex sua vi cōsiderant; quædá aut sibi aliud quoq; aliqđ controuersiæ genus assumunt. Quare oíbus cognitis, nō erit difficile in vnáquanque causá trásferre, qđ ex eo quoq; gñe cōueniet: vt in his exéplis cócessionis in est oíbus scripti cōtrouersia ea, quæ ex scripto & séntétia nominatur: sed quia de cócessione loquebamur, in eá pcepta dedimus. Alio aūt loco de scripto & séntétia dicemus. Nunc in alterá concessionis parté considerationé intendemus. Deprecatio est, in qua nō defensio facti, sed ignoscédi postulatio continetur. Hoc genus vix in iudicio pbari pōt: ideo q cócessio peccato, difficile erit ab eo, qui peccatorū vindex esse debet, vt ignoscat impetrare. Quare parte eius gñis, cū causam nō in eo constitueris, vt licebit. vt si p aliquo claro, aut forti viro, cuius in rép. multa sint beneficia, dixeris, possis, cū videaris nō vti deprecatione, vti tñ, ad hunc modū: Quod si iu dices hic p suis beneficiis, p suo studio, qđ in vos habuit semp, tali suo tpe multorū suorū recte factorū causa, vni delicto vt ignosceretis, postularet tñ dignū vestra mansuetudine, dignum virtute huius esset iudices, á vobis hác ré hoc postuláte ipetrari. Deinde augere beneficia licebit, & iudices p locū cōem ad ignoscédi volútaté ducere. Quare hoc genus, q̄q̄ in iudicijs nō versat, nisi quadá ex parte: tñ, qa & pars ipsa inducéda nonnunquá est, & in senatu, aut concilio sæpe omni in gñe tractáda, in id quoq; pcepta ponemus. ná in senatu, & in consilio de Siphace diu deliberatū est, & de Q. Numitorio Pullo apud L. Opimium, & eius consiliū diu dictum est. Et magis in hoc quidé ignoscédi, q̄ cognoscendi, postulatio valuit. ná semp animo bono se in populū R. fuisse non tam facile probabat, cum coniecturali constitutione vteretur, q̄ vt pp posterius beneficium sibi ignosceretur: cū deprecationis partes adiungeret. Oportebit igitur eum, qui, sibi vt ignoscatur, postulabit, cómemorare si qua sua poterit beneficia, &, si poterit, osté dere ea maiora esse, q̄ hæc, quæ deliquerit; vt plus ab eo boni, q̄ mali profectum esse videatur. Dein de maiorū suorū beneficia, si qua extabūt, proferre. Deinde, ostédere, nō odio, neq; crudelitate fecisse qđ fecerit, sed aut stultitia, aut impulsu alicuius, aut aliqua honesta, aut pbabili causa. Postea polliceri & cōfirmare, se & hoc peccato doctū & beneficio eorū, qui sibi ignouerint, cōfirmatum, omni tpe à tali rōne absuturū. Deinde spé ostédere, aliquo se i loco, magno iis, qui sibi cócesserint, vsui futurum. Postea, si facultas erit, se aut consanguineum aut iá à maioribus in primis amicū esse demóstrabit, & amplitudiné suæ voluntatis, & nobilitaté gñis eorum, qui se saluum velint, & dignitaté ostédere, & cetera ea, quæ personis ad honestaté, & amplitudiné sunt attributa, cū cóquestione, sine arrogátia in se esse demóstrabit; vt honore potius aliquo, q̄ vllo supplicio dignus esse videat. Deide ceteros pferre, qbus maiore delicta cócessa sūt. Ac multū pficiet, si se misericordé in ptāte, & propensum ad ignoscédum fuisse ostédet. Atq; ipsum illud peccatum erit extenuádum, vt q̄ minimū fuisse videat, & aut turpe, aut inutile demonstrandum tali de hoie supplicium sumere. Deinde locis cōibus misericordiam captare oportebit ex ijs pceptis, q̄ i primo libro sunt exposita. Aduersarius aūt malefacta augebit, nihil imprudéter, sed oía ex crudelitate & malitia facta dicet: ipsum immisericordé, superbum fuisse, &, poterit, ostédet semp inimicū fuisse & amicū fieri nullo mō posse. Si beneficia proferet, aut aliqua de causa facta, nō pp beneuolétiá, demóstrabit, aut postea odiū esse acre susceptum, aut illa oía maleficiis esse deleta, aut leuiora beneficia q̄ maleficia, aut, cū beneficiis honos habitus sit, pro maleficio pœná sumi oportere. Deinde turpe esse, aut inutile ignosci. Deinde, de quo vt ptás esset, sæpe optarint, in eū ptāte non vti, summam esse stultitiam: & cogitare oportere, qué animū in eum, vel quale odium habuerint. Locus aūt cōmunis erit indignatio maleficij: & alter, eorum misereri oportere, qui pptet fortunam, non propter malitiam in miseriis sint.

VICTORINVS.



VBIVNGITVR iuridicialis quæ ipsa cũ genus sit, in duo diuitur. in absolutam, & absumptiuam. Absolutæ supponit exemplum, quod triphæũ æneum cõtra morẽ post victoriam Graii, de Graiis statuerunt. Facit intentionem, & depulsionẽ, suppo nitq. rationem postea, sed absolutę constitutionis, vt nascatur iudicatio. Iuste fecimus, quia æternum virtutis nostræ monimentum relinquere voluimus. Sin autem dicatur, ideo æneum, quia meruistis, erit ratio de relatiua qualitate. Vnde intelligimus, in vnã causa.n cõstitutiones incidere posse plurimas principales. Verum etiã absoluta, qualitas eosdẽ habebit locos argumentorũ, quos negocialis, ex partibus iuris natum ad vtilitatem suam cõsuetudinis legum. Sed in absoluta ipsa iura proferimus, vt factum defendas, vel lege, vel consuetudine, vel natura. in negociali autem hæc iura proferunt, vt possit constitui quo iure esse debeat id, de quo negocium est, quia eius cõstitutionis ad futurum spectat intentio. [aut ex ipsa re, aut simili, maiore, minore ve nasci videbitur) Aut enim in iure posita est hæc species, quæ quæritur. litis autem ex eo quòd in iure est, ad hoc negociũ similitudo traducitur. [Dubiæ rei) Thesis.s.[Certe continet amplificationem) Locis cõmunibus iam re ꝓbata, argumentum facies. [Illud.n. adhuc in quæstione est, quod augeri per cõmunẽ locum possit & oporteat, considerabitur) De re probata locum communem per argumentum non thesis. [Nam certi qui in omnes incidant loci, perscribi non possunt) In singulas constitutiones certi loci & proprii dari nõ possunt. Memo ergo & in negociali. Quoniam tamen in negociali de iure tractatur, loci communes hic esse possunt contra auctoritatẽ iurisperitorum, ab auctoritate iurisperitorũ. [Nunc iuridiciale genus, & partes eius consideremus) Ipsa.n. est q̃ diuiditur. [Absoluta est, quæ ipsa in se, nõ, vt negocialis) In negociali quæritur, quid esse debeat iuris: in absoluta, quid est iuris. [Non, vt negocialis) Negocialis enim non habet ius certũ, sed quæritur de eo iure quod esse debeat in negocio præsenti. [Absoluta est, quæ ipsa in se, nõ, vt negocialis) In negociali qualitate ius efficitur sentẽtia iudicis, in absoluta quod positũ ius, & notũ est, ab oratore sumitur. [Implicite, & abscõdite) Quia adhuc incertum est, & quæritur quod esse debeat. In hanc argumentationes ex iisdem locis sumendæ sunt, atq; in causam negocialem, quia de ante dictum est, vt ex partibus iuris naturæ, cõsuetudinis, legum argumenta sumamus. Hoc tamen, cũ & in negociali hæc sint distat absoluta ab negociali, q̃ illa latius assumit, vt probet, quemadmodum nouum ius esse possit de quo quæritur. absoluta autem ipsa iura, vt probet factũ. [Assumptiua igitur tunc dicit, cum ipsum ex se factũ probari non potest) Assumptiuæ qualitatis præcepta tractaturus, docet qd ipsa sit, & eius partes quatuor supponit. Ac primam compensationem, quam & comparationem appellat. huius exemplum subicit. Imperatoris eius qui instrumẽta, & arma tradiderit, vt exercitum ab obsidione hostium liberaret: hic quoniam finitiuus status esse poruit, qd sit lædere maiestatem. [Certi enim nominis reus est) Cuius constitutionis.i. finitiuæ tractatu omisso, ipsam considerat cõpensationẽ. Ac præcepta hæc constituit, vt si quid per coniecturam tractandũ sit, prima parte tractet, vel hoc non obfuisse, vel hoc non futurum fuisse, ꝓpter quod istud vnde reus sit, dicatur esse commissum. Ista coniecturalia sunt. Item si definitio fuerit cum alio qui certi nominis reus est, trãsferenda huc sunt omnia quæ sunt definitionis. moneto. nunc alteram, nũc vtranq; constitutionem.i. & finẽ, & coniecturam in prima parte tractati & item alias, tractis.s. huc rationibus singularum, & confirmationis, & infirmationis. Ipsius autem cõpensationis præcepta hęc sunt, vt cõparemus, id quod admissum est, & ꝓ quod admissum est, ea partibus honestatis, vtilitatis, necessitatis vt neq; fuisse aut honestum, aut vtile, aut necessarium. Vbi & gradus tanti põt, non tam vtile, nõ tam honestum, non tam necessariũ: quæ partes.i. vtilis, honestis, necessarii, plenius intelligẽtur in præceptis deliberatiuæ. Sic facta separatione, & eius beneficii quod pręstitisse se dicit, & eius maleficii quod admisit actio postrema ducẽda est ad formã deliberatiuæ. vt ita agatur, quasi suadeat, aut dissuadeat orator, faciendum, aut nõ faciendum. quoniam accusatoris pars est, vtique, vt dissuadeat, defensor vero hæc omnia cõtraria actione cõuertet. Cum ille coniectura vsus fuerit, coniecturaliter respondeat. Item cõtra eadem assumat argumenta officii. ipsius autẽ compensationis

contrarias partes tenebit, vt doceat vtile, honestũ, necessarium fuisse quod fecerit. Aut tantopere per gradum vtile fuisse, honestum, necessariũ. Loci communes ab accusatore erunt duo in eum qui de turpi facinore confiteatur, & quærat aliquã defensionem, & alter ipsius inutilitatis, & turpitudinis expressio cũ indignatione. Ad defensore tres sunt: nihil per se turpe, aut inhonestũ putari, nisi animo facientis consideretur: alter, amplificatio beneficii præstiti: tertius, expositio ipsius, & periculi, & beneficii. [Ex quibus sunt iudicationes duę).s. iudicatione coniecturales. [Aut hæc comparatiua, cuius nunc indigemus) Hęc iudicatio propria est ipsius compensatiuæ constitutionis [Hoc causæ genus) Compensatiuum.s. Oportebit adhibere ceterarum quoque constitutionum rationem atque pręcepta. si tamen incidant ceteræ constitutiones. Istæ.n. constitutiones quę in assumptiua sunt qualitate, possunt præcedentes omnes constitutiones recipere. vt hæc nunc, q̃ compensationis est, habet & finem, & coniecturã. Ideo quæcunq; genera sunt quæstionum; suis cõstitutionibus tractãda sunt. [Ac maxime coniecturis faciendis) Vt per cõiecturam, quæ quasi incidẽs est cõpensatio illa tollatur, qua is qui accusatur maiestatis, vtitur dicens, periturum fuisse exercitũ nisi arma concederet. [il qui accusabunt, cõparabunt.) Vt periturum fuisse exercitum negemus, quod sumit hic, qui arma prodidit, & instrumẽta. [Aut si alia ratione) Quoniam superius duas rationes, & duas iudicationes posuit coniecturales, non futurum fuisse vt periret exercitus, & non hoc animo factum iccirco hic eandem rationem repetit, vt coniecturam dicant in hanc constitutionem tractandam. [Ex coniecturali constitutione sumetur) Quia partibus suis ipsa tractanda est. [Sin autem certo nomine maleficii) Vt nunc certo nomine reus est maiestatis. Post enim sine certo nomine reus esse, & nõ statim ad definitionẽ astringitur, cum criminis nomen nullum videtur obiectum. [Sin autem certo nomine maleficii vocabitur in iudicium) Iam hic incipit incidentis ad hoc thema alterius status.i. finis, quem statum finem, & supra posuit dicendo: Quia sit maiestatẽ minuere, præcepta tractare. [Sin aliud quoque aliquod genus) Quarumlibet constitutionum, vel præcedentium, vel sequentium. [Quamplurimis infirmet rationibus) Vt dicat non futurum fuisse, vt periret exercitus. aut aliter, Non hoc animo fecisti, sed vt perderes fecisti. [Deinde oportet accusatorem illud, quod ipse arguat, ab eo, quod defensor comparat, separare) Post illa superiora etiam hoc dicere oportebit accusatorẽ, contendere, comparare. [Et, hoc extenuando, maleficii magnitudinem simul adaugere) Vt extenues, quod præstitisse se dicit, augeas, quod admisit. [Deinde oportebit ipsam illam comparatiuam iudicationem exponere tanquam causam deliberatiuam) In omnibus assumptiuis qualitatibus post omnia argumenta ex constitutione quæ sunt propria, locus extremus interponitur quasi deliberatiuæ causæ, in qua quæritur quid faciendum sit, vt ex hoc probetur quid faciendum fuerit. [Tanquam causam deliberatiuam) Vt non iudicialis causa sit, sed deliberatiua, & eodẽ genere agatur, quasi sola ipsa esset.i. causa deliberatiua. [Aliquam in consultationem) vt deliberatiua, non iudicialis causa sit. hoc est enim cõsultatio. [Defensor autem, in quibus in locis ab accusatore aliæ constitutiones erũt inductæ) Si accusator coniectura, retorto cõtra genere dicẽdi coniectura & defensor vtetur. pari genere & finem, pari genere etiam comparationem ex contrario tractabit, vt quod ille inutile, hic vtile, quod ille inhonestum, hic honestum dicat & cetera his similia: [Relatio criminis est, cum reus id quod arguitur, confessus, alterius se inductum peccato, iure fecisse demonstrat) Secundã speciem assumptiuæ qualitatis relationem posuit. Hanc definiunt per definitionem. Quæ constitutio tunc est, cum alterius peccato se fecisse reus dicit quidquid admisit. huius exemplum subiecit Horatium, qui sororem suam flentem interfecit. Et subiungit præcepta, primum, vt si qua cõstitutio ante ipsam relatiuam tractari possit, excutiatur circa ipsum qui reus est: Non hoc animo fecisti. hoc vtique iste factum est, & in cõparatione. Deinde quoniam relatio refert actus ad alterum, vt se defendat, dicit.n. Feci, sed ille meruit. Necessaria etiam hic ceterarum constitutionum ratio tractabitur, Cum enim cœperimus dicere, ille non meruit, & coniectura esse potest, & finis, & quælibet alia constitutio. Ergo accusator in defensione eius in quem reus transfert crimen, tractabit alias constitutiones. Hoc pacto fit, vt licet relatio sit constitutio, in hanc tamen adhibeamus alias constitutiones, duobus modi, vel circa personam ipsius rei, quo animo fecerit, vel circa personam illam in quam reus transferat crimen.

Post hæc igitur tractanda est ipsa relatio criminis quam in præceptis ab eodem subiectis cuius facile est recognoscere. vsq; ad illam partem, quæ semper (sicut in superiore præcepto traditũ est) propositionem habet quasi deliberatiuam, quę ex vtilitatis honestatisq. partibus quid agendum est, quasi res in consultatione sit, declaratur. Defensor habebit cuncta contraria. sed si incidentes constitutiones alię fuerint, omnia ex earum diuersa parte tractabit. Item per præcepta conuertendo modum, ad suam partẽ argumentãdo deducit eum locis cõmunibus tam accusatori quã defensori datis, quos ipse supponit. [Postea si qua facultas erit) Ante relationem criminis, & eius argumenta, ceteris cõstitutionibus accusator, & reum onerare debebit, & illum defendere in quẽ reus transfert crimen, nanq; dici potest. Quod fecisti non hoc animo fecisti, quod est alterius constitutionis, deinde, & ille quem meruisse dicis, aut non meruit, aut non hoc pacto meruit, quod vtrque aliarũ est constitutionum. Ita antequam ex præceptis relationis aliquid agamus cõstitutionibus reliquis, & circa rei personã vti possumus vt eũ arguamus, & circa personã eius in quem crimen trãsfertur, vt eum defendentes reum accusare possimus. [Postea translationis partibus vti) Præscriptione, Non tibi eum licuit occidere. [Deinde negare debebit, audiri oportere id) Vt dicamus, Hodie audiendus tu nõ es, siquidẽ & tu illam qua punitus es, audire noluisti. [Et id, quod iudicatum non sit, pro infecto haberi oportere) Mentiris, quòd dicis sororem fleuisse, quia non est inde iudicatũ. [Nunc apud iudices accusent, quem sine iudicibus ipsi condemnarunt:) Modo crimen iogens, posteaquã pœnas sumpsisti de sorore. [Ac si idem facere ipse, qui nũc accusat, valuisset, ne hoc quidem ipso quidquã opus fuisset iudicio:) Vt & hic qui Horatium accusat, potuisset sine iudicio illam quasi peccantem occidere. [Si vero ceteri quoque idem faciant, omnino iudiciũ nullum futurum) Soritici syllogismi fecit formam, qui in infinitum semper de infecta rei definitione porrigitur, vt granũ, cumulus, aceruus, occidit Horatius, occideret accusator, ita semper sine iudicio erit pœna. [Potuisse hunc ipsum de illa supplicium sumere) Quasi de sorore. [Et de ea per amplificationem ex deliberationis præceptis dictio) Vt dicas iustum, honestũ vtile, vel contra, quæ omnia in deliberationis præceptis tractantur. [Vt refelli, & contrariam in partem conuerti possint) Vt cum supra verbi causa dictum sit ab accusatore, non debuisse à fratre interfeci sororem dicat hic, magis a fratre debuisse. [Vt ne ab ipso quidem, qui fecisset, in dubium vocaretur) Vt negare non posset, quod admisisset, quod hæc victoriam Romanam lugere. [Et iudiciorum perturbatione) Quoniam non erat occisa iudicio, quæ occisa est. [Remotio criminis est, cum eius intentio facti, quod ab aduersario infertur in alium, aut in aliud dimouetur &c.) Definitio. Hæc tertia species assumptiuę qualitatis, remotio criminis dicitur, quæ definita est sic. Cum intentio facti remouetur, vel in alium, vel in aliud ipsa autem remotio nunc rei est, nunc causæ, sed si causa remouetur, vel in hominem remouetur, vel in rem. Sin autem res remouetur, tantum in hominem, remouetur, vel ab homine. Causæ remotionem in hominem docuit per exemplum, de legato Rhodiorum, causæ remotionem, in rem, in eodem exemplo ostendit, cum dixit, mortuo quęstore si legatus viaticum nõ accepisset. Verum præcepta tradit quibus vteretur accusator, cum argueret eum qui causam facti in hominem remoueret. Et est primum, vt accusator eum defendat, in quem culpa remouetur. sed si hoc non potuerit, dicat hoc iudicium aliud esse, illud aliud. deinde dicat vniuscuiq; suum esse officium, hunc non potuisse peccare, illum reum esse posse. non debere tamen coniungi defensionem huius cum illius accusatione. Hæc in remotionis partibus integris complendis accusatoris sunt. Defensoris autem hæc, primum, vt quæcunq; accusator ex aliis constitutionibus argumenta fecerit, soluat, deinde, accuset eum cuius causa peccasse dicit; deinde doceat, se aliter facere nec potuisse, nec debuisse, non potuisse ex vtilitatis partibus non debuisse ex honestatis. de vtroq; autem in deliberatiuo genere tractabit. Deinde dicat à se omnia facta esse, quæ facere potuerit. Percurret omnia vitæ suę prætentæ dicta, facta, consilia, vt probat suam nõ fuisse culpam, cum hoc non impleuerit. Cum vero causa non in hominem, sed in rem remouet. omnia eadem præcepta accusatoris & defensoris erunt excepta vel accusatione hominis in quẽ remotio fit, vel defensione rei. Remotio cum fit, dedit exemplum de adolescente, qui porcã tenuit, remouet enim à se factum, & dicit non fuisse suæ potestatis facere, vel non facere. Hic nascitur illud nouum, vt has remotio rei nõ in hominem, sed ab homine. & existat constitutio ab accusatore, cum dicit: Quod fecisti, non tu facere debuisti. Exemplum dedit de prætore, qui consules deberent, populum in arma conuocauit. Hic præcepta dat, vti exprimamus quid cuiusq; sit potestatis, q̃d officii, ex vtilitatis partibus, & honestatis, & vt hoc probemus exẽplis. deinde adiungit locos cõmunes si qui esse possunt aut indignationis, aut conquestionis, vt, vterq; sibi pro suis partibus sumat. [In alium, aut in aliud dimouetur) Aut in personam aut in rem. De vtroq; distinctius, & de honesto, & de vtili. [Sin autẽ non in hominem certum, sed in rem aliquã causã dimouebitur) Hucusq; in personam, nunc in rem causa remouetur. [Accusatione alterius, & culpę depulsione dempta, ceteris similiter vti locis oportebit) In tria depulsione reliqua talia perseuerant in rem, qualia fuerũt in personam. [ipsius autem rei fit remotio, cum id, quod datur crimini, negat neque ad se, neque ad officium suum reus pertinuisse) Nunc remotio rei. nam supra causæ docuit remotionẽ & in hominem, & in rem, sed remotio rei tantũ in hominẽ fit, & fit duobus modis. nam nunc remotio fit rei ab eo qui reus est, nunc remotio fit rei ab eo qui accusator est quod erit nouum, vt status ab accusatore nascatur. [Atque in hoc genere) Remotiuæ constitutionis, vbi tantum res, non causa remouetur. [Concessio est, per quam non factum ipsum improbatur ab reo, sed, vt ignoscatur, id petitur &c.) Quarta species est in assumptiua qualitate, concessio. Hanc definit ita, cum nõ factum purgamus, sed vt ignoscatur petimus. Hanc partitur in duo, in purgationem & deprecationem & purgationem definit ita cum non factum purgamus, sed voluntatem. Id fieri dicit tripliciter, si aut imprudentes faciamus, aut casu, aut necessitate. Imprudentiæ dat exemplum de vitulo immolato. Item casus de eo qui hostias præsto nõ habuit ad diem certum. Item necessitatis, de rostrata naui in portu, vbi non licebat inuentã. Hæc tria exempla idcirco iuncta posuit, quia eorum omnium similis præceptio est. nanque vt, & in superioribus ita. & hic primum coniecturaliter agendum ab accusatore, vt id, quod reus negat se voluntate fecisse, cõsilio factũ doceat, ac voluntate. Deinde subiungit finitiui status tractatum, qui vt supra docuit, quadruplex est, definitio breuis, astrinctio definitionis & tertio loco, si asserit deductio est definitionis ad speciem, si vero non asserit. separatio definitionis à specie. quarto loco fit destructio definitionis partis aduersæ. Verum hi commissa destructione definitionis partis aduersæ, reliqua tria complebuntur. vt breuiter definiat casum imprudentiã necessitatem, deinde adiungit approbationem definitionis per exempla tertio locó separet a definitione, quod reus fecit, & id ostendat esse dissimile, quod sit eius factum non ignorabile, non fortuitum, non necessarium demonstrabit post hæc potuisse vitari, potuisse prouideri. & id doceat, quemadmodũ deinde adiungat accusator alteram definitionem, per quam nomina alia supponat imprudentiæ, casui, necessitati, inertiam, negligentiam, fatuitatem. Post hæc illud adiicit: Vti excitlamus, ne forte necessitas habuerit turpitudinem, vt disputari possit mori melius fuisse, ac tantam turpitudinem subiremus. Post hæc dicit adiungendũ esse tractatum de iuris & æquitatis natura, de qua & in negociali qualitate tractatum est, & maxime in absoluta iuridiciali, quæ duæ qualitates solis videntur distare temporibus, nam rerum tractatu eodem continentur. Post hæc dicit adiungenda exempla, sit tamen facultas dabit in quibus doceamus simili de causa nescio quibus veniam nõ esse cõcessam, & adiungamus illis fuisse magis tribuendam. Postremo ex partibus deliberationis turpe, & inutile doceamus esse concedi, & magnum periculum futurũ, cum tanta res admissa sit, si nõ fuerit à iudicibus vindicata. Contra hæc defensor cõuersione vtetur horum omnium, vt & in superioribus docuimus. maxime autem vt defendat voluntatem, & augeat quod voluntati fuit impedimento, & doceat nihil amplius se potuisse facere quam fecit. Deinde inducat locum communem, voluntatem expectari oportere. deinde conquestionem, cũ culpa careat, se affici supplicio, communem hominum esse infirmitatem. Loci vero communes accusatoris hi sunt, in eum qui confitetur, & alteri peccandi licentia tribuitur, si nõ de facto. sed de voluntate quæratur. Defensoris conquestio est de calamitate, quòd non culpa sua, sed vi maiore peccarit. Alter locus, de fortunæ potestate, & infirmatione hominum. Tertius locus, animum, non euentum considerari post hęc exempla atq; tractatus admonet, quod in omnibus exemplis supra positis leges sint. Vnde necessario incidunt tractatus etiam legales. sed hoc negat esse mirandum, quia causarum genera quædã simpliciter explicantur, quædam

coniuncta

coniuncta sunt. vnde q omnia precepta cognouerit, quidquid perspexerit in exẽplo, translatione locorum necessaria persequetur. nam hic, & leges sint, necessario quę legũ pcepta sunt, complere debemus, de quibus post dicetur. Nunc tantũ ea pręcepto posuit, quæ cõcessioni, de qua tractatus erat, cõuenirẽt. Si quid res ipsa dabit facultatis, coniecturã induci ab accusatore oportebit, vt dicat accusator per coniecturã, aut prudenter fecisse, aut non casu fecisse, aut non necessitate, sed volũtate fecisse. Atq; tum ex his locis iuris atq; æquitatis natoram oportebit quærere, & quasi in absoluta iuridiciali per se hoc ipsum ab rebus oibus separatim considerare, quoniam cõuenit negociali absoluta, qualitas tractata rebus, & distat tantummodo tpe, q negocialis de futuro iusto agit, absoluta de præterito. [Si aut in iis, aut in aliis exemplis scripti quoq; cõtrouersiam adiunctã videbit, Hoc precepto ostendit, incidere semper legales posse controuersias constitutionibus principalibus, nec aliqñ legale status posse existere principales. [Deprecatio est, in qua defensio facti, sed ignoscendi postulatio cõtinetur) Secunda pars concessionis deprecatio est. Hãc definiuit ita. cum non factum defendimus, sed aperte veniam postulamus. Hoc autẽ actionis genus non frequenter incurrit in iudicijs. sed in Senatu aliquoties, & apud populũ. Dat exẽplum vel Quinti Numitorii, vel Syphacis, vbi aperte nulla alia cõstitutione venia postulata sit. Subiungit præcepta, primo eius qui vt ignoscat postulat vt sua beneficia cõmemoret, si qua habuerit in vita præterita, & ea doceat esse maiora quam esset factum vnde reus est. deinde maiorum suorum beneficia ostẽdat, deinde dicat se nõ odio neq; crudelitate fecisse quod fecerit, sed stultitia, aut alicuius impulsu, deinde pollicatur, se alicubi profuturũ. deinde ostendat se cõsanguineum magnis ac principalibus viris, vel amicũ, deinde amplitudinẽ suam, & voluntatis, & generis, & eorũ voluntatẽ ostendat qui de se iudicent, & omnia quę personæ amplitudinẽ honestatemq. demonstrent exaggeret. sed hæc cũ conquestione potius q̃ cum arrogantia. Post hæc adiungere exẽpla debet, in qbus doceat, aut simili de causa ignotum multis, aut maiora cõcessa delicta. deinde doceat se in potestate itẽ fuisse, & id ignouisse quàplurimis. Postremo ipsum peccatũ extenuare debebit, & comparare, propter paruũ admissum se hominẽ tali honore excellentẽ, supplicio affici nõ oportere, quo afficiunt ceteri qui maiora committunt. Hæc confirmare locis communibus, qui ad captandã misericordiã in primo libro videntur expositi. Sed cõtra hunc qui dicit, primũ maleficium augebit. deinde dicet, nihil imprudẽter factũ, sed crudeliter & inimice oia. ipsum immisericordẽ, immitẽ, superbum, inimicum semper fuisse, amicũ nunquã futurum. & si beneficia protulerit ille qui veniã petit, is qui cõtra dicit, docere debebit, causa alia, nõ beneuolẽtia præstitũ, aut aliud maius postea cõsecutũ. & hoc malo beneficia superiora deleta, aut leuiora beneficia maleficiis, aut vt honor habitus est bene factis, pro maleficio pœne sumatur. Deinde vt per locum cõmunẽ dicat turpe esse, & inutile ignosci. Deinde optatum fuisse, vt reus aliquãdo fieret, & nunc nõ vindicari. Postremo cogitare debere, quali animo circa eum fuerit, & quali odio. Loci cõmunes eius erũt, indignatio maleficii, & alter, vt eorũ misereantur qui fortuna, non malitia peccauerint. [Nam in senatu, & in cõsilio de Siphace diu deliberatũ est, &c.) Ita hic docet postulatam esse veniam per deprecationem. nam semper animo bono in populũ fuisse, non tam facile probabat cum coniecturali constitutione vteretur. Ita excludatur eius coniectura, qua factum negabitur. quod erga populũ R. bono animo fuisset, & relinquebatur sola deprecatio.

DE PRAEMIO, ET POENA.



VONIAM igitur in generali constitutione tandiu, ppter eius partium multitudinem cõmoramur, ne forte varietate, & dissimilitudine rerum deductus, alicuius animus in quendam errorem deferatur, quid etiam nobis ex eo genere restet, & quare restet, admonendum videtur. Iuridicialem causam esse dicebamus, in qua æqui, & iniqui natura, præmij aut pœnæ ratio quæreretur. Eas causas, in quibus de æquo, & iniquo quæritur, exposuimus. Nunc restat vt de præmio, & de pœna explicemus. Sunt enim multæ causæ, quæ ex præmij alicuius petitione constant. Nam, & apud iudices de præmio sæpe accusatorum quæritur, & à senatu, aut concilio aliquod præmium sæpe petitur. Ac neminẽ conueniet arbitrari nos, cum aliquod exẽplum ponamus, quod in senatu agat, ab iudiciali genere exemplorum recedere. Quidquid. n. de homine probãdo, aut improbando dr, cum ad eam dictionem sententiarum quoq; ratio accommodetur, id non, si per sententiæ dictionẽ agitur, deliberatiuum est; sed, quia de homine statuitur, iudiciale est habẽdum. Omnino aũt qui diligenter omnium causarum vim, & naturã cognouerit, cum genere primo, tum ẽt forma eas intelliget dissidere: ceteris aũt partibus aptas in se omnes, & aliã in aliam implicatam videbit. Nunc de præmijs cõsideremus. L. Licinius Crassus consul quosdam in citeriore Gallia nullo illustri, neque certo duce, neque eo nomine, neq; numero prædius, vt digni essent qui hostes populi R. esse dicerentur; q̃ in excursionibus, & latrocinijs infestam pronunciam redderent, consectatus est, & confecit. Romã redijt, triumphum ab senatu postulat. Hic, vt, & in deprecatione, nihil ad nos attinet, rationibus, & infirmationibus rationum supponendis ad iudicationem peruenire, propterea q̃, nisi alia quoq; incidet constitutio, aut pars constitutionis, simplex erit iudicatio, & in quæstione ipsa continebitur. In deprecatione huiusmodi, Oporteat ne pœna affici. In hac huiusmodi, Oporteat ne præmium dari. Nunc ad præmij quæstionem appositos locos exponemus. Ratio igitur præmij quatuor est in partes distributa, in beneficia, in hominem, in præmij genus, in facultates. Beneficia ex sua vi, ex tempore, ex animo eius qui fecerit, ex causa considerantur. Ex sua vi quærent, hoc modo: Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint vulgaria, vera an falsa quadã ex oratione honestẽtur. Ex tpe aũt, Si tum eum indigeremus, cum ceteri nõ possent, aut tollẽt opitulari, si tum cum spes deseruisse, opitulatus sit. Ex animo, Si nõ sui commodi causa, sed eo cõsilio fecit omnia, vt hoc conficere posset. Ex casu, Si nõ fortuna, sed industria factũ videbit, aut si industriæ fortuna obstitisset. In hominẽ aũt, Quibus rõnibus vixerit, quid sumptus in eã rẽ, aut laboris insumpserit, &, si qd aliqñ tali fecerit, num alieni laboris, aut deorũ bonitatis præmiũ sibi postulet: num aliqñ ipse talẽ ob causã aliquẽ pmio affici negarit oportere: aut nũ iã satis pro eo, qd fecerit, honos habitus sit: aut nũ necesse fuerit ei facere id, qd fecerit aut num hmõi sit factum, vt, nisi fecisset, supplicio dignus esset, nõ, quia fecerit, pmio: aut num ante tẽpus pmium petat, & spem incertã certo vẽditet pretio: aut num, quo suppliciũ aliquod vitet, eo præmium postulet, vti de se præiudicium factum esse videatur. In præmij autem genere, quid, & quãtum, & quamobrẽ postuletur, & quo, & quanto quæque res præmij digna sit, considerabitur. Deinde apud maiores quibus hominibus, & quibus de causis talia honos sit habitus, quæretur. Deinde ne is honos nimium puagetur. Atq; hic eius, qui contra aliquẽ præmium postulantem di-

cet, locus erit communis, præmia virtutis, & officij sancta, & casta esse oportere, neq; ea aut cum improbis cõmunicari, aut in mediocribus hominibus per vulgari. Et alter, minus homines virtutis cupidos fore virtutis pmio puulgato. Quæ.n. rara, & ardua sint, ea ex præmio pulchra, & iucunda hominibus videri. Et tertius, si existant q apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt, non ne de sua gloria, cum pari præmio tales homines affici videant, deliberari putent? & eorum enumeratio, & cum eis, quos contra dicat, comparatio. Eius aût, qui præmium petet, facti sui amplificatio, & eorũ, qui præmio affecti sunt, cum suis factis contentio. Deinde ceteros à virtutis studio repulsum iri, si ipsæ præmio non sit affectus. Facultates autem considerantur, cum aliquod pecuniarum præmium postulatur, in quo, vtrum copia ne sit agri, vectigalium, pecuniæ, an penuria, consideratur. Loci communes, facultates augere, non minuere oportere; & impudentem esse, qui pro beneficio non gratiam, verum mercedẽ postulet: contra autem, de pecunia ratiocinari, sordidum esse, cum de gratia referẽda deliberetur: & se nõ pretium pro facto, sed honorẽ, ita vt factitatum sit, pro beneficio postulare. Ac de constitutionibus quidem satis dictum est: nunc de ijs controuersijs, quæ in scripto versantur, dicendum videtur.

VICTO. VONIAM igitur in generali constitutione tandiu propter eius partium multitudinẽ cõmoramur, &c.) Omnes quatuor constitutiones cum suis speciebus exposuit. Supererat iam de controuersijs legalibus disputari. sed qm̃ partitus qualitatẽ, species ei duas dederat, iuridicialẽ & negocialẽ, ipsamq; rursus iuridicialem diuidens in absolutã, & assumptiuã, species ei duas dederat, iuridicialẽ ipsam ita definierat, vt ĩ ea æqui & iniqui natura, aut pręmiũ aut pœnę ratio quæreretur, æqui & iniqui natura in oĩbus exposita est supra tractatibus circa omnes species iuridicialis. vnde nunc necessario admonet, de pœnę ac præmii ratione esse tractandũ, quod multa existont genera causarũ ex præmii petitione similiter & pœnæ. nam Cic. de præmio tantum loquitur. Nos tamen & ad pœnæ actionẽ ratione tradita, præceptum de præmio ꝑ similitudinẽ transferemus. Petontur, inquit, præmia, & apud iudices, & in senatu, & in aliquo cõsilio. Hic admonet, quod in senatu dixit, ne quis arbitretur de deliberatiuo dicẽdi genere sumptum esse tractatum, cũ de iudiciali genere dicendi omnis tractatus haberetor. Hoc, inquit, nemine moueat, qm̃ & apud senatum licet sententię dictio sit. Quod dicendi genus deliberatiuæ cõuenit, tñ iudiciale genus dicendi est existimandum, cum & in senatu licet deprobando homine, improbandoq. tractetur. & omnino, inqt, ista tria genera causarum forma, quadã & primo genere distant, altiore tamẽ & pleniore intellectu implicita sibi & connexa, suis partibus continent. (Nam & apud iudices de præmio sæpe accusatorũ quæritur &c.) Accusatoribus lege præmia dabant hoc ipso q accusabant. exemplum dat Tullius in Diuin. Nullo pręmio adductus sum item, Non.n. spolia Can Verris concupiui. (Id non, si per sententiæ dictionẽ agitur, deliberatiuũ est; &c.) Deliberatiuum.n. sic definierat, vt diceret: Cum res posita in consultatione ciuili, habet in se sententię dictionem. Ergo cũ agitor in senatu de homine probãdo, vel improbãdo nõ deliberatiua exinde dicẽda est, quia habet sentẽtię dictionẽ, sed iudicialis causa magis, quia de homine probãdo, improbandoq. tractatur. (Nunc de præmiis cõsideremus &c.) Hinc dare præcepta incipit, quæ seruanda sunt cũ præmiũ postulamus quod solũ supererat de cõstitutione iuridiciali tractata, vt natura ęqui & recti, aut pmii, & pœnę ratio quæratur. Dat exemplũ in quo præmium postulatur, de eo qui triumphũ petit. post quod exemplum admonet, neque hic neq; in deprecatione nos factã intẽtione, & depulsione, & nata quęstione, aut rationem inquirere, aut depulsionẽ rationis, sed ipsam esse iudicationẽ. quæ sit quæstio. In deprecatione, hoc modo: Oporteat ne affici pœna. In præmii petitione: Oporteat ne dari præmiũ. Deinde ergo dicẽda in pręmii petitione in quatuor. in beneficia, in hominẽ, in pręmii genus, in facultates. qbus singulis partes certas ipse supponit, simulq. docuit locos cões, quos tñ in his partibus ex quatuor habemus, in pmii genere, & in facultatibus. Hæ.n. duę partes affectus tenet. & possunt audientes publicæ rationis præmium, & facultas plurimum cõmouere. Ac de cõstitutionibus quidem satis dictum est. Nunc de iis controuersiis quæ in scripto versantur dicendum videtur.

DE CONTROVERSIIS, QVAE IN SCRIPTO VERSANTVR.

IN scripto versatur controuersia, cũ ex scriptiõis ratione aliquid dubij nascitur. Id fit ex ambiguo, ex scripto, & sententia, ex contrarijs legibus, ex ratiocinatione, ex definitione. Ex ambiguo aût nascitur cõtrouersia, cũ, q̃d senserit scriptor, obscurũ est, ꝙ scriptũ duas plures ve res significat, ad hunc modũ: Paterfamilias, cum filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo vxori suæ sic legauit: Heres meus vxori meæ vasorum argenteorum pondo centũ, q̃ volet, dato. Post mortẽ eius vasa magnifica, & pretiose cœlata petit à filio mater, ille se, quæ ipsæ vellet, debere dicit. Primum si fieri poterit, demonstrandum est nõ esse ambigue scriptum, ppea ꝙ oẽs in cõsuetudine sermonis sic vti solent eo verbo vno pluribus ve in sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. Deinde ex superiore, & ex inferiore scriptura docendũ id, quod quæratur, fieri pspicuum. Quare si ipsa separatim ex se verba cõsiderẽtur, omnia aut pleraq; ambigua visum iri. Quæ autẽ ex omni considerata scriptura perspicua fiãt, hæc ambigua non oportere existimari. Deinde qua in sententia scriptor fuerit, ex ceteris eius scriptis, & factis, dictis, animo, atq; vita eius sumi oportebit, & eã ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo q̃ritur, totam oĩbus ex partibus pertentare, si quid aut ad id appositum sit, quod nos interpretemur, aut ei, q̃d aduersarius intelligat, aduersetur. Nam facile, quid verisimile sit eũ voluisse qui scripsit, ex omni scriptura, & ex persona scriptoris, atq; ijs rebus, q̃ personis attributæ sunt, considerabitur. Deinde erit demonstrãdum, si q̃d ex ipsa re dabit facultatis, id, quod aduersarius ĩtelligat, multo minus cõmode fieri posse, q̃ id, q̃d nos accipimus; ꝙ illius rei neq; administratio neq; exitus vllus exteti: nos q̃d dicamus, facile, & cõmode trãsigi posse: vt ĩ hac lege (nihil.n. ꝓhibet fictã exẽpli loco ponere, quo facilius res intelligat) Meretrix coronã aureã ne habeto: si habuerit, publica esto. Contra eũ, qui meretricẽ publicari dicat ex lege oportere, posset dici, neq; administrationẽ esse vllam publicæ meretricis, neq; exitũ legis ĩ meretrice publicãda: at in aura publicãdo, & administrationem, & exitum facilem esse, & incommodi nihil inesse. Ac diligenter illud quoq; attendere oportebit, num illo probato, quod aduersarius intelligat, vtilior res, aut honestior, aut magis necessaria, à scriptore neglecta videat. Id fiet, si id, quod

nos demōſtrabimus, honeſtū, aut vtile, aut neceſſarium demōſtrabimus: & ſi id, quod ab aduerſarijs dicitur, minime eiuſmodi dicemus eſſe. Deinde ſi in lege erit ex ambiguo cōtrouerſia, dare operam oportebit, vt de eo, qđ aduerſarius intelligat, alia ī lege cautū eſſe doceat. Permultū aūt pficiet illud demōſtrare, queadmodū ſcripſiſſet, ſi id, quod aduerſarius accipiat, fieri aut intelligi voluiſſet: vt in hac cauſa, in qua de vaſis argēteis quæritur, poſsit mulier dicere, nihil attinuiſſe, aſcribi, q̄ volet, ſi heredis voluntati pmitteret: eo.n. nō aſcripto, nihil ineſſe dubitatiōis, quin heres, q̄ ipſe vellet, daret. Amentiæ igit̄ fuiſſe, cū heredi vellet cauere, id aſcribere, quo nō aſcripto nihilominus heredi caueret. Quare hoc genere magnopere talibus ī cauſis vti oportebit: ſi hoc mō ſcripſiſſet, iſto verbo vſus nō eſſe, nō iſto loco verbū iſtud collocaſſet. Nam ex his ſententia ſcriptoris maxime pſpicit̄. Deinde, quo tpe ſcriptū ſit, q̄rendum eſt, vt, quod eum voluiſſe in eiuſmodi tpe veriſimile ſit intelligat̄. Poſt ex deliberationis partibus, qd vtilius, & quid honeſtius, & illi adſcribendū, & his ad cōprobandū ſit, demōſtrandū: & ex his ſi quid amplificationis dabitur, cōmunibus vtrunq; locis vti oportebit. Ex ſcripto, & ſententia cōtrouerſia cōſiſtit, cum alter verbis ipſis, quæ ſcripta ſunt, vtitur: alter ad id, quod ſcriptorem ſenſiſſe dicet, omnem adiungit dictionē. Scriptoris aūt ſententia ab eo, qui ſententia ſe defendet, tum ſemp ad idem ſpectare, & idem velle demonſtrabitur: tum ex facto, aut ex euentu aliquo ad tēpus id, qđ inſtituit, accommodat̄. Semp ad id idem ſpectare, hoc modo: Paterfamilias cū liberorū nihil haberet, vxorē aūt haberet, ī teſtamēto ita ſcripſit: Si mihi filius genitus fuerit vnus, pluresve, is mihi heres eſto. Deinde quæ aſſolent. Poſtea, Si filius ante morit̄, q̄ in tutelā ſuam venerit, tu mihi, dicebat, ſecundus heres eſto. Filius nō eſt natus. ambigunt agnati cum eo, qui eſt heres, ſi filius ante, q̄ in tutelā veniat, mortuus ſit. In hoc genere nō pōt hoc dici, ad tempus, aut ad euentum aliquē ſentētiā ſcriptoris oportere accōmodari: ppea ꝙ ea ſola demonſtrat̄, qua fretus ille, qui contra ſcriptū dicet, ſuam eſſe hereditatē defendit. Aliud aūt genus eſt eorum, qui ſententiā inducunt: in quo nō ſimplex voluntas ſcriptoris oſtēditur, quæ in oē tempus, & in omne factum idē valeat; ſed ex quodā facto, aut euentu ad tēpus interpretāda dicit̄. Ea partibus iuridicialis aſſumptiuæ maxime ſuſtinet̄. Nam tum inducitur cōparatio, vt in eū, qui, cum lex aperiri portas noctu vetaret, aperuit quodā ī bello, & auxilia quædā in oppidū recepit, ne ab hoſtibus opprimerentur, ſi foris eſſent, ꝙ prope muros caſtra hoſtes haberēt. Tum relatio criminis, vt in eo, qui, cū cōmunis lex omniū hominē occidere vetaret, Tribunū militū ſuū, qui vim ſibi inferre conaret̄, occidit. Tum remotio criminis, vt ī eo, qui, cū lex, quibus diebus ī legationē pficiſceret̄, pſtitueret, qa ſumptū nō dedit Quæſtor pfectus nō eſt. Tum cōceſſio per purgationē, & per imprudētiā, vt in vituli immolatione: & per vim, vt ī naui roſtrata: & per caſum, vt ī Eurotæ fluminis magnitudine. Quare aut ita ſentētia inducet̄, vt vnum quoddā voluiſſe ſcriptor demōſtret̄, aut ſic, vt ī eiuſmodi re, & tpe hoc voluiſſe doceat̄. Ergo is, qui ſcriptū defendit, his locis plerūq; oībus, maiore aūt parte ſemp poterit vti. Primū ſcriptoris collaudatione, & loco cōi, nihil eos qui iudicēt, niſi id, qđ ſcriptū ſit, ſpectare oportere: & hoc eo magis, ſi legitimū ſcriptū pferet̄, id eſt, aut lex ipſa, aut ex lege aliquid. Poſtea, qđ vehemētiſsimū eſt, facti aut intētionis aduerſariorū cū ipſo ſcripto contētione, qd ſcriptū ſit, qd factū, qd iuratus iudex: quē locū multis modis variare oportebit. Tum ipſum ſecū admirantē quidnā cōtra dici poſsit, tum ad iudicis officium reuertentē, & ab eo quærentē quid ṕterea audire aut expectare debeat: tū ipſum aduerſariū quaſi intentātis loco pducendo, hoc interrogādo, vtrū ſcriptū neget eſſe eo modo, an ab ſe cōtra factū eſſe, aut contra cōtendi neget: vtrū negare auſus ſit, ſe dicere deſitarū. Si neutrum neget, & cōtra tn̄ dicat, nihil eſſe quo hominē impudentiorē quiſquā ſe viſurum arbitretur. In hoc ita cōmorari conueniet, quaſi præterea nihil dicendū ſit, & quaſi contradici nihil poſsit, ſæpe id quod ſcriptū eſt, recitando, ſæpe cum ſcripto factū aduerſarij cōfligendo, atq; interdum acriter ad iudicem ipſum reuertendo. Quo in loco iudici demōſtrandū eſt, quid iuratus ſit, quid ſequi debeat: duabus de cauſis iudicē dubitare oportere, ſi aut ſcriptū ſit obſcure, aut neget aliquid aduerſarius. Cum, & ſcriptum ſit aperte, & aduerſarius omnia cōfiteatur, tum iudicem legi parere, nō interpretari legē oportere. Hoc loco confirmato, tum diluere ea, q̄ contra dici poterant, oportebit. Contra antē dicetur, ſi aut prorſus aliud ſenſiſſe ſcriptor, & ſcripſiſſe aliud demonſtrabit̄, vt in illa de teſtamento quā poſuimus cōtrouerſia; aut cauſa aſſumptiua inferetur, quamobrē ſcripto non potuerit aut non oportuerit obtēperari. Si aliud ſenſiſſe ſcriptor, aliud ſcripſiſſe dicetur, is, qui ſcripto vtetur, hoc dicet, non oportere de eius volūtate nos argumētari, qui, ne id facere poſſemus, iudiciū nobis reliquerit ſuæ voluntatis: multa incōmoda conſequi, ſi inſtituatur, vt à ſcripto recedatur. nam, & eos, qui aliquid ſcribāt, nō exiſtimaturos id, qđ ſcripſerint, ratum futurū: & eos, qui iudicent, certum, qđ ſequātur, nihil habituros, ſi ſemel à ſcripto recedere cōſueuerint. Quòd ſi voluntas ſcriptoris conſeruanda ſit, ſe non aduerſarios à voluntate eius ſtare. Nam multo ppius accedere ad ſcriptoris voluntatē eū, qui ex ipſius eum literis interpretet̄, q̄ illum qui ſententiā ſcriptoris non ex ipſius ſcripto ſpectet, quod ille ſuæ voluntatis quaſi imaginē reliquerit, ſed domeſticis ſuſpicionibus perſcrutet̄. Sin cauſam afferet is, qui à ſententia ſtabit; primum erit contradicendum, q̄ abſurdum non negare contra legem feciſſe, ſed, quare fecerit, cauſam aliquam inuenire. Deinde conuerſa omnia eſſe: ante ſolitos eſſe accuſatores iudicibus perſuadere, affinē eſſe alicuius culpæ eum, qui accuſaretur: cauſam proferre, q̄ eum ad peccandum impuliſſet: nunc ipſum reum cauſam afferre, quare deliquerit. Deinde hanc inducere partitionem, cuius in ſingulas partes multæ conueniet argumentationes. Primū nulla in lege vllā cauſam cōtra ſcriptū accipi conuenire.

uenire. Deinde si in ceteris legibus coueniat, hãc esse huiusmodi legẽ, vt in ea non oporteat. Postremo si in hac quoq; lege oporteat, hanc quidẽ causam accipi minime oportere. Prima pars hi ferè locis cõfirmabitur scriptori neq; ingenium, neq; operã, neq; vllã facultatẽ defuisse, quo minus posset aperte pscribere id, quod cogitaret: nõ fuisse ei graue, nec difficile eã causam excipere, quã aduersarij proferãt, si quidquã excipiendũ putasset: cõsueuisse eos, qui leges scribãt, exceptionibus vti. Deinde oportet recitare leges eũ exceptionibus scriptas, & maxime videre, si q̃ in ea ipsa lege, qua de agit, sit exceptio aliqua in capite, aut apud eundẽ leges scriptorẽ, quo magis eũ probetur fuisse excepturũ, si qd excipiendũ putaret; & ostẽdere, causam accipere, nihil aliud esse, nisi legẽ tollere: ideo q̃, cũ semel causa cõsideret, nihil attinere eã ex lege cõsiderare, quippe q̃ in lege scripta nõ sit. qđ si sit institutũ, oĩbus causam dari, & potestatẽ peccãdi, cũ intellexerint vos ex ingenio eius, q cõtra legẽ fecerit, nõ ex lege, in quã iurati sitis, rẽ iudicare. Deinde & ipsis iudicibus iudicãdi, & ceteris ciuibus viuẽdi rõnes perturbatũ iri, si semel a legibus recessum sit. Nã & iudices neq; qd sequãtur habituros, si ab eo, qđ scriptũ sit, recedãt; neq; quo pacto alijs improbare possint, q̃ cõtra legẽ iudicarint: & ceteros ciues qd agãt ignoraturos, si ex suo quisq; cõsilio, & ex ea rõne, quæ in mentẽ aut in libidinẽ venerit, nõ ex cõi pscripto ciuitatis vnãquanq; rẽ administrabit. Postea quærere à iudicibus ipsis, quare in alienis detineant negocijs, cur reip. munere impediant, cũ sæpius suis rebus, & cõmodis seruire possint, cur in certa verba iurent, cur certo tpe cõueniãt, certo discedãr; nihil quisquã afferat causæ, quo minus frequẽter operã reipub. det, nisi q̃ causa in legẽ excepta sit: an se legibus obstrictos in tãtis molestijs esse æquum censeant, aduersarios nostros leges negligere concedant. Deinde itẽ q̃rere ab iudicibus, si eius rei causam, pp quã se reus contra legẽ fecisse dicat, exceptionẽ ipse i lege adscribat, passuri ne sint. Postea hoc qđ faciat, indignus & impudẽtius esse q̃ si adscribat. Age porro, qd si ipsi veluti iudices adscribere, possuros ne sit populus? atque hoc esse indignius, quã re verbo, & literis mutare nõ possint, eam re ipsa, & iudicio maxime cõmutare. Deinde indignius esse de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliqua ex parte cõmutari, cũ populo cognoscẽdi, & probãdi, aut improbandi potestas nulla fiat, hoc ipsis iudicibus inuidiosissimũ futurũ. Nõ hũc locũ esse, neq; hoc tẽpus legũ corrigẽdarũ, apud populũ hoc & p populũ agi conuenire q̃ si nũc id agãt, vel'le se scire qui lator sit, qui sint accepturi, se actiones videre, & dissuadere velle. Quòd si hæc cũ summe inutilia, tũ multo turpissima sint, legẽ, cuiuscemodi sit, in psentia conseruari à iudicibus, post, si displiceat, à populo corrigi cõuenire. Deinde si scriptũ nõ extaret, magnopere quæreremus. neq; isti, ne si extra periculũ quidẽ esset, crederemus: nũc cum scriptũ sit, amentiã esse eius rei, q peccarit, potius, q̃ legis ipsius verba cognoscere. His & huiusmodi rõnibus ostenditur causam extra scriptum accipi nõ oportere.

Secũda pars est, in qua est ostẽdendũ, si in ceteris legibus oporteat, in hac nõ oportere. Hoc demonstrabitur, si lex aut ad res maximas, vtilissimas, honestissimas, religiosissimas videbimur ptinere: aut inutile, aut turpe, aut nefas esse tali in nõ diligentissime legi obtemperare: aut ita lex diligenter perscripta demonstrabitur, ita cautũ vnaquaq; de re, ita quod oportuerit exceptũ, vt minime conueniat quidquã in tã diligenti scriptura pteritu arbitrari. Tertius locus est ei, q pro scripto dicet, maxime necessarius, p quẽ ostẽdat oporter, si eõ veniat, causam contra scriptum accipi, eã tñ minime oportere, quæ ab aduersarijs afferatur. qui locus icctrco est huic necessarius, & semp is, qui contra scriptũ dicit, æquitatis aliquid afferat oportet. Nã summa imprudẽtia est, eũ, qui, cõtra quod scriptũ sit, aliquid pbare velit, nõ æquitatis psidio id facere conari. Si quid igitur ex hac ipsa accusator derogat, oĩbus partibus iustius, & probabilius accusare videatur. Nam superior oratio hoc oĩs faciebat, vti iudices, ẽt si uollẽt, necesse esset; hæc aũt, ẽt si necesse nõ esset, vt vellent cõtra iudicare. Id aũt fiet, si quibus ex locis culpa demonstrabit nõ esse in eo, qui cõparatione, aut remotione, aut relatione criminis, aut cõcessionis partibus se defendit, de quibus ante, vt potuimus, diligẽter perscripsimus, si de his locis, quæ rẽs postulabit, ad causam aduersariorũ improbandã transferemus: aut causæ & rõnes afferentur, quare & quo cõsilio ita sit in lege, aut in testã scriptũ, vt sentẽtia quoq; & voluntate scriptoris, nõ ipsa solũ scripturæ causa confirmatum esse videatur: aut alijs quoq; cõstitutionibus factũ coarguetur. Contra scriptũ aũt qui dicet, primũ eum inducet locũ, per quẽ æquitas causæ demonstretur: aut ostẽdet quo animo, quo consilio, qua de causa fecerit: & quãcunq; causam assumet, assumptionis partibus se defendet, de quibus ante dictũ est. Atq; hoc in loco, cũ diutius cõmoratus fuit facti rõnem, & æquitatẽ causæ exornauerit; tum ex his locis ferè contra aduersarios dicet, oportere causas accipi: demonstrabit nullã esse legẽ, quæ aliquã rẽ inutilẽ aut iniquã fieri velit: oĩa supplicia, quæ à legibus proficiscantur, culpæ ac malitiæ vindicãdæ causa cõstituta esse. Scriptorẽ ipsum, si existat, factũ hoc probaturũ: & idẽ ipsum, si ei talis res accidisset, facturũ fuisse: & ea re legis scriptorẽ certo ex ordine iudices, certa ærarẽ pditos constituisse, vt essent, nõ qui scriptũ suũ recitarent, quod quiuis puer facere posset, sed qui cogitationẽ assequi possent, & voluntatẽ interpretari. Deinde illũ scriptorẽ, si scripta sua stultis hominibus, & barbaris iudicibus cõmitteret, omnia summa diligentia perscripturũ fuisse: nunc vero, q̃ intelligeret quales viri iudicaturi essent, iccirco eum, quæ perspicua videret esse, nõ ascripsisse: neq;.n. vos scripti sui recitatores, sed volũtatis interpretes fore putauit. Postea quærere ab aduersarijs, quid si hoc fecissem? quid si hoc accidisset? eorũ aliqd, in quibus aut causa sit honestissima, aut necessitudo certissima, tũm ne accusaretis? Atqui lex nusquam excepit. Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caueri. Deinde nullam rem neque legibus;

neque scriptura vlla, deniq; ne in sermone qdem quotidiano atq; imperiis domesticis recte posse administrari, si vnusquisq; velit verba spectare, & nō ad volūtatē eius, qui verba habuerit, accedere. Deinde ex vtilitatis, & honestatis partib. ostēdere, q̄ inutile, aut quā turpe sit id, qd̄ aduersarii dicant fieri oportuisse, aut oportere: & id, qd̄ nos fecerimus aut postulemus, q̄ vtile, aut q̄ honestū sit. Deinde leges nobis caras esse nō pp līas, q̄ tenues, & obscuræ notæ sint volūtatis, sed pp earū rerū, quibus de scriptū est, vtilitatē, & eorū, q scripserint, sapientiā, & diligentiā. Postea quid sit lex describere, vt ea videat in sentētiis, nō in verbis consistere: & iudex is videat legi obtemperare, qui sn̄iam eius, nō qui scripturā sequatur. Deinde q̄ indignū sit eodē affici supplicio eū, qui pp aliquod scelus, & audaciā contra legē fecerit, & eum, qui honesta aut necessaria de cā, nō ab sn̄ia, sed ab literis legis recesserit: atq; his, & hmōi rōnibus, & accipi cām, & in hac lege accipi, & eam cām, quā ipse afferat, oportere accipi demōstrabit. Et quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimū, si quid de æquitate ea, q cum aduersario staret, derogasset: sic huic, qui cōtra scriptū dicet, plurimū proderit, ex ipsa scriptura aliquid ad suam causam cōuertere, aut ambiguæ aliquid scriptum ostendere. Deinde ex illo ambiguo eā partē, quæ sibi prosit, defendere, aut verbi definitionē inducere, & illius verbi vim, quo urgeri videaī, ad suæ causæ cōmodū traducere, aut ex scripto non scriptū aliquod inducere p rōcinationē, de qua post dicemus. Quacunq; aūt in re, quamuis leuiter probabili scripto ipso se defenderit, cū æquitate cā abundabit, necessario multum proficiet: ideo ꝙ si id, quo nititur aduersariorū cā, subduxerit oēm illam eius vim, & acrimoniā lenierit ac diluerit. Loci aūt cōes certi ex assumptionis partib. in vtranque partem conueniunt. Præterea eius, qui à scripto dicet, leges ex se nō ex eius, qui contra cōmiserit, vtilitate spectari oportere, & legibus antiquius haberi nihil oportere. Contra scriptū, leges in cōsilio scriptoris, & vtilitate cōi, non in verbis consistere. Quàm indignum sit æquitatem literis vrgeri, quæ voluntate eius, qui scripserit, defendatur. Ex contrariis aūt legib. cōtrouersia nascitur, cum inter se duæ vīr leges, aut plures discrepare, hoc modo: Lex, Qui tyrānum occiderit, Olympionicarum præmium capito, & quā volet sibi rem à magistratu poscito, & magistratus ei concedito. Et altera lex, Tyranno occiso quinque eius proximos cognatione magistratus necato. Alexādrum, qui apud Phæreos in Thessalia tyrannidem occuparat, vxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, cum simul cubaret, occidit. Hæc filiū suum, quē ex tyranno habebat, sibi præmii loco deposcit. Sūt qui ex lege puerum occidi dicant oportere. Res in iudicio est. In hoc genere vtranq; in partē iidem loci, atq; eadem præcepta cōuenient, ideo ꝙ vterq; suā legē confirmare, contrariā infirmare debebit. Primum igitur leges oportet cōtendere, considerando vtra lex ad maiores, hoc est ad vtiliores, ad honestiores ac magis necessarias res pertineat. Ex quo cōficiē, vt, si leges duæ, aut si plures, aut quot quot erunt, conseruari nō possint, quia discrepēt inter se; ea maxime conseruanda putetur, quæ ad maximas res ptinere videatur. Deinde vtra lex posterius lata sit. nam postrema quæque grauissima est. Deinde vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. nam id, quod imperat, necessarium: illud, quod pmittitur, voluntariū est. Deinde in vtra lege, si nō obtēperatū sit pœna afficiatur, aut in vtra maior pœna statuatur. nā maxime conseruāda est ea, q̄ diligentissime sancta est. Deinde vtra lex iubeat, utra vetet. nā sæpe ea, quæ vetat, quasi exceptione quadam corrigere vr̄ illam, quæ iubet. Deinde utra lex de gn̄e omni, vtra de parte quadā, vtra cōiter in plures, vtra in aliquā certam rem scripta videatur. nam quæ in partem aliquā, & quæ in certā quandam rem scripta est, propius ad cām accedere vr̄: & ad iudicium magis pertinere. Deinde ex lege vtrū statim fieri necesse sit, vtrum habeat aliquam morā, & sustentationē. nam id, quod statim faciendū sit, perfici prius oportet. Deinde operā dare, vt sua lex ipso scripto videat̄ niti. Contraria aūt aut p ambiguū, aut p ratiocinationē, aut per definitionē induci, quo sanctius, & firmius id videat̄ esse, qd̄ apertius descriptum sit. Deinde suæ legis ad scriptū ipsam sn̄iam quoq; adiūgere, contrariā legē itē ad aliam sn̄iam traducere, vt, si fieri poterit, ne discrepare quidē videanī inter se. Postremo facere, si cā dabit facultatē, vt nostra rōne vtraq; lex conseruari videatur, & aduersariorū ratione altera sit necessario negligenda. Locos autē cōes, & quos ipsa causa det, videre oportebit, & ex vtilitatis, & honestatis amplissimis partibus sumere, demōstrantē p amplificationem ad vtrā potius legem accedere oporteat. Ex ratiocinatione nascitur controuersia, cum ex eo, qd̄ vspiā est, ad id, quod nusquā scriptū est, puenitur, hoc pacto: Lex est, Si furiosus est, agnatorū gētiliumq. in eo pecuniaq. eius potestas esto. Et lex, Paterfamilias vti sup familia pecuniaq. sua legauerit, ita ius esto. Et lex, Si paterfamilias intestato morit, familia pecuniaq. eius agnatorū gētiliumq. esto. Quidā iudicatus est parentē occidisse, & statim, ꝙ effugiēdi ptās nō fuit, ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt: os aūt obuolutū est folliculo, & pligatū: deinde est in carcerē deductus, vt ibi esset tātisper, dū culeus, in quē cōiectus in profluentē deferret, cōpararetur. Interea quidā eius familiares in carcerem tabulas afferūt, & testes adducūt. heredes, quos ipse iubet, scribūt: tabulæ obsignantur: de illo post suppliciū sumiē. Inter eos, q heredes in tabulis scripti sunt, & inter agnatos de hereditate cōtrouersia est. Hic certa lex, q̄ testi faciēdi iis, qui in eo loco sint, adimat ptātē, nulla pfert. Ex ceteris legibus, & quæ hūc ipsum supplicio hmōi afficiūt, & q̄ ad testi faciendi ptātem pertinent, & per rōcinationem veniēdum est ad eiusmodi rōnem, vt quæratur, habuerit ne testamēti faciendi ptātē. Locos autem in hoc genere argumentandi hos, & hmōi quosdam esse arbitramur. Primum eius scripti, quod proferas, laudationē, & confirmationē. Deinde eius rei, qua de quærat, cū eo, de quo constat, collocationē eiusmodi, ut id, de quo q̄ritur, rei, de qua constet, simile esse videatur. Postea admirationem

miratione percontatione, qui fieri posſit, vt, qui hoc æquū eſſe concedāt, illud negeт, qđ aut æquus, aut eodē ſit in genere. Deinde iccirco de hac re nihil eſſe ſcriptum, quòd, cum de illa eſſet ſcriptum, de hac re is, qui ſcribebat, neminē dubitaturum arbitratus ſit. Poſtea multis in legibus multa eſſe prætetita, quæ iccirco prætetita nemo arbitretur, quòd ex ceteris, de quibus ſcriptū ſit, intelligi poſſint. Deinde æquitas rei demonſtranda eſt, vt in iuridiciali abſoluta. Contra aūt qui dicet, ſimilitudinē infirmare debebit: quod faciet, ſi demonſtrabit illud quod conferatur, ab eo cui conferatur diuerſum eſſe genere, natura, vi, magnitudine, tpe, loco, perſona, opinione: ſi quo in numero illud, qđ per ſimilitudinē afferetur, & quo in loco illud, cuius cauſa afferetur, haberi conueniat, oſtendetur. Deinde quid res cum re differat, demonſtrabitur; vt nō idē videatur de vtraq; exiſtimari oportere. Ac ſi ipſe quoque poterit ratiocinationibus vti, iiſdem ratiocinationibus, quibus ante prædictū eſt, vtetur: ſi non poterit, negabit oportere quidquam, niſi quod ſcriptum ſit, conſiderare: periclitari omnia iura, ſi ſimilitudines accipiantur, nihil eſſe pene, quod nō alteri ſimile eſſe videatur: multis diſſimilibus rebus, in vnamquanq; rem tantū ſingulas eſſe leges; omnia poſſe inter ſe vel ſimilia, vel diſſimilia demonſtrari. Loci communes à ratiocinatione, oportere coniectura ex eo, quod ſcriptum ſit, ad id, quod non ſit ſcriptum, peruenire: & neminem poſſe omnes res per ſcripturam amplecti, ſed eum commodiſsim eſcribere, qui curet vt quædā ex quibuſdam intelligantur. Contra ratiocinationem, huiuſcemodi coniecturam diuinationem eſſe, & ſtulti ſcriptoris eſſe non poſſe omnibus de rebus cauere quibus velis. Definitio eſt, cum in ſcripto verbum aliquod eſt poſitū, cuius de vi quæritur: hoc modo: Lex, Qui in aduerſa tempeſtate nauim reliquerint, omnia amittunto: eorum nauis, & onera ſunto, qui in naui remanſerint. Duo quidam, cum iam in alto nauigarēt, & eorum alterius nauis, alterius onus eſſet, naufragum quēdam natantem, & manus ad ſe tendentem animaduerterunt: miſericordia cōmoti, nauim ad eum applicauerunt, hominem ad ſe ſuſtulerunt. Poſtea aliquanto ipſos quoque tempeſtas vehementius iactare cœpit, vſque adeo vt dominus nauis, cum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret, & inde funiculo, qui à puppi religatus ſcapham annexam trahebat, naui, quoad poſſet, moderaretur; ille autē, cuius merces erāt, in gladium in naui ibidē incumberet. Hic ille naufragus ad gubernaculum acceſsit, & naui, quoad potuit, eſt opitulatus. Sedatis autē fluctibus, & tempeſtate iam cōmutata, nauis in portum proue hitur. Ille autem, qui in gladium incubuerat, leuiter ſaucius facile eſt ex vulnere recreatus. Nauim cum onere horum trium ſuam quiſque eſſe dicit. Hic omnes ſcripto ad cauſam accedunt, & ex nominis vi naſcitur controuerſia. Nam, & relinquere nauem, & remanere in naui; denique nauis ipſa quid ſit, definitionibus quæritur. Iiſdem autem ex locis omnibus, quibus definitiua conſtitutio, tractabitur.

VICTORINVS.

CONSTITVTIONES rationales eſſe ſtatus, & in primo docuimus, & ipſos eſſe principales. hoc quemadmodum completemus in dicendo ſuperiore tractatu docuit. Sed quia ſunt præter ea genera controuerſiarum quę verſantur in ſcripto, quæ incidunt cōſtitutionibus, quæ ipſa quinque ſunt neceſſario etiam, de his dat præcepta. [In ſcripto verſatur controuerſia &c.) Sunt autem controuerſiæ quinque, ambiguitas, ſcriptum, & voluntas, leges contrariæ, ratiocinatio, & definitio. Scripti autem cōtrouerſia eſt, cum in quocunque ſcripto naſcitur controuerſia, aut in legibus, teſtamentis, pactis, & dictis, & ceteris quæ in ſcriptura ſunt. Ergo principalis eſt ambiguitas, quia ita ordinem fecit, cuius definitio adhibita eſt. [Cum, quid ſenſerit ſcriptor, obſcurum eſt) Ideo quia duas aut plures res ſignificat. Huic exemplum dedit, vt heres daret vaſa cælata vxori quæ vellet. Quoniam, vt diximus, conſtitutiones non ſunt, ſed incidentes ſunt, controuerſiæ, non conſtituit quæ ſit intentio, quæ depulſio, neque quæ ratio, & refutatio rationis, & quę iudicatio, ſed cōtinuo dat præcepta, quæ ſunt parti vtrique communia. Sunt autem hæc. Primum vt ne genus ambiguum, & doceamus locutionis ipſius conſuetudinem: deinde, vt ſuperiora verba, & inferiora cōſideremus, ex quibus colligamus quæ ſit vera ſententia. Deinde excutiamus perſonam eius qui ſcripſit, vt ex ceteris dictis eius factis ſcriptis animo atq; vita quid ſenſerit poſſit intelligi. Deinde excutiamus omne ſcriptum, ne in aliquo verbo aut nos adiuuet, aut impugnet aduerſariū. Deinde dicendum id, quod aduerſarius intelligat minus commode fieri, quam quod nos intelligamus. Huic præcepto exemplum dat: Meretrix coronam auream ne habeto; ſi habuerit, publica eſt. Hic enim tractari poteſt, non bene ſentire eum qui publicandā dicit eſſe meretricem, quod publice meretricis nullus eſt vſus, nulla adminiſtratio, hoc eſt nullū quodāmodo vectigal. in auro vero publicando magnam eſſe vtilitatem. Poſt hæc adiungit vtilitatem præcepti, vt interpretemur quanto vtilior res, aut honeſtior præteteatur, ſi id intellectū fuerit quod aduerſarius interpretatur. Hoc autem apertius fiet, ſi id, quod nos interpretamur, doceamus eſſe honeſtū, vtile, neceſſarium. Sed quoniam ſcripti cōtrouerſia, ſicut ſupra docuimus, poteſt eſſe & in teſtamento, & hoc exemplū dedit, poteſt autem eſſe, & in lege, adiecit itaq; præcepta. ſi ambiguitas fuerit in lege, vt quæramus ne forte quod aduerſarii intelligāt, alia lege cautū ſit. Deinde vt dicamus quēadmodū ſcribi oportuiſſet, ſi id ſenſiſſet quod aduerſarii dicunt, ille qui ſcripſit. Huius præcepti, & argumenti de themate ſupra poſito ſumpſit exēplū, vt doceat ſcriptorem ſi heredi conſulere vellet, vt ea vaſa daret quę illi commodum erat dare, non ſcriberet quę vellet. Hoc enim non aſcripto, quæ heres vellet ipſe daret. nūc quia aſcripſit, vtrique eorum cautum voluit. quia hoc nō aſcripto, conſuluiſſet heredi. Ergo concludit præceptum, in huiuſmodi cauſis ita debere tractari. Si hoc modo ſenſiſſet, illo verbo vſus eſſet, ſi hoc nōn eſſet, iſto loco verborum poſuiſſet, aut non poſuiſſet. Deinde adiungit præceptū, vt quæramus hoc quo tempore ſcriptū ſit, quod ſcriptū eſt, quia ex hoc intelligitur voluntas ſcriptoris. deinde quaſi deliberatiuo modo tractādū quid vtilius, qđ honeſtius ſit. Eſſe autem locos communes vtrique parti, ſi quid per amplificationem dici poſſit. [Quòd illius rei neq; adminiſtratio &c.) Quam aduerſarius dicit. [Nihil enim prohibet fictam exempli loco ponere &c.) Fictam materiam. i. theticā legem ſine certa perſonis. [Deinde ſi in lege erit ex ambiguo cōtrouerſia &c.) Non in aliqua alia ſcriptura [Alia in lege cautū eſſe doceatur, &c.) i. quo modo tu intelligis. [Per multum autem proficeret illud demōſtrare, &c.) Adiūgit aliud præceptū, eſſe conſiderandum quemadmodū ſcribi poſſit ab eo qui ſcripſit, ſi ſic ſenſiſſet quemadmodū dicit aduerſarius. [Ex ſcripto & ſententia controuerſia conſiſtit. &c.) Legales controuerſiæ ſunt quinque, quæ extra conſtitutiones tractatus ſuos habent: ex his Tullius primam tractauit ambiguitatem. Scriptum, & voluntas nunc explicatur. Scriptum autem omne accipere debemus, quidquid in legibus, aut in teſtamētis, aut edictis, aut in omnibus ſcriptis intelligitur. Hoc definiuit ita: Cum alter vtitur verbis quæ ſcripta ſunt, alter ſcriptoris ſententiā interpretatur, & ad id, quod ſcriptum eſt, animum ſcribētis adiungit. Is tamen qui ſententia vtitur, duplici modo aſſerit ſententiam ſcriptoris. aut enim ſemper dicit ſcripti eius vnū eundemq; ſenſum eſſe, aut ad tempus, aut ex euentu accipi oportere id, quod ſentit ille qui ſcripſit. Dat exemplum, quemadmodum

modum vtitur, & idem semper intelligatur in sententia scriptoris. Cum heres secundus institutus interpretatur se heredem esse iustum: siue natus filius esset, vt his heres esset, qui natus fuisset, siue natus non fuisset, vt alius nullus esset, quàm ipse. qui secundus est institutus. Hanc sententiam vnam memorat, & semper eandem esse. At vero cum sententia scriptoris ita exponitur vt ex facto, aut ex euentu ad tẽpus interpretanda sit, docet omnes sub qualitate assumptiuæ partis in hoc genere cõtineri in qua compensatio est, aut relatio criminis, aut remotio, aut cõcessio. In his enim omnibus speciebus assumptiuæ qualitatis necessario lex præcedit, quæ cum scriptum habeat, habebit & sententiam, quam is, qui ea vtitur dicit ad tempus accommodari. Dat exemplum, & docet nõ ad idem spectare in his exemplis sententiam scriptoris, sed ex tempore semper intelligi. Post hæc, subiungit pręcepta, quibus vti debet is, qui scriptum defendit, & is, qui scripto se tuetur. Sunt autem hæ laudes scriptoris. Communis locus in quo docetur nihil à iudicibus spectari oportere nisi scriptum & magis si legitimum scriptum sit. Tertio loco debet inducere factum ab aduersario, postea comparare cum scripto id, quod factũ est, deinde dicere quod iudex in legem iuratus sit. deinde interrogare quid sit quod ex aduersa parte dicatur. Modis autem variis interogare, modo iudicem, modo aduersarium, modo ipsum secum admiratione interrogare, & interrogare hæc, verum scriptum negetur esse sic quemadmodum loquitur, & an ab aduersario illud factũ si quam dicatur, an contradici nihil possit, deinde concludere. Cum scriptum ita sit, & ab aduersario factum, & ita factum non negetur, quod summa stultitia sit contra dicere. Deinde recitatio sequitur ipsius scripti frequens, & comparatio facti cum scripto vario modo. tunc ad te ipsum vt redeas. nunc ad iudices ista tractes. Sed ad iudices cum dicitur, ostendendum est quid sequi iudices debeant, quod duabus de causis sit apud iudices dubitatio si aut obscure scriptum sit, aut aduersarius aliquid neget. at hic vtrunque manifestum esse vnde iudices parere legi oportet, non interpretari legem. Post hæc subiunguntur ea quæ contra eum dicuntur qui vtitur sententia. Et quoniam supra diximus sententia, aut idem semper spectas, aut ad tempus accomodatur, si ad idem spectari dicitur, sententia, ille qui scripto nititur, dicit non oportere nos, de voluntate quærere, cum scriptum extet, quod indicium est voluntatis. Deinde incommodum esse, si hoc instituatur, vt ab scripto recedat. nam si nec scripto res ratum crederent esse, & sibi debebunt interpretari habere quod scripserint, & iudicium incertum sequẽtur, si à scripto recedere cœperint. deinde dicere magis voluntatem eum sequi qui scripta defendat, quàm eum qui interpretetur. certius enim iudicium est voluntatis ipsum scriptum. Hęc aduersus eum, qui sententiam semper idem spectare dicit. Si autem ad tempus accommodari sententiam dicit aduersarius, debet ille qui scripto nititur: negare iustum esse vt cum aliquis se contra legem fecisse fateatur, afferat causam vel temporis, vel euentus, vel aliam similem. Deinde debet dicere, semper accusatorum fuisse, vt cum crimen intenderent, facti causam afferrent. nunc reum esse, vt cum fecerint, quod non licebat. facti sui afferant causam. Post hæc tres locus debet afferre qui pro scripto nititur. sunt autem hi: Nulla in lege causam contra scriptum accipi, in hac lege nõ accipi, hanc causam minime accipi. Hæc, vti dixi, debet asserere, ac primum illud in nulla lege causam accipienda esse habebit hæc præcepta, quòd scriptori neque ingenium defuit ad inueniendа omnia neque sermo ad proferenda. si aliquid excipiendum putaret, esse consuetudine scriptoribus excipere. Hoc probabit, si recitet leges quæ habent exceptionem. Erit autem vehementius, si eius ipsius scriptoris aliam legem recitet, aut in ipsa lege aliquod caput inueniat, quod excipiat. Deinde quasi per definitionem inducere. quoniam nihil aliud est causam accipere, nisi legem tollere. Idque fieri, si causa accipiatur quæ extra legem est, id est, extra scriptum. Deinde omnibus peccandi licentiam dari, si causa semper accipiatur, & iudicibus errorem mitti, cum à scripto recesserint, & semper causas sequantur, quę scriptę nõ sint. omnes ciues quid agant ignoraturos, si ex suo cõsilio quisque agat, & causam legi applicet. Postremo hos locos inducet, qđ omnes actus reipub. legibus exerceantur quòd hi iudicent q̃ à negocijs suis absint, quod iurent in verba certa quòd nullã excusationẽ aut aliquam causam recipiant, qua cũ teneantur ad iudicandum abesse possit, nisi si eadem causa vtatur, quæ sit in ipsis legibus instituta, quod si omnes legibus tenentur, iniquũ esse aduersarios non teneri. Deinde per argumentationem illam, qui inductio nominatur explicare, an permittant iudices ad legem addit eam causam, qua se tuetur aduersarius. Quod si ipsi non permittant, aut etiam si velint ipsi addere, populus sinat, si neque ipsi neque populus permittat addi causam. iniquum esse, vt hodie ita iudicent, quasi iam causa legi videatur ascripta, indignum esse derogari legi, aut abrogari legem, aut ex aliqua parte mutari. Derogari est, in vituperationem venire. Abrogari totam penitus tollere. Tertium vero est, cũ pars aliqua commutatur, & vertitur. Deinde adiungere, populum hodie nihil scire iniquum esse, vt illo inuito & ignaro aliquid de legibus iudicetur, esse certum ferendæ legis tempus, quod si aliquis hanc legem ferat, scire se velle, vt si aliquid sit captuosum aduersarium ne, contradicat esse. turpia & mutilia hæc quæ aduersarii dicunt, nunc legem qualiscunq; sit debere seruari. Post populo si displiceat, licentiã commodari, vt vel abroget, vel corrigat legem. Deinde postremo loco cõcludet, neminem permissurum fuisse de populo, vt aduersarius hanc causam adderet, legi etiam si sine alicuius periculo hoc fieri posset. [Dum semper ad idem spectare, & idem velle demonstrabitur:) Semper hoc esse in hac lege, quòd senserit scriptor. Vt quòd nos sensisse scriptorem dicimus. Id est, ad quam sententiam scripta verba accomodamus, ipsa semper sit, neq; aliquo tempore mutetur, ne existat aliquãdo diuersa. Interdum inquit, is, qui se sententia defendit, contra scriptum sic dicit, hunc sensisse scriptorem, vt non semper idem sit, quod sensisse dicitur. Sed pro tempore, pro euentu sit alia, atque alia sententia, & his duobus præceptis supponit exempla. [Semper ad idẽ spectare, hoc modo:) Vnius partis vel præcepti, & tractatus exemplum. [Quam in tutelam suam venerit) Inter annos quatuordecim, quibus expletis potest facere testamentum. [Cum eo, qui est heres) Secundus. s. & tunc heres, si filius ante, quàm in suam tutelã veniat moriatur, in hoc genere non potest hoc dici, quod interpretatur scripti semper eandem sententiam nõ ad tempus accommodari. [Qua fretus ille, qui contra scriptũ dicet). i. secundus, qui secundus de numero factus heres ab agnatis. scripto ab hereditate summouetur, quia secundus scriptus cum sit, non nato filio secundus non est. [Quæ in omne factum idem valeat;) Non, quod supra, sed hic pro tempore, vt quid fiat lex senserit. [Quod prope muros castra hostes haberent) Probauit huc vsque compensatiuam subesse interpretatæ voluntati contra scriptum, cum voluntas expectatur ex tempore, subiungit & relatiuam subesse. Tum remotio criminis) Adiungit nunc & remotionem criminis subesse interpretatæ voluntati. Contra scriptum cum voluntas mutatur, vt ad tempus sit. Supponit etiam quartam speciem assumptiuæ, id est, concessionem ei subesse. [Tum concessio per purgationem) Quia concessio in purgationem & in deprecationem diuiditur, sed deprecatio non subest. Purgationem speciebus suis subiicit. [Quare aut ita sententia inducetur) Redit ad conclusionem duorum præceptorum supra positurum, cum voluntatem interpretamur contra scriptum. [Ergo is qui scriptum defendit,) Hinc incipiunt præcepta, quibus vti debeatis, qui se defendit scripto. [Quid factum) Ab eo videlicet qui ex legis verbis arguitur. [Quid iuratus iudex: &c.) id est in quam rem iuratus iudex redeat, hoc est, in leges sedeat iuratus. [Si nc verum neget, &c.) id est, aut scriptam esse legem, aut hoc fecisse. [Contra autem dicetur, si aut prorsus aliud sensisse scriptor, & scripsisse aliud demonstrabitur) Contra autem dicetur ab eo qui se contra istum, qui scripto nititur, voluntate defendit. Sed huic nunc locos dat, non quoad eius partes iam transierit: verum vt intelligamus contra quos locos eius qui voluntate defendit, respondere possit. [Aut causa assumptiua inferetur) Quoniam cum ad tempus voluntas scripti accipienda ostenditur, necessario per assumptiuæ qualitatis speciem argumenta sumuntur. [Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is) Prima pars qualis vtitur, qui se voluntate defendit, contra quam nunc præcepta dat scriptori. [Sin causam afferet is, qui a sententia stabit;) Secunda pars, qua vtitur is, qui voluntate se defendit, contra quam præcepta nunc dat scriptori. [Sin causam afferet is qui a sententia stabit;) Dictus primus locus est ab eo qui scripto nititur, per partes suas qui per præcepta. Sequitur secundus locus, in quo ostenditur si in ceteris legibus causa accipiatur, in hanc legem causam accipi non oportere. Hoc vt probari possit demonstrandum est, quia lex vel scriptum quodlibet ad res maximas, vtilissimas, honestissimas, religiosissimas pertineat: vnde inutile, turpe, nefas esse doceatur, legi tam diligenter scriptæ non obtemperari. Deinde docendum, quod omnia cauta in hac lege sint, & prospecta, & excepta, quæ excipienda, per-

spicienda,cauendaque esse videbantur. Subiungitur tertius locus,in quo docetur, hanc causam accipi non oportere,in quo quoniam aduersarius,qui cōtra scriptū dicat, aliqua æquitate se tuetur, laborandum est vti doceat qui se scripto defendit, illud æquum non esse quod aduersarius dicit. Quo loco bene tractato,vt doceat æquum non esse,efficiat, vt non oporteat cōcedere aduersario. Nam superiores loci hoc agebant,quasi non liceret id fieri, quod aduersarius vellet. is autem locus,hic dici in quo docetur æquum non esse quod aduersarius dicit, demonstrabit eum non oportere audiri,cum iustum nō videatur esse quod dicit, Deinde discendendum erit ad assumptiuæ qualitatis species per tractatus, ab eo qui scripto nititur vti per ea præcepta,quæ supra dicta sunt,compensationis & relationis,remotionis,concessionis,expliceet locos partis suæ, qui nititur cōtra eum qui se voluntate defendit,supponendo causam ex locis assumptiuæ qualitatis. deinde rationes afferendæ sunt,& causæ, quare aut in lege,aut testamento ita scriptū sit, quod scriptum est, vt ex hoc modo non scripta tantum defendere,verum voluntates interpretari videatur ille qui scripta defendit. [Primū nulla in lege vllam causam, &c.)Præcepta partitionis, quibus vti debeat, is, qui se scripto defendit. [Prima pars his ferè locis confirmabitur, &c.) In nulla lege causam accipi oportere.[Deinde item quærere)Hoc totum per indoctionem,vt ex eo,quod conceditur id, quod non cōceditur concludatur. [Secunda pars est,in qua est ostendendum,si in ceteris legibus oporteat,in hac non oportere, &c.)Secunda pars incipit de partitione eius, qui contra sententiam scriptum defendit. [Si quid igitur ex hac ipsa accusator deroget, &c.),id est,æquitate.Quoniam ille qui se sententia defendit, contra scriptum æquitatem debet asserere, necessario is,qoi se scripto defendit, debet rursus detrahere æquitati. Contra scriptum autem qui dicet primum inducet eum locum,per quem æquitas causæ demonstretur,&c. Nunc tractatus est eius qui voluntate se tuetur cootra scriptum,quod supra tractatum est. isque inducet primum locum æquitatis,vt ostendat quę & qualis illa sit causa quā adhibet per interpretationem legis. deinde assumptiuæ partis cuiusque præcepta seruabit dicens, hoc quidem scriptū in lege est,sed ego feci vt prodessem, vel reliqua,quæ assumptiuæ sunt qualitatis,vt facta ipsa sua enumeret, & exequatur,deinde tres illos compleat locos ex aduersa parte,quibus vsus est, is,qui scripta defenderat. His ex cōtario doceat,in omnes leges accipi causas,& in hanc legem accipi debere, & hanc causam accipi debere. In omnes leges accipi causas in hanc non accipi, iniquum aliquid constitui,vt omnia supplicia culpæ,& malitię vindicandæ causa constituta sint. nunc se nihil malitiosæ,fecisse.ipsum scriptorem,si hodie pręsens esset factum suum probaturum,aut si ipse hoc ageret, facturum fuisse. Hac de causa viros bonos electos, & dignitate & ætate,vt non scripta legis recitarent,sed interpretarentur. ipsum legis scriptorem non barbaris hominibus, ac stultis commisisse scripta sua. nam si hoc crederet,diligēter cunctas exequerentur.nunc quędam posuisse, ex quibus etiam non scripta cognosci possunt per intellecta voluntatem.Postea dicendum est,quid fieri potuisset,aut quid accidere potuisset.in quibus causa cum collocatur, ostenditur recedendum fuisse à scriptis propter,vel necessitatem,vel honestatem. Omnes leges comprehendere omnia non posse quę velint exprimere, vel excipere, esse naturaliter in legibus cunctis tacitas exceptiones. deinde locum hunc debebit exequi, quia neque sermo hominum, neque scriptum aliquod plane se exprimat, aut eloquatur voluntatem, sed semper expectatam ex scriptis reliqua, quæ in voluntate intelligi possunt, Deindæ vtilitatis & honestatis partes explicandę sunt. in quibus docebimus quid nos fecerimus, & quid aduersarii velint vt nostrum vtile, aduersariorum inutile demonstretur. Deinde locum communem debemus inducere, non literas non sequi oportere,quę & tenues & obscurę sunt notæ voluntatis, sed ipsam illam voluntatem. Deinde inducere definitionem,quid sit lex.& sic definire, vt hoc potius voluntas, quàm scriptura videatur, meritoque iudices inseruiant legi,qui voluntatem legi interpretantur. iniquum esse affici supplicio eum qui non aperte contra legem fecerit,sed ex aliqua ratione vtilitatis reip. His rationibus & rebus tres loci approbantur, qui sunt contrarii superioribus tribus, vt doceamus, & accipi causam in omnibus legibus, & in hanc legē accipi,& hanc causam accipi. Præterea operam dare debemus, vt etiam scriptum ipsum,si quo pacto possimus,conuertamus,vt id videatur tenere verbis,quod nos interpretamur, Faciamusque tale aliquid,quale supra fecit qui scripto nititur,vt ad scriptum applicet voluntatem. Sic qui voluntate nititur, in scripto debet aliquid inuenire, quod interpretetur, quod conueniat voluntati. Id faciet,si ambiguum aliquid in scripto inuenerit,aut per collectionem ex eo, quod scriptum est id, quod scriptum, non est, ostenderit. Sic fieri,vt cum leue nescio quod inuenerit in scripto, tamen cum æquitatem ostenderit in sua causa esse,plurimum proficiet,& subducet aduersario argumentum suum,in quo ille posuit, scripta tantum iudices sequi debere eum & hic docere cœperit, in scripto esse aliquid quod prosit ei voluntati quam interpretatur. Postremi loci sunt communes, qui sumi poterunt ex partibus assumptiuæ qualitatis, quod supra diximus. Verum erit proprius locus eius qui scripta defendit,leges ex se intelligi debere, non ex vtilitate interpretantium deinde erit alter nihil,legibus carius esse debere.At vero erunt alii loci communes eius quid se voluntate defendit leges in consilio scriptoris esse, & vtilitate communi. Deinde indignum esse æquitatem literis præmere & vrgere,cum æquitas magis in voluntate cernatur. Ex his locis,quos tres in partitione supra posuit & accipi causam, & in hac lege accipi, & hanc causam accipi. repetit per anacephalœosin in cōclusione tres illos quos in partitione poni locos dixit, & pro scripto,& contra scriptum. [Aut ex scripto non scriptum aliqood inducere),id est,syllogistice tractare.[Cum æquitate causa abundabit,necessario multum proficiet;)Fit & hic conclusio,vt & is, qui se voluntate defendit, operam det vt ipsum scriptum pro se faciat,vel ambiguo aliquo reprehensio verbo, vel ceteris,vt non voluntate tantum,sed etiam scripto niti videatur, quemadmodum illi ipsi supra qui se scripto defendit,ita pręceperat, vt non sola verba amplecteretur, sed etiam scriptoris ostenderet voluntatem. [Loci autē communes certis ex assumptionis partibus in vtrunq; partē conuenient) Vt aut remoueat, aut compenset,aut referat.aut concludat.[Ex contrariis autē, legibus cōtrouersia nascitur,cum inter se duæ vident leges,aut plures discrepare,hoc modo:)De legalibus controuersiis tertia est,quæ ex contrariis legibus cōnstat. Nam dicta est ambiguita dicta etiam controuersia quæ cōstat ex scripto & voluntate. Contrariæ vero leges nunc duæ sunt, nunc plures,nunc vna si duplex est, quanquam & vna simplex facere leges contrarias potest.At vna duplex facit leges contrarias, cum vna pars nititur legis parte.altera rursus alia legis parte dimicat & repugnat. Apud rhetores est ista controuersia. Rapta raptoris mortem, aut indotatas nuptias optet,vt rapta vna parte nitatur, ac dicat mortem se optare debere raptoris, altera nuptias inducat. ac fiunt leges contrariæ ex duplici parte legis.Item vna lex contrarias leges facere potest,hoc modo: Cum lex est.vt vir fortis petat præmium quod volet, & duo adolescentes filii fortiter fecerūt,petit præmii nomine vnus, vt pater eius qui reus factus fuerat perditionis,ante iudicium liberetur. alter petit, vt agat iudicium.ita ex vna lege diuersa petentium, voluntate leges cōtrariæ esse dicentur. Verum his omissis, Tullius definit quæ sint leges contrariæ. deinde ponit exemplum de eo qui tyrannum occiderit,vt pręmiū accipiat. deinde alteram legem proponit, vt tyranno occiso quinque proximi sanguine interficiantur. deinde reliqua præcepta dat communiter in vtranque partem. Etenim cum ambæ partes lege nituntur,quæ pręcepta data fuerint vni parti,ad alteram partem,quæ etiam ipsa lege nitetur,præcepta eadem transferuntur. eritq; vnicuiq; parti hoc principale,vt suam legē laudet aduersarii vituperet,reprehendat. Erit ergo tractatus talis,vtra vtilior lex sit, vtra honestior,vtra magis necessaria,vtra ad res plures pertineat,vtra ad maximas,vtra lex posterior sit, (melior enim quæ posterior) vtra lex iubeat,vtra permittat,vtra vetet. Nam iubet,desertos capite puniatur. Permittit, adulterum cum adultera liceat occidere. deinde vtra lex pœnam constituat ei, qui non obtemperet,vtra maiorem pœnam. deinde vtra lex iubeat,vtra vetet.In eo enim quod iubetur & permittitur, quasi vnum genus sit,contrarium est in eo,quod uetatur. Verùm in eo,qood imperatur,& permittitur, fit diuersitas quam super posuit,cū illic est necessitas, hic vtendi voluntas. At his duobus contrarium est,qood vetatur,vt infamis ne militet, vt impudicus ne concionetur. Maior autem est auctoritas legis quæ vetat, quàm illa quæ imperat. omnis enim lex quæ vetat, fortior propterea, quia corrigit illam quæ aut permittit, aut imperat. Etenim cum omnem hominem ad concionem venire liceat, & sit hæc lex quæ quasi permittat, hæc qua vetat,infamis ne concionetur, corrigit illam legem, quæ aut iubetur aliquid, aut permittitur. Deinde considerandum, vtra lex de parte constituta sit, vtra de omnia vel re, vel actu,vtra

lex specialiter scripta sit, vera generaliter. Melior.n. quæ de specie descripta est, non communiter. Et est comuniter: vt, hominem occidere ne liceat. specialiter, virum forte occidere ne liceat, & alia huiusmodi. Deinde cōsiderādū, ex qua lege statim fieri aliquid, aut non fieri necesse sit, & ex qua sit aliqua tarditas, nam est traditas, vt in illa lege, legatus intra diem trigesimum ꝓficiscatur. Hæc omnia cum dicta fuerint, operā dare debeat vna quæque pars, quæ pro lege sua nititur vti doceat legem suam, & iustam esse, & apertam aduersariorum autem vel iniustam, vel obscuram vel ambigua. Aut ratiocinatione colliget, quod velint adhibere aliquam definitionem aduersarii, vt intelligi possit quid in lege sit. in nostra autem lege omnia esse manifesta. Deinde debemus adiungere voluntatem, vt ad scriptū voluntas quoq; interpretata consentiat. dare etiam operam, vt aduersariorum lex contrariam habeat voluntatem. Et si fieri potest, aduersariorum legis ita est interpretanda sententiam, vt pene etiam ipsa lex aduersariorū per sententiæ interpretationem pro nobis facere videatur, vt ambæ leges nostræ sint partis, vna nostra per scriptum aduersariorū per voluntatem. Postremi sunt loci communes, qui in legibus contrariis sumi possunt, ex vtilitate, & honestate legis cuiuscunque. (Ea maxime conseruanda putetur, quæ ad maximas res pertinere videatur) Præceptum hoc est: Comparandas leges esse verum inter se duæ vel tres discrepent leges, & seruari non possunt ambæ, quia discrepent, ea maxime conseruetur, quæ sit in cōparatione vtilior, honestior, aut magis necessaria. (Ex ratiocinatione nascitur controuersia, cum ex eo, qđ vspiā est, ad id, quod nusquam scriptū est, peruenitur) ratiocinatio syllogismus dicitur, controuersia legalis est. hęc tractarū. cum ex eo, quod scriptum est id, quod scriptum non est colligitur. Cicer. ait, cum ex eo, quod vspiam sit, ad id, quod nusquā est scriptū, venitur, & hęt modos suos quibus comprehendatur, vel simile cum colligimus, vel cum minus colligimus ex maiore, vel cū consequens dat exemplum. sed hæc in Marcomanno exemplo sunt posita. Dat exemplum Cic. de eo qui damnatus parricidii in carcere testamentum fecerit. Nulla quidem lex testamentū facere prohibet eum qui damnatus sit parricidii, sed sunt aliæ leges quæ multa facere prohibent parricidii reum, & damnatū ex quibus colligitur ēt hoc, faciendi testamenti illum non habuisse potestatem. Itē multæ leges sunt testamentorū faciendorum, ex quibus iterum colligitur, hunc faciendi testamenti potestatem non habuisse. Tractatus vero het locus argumētorum tales. Primum vt scriptum laudemus, & confirmemus, deinde conferamus cum eo facto, qđ colligimus a scripturn: deinde, vt simile esse doceamus. deinde, vt si illud æquū sit, hoc quoq; esse æquū iudicemus. deinde, vt dicamus, cū de hoc scriptum sit, cur de alio scriptū non sit, quod quasi manifestū fuerit ex eo, quod scriptum est ēt, quod scriptū non sit, & idcirco à scriptore legis prætermissum esse videat. Deinde doceamus, in multis legibus multa præteriti, sed accipi hæc ac si non sint prætermissa, ex his. s. quę scripta sunt. hæc dicit qui vtit collectione. Qui contra pugnat ante omnia laborare dēt, vt similitudinē tollat, & dicat aliud esse in eo, qđ scriptum est, aliud in eo, quod admissum est. Ac ꝓpterea esse dissimile, & non debere accipi ex eo, quod scriptum est id, quod non scriptū est, cū sit multa distant a dissimilitudinis, & similitudinis. de quibus in 1. lib. exposuit Cic. Addere præterea et poterit is, qui contra collegionē nititur, vti, & ipse vtatur aliqua collectione. Quod si cōtigerit, iisdem argumentis vtet, q̄ supra dedimus et g vnt collectione. Sin autē non poterit vti, hoc aget, vt ostendat scriptū solū considerari oportere. Periclitari iura omnia, si similitudines accipiant. nihil. n. esse pene, qđ non alteri simile esse videatur. Postremi loci sunt cōmunes ab eo qui vtitur ratiocinatione, extra scriptum per coniecturam id, quod scriptū non est accipi oportere. deinde, neminem posse scriptura complecti vniuersa. illum tantum modo bene scribere legem, qui quædam conringat, ex quibus alia quæ preterit intelligi possint. Loci vero coes contra eum qui collectione nititur, isti sunt. Coniecturam non esse firmū argumentū. sed esse diuinationē: deinde stulti esse scriptoris, non oīa quæ cauenda sunt in lege conscribere. His qui in eo loco sint, adimat potestatem, neq; permittat, sed, vt quasi ꝑmissio esse videatur, collectio sit ex aliis. Definitio est, cum in scripto verbum aliqđ est positū, cuius de vi quæritur. hoc mō: Subiungit postremā legalē controuersiam, quam definitionē nominauit, q̄ nulla parte distat a cōstitutione rationali, nisi quod verbu in lege positū, vel in scriptura aliqua cū definitur, qđ significet qd ie, tunc fit legalis definitio. Supponit exemplū de iis qui nauem suam esse dicunt, q̄ vnus incubuerit gladio, alter remum imperitus gubernandi tenuerit, gubernator in scapham fugerit, hic cum contendant cuius nauis sit, ex lege initium capiunt controuersiæ. Quæritur tantum verbū, quod in lege positum est, quid sit nauē deserere, deinde, qđ sit nauē deserere, & quid sit in naui remanere. Hæc ipsa discretio est, data inter definitionē legalē, & constitutionem. i. rationalem statum. Præcepta autem dicendi eadem seruabimus, q̄ supra sunt posita, vt definiamus, & cetera quæ præcepit.

GENVS CAVSARVM DELIBERATIVVM.



VNC expositis ijs argumentationibus, quæ in iudiciale causarum genus accommodantur, deinceps in deliberatiuū genus, & demonstratiuum argumētandi locos, & præcepta dabimus, non quo non in aliqua constitutione omnis semper causa versetur, sed quia proprij tantum harum causarum quidam loci sunt, non à constitutione separati, sed ad fines horum generum accommodati. Nam placet in iudiciali genere finem esse æquitatem, hoc est partem quandam honestatis: in deliberatiuo autē Aristoteli placet vtilitatem, nobis & honestatem, & vtilitatem: in demonstratiuo autem, honestatē. Quare in hoc quoq; genere causæ quædam argumentationes communiter ac similiter tractabunt quædam separatius ad finem, quò referri omnem rationem oportet, adiungētur. Atq; vniuscuiusq; constitutionis exemplum supponere non grauaremur, nisi illud videremus, quemadmodum res obscuræ dicendo fierent apertiores, sic res apertas obscuriores fieri oratione. Nunc ad deliberationis præcepta pergamus.

RERVM expetendarum tria genera sunt. par item numerus vitandarum ex contrario parte. Nā est quiddam, quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahēs sua dignitate: quod genus, virtus, scientia, veritas est. Aliud autem non propter suam vim, & naturam, sed propter fructum atque vtilitatem petendū: quod pecunia est. Et porro quiddam ex horū partibus iunctum, quod & sua vi, & dignitate nos inductos ducit, & præ se gerit quandam vtilitatem, quo magis expetatur, vt amicitia, bona existimatio. Atque ex his horum contraria facile tacentibus nobis intelligentur. Sed vt expeditius ratio tradatur, ea, quæ posuimus, breui nominabuntur. Nam in primo genere quæ sunt, honesta appellabuntur: quæ autē in secundo, vtilia. Hæc autem tertia, quia partem honestatis continent, & quia maior est vis honestatis, iunctæ res omnino ex duplici genere intelligentur: sed in meliorem partem vocabuli conferantur, & honesta nominentur. Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint honestas, & vtilitas, vitādarum turpitudo, & inutilitas. His igitur duabus rebus duæ res grandes sunt attributæ, necessitudo & affectio: quarum altera ex vi, altera ex re, & personis consideratur. De vtraq; post apertius perscribemus. Nunc honestatis rationes primum explicemus Quod autem totum, aut aliqua ex parte propter se petitur, honestum nominabimus. Quare cum eius duæ partes sint, quarum altera simplex, altera iuncta sit, simplicem

prius consideremus. Est igitur in eo genere omnes res vna vi atque vno nomine amplexa virtus. est animi habitus naturæ modo rationi consentaneus. Quamobrem omnibus eius partibus cognitis, tota vis erit simplicis honestatis considerata. Habet igitur partes quatuor, prudẽtiam, iustitiã, fortitudinem, temperantiam. Prudentia est rerũ bonarum, & malarum, & vtranque scientia. Partes eius memoria, intelligentia: prouidentia. Memoria est, per quam animus repetit illa, quæ fuerunt. Intelligentia est, per quam ea perspicit, quæ sunt. Prouidentia est, per quam futurum aliquid videt antequam factum sit. Iustitia est habitus animi cõmuni vtilitate conseruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius initium est ab natura profectum; deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt: postea res, & ab natura profectas & ab consuetudine probatas, legum metus, & religio sanxit. Natura ius est, quod nõ opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit, vt religionẽ, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, curam cæremoniamq; affert. Pietas, p quã sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis officiũ, & diligẽs tribuitur cultus. Gratia, in qua amicitiarũ, & officiorũ alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas cõtinet. Vindicatio est, per quam vis, & iniuria, & omnino omne, quod obfuturum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. Obseruantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodã, & honore dignantur. Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dñr. Consuetudine ius est, quod aut leuiter à natura tractum aluit, & maius fecit vsus, vt religionẽ: aut si qd eorum, quæ ante diximus, ab natura profectum, maius factum pp consuetudinẽ videmus. aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: qd genus, pactum, par, iudicatũ. Pactũ est, quod inter aliquos cõuenit. Par, quod in oẽs æquabile est. Iudicatũ, de quo alicuius aut aliquorum iam sententijs constitutũ est. Lege ius est qd in eo scripto, quod populo expositum est vt obseruet:, cõtinetur. Fortitudo est cõsiderata periculorũ susceptio, & laborum perpessio. Eius partes, magnificentia, fidentia, patientia, pseuerẽtia. Magnificentia est, rerum magnarũ, & excelsarum cũ animi ampla quadã, & splendida ꝓpositione agitatio atque administratio. Fidentia est, per quã magnis, & honestis in rebus multũ ipse animus in se fiducia certa cum spe collocauit. Patientia est, honestatis, aut vtilitatis causa rerum arduarũ ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio. Perseuerantia est, in ratione bene considerata stabilis, & perpetua permansio. Tẽperantia est, rõnis in libidinẽ, atq; in alios non rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Eius partes sunt, cõtinentia, clementia, modestia. Continentia est, per quam cupiditas cõsilii gubernatione regitur. Clementia, p quã animi temere in odiũ alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Modestia, p quã pudor honestus clarã, & stabilẽ cõparat auctoritatẽ. Atq; hac oĩa pp se solũ, vt nihil adiungatur emolumẽti, petenda sunt. Quod vt demonstretur, neq; ad hoc nostrũ institutũ pertinet, & à breuitate præcipiendi remotũ est. Propter se aũt vitanda sunt, non ea modo, q̃ his contraria sunt, vt fortitudini ignauia, & iustitiæ iniustitia; verum ẽt illa, quæ propinqua vñr, & finitima esse, absunt autẽ longissime: qd genus, fidentiæ cõtrariũ est diffidentia, & ea re vitiũ est. Audacia non contrariũ, sed appositũ est, ac propinquum, & tñ vitium est. Sic vnicuiq; virtuti finitimũ vitiũ reperietur, aut certo iam nomine appellatum: vt audacia, quæ fidentia: pertinacia, qua perseuerantiæ finitima est superstitio, quæ religioni propinqua est, aut sine vllo certo nomine. quæ omnia itẽ vti contraria rerum bonarũ in rebus vitandis reponemus. Ac de eo quidem genere honestatis, quod omni ex parte pp se petitur, satis dictũ est. Nũc de eo, in quo vtilitatis quoq; adiungitur, quod tñ honestum vocamus, dicendũ videtur. Sunt igit̃ multa, quæ nos cum dignitate, tũ fructu quoq; suo ducunt ad se: quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas, alicuius honesta, & cultu, & honore, & verecundia digna auctoritas. Amplitudo, potẽtiæ aũt maiestatis, aut aliquarum copiarũ magna abundantia. Amicitia, voluntas erga aliquem rerũ bonarũ illius ipsius causa, quẽ diligit, cũ eius pari voluntate. Hic, quia de ciuilibus causis loquimur fructus ad amicitiam adiungimus, vt eorũ quoq; causa petenda videat̃: ne forte q nos de omni amicitia dicere existimant, reprehẽdere incipiant: q̃q̃ sunt qui pp vtilitatẽ modo petendam putant amicitiam, sunt qui pp se solum, sunt qui pp se, & vtilitatẽ: quorum quid verissime constituatur, alius locus erit considerandi. nunc hoc sic ad vsum oratorium relinquatur, vtranq; propter rem amicitiã esse expetendam. Amicitiarũ autem ratio, q̃m partim sunt religionibus iunctæ, partim non sunt, & quia partim veteres sunt, partim nouæ, partim ab illorum, partim ab nostro beneficio profectæ, partim vtiliores, partim minus vtiles, ex causarum dignitatibus, ex temporum opportunitatibus, ex officiis, ex religionibus, ex vetustatibus habebitur. Vtilitas autẽ in corpore posita est, aut in extrariis rebus: quarũ tñ rerũ multo maxima pars ad corporis commodũ reuertitur, vt in repub. quædã sunt, quæ, vt si dicam, ad corpus pertinent ciuitatis, vt agri, portus, pecunia, classes, naturæ, milites, socij quibus rebus incolumitatem ac libertatẽ retinent ciuitates. Alia vero, quæ iam quiddam magis amplum, & minus necessariũ cõficiunt, vt vrbis egregia exornatio atque amplitudo, vt quædam excellens pecuniæ magnitudo, amicitiarum ac societatũ multitudo. quibus rebus non illud solum conficitur, vt saluæ, & incolumes, verũ ẽt vt amplæ atq; potẽtes sint ciuitates. Quare vtilitatis duæ partes vñr esse, incolumitas, & potẽtia. Incolumitas est, salutis tuta atq; integra conseruatio. Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda, idonea rerũ facultas. Atq; in iis omnibus, quæ ante dicta sunt, quid difficulter fieri, & quid facile fieri possit, oportet considerare. Facile id dicimus, qd sine magno, aut sine vllo labore, sumptu, molestia,

quambreuissimo tps confici pôt. difficile aût fieri, quod q̃q̃ laboris, sumptus molestiæ, longinquitatis indiget, atq; aut oẽs, aut plurimas, aut maximas causas habet difficultatis, tñ his susceptis difficultatibus cõplecti, atq; ad exitum perduci pôt. Quoniam ergo de honestate, & de vtilitate diximus, nũc restat vt de ijs rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine, & affectione pscribamus. Puto igitur esse hanc necessitudinem, cui nulla vi resisti pôt, quæ neq; mutari, neque leniri pôt. Atq; vt apertius hoc fit, exẽplis licet vim rei, qualis, & quanta sit, cognoscamus. Vti posse flammã ligneã materiam necesse est. Corpus mortale aliquo tpe interire necesse est, atq; ita necesse, vt vis ea postulat quã mõ describebamus, necessitudinis: cui nulla vi resisti pôt, quæ neq; mutari, neque leniri pôt. Huiusmodi necessitudines, cũ in dicẽdi rõnes incident, recte necessitudines appellabuntur. Sin aliquæ res incident difficiles, in illa superiori, possit ne fieri, q̃stione considerabimus. Atque ẽt mihi videor videre, esse quasdã cũ adiunctione necessitudines, quasdã simplices, & absolutas. Nam aliter dicere solemus, necesse est Casilinenses se dedere Annibali: aliter antẽ, necesse est Casilinũ venire in Annibalis potestatẽ. illi in superiore adiunctio est hæc, nisi malint fame perire si.n. id malunt non est necesse, hoc inferius non item: propterea q, siue velint Casilinenses se dedere, siue famã perpeti, atq; ita perire, necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Quid igitur perficere potest hæc necessitudinis distributis? prope dicã, plurimum, cum is locus necessitudinis videbitur incurrere. Nã cum simplex erit necessitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire possimus. cum aũt ita necesse erit, vt aliquid effugere aut adipisci velimus, tum, adiunctio illa quid habeat vtilitatis aut quid honestatis, erit considerandum. Nam si velis attẽdere, ita tñ, vt id quæras, quod conueniat ad vsum ciuitatis, reperias nullam esse rem, quam facere necesse sit nisi pp aliquam causam, quam adiunctionem nominamus: pariter autem esse multas res necessitudinis, ad quas similis adiunctio non accedit. Quod genus, vt homines mortales necesse est interire, sine adiunctione: vt cibo vtantur, non necesse est, nisi cũ illa exceptione, extra q̃ si nolint fame perire. Ergo, vt dixi, illud, quod adiungitur, semper, cuiusmodi sit, erit considerandum. Nam omni tpe id pertinebit, vt aut ad honestatem hoc modo exponenda necessitudo sit. Necesse est hoc faciamus, si honeste volumus viuere aut ad incolumitatem hoc modo, Necesse est, si incolumes volumus esse: aut ad commoditatem hoc modo, Necesse est, si sine incommodo volumus viuere. Ac summa quidẽ necessitudo videt esse honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia ac leuissima commoditatis: quæ cum his duabus nunquam poterit contendere. Hasce autẽ inter se sæpe necesse est comparari, vt, quanquam præstet honestas incolumitati, tamen, vtri potissimum consulendum sit, deliberetur. Cuius rei certum quiddam præscriptum videtur in perpetuũ dari posse. Nã qua in re fieri poterit, vt, cum incolumitati consoluerimus, quod sit in præsentia de honestate delibatum, virtute aliquando, & industria recuperetur, incolumitatis ratio videbitur habenda: cum autem id non poterit, honestatis. Ita in eiusmodi quoque re, cum incolumitati videbimur consulere, vere poterimus dicere, nos honestatis rationem habere, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re vel concedere alteri, vel ad conditionem alterius descendere, & in præsentia quiescere, atque aliud tempus expectare oportebit, In commoditatis vero ratione; modo illud attendatur, digna ne causa videatur ea, quæ ad utilitatem pertinebit, quare aut de magnificentia, aut de honestate quiddam derogetur. Atque in hoc loco mihi caput illud videtur esse, vt quæramus quid sit illud, quod si adipisci aut effugere velimus, aliqua res nobis sit necessaria, hoc est, quæ sit adiunctio, vt proinde, vt quæque res erit, laboremus, & grauissimam quanque causam vehemẽtissime necessariam iudicemus. Affectio est, quædam ex tempore, aut ex negociorum euentu, aut administratione, aut studio hominum commutatio rerum, vt non tales, quales ante habitæ sint, aut plerunque haberi soleant, habendæ videantur esse: vt ad hostes transire turpe videtur, esse, at non illo animo, quo Vlysses transiit: & pecuniam in mare deiicere inutile, at non eo cõsilio quo Aristippus fecit. Sunt igitur res quædam ex tempore, & ex consilio, non ex sua natura considerandæ: quibus in omnibus, quid tempora petant, aut quid personis dignum sit, considerandum est, & non quid, sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quandiu fiat, attendendum est. His ex partibus ad sententiam dicendam locos sumi oportere arbitramur.

VICTORINVS.



Nunc expositis iis argumentationibus, quæ in iudiciale causarum genus accommodantur, Finitis omnibus præceptis quæ data fuerãt ad omnes constitutiones, & ad omnia genera controuersiarum quæ in legibus sunt. duntaxat in iudiciali genere causarum, transit Tullius ad deliberatiuam causam, & ad demonstratiuam. Non quod alia præcepta esse possint deliberatiuæ, & demonstratiuæ quam fuerit supra in iudiciali genere, duntaxat in constitutionibus. Nam pari modo coniecturæ finis, & ceteræ constitutiones, & omnia genera controuersiarum versantur in deliberatiuo, & demonstratiuo, quemadmodum in iudicialibus. vnde non alio modo dicenda sunt in iudiciali, & alio in ceteris, sed eadem dicendi vbique præcepta seruabuntur. Verumetiam quoniam in primo libro docuit, & hic admonet, fines suos certos habent genera ista controuersiarum, necessario propter fines alia quædam præcepta, & alia quædam argumẽta tradenda sunt, de quibus nunc tractabit: Finem habet vtilitatem, vt Aristoteli placet: vt Ciceroni, vtilitatẽ, & honestatem, demonstratiua finem habet honestatem. Ergo propter fines quasi alia argumenta sunt necessaria: aliud.n. cogit in tractatu præter constitutionẽ quãlibet, ille qui æquitatem cupit iudicibus persuadere. aliud, ille qui ostendere cœpit utilitatem, & honestatem aliud, qui ostendere vult honestatem. Vnde ipsius vtilitatis, & honestatis præcepta dãda sunt, quæ deliberatiuæ causæ vidẽtur, & demõstratiuæ propter fines proprios conuenire. Et poterat quidem supponere exempla deliberationis per singulas constitutiones, hoc est, vt docere incidere in deliberatiua coniecturam, finem, & reliquas constitutiones: item pari modo in demonstratiuo, Sed quoniam res aperta est, dicere præterit, ne rem satis clarã dum apertiorem per exempla vult reddere: obscuriorem exẽplorum diuersitate fecisset. [Rerum expetendarum trie gene-

ra sunt, per autem numerus vitandarum ex contraria parte) Deliberatiuæ, & demonstratiuæ causæ fines dixit esse, vtile & honestum. verum est quiddam honestum, quod purum solum, & per se honestum est: aliud vero honestum, quod habet mixtam vtilitatem, quod iccirco honestum dicitur, quia semper in copulatis rebus nomen à meliori parte componitur. vt demonstratiuam causam, cum intelligamus habere laudem, & vituperationem, quidam tamen hanc eandem causam à parte meliore, sicut diximus, laudatiuam esse dixerunt. Ergo cum honestum nunc per se solum sit, nunc sit aliud, quod iunctum est ex vtilitate, tamen etiam hoc honesti nomen nuncupatur: Sunt igitur tria quæ expetuntur, honestum purum, honestum cum vtili, & ipsum vtile purum, ac separatum. Sed his tribus expetendis, hoc est, honesto, vtili, & illo tertio quod mixtum est, adiunguntur duo ad tractatum necessaria, necessitudo & affectio, de quibus plenius postea disputabitur. Atque honestum ipsum, quod propter se expetitur, cum duas partes, vt diximus, distributum sit, prius tractat de eo ipso, quod purum est, nullo vtili sociato, quam diximus esse virtutem, hanc diuidit in partes quatuor, Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam. Et definit prudentiam, eaque tres species subiungit, memoriam, intelligentiam, prouidentiam, quę ratione temporum constant: præteriti temporis est memoria: præsentis intelligentia: futuri prouidentia, has similiter definit. Item definit iustitiam secundùm virtutem, eique subiicit partes similiter tres, naturalem, iustitiam, consuetudinis iustitiam, legitimam iustitiam, easque similiter definit, & dat exempla. Subiungit tertiam virtutem, quam appellat fortitudinem hanc definit, & ei subiicit partes quatuor, magnificentiam, fidentiam, patientiam, perseuerantiam: quas item definit, sicuti omnia. Quarta postremo subiungitur virtus, quæ temperantia dicitur, & dat ei partes tres, continentiam, clementiam, modestiam, quas partes definit ita, vt omnia superiora. Quibus explicitis, aperte docuit id solum, quod propter se expetitur, & quid sit, & quale sit. Verum cum honestum hoc intelligamus esse, quod propter se expetitur, non propter aliquod emolumentum, quod ipsum vtique virtus est, quoniam incidebat quæstio, an virtus, id est honestum propter se expeteretur. (Epicurei enim dicunt, virtutem expeti ipsam propter voluptatem) huius quæstionis cum latior videretur esse tractatus, distulit, & negauit ab hoc institutum, & bene sociari, vbi tantum præcepta traduntur, non rerum disputatio continetur. Nam primo in genere, quæ sunt honesta appellantur, virtus, scientia, veritas, quæ nullam ob vtilitatem, sed propter se expetuntur. [Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur) Hucusque naturam, & iustitiam, cumque his, quę naturaliter iusta sunt, explicauit, nunc ea docebit cum partibus suis, quæ per consuetudinem iusta sunt. Iustitiam enim triplicem esse voluit, naturalem, consuetudinis, id est morum, legum. [Lege ius est, quod in eo scripto quod populo expositum est) Hucusque iustitiam consuetudinis dixit, nunc incipit legum. [Fidentia est, per quam magnis, & honestis in rebus) In honestis actibus fidentia est, ceterum in malis confidentia. [Multum ipse animus in se fiduciæ certa cum spe collocauit) Vt est illud: Tume sui merito, si qua est fiducia forti. [Neque ad hoc nostrum institutum pertinet) Epicurei enim & ipsam virtutem dicunt propter se non expeti, sed propter voluptatem, quæ secta Epicureorum est, hoc vtique reuincendum. Sed quia longioris tractatus est, & alterius operis. [Rhetorica enim nunc exponitur) Ideo & hinc dicere prætermisit. [Propter se autem vitanda sunt,) Docuit honestatem sequendam, subiungit vitandam turpitudinem. Sed turpitudo in his est, quæ contraria sunt virtutibus. Fidentia (vt supra posuit) virtus est: huic contraria est diffidentia, & audacia vitanda, pari modo inter virtutes, & econtraria medio inueniuntur, quæ licet vicina sint virtutibus, tamen vitanda sunt, vt vitanda ipsa contraria, hęc autem quę vicina sunt ita sunt vt certum nomen teneant nunc, ita vt vocabulum non habeant. Fidentiam diximus esse virtutem, diffidentiam vitium. At id, quod fidentiæ vitium est, habet nomen, quod appellatur audacia. Item religio virtus est, irreligiositas vitium, atque religioni vicina vitium tamen est, & superstitio nominatur, quæ & ipsa sit vitanda. Sed hæc vt dixi, media vel vicina habent nomina. nam sunt aliqua quæ non habent, vt iustitia cum virtus sit, iniustitia vitium, punire hostes etiam victos, vicinum iustitiæ, tamen quia parcendum victis est, vitium est aliquando, cui rei vocabulum non est, vt asperitas, aut crudelitas, superstitia, audacia. [Sunt igitur multa, quæ nos cum dignitate, tum fructu quoque suo ducant ad se:) Docuit ea quæ propter se expetenda sunt, itemque dixit quę propter se vitanda, quæ honesta, pura nominauit. Nunc docet illa quę mixta sunt, & habent partem honestatis partem vero vtilitatis, quę tamen etiam ipsa honestatis nomine appellauit. sunt autem, gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Hęc definiuit, in quo simili modo amicitiam docet esse, honestatem quidem mentis, sed cum aliqua vtilitate sociatam. Loquitur enim de amicitia ciuilique vtilitati non caret. deinde partes eius amicitię narrat, & causas. postremo adiungit illud tertium, vti separatam vtilitatem è suis partibus doceat esse, cum ipsa illa commoditas honestate carens perspicitur, vel in republica, vel in singulis ciuibus. Hæc autem in republica nunc ad veris pertinet ciuitatis, nunc ad ornamentum, quæ ipsa tamen in vtroque, conuenienter nominatur. Sed vite nomine appellat incolumitatis. At vero ornamentum potentiam esse dicit, vt sint partes vtilitatis duæ, incolumitas, & potentia. [Atque in iis omnibus quæ ante dicta sunt,) Post hæc tractat, quod Gręci appellant πλάστος, latum: quod fieri possit, aut non possit. in quo etiá illud docet, quod huic vicinum est, & quod facile fieri. Prope enim fieri non posse creditur, quod cum magna difficultate conficitur. Hæc sunt de tribus, hoc est, honesto, puro, sine vtilitate: deinde mixto cum vtilitate: tertio de sola vtilitate. [Vtilitas autem aut in corpore posita est, aut in extrariis rebus:) Hucusque de honesto cum vtili, nunc de sola vtilitate disseritur. [Quoniam ergo de honestate, & de vtilitate diximus, nunc restat vt de iis rebus, quas his attributas esse dicebamus, necessitudine, & affectione perscribamus) Honestati & vtilitati supra positæ, atque tractatæ, duas res necessario dixerat attributas necessitudinem, & effectionem, de his nunc pręcepit, ac necessitudinem docet esse illam, quę neque mutari, neque ab exitu suo flecti possit. affectionem vero, quæ ex tempore, aut negociorum euentu, aut hominum administratione sæpe mutatur, vt res non tales sint, quales esse consueuerunt. Ac necessitudinem, quæ prima est, in duo diuit. vt nunc necessitas sit, quæ aliter exitus suos habere non possit. sed sua cogat effecta sine vlla exceptione, dicit esse alteram necessitatem, vbi fieri aliter possit, cum aliquid admittitur.

DE GENERE DEMONSTRATIVO.

LAVDES autem, & vituperationes ex iis locis sumentur, qui loci personis sunt attributi, de quibus ante dictum est. Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animum, & corpus, & extrarias res licebit. Animi est virtus, cuius de partibus paulo ante dictum est. Corporis, valetudo, dignitas, dires, velocitas. Extrariæ, honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia, & cetera quæ simili esse in genere intelligentur. Atque in his id, quod in omnia valet, valere oportebit contraria quoque, & quæ, & qualia sint, intelligentur. Videre autem in laudando, & in vituperádo oportebit, non tam quæ in corpore, aut in extrariis rebus habuerit is, de quo agetur, quàm quo pacto his rebus vsus sit. Nam fortunam quidem, & laudare stultitia, & vituperare superbia est. Animi autem, & laus honesta, & vituperatio vehemens est. Nunc quoniam omne in causæ genus argumentandi ratio tradita est, de inuentione, prima ac maxima parte rhetoricæ, satis dictum videtur. quare quoniam & vna pars ad exitum hunc ab superiore libro perducta est, & hic liber non parum continet literarum; quæ restant, in reliquis dicemus.

VICTORINUS.

POSTREMUM causæ genus demonstratiuum est, quod adiunget, dat præcepta, quibus laudes vituperationesq. tractentur. i. quibus locis. Ac primum dicit eosdē locos esse laudi, & vituperationi, quos in primo libro iudicialis causæ, hoc est, omnia attributa personę. Partitur tamen breuiter laudes & vituperationes animi, vel corporis, & extrinsecus. Animi virtutes artes, scientiæ, vel contra vitia, corporis totius: vel in partibus, vt pulchritudo, valetudo integritas, & cetera huiusmodi. Extrinsecus sunt, patria, parentes, cognati, amici, magistratus, diuitię, & cetera huiusmodi. Postremum præceptum dat, in laude, & vituperatione non tam nos considerare debere quid corporis sit, quid extrinsecus sit, q̃ quid sit in animo. omnia enim vel laudanda, vel vituperanda, non rebus externis; nō rebus corporis, sed animo metiuntur. (Sin aliquæ res inciderint difficiles) De impossibilitate dicit. (Quædam simpliciter) Vt aliter omnino fieri non possint. (Casilinenses se dedere Annibali) Nisi velint fame perire. (Ergo hic excep.) Casilinum venire in Annibalis potestatem. Hic aliter omnino fieri non potest. (Tum adiunctio) Vbi exceptio. (Nisi propter aliquam causam) Ita non est necessitas in ciuili quæstione illa, quæ sine conditione est. (Partim autem ex his multas esse res) Id est necessitudines. Nam omni tempore id pertinebit. id est, exceptio ipsa, ac summa quidē, necessitudo videtur esse honestatis. Duo sunt quidem, honestum, & vtile: sed vtili cum duo subiaceant commoditas, & incolumitas, quasi tria effecta sunt. verum honestas præponenda, secundo loco habēda incolumitas est, tertio commoditas, deinde, & quæq; res sit aut honestatis, aut incolumitas. (At non eo consilio, quo Aristippus) Vt sociorum cadauera tempestatibus liberaret. (Laudes autem, & vituperationes) Demonstratiua, quę superat, sola tractatur per honestatem. quæ demonstratiua partes habet duas, laudē, & vituperationem vtrunq; tamen ex attributis personæ tractatur. Cum sint xj. attributa personis, quibus approbatur cuiusque persona, nomen hominis certis suis designans, & sanguinem, & hominem nominibus explicatur, cum nullo socium neque nomine, neque attributo. natura est attributum extra ipsum hominem, vt in patria gente; sanguine ceterisque.

Hæc enim licet dent homini commodum, non tamen proprium. In ipso vero homine est natura circa corpus, & animam, quæ dat plurimas, & animo, & corpori qualitates. Ergo natura accidens res est, quæ aptiorem hominem ad vnumquodque facit. itaque non orator natura est, sed oratorius. i. qui orator esse possit. Verum has qualitates, vel diligentia comparat, facitq. perfectas, & habitua nominatur: aut in has casu quodam, ac repentino motu frequenter incidimus, & affectio dicitur. aut in has inclinamur studio quodam, quod ipsum studium per se nihil aliud est quam voluntas applicata in aliquas qualitates. Ergo afficiuntur qualitatibus his modis, ortu, & natali, & est natura. afficimur repentinis casibus, & affectio est afficimur industria, ac constantia, & perseueratione, & habitus est. Vt uero ipsum studium, quod esse definimus applicatam in qualitatem aliquam animi voluntatem, hoc loquam studium nunc affectio est, si pro tempore est: nunc, si perseuerauerit, habitus, ipsum studium non iam quasi præceptio quædam inest rei eius cui nomen est studiū, si perseuerauerit, sed vt studium intelligam, illud debeo considerare. quod ipso studio petitur, vt literatura, aut geometria, quod si præceptum sit, habitus studio præceptus est. Ergo natura accidens qualitas est, ut animæ, vel corporis, vel extrinsecus, & accidens ab ortu, ac natali. Accidit autem mari, vel fœminæ. nam marem esse, aut fœminam, non iam inter commoda computatur. Affectio est accidēs qualitas, vel sponte, vel studio mox desitura. nam si permanet, fit habitus dicta affectio q̃d iniciat qualitatē. Et erit affectio incipiens habitus, vel victus nō enim omnia ad exitum tendunt. Habitus est præceptio qualitatum. nam hæc præcepta philosophi dixerunt. hic qualitates vel cōmoda sunt, vel incommoda. Quæ quoniam tribus modis qualitates eueniunt, multa his commoda vel incommoda communiter eueniunt. Verum per existentiam ea quæ eueniunt secernuntur: nam alia vis in eo commodo quod per naturam est, alia in eo quod per affectionem, alia in eo quod per habitum. Habitus non potest esse, nisi hoc quod non aliud est atque illud quod habetur. nam quòd ignis calet putans aliq. habitum esse, quia perpetuum sic, cum hoc ipsum sit ignis, vt caleat. itaq; potius natura est. Habitum multi non nisi deo dant, & verum est: ille enim habet omnia percepta. At uero homo nunquam ita quid perceptum habet, vt non in profectu quotidie sit, & hunc profectum dixerūt προκοπὴν. i. progressionem quandam, alii habitum dixerunt: ergo pro existimatione maioris perceptionis in homine habitum intelligimus: ut si affectione quadam aliquid quis agat, vt orator in foro, non perfectus tamen, si in eo progressio est, aliqua, habitus dicetur, & certe pro commodo suo, vel habitum, vel affectionem faciet: bonet altero vero erit. In rebus enim nomina sunt certa, quæ alterum significent, vt iracundus habitus est, iratus affectionis, & huiusmodi profectus cum studio, & diligentia euenit, habitus est, cum naturaliter, natura. Studium est autem, uel adipiscendi aliquid, vel retinendi uoluntas. i. quo vel adipisci aliquid uel retinere optamus, uel adepta retinemus. Victus est, uel quod ipse homo agit, uel quod circa ipsum agitur. omnia quæ habet, quæ natura, habitus, affectio studium. Nam oratorem esse, quod est, habitus est, & uictus est, si in ea exercitatione sit. Itaque Cicero qui assiduo studio, perseueranti diligentia in rhetoricam præcepit, ut ea in eo perpetua esset, habitum consecutus est.

Sed quia eius actum sibi instituit ad usum uitæ, i. in eadem re, & in habitu, & in uictu, itaque multum plerunque de virtute habitus detrahit, si victus absuisse dicatur. Nam licet orator plenus sit perceptiones ipsius artis, tamen aliquantum argumento detrahit, si uegos in eadem exercitatione vixisse. ut ipse contra Cæcilium, quia aufert victum, infirmat, habitum eum dicit. Quando ruce tui periculum fecisti? Plerunque etiam si nihil agat ex habitu, hoc ipsum quod nihil agit, est illi uictus. i. vitæ modus nam in uictu est, quibus, amicus vtatur, ita in uicto est, & si non utatur. Et certe, quia nihil horum debet deesse personæ, potest habitum habere ex geometriæ præceptione, in qua nihil agit, & uictum de usu rhetoricæ. Victus autem omnis ad qualitatem tendit. sed ea qualitas vel in affectione, vel in habitu erit. Deinde uti oratione, aliquid rhetoricæ nosse, quod est affectionis, & ad loquendum, aut discendum aptum esse, quod est naturæ: aut loqui, aut studere, uel quod est studii, & cetera huiusmodi habet victus. Verum in hoc considerabitur victus circa hæc omnia, si ita agat uitam, ut hos exerceat. Non enim quia natura loqui, aut studere possumus, quod propriū naturę est, icirco, & inde uiuimus, sed si sit ordinaria sit vita nostra ad omnem substantiam rei familiaris quærendam, ut inde viuamus. i. inde nobis omnia suggerantur ad victum, merito victus ex exercitatione dicitur. Item, & si sit habitus. & non in ipso habitu agit uitam, & virtutem oratoriæ consecutus sit, erit habitus non victus, eodem modo, & affectio est, si est pro tempore. i. prout res aliqua tulerit, ut locus fuerit non perpetua consuetudine inde viuendi. Eodem modo, & studium est, si non studium quodlibet in exercitatione vitæ tulerit, vnde victus nominandus sit verborenus ut causas agere, vt docere est huius studii. sed quia ordinata voluntas est ad vsum vitæ merito dicitur, & victus. in singulis enim his res quæque in eo quod sunt distribuendę sunt: vt item seruus circa hæc quod in hac conditione est, fortuna est, si seruitute seruiat tota vita, victus est. sic & cetera de fortuna. Facta uero, & casus, & orationes, & cōsilia, aut superuenientia, accipienda erūt suis nominibus. Nam victus nō est sine factis, casu, orationibus, consiliis, sed sic venit, fuit, vt dicere posset, ut ei aliquid accideret, vt cōsilio uteretur. Et hæc omnia si sic accipimus, vt actiones non ordinatas, neque institutas toto viuendi tempore, erunt suis nominibus, si u antē in eo genere viuendi posita fuerint, in quo omnia sunt constituenda tibi, constituīdi ad uitam uniuersum uictus nominabitur, non suo quidem nomine. Facta autem, casus, orationis, consilia, cum ex futuro tempore argumentū dabunt ex preteritis confirmabuntur. Nam quia hoc illi accidit, ideo hoc illi accidet: quia fecit hoc ideo facturus est: quia hoc dixit, hoc ideo dicturus est: quia hoc consiliatus est, ideo hic consiliaturus est. Negocium factum, vel dictum est, vnde iudicium est. in iudicium enim vel in deliberationem, vel in demonstrationem non venitur nisi propter factum. Singula igitur quęque quæ homini aut obiiciuntur, aut de homine quærūtur, facta sunt. i. ipsa igitur singula facta negocium sunt. Sunt alia facta, quæ probationem tribuūt ipsi facto. vnde quæritur, sua quodlibet statu suo, tria facta, quæ extra ipsum factū, & extra facta quæ vicina sunt ad factū, & probant factum vitæ preteritę hæc personę attributa dicuntur. Ergo cum negocium factum dictum ve sit, habeat attributa quatuor, continentia cum negocio, in quo in gestione negocio adiuncta negocio quæ gestū negocium consequuntur. Ex his duo prima continentia cum negocio, & in gestione negocii, totum tenent quidquid habere

potest causa omnis.i. negocium omne per partes suas gestam. duo alia sunt, ex quibus assumuntur primum ab oratore ea quæ negocio adiuncta sunt. Quartum autem illud, quod est consecutio non negocii ipsius gestio est. sed aut extrinsecus venientia per homines habet, aut per naturam generaliter vt post docebimus. Igitur prima de attributis continentia habet partes quinque. summam negocii, summæ causam, facta illa quæ probant factum, diuersa per tria tempora, & omne ipsum, qđ diximus negocium est, factam. s. continetur ab his, a summa quæ breuem propositionem habet totum claudens, vt patriæ, inquit, proditio & c. habet & causam, quæ gemina est, impulsio, & ratiocinatio impulsio est, per quam cuius causa factum sit: ratiocinatio est, per quam factum sit demonstratur. Sequitur per tria tempora factorum enumeratio, quid ante rem factum, quid in re, quid post rem fit. Igitur quodlibet negocium de statibus interim loco sit exempli: Milo occidit, non occidit: occidit & non occidit partes sunt singulæ quæstionis. Sed iam parentis occisio, hominis occisio, patriæ proditio, summa est: ergo factum solum negocium est: propositio facti cum persona eius qui arguitur, vel quolibet alio modo inuidiam comparans, aut extenuans, summa dicetur. Et hæc est quam Cato in libro suo appellat vires causarum. Hoc argumentum sequitur causam, quam partiti sumus, quæ vtique aduersus negantem factum danda est, vt fecisse dicatur. Quemadmodum autem tractetur vel ab accusatore, uel à reo, in secundo habemus.

Quod si alius status fuerit præter coniecturam, non causa erit, sed ratio, de cuius tractatu in secundo docuit. Post hæc sequuntur facta omnia ante, & post: in quibus omnia illa quæ in gestione negocii posita sunt, si tamen prosunt, assumuntur. vnicuique enim facto idest locus, tempus, modus, occasio, facultas. In gestione negocii locus vel naturalis est, vel qualitatiuus. Naturalis locus est, cum argumentum præstat, non erit illud argumentum à loco, sed a facultate. Qualitatiuus autem locus præstat argumentum ex opportunitate, quæ opportunitas, quibus rebus possit intelligi, ipse posuit. Tempus quid esset, dudum generaliter docuit, pars quędam, inquit, æternitatis. hoc quoque in tria tempore diuisit, quæ ipse tempora partitus est nam præteritum tribus modis considerat, præsens & futurum, binis. Verum hæc omnia magis ad cognitionem temporis, ut dixit, quidquid esset insinuare cupiebant, quàm ut apta sint in gestione negocii. Quid ergo aptum huic parti erit? nam huic attributum est tempus existimatio eiusdem temporis, & collatio cum gestione: ut id, quod factum dices eo tempore ex quo argumentum sumis, fieri potuisse videatur. Itaque sit ait. Num sępe oportet commetiri cum tempore negocium. Occasio autem, opportunitas est quædam temporis ad aliquid faciendum. hæc opportunitas tribus modis consideratur. Modus autem est, quo non solum factum indicatur, sed quemadmodum factum. qui modus, & animum indicat id est voluntatem, diuiditur aūt per prudentiam, aut per imprudentiam. his quæritur. clam, palam vi. persuasione imprudētia purgatur casu, necessitudine, & affectione animi. Facultates autē duplici modo argumentum præstant. nam eiusmodi sunt, vt per eas aut facilius aliquid fiat, aut sine his effici non possit. Adiuncta negocio, ad factū quod in negocio ponitur: vnde iudex laturus sententiam est, ut probari quoquo modo possit ꝑ quamlibet constitutionem. sumuntur de his rebus argumēta, quæ res possunt in ipsum factum affectione quadam cōtineri. Has res affecta nominamus. Verum affecta accipimus nunc de ipso negocio. i. de omni causa, rebusq. in causa gestis, nunc ad res in causas gestas, alia quasi quodammodo extrinsecus, quæ conuenire videantur. aut inde vt proueniāt, aut ad illa coniuncta sint. hæc affecta quę supra diximus. negocio adiuncta, & cōsequentia negocium dicuntur. Illa prima continentia in gestione. sed de illis iam supra dictum est. Adiuncta uero ea sunt quæ illis ipsis supra positis singulis aliquo modo uel extrinsecus cohærent ut summæ, ut causæ, cęterisq., sed cum non in ipsa sunt sed aliunde assumantur, conuenientia tñ erunt in collatione, sine aliena sint, non hinc nata, cū erit aut maius, aut minus, aut par: reliq. simile, contrarium, disparatum. Si vero his adiūcta ita sunt, ut extra tamen sint erunt, aut genus, aut pars, aut euētus. nihil enim horum non ex his ad hoc est, non tamen in causa positum. Et si positum est in causa. i. in negocio, quę hypothesis est. i. quæstio circa personam propriam, veluti nō positū putetur. Ergo genus sit licet, causæ tamen quia genus est, velut extra causam est, cum persona propria idest in causa. itē species. Iam vero euentus cum tria tempora teneat potest esse ex causa. i. ex negocio, de quo loquor, qui probat qđ est, de negocio, quod euenit rebus gestis, id quod in negocio est. Quoniam tamen & præteriti temporis euentus, & futuri temporis euentus aliquoties sumitur, & hic uideri extraneus potest à negocio ex negocio tamen oriens. vnde probatum est, adiuncta nunc omnibus modis externa affecta, tamen aliquo modo adiungi, vt cetera quæ supra diximus. Nunc aliqua ex ipso. vel in ipso negocio, alio modo tamen se habentia, quam gesti negocii textus ipse & ordo consistit circa personam, certissimæ quæstionis maius, & minus, & æquo magnum ex vi, tum ex numero, & ex figura negocii considerantur. Vis in eo est, quo ipsa significatione uerborum diuersas res intelligimus. Itaque cum prolata uerba distant sensibus nostris, significatione ea quæ proferuntur vi distant. i. potentia quadam, qua quid quæque res possit intelligimus, de numero perspicuum est. Figura est textus, & ordo negocii, per circunstantias suas. Simile autem ex specie, aut ex comparabili, aut ex conferenda, aut assimilanda natura iudicatur. Simile. hoc est species comparabilis, & simulanda natura est in illis acto, genere, natura, vi, magnitudine, tempore. loco, persona, opinione. sed ipsum simile, quod per hæc supra posita efficitur, illic est in contrariis partibus, & quæ sub eandem rationem cadunt. hoc distinctius positum est in differentiis. De consecutione in superioribus duobus attributis negocio negocium omne teneri diximus. tertium, quod est adiunctum negocio, veluti extra esse præcipimus. sed naturaliter cohærere, extra ipsam hypothesin, aut ab oratore assumi. quanquam & ea quæ extra sunt, naturaliter ab oratore sumantur. & de hoc præcepta iam dedimus. Quarta attributio, quę consecutio nominatur, & ipsa ea tenet quę extra sunt, adhærentia tamen rebus negocii, quę non ab oratore ex voluntate sumantur, sed quę ipsis rebus negocii rationabiliter acciderunt. Ac prope ea omnia, quę in quarta attributione in consecutione sunt, id videntur esse quod euentus. Verum euentus aliud est, aliud consecutio uel res consecutionis. Etenim euentus consideratio est, ex quadam natura rerum, qua id perspicitur quod ex quaque re euenerit, eueniat, euenturum sit. In consecutione autem non ex rebus quid eueniat tractat orator, sed quid rebus eueniat. i. quid rebus contingat. Deinde quòd in euentu duo sunt, vt arrogantia, & odium in hac consecutione vnum. Nam ipsi facto consecutio est, quod vel raro vel frequenter. Hęc autem omnia collocata sunt in has constitutione aut nomen contingit rebus, vel imitator, vel inuentor. Lex de ipsa re. consuetudo, pactum vt frequenter fiat, vel non frequenter. vtilitas uel honestas, & cetera quæque vt dixi, rebus accidunt, non ea rebus ipsis, sed ad res ipsas quadam gestione proueniunt.

PLVRIMI IN VICTORINO loci in omni librariorum editione corrupti suæ sinceritati restituti per Marinum Becichemum Scodrensem, ex epistola ad Marcum Dandulum equitem.

HIERONYMVS Donatus, Platonicus, nostrę ętatis Demosthenes, & oratorum, quos quidem viderim, audiuerimq., facile princeps, ex patria soluens, iamq. triremibus in pelagus prouectus vt ad Cretam magni Iouis insulam euolet, dux inclytus, literas ad me dedit sua manu (vt semper solet) exaratas amoris dulcissimi, suauissimæq. humanitatis plenas, his, inquit, velut testamento quodam M. Dandulum animę dimidiū meæ, tibi patronum, patrem tutorem, & deniq; alterum me relinquo. Duplicem igitur personam nunc mihi geris, & M. Danduli, hoc est amici, & fautoris pręcipui, qualē tete mihi semper vero exhibuisti, & Hieronymi Donati, q mihi auctor est famę, salutis, & breuiter terrestris deus qui inter magna, ampla, & innumerabilia beneficia Brixiens. ecclesiæ canonicatū, quę talis ac tāta est dignitas, suis liberis ademit, Marioq. filio meo duodecimum ętatis annum agenti Cæsarea quadā liberalitate, me nec rogāte, nec cogitante, nouissime donauit, suisq. pecuniis tabellarios, & libellos Romam misit, & Apostolica auctoritate firmatū ab omni potentiorū iniuria seruauit. Et qm̄ vacuis ad principes manibus ire minime decet, cum ex quibusdam nugarum

rum mearum libellis, ad manus venissent Castigationes quædam, quas nobis Ciceronis Rhetoricos publice enarrantibus auditores nostri collegerunt in M. Fabium Victorinum rhetorem acutissimum, qui & auream statuam in foro Traiani ab oratoriæ artis præstantiam meruit, & Diuum Hieronymum in eloquentia tantum Christianæ religioni instituit, eas ad te dedi. Dolebam equidem, vir clarissime, nec sine dolore maximo videre poteram, eum auctorem ita fœde laceratum, discerptum, fœdatum, vt vix hominis vmbram, vix sensus alicuius integritate, vix Latini sermonis simulacrum habere videretur. Tu qui bonarum artium studia, & tueri, & augere soles, quandiu domo abfueris, has lucubratiunculas ad leuandum. & desiderium domesticum rerum, & publicarum solicitudinem succisiuis horis intuearis: quas in epistolæ, siue libelli mauis, formam contraximus, vt esset sine onere breuis peregrinationis comes, si placuerit, si displicuerit, minor iactura. Quidquid est quod tuo nomine primum in lucem exiit cognoscere non dedignaberis.

Corrupte apud Victorinum legitur iustitiæ diffinitio: (Iustitia est animi habitus ita informatus, vt omnibus mentis tribuat dignitatem) Legendum est sine dubio, Meritis, itaque fere manuscripti libri habent. Item vbi legitur. Rhetor est qui docet literas, atque artis traditor eloquentiæ) Scribendum est ex sinceris libris, atque artes tradit eloquentiæ, q̃ lectionem probat sensus ipse, præterquam quòd traditor verbum insolens est elegantissimis scriptoribus. Quod autem in illud Cic. Et maximarum ciuitatum veteres animo colligo calamitates ita scriptum reliquerit. Illic enim aliquid operatur eloquentia vbi populus maior est) omnis libraria fides testatur, nam quod aliquid corrigat Magis (bona cum venia dictum accipiat) videtur ignorasse elegantiam, & emphasim huius sermonis aliquid. qui vim maiorem exprimit, vnde doctus poeta dixit, quod & à Plin. repertum est.

Nanque tu solebas,
Meas esse aliquid putare nugas. Persius:
Sese aliquid credens. Iuuenalis:
Est aliud, quocunque loco quocunque recessit.
Vnius sese dominum fecisse lacertæ. Ouidius:
Est aliquid fidis collum tetigisse lacertis,
Præsentesq; oculos admonuisse piis. Idem:
Est aliquis af atq; suo ferroq; cadentem.
In solita moriens ponere corpus humo.

Quanti momenti est & illud Quintiliani: Est aliquid consummata eloquentia. Non enim id significat, quod plures arbitrantur, sed continet non leue pondus sententiæ, quæ nõ effertur. Cic. ad Att. lib. 4. Disrumpuntur hi qui me posse aliquid doluerunt. Apud eundem, ceterosque auctores clarissimos, oratores, historicos, poetas legimus emphaticoteron dici: Hoc se aliquem putat. ille se aliquem credit. Tu te aliquid esse arbitraris, Vos aliquid posse existimatis, Est aliquid hoc, Est aliquid illud, Est aliquis, & alia huiusmodi. Tali sententiæ pondere dixit Rhetor eruditissimus M. Fabius Illic enim aliquid operatur eloquentia. vbi populus maior est. nam theatro gaudet magno, quoque maior est populus, eo sese magis eloquentia attolit, quæ in turba, & turbis admirabilis apparet. Virg.

Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est,
Seditio, sæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & saxa volant, furor arma ministrat,
Tum pietate grauem ac meritis si forte virum quem,
Conspexere, silent, arrectisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Habent etiam omnia exemplaria: Deinde dicendum est hoc loco, quid sit ciuitas. Et dictio Deinde delenda est, vtpote superflua, quæ etiam in antiquis codicibus non est. Et paulo post: Amicus ei, qui nihil vsu vitæ simulis pio ac fideli amore coniungitur) Nisi Mihi pro Nihil reponas, ridicula erit lectio. Vt & illud: Deinde etiam istum, sapientem & magnum virum. sic enim corrigendum est, vbi iustum librarii reposuere. Est & locus ille animaduersione non indignus: Nam nemo ei iniuriam facit, nemo seruus eius prodest posteris liberis eis prodest. Amicus ergo si quid præstat, etiam vtile est) Confusa sunt & corrupta verba, quæ in suum nitorem ita redigenda sunt, & distinguenda: Nam nemo ei iniuriam facit, nemo seruus eius Deinde comma fiat: Prodest in posterum liberis eius, prodest amicis. Ita enim legendum est, non posteris, non amicus. Deinde fiat distinctio, & sequantur: Ergo si quid præstat etiam, vtile est. Fateor minus annotatione dignum esse illud: Sapientia igitur sola duobus modis aliquid persuadet, aut cum tacet, & aliquid facit, & id, quod facit, quia bonum est, alter imitatus idem, vt quidquid tacitus fecerit sapiens, id alter re, non verbis doctus imitetur) Legendum est enim. i. pro idem. Tale est quod mox sequitur: Negat inopem dicendi idem, quę verbis naturalibus vteretur) Legendum: Negat inopem dicendi. i. Leuiora adhuc fortasse videbuntur quę subiunguntur Tamen sermonem seruatum possumus inuenire. Primo itaque, &c. Quis non uidet Ordinem, non sermonem scribi debet? prout & in quibusdam manuscriptis habetur. Habent omnia ferme exemplaria. Sed quia iste primus vir disciplinam accipere non potuit, profectus sui natura & vsu. quin enim cognouit habitum suum, & diu secum per tractando cognouit esse in hominibus bonam naturam. quę vt perfecta esse potuisset præceptorum adhibuit disciplinam) Scribendum est, Habuit vsum, pro habitum suum, & posset pro potuisset. Mox paulo. Ergo in hominibus fuit materies. i. perfecta natura quę perfecta præcepta fuerunt inuenta per sapientiam, insinuata per sapientiam legi debere puto, Quam perfectam præcepta fecerunt muneram per sapientiam, insinuatam per eloquentiam. Non multo post: Indistorta enim membra, nec quæ iuxta naturam sui appetunt, apposita sunt, virtus non potest cadere) Cæci vident, legi debere: Appetenter apposita sunt. Et post paululum: Sic vestis etiam habet rem, vtilitem texturæ. habet speciem, gratiam. s. circa aspectum faciei) Manifestus est error, non tamen dissimulandus cum in cunctis fere exemplaribus inoleuerit: Gratiam, non Gratiam repone. Infra: Tertia illa est honesto illi contraria. In veteribus libris hęc post verbum Contraria, & ante peruetere, sequuntur verba, quæ impressi omnes quotquot hactenus videre potui desiderant, omne enim quod in vsu est, & rem habet, & speciem. Sed nunc in rem inclinatius, nunc in speciem · vt sapientia in rem inclinatior, eloquentia autem in speciem. Est vulgatis in exemplaribus, Temeritas enim & inconsiderantia: ait in antiquis, Inconsideratio. illa habent, Causæ, non euentus incendium: hæc, Causæ vero euentus incendium. Item, Si n. hostem oderis, non inuides, sed inimicus est) Etiam qui prima grammatices elementa discunt, non ignorant. Et secundam verbi substantiui, non tertiam personam, necessario exigi. Item: Ostendit hæc qui agat orator) Sinceri codices, ostendit hic quid agat orator. Demum legitur circa finem præfationis: Ita illa ad scientiam solam proficit, hæc ad scientiam, quæ in hac actu fit. & statim post. Cumque per hanc vitari vitia dico, non tamen cum vitentur ostendo. Prisca manus non ponit. Hac, quod est puerile erratum, sed sinceram lectionem: Quæ in actu fit. Et loco cum, habet quo modo: vt fit, tamen quo modo vitentur ostendo: Corrupte legitur apud eundem Victorinum. Vt animal genus. etiam hoc modo piscis, equus, animalia) Legendum est enim, vt animal genus est, iam homo, piscis, equus, animalia tum ex euidenti ratione, & ex antiquis codicibus. Item error est infra vna quæ res certas solenni cursu, & sine vllo tumultu agit, & altera, quæ in lite ac disceptatione versatur. Et hoc modo quidquid agit, duobus modis agit: factis, & dictis. Ita ciuilis est ratio in factis, & dictis: sed quæ facta, & dicta in actu atque in opere constitutæ sunt) Corrigo: Vna quæ res certas solenni cursu & sine vllo tumultu agit: altera, quæ in lite ac disceptatione versatur: vt homo quidquid agit, duobus modis agit. factis & dictis. Ita cultus est ratio, vna in factis & dictis, sed quæ facta, & dicta in actu atque opere constituta sunt. Item corruptus est locus ille: Multi, inquit, dicunt ciuilem scientiam, sine eloquentia stare non posse) Negatio illa adulterina est, & peruertit sensum ideirco delenda: quæ castigatio ex sequentibus comprobatur: Multi, inquit, dicunt, ciuile scientiam, sine eloquentia stare posse. cuncta enim per naturam, id est per sapientiam facile posse cognosci. Multi autem dicunt ciuilem scientiam sola eloquentia constare posse, illudque esse iustum, vel iniustum, quoad eloquentia potuerit persuadere Sed ego, inquit, ab vtriusque dissentio. Puerilis quoque menda est, vbi de officio facultatis rhetoricæ loquitur: Ergo officia pro personis diuersa sunt, aliud enim est officium patris, aliud amici, aliud, vt ad rem redeamus artis oratoris. Artis adulterina est dictio, & ideirco spongia delenda. Et paulo post. Nam in euentu. i. qui finem in officio constituit, &c.) Male distinguitur, & legitur nam. est enim legendum, Non quia hæc clausula pendet superiori. Sed non, in quit, intellexit. Cicer. qui finem in rebus ipsis posuit, non in euentu. id est qui finem in officio constituit. Vbi de materia artis tractatus, sic legitur in vulgaris exemplaribus, Qui vt videamus à pleno excedit.

excedit. & excessit. non ad id, quod habet modum) Probior est antiqua lectio: Qui, vt videmus, à pleno excedit, & excessit, non id, quod habet modum, sed in infinitum. Turpissima est menda illa quæ inoleuit in omnibus fere exemplaribus: Hunc etiam Hermagoram, qui neq; artē scripsit, confutat, ac lacerat dicitq; hunc vehementer errasse quòd materiam oratoris in duas partes diuidat, in causam & in quæstionem) Quis in literatoribus nedum in literatis est qui non videt scribendū esse? Nunc etiam Hermagoram qui æque, artem scripsit. Quo modo enim non scripsit Hermagoras artem? si & Cicero, & Fabius, & ceteri testantur eum scripsisse, & sexcentas ex eius arte auctoritates ad ducunt. Impressorum autem somnolētia fecit, vt legatur: Deinde quam astute ibi Hermagoræ, vbi sibi alienis multa conquirit) Cum omnino legendum sit: Deinde quam astute ibi Hermagoræ dat ingenium & diligentiam, vbi sibi de alienis multa conquirit. Considera, ni piget, & illud tractatu de inuentione: Alij Stadiagon græco vocabulo quidem quod in ea de incerto inuestigando maximum certamen habeatur, an legendum sit. Istadiaton, ex manuscriptis codicibus. Quamuis ἀγὼν particula significet certamen; quod ipsius Victorini expositioni maxime iudicio meo conuenit. Vide etiam an mendosa est etiam lectio, hæc, Nam describendi sunt nobis Fregellani, qui sampes videbantur aduersi) Ex antiquariis librorum fide legendum. Qui semper populum R. videbant aduersi & infensi. Mox paulo mendum est puerile. Sed quoniam vbiq; inoleuit, tollendum, Deliberat senatus an Carthagini pareat? parcat scribendum esse, ne infantes quidem ignorant. Negligētia vero librariorū non multo post omisit non verba, sed versus integros. In cunctis librariorum officinis sic impressum fuit. Quare definitionibus nostris nomen illi aliud quam aduersarii voluit, imponere debemus) In sinceris libris hi sequūtur versiculi: qui necessario sequi debent ad sensum præcedentium. Non est sacrilegium, cum ab eo qui de templo detrahit, cuius tutelæ atque custodiæ commissum est. Si præceptor discipulum verberat, iniuria non est: si iure factum est aliquid, nō potest iniuria dici. Item corriges insantiam illorum qui legunt paulo mox. Homo est, qui rectum verticem rotundo capite attolit, cuius sunt subi collu humeri. brachiaque dimissa, & cetera in hunc modum. Sed, vt ipse ait, sed breuiter describenda) Cum manuscripti libris habeant: Homo est, qui rectum verticem rotundo capitis attolit, cuius sunt sub collo humeri, brachiaque demissa, &c. in hunc modum. Sed, vt ipse ait, breui describenda. Perperam quoque legitur, Generis est controuersia, cum & quid factum sit conuenit. Tulit coniecturam. Deinde cum ait, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat tulit finem Ergo superest, vt quale, vel quantum sit id, quod factum est videamus. Et dat exemplum, vtrum iustum an iniustum sit, vtrum vtile an inutile sit. Quod enim quæritur, nomē rei, sed rei, qualitas quæritur. & ideo qualitas apposita est) Vera lectio est, Cum ait, & quid factum sit, &. Ideo qualitas appellata est, non autem apposita est. Et: Quod cum quæritur, non nomen rei, sed qualitas quæritur.

Falso scriptum est in Victorini libris omnibus, qui ex officinis impressorum emanarunt: Ergo Cic. primum dicit deliberationem & demonstrationem, quæ prima, sunt secunda esse non possunt) Cum pueri, qui vix prima constructionis elementa percipiant, percipiant non possunt legi debere, sed posse.

Cæci autem sunt qui legunt apud eundem Victorinū, Harū prima, vt diximus substantia vocatur, reliquæ nomē in substantia sunt, quæ accidens vocantur) Cum legendū esse Nouem, vel ex præcedentibus verbis perspicere potuerint. Aristoteles ait, res oēs quæ in dictis a factis & in omni mundo aguntur, decem esse, quæ rerum nomina ponemus: Prima substantia est, & quæ sequuntur) Pudendus est error, & duplex in ea lectione, Cū vero generis nomen acceperint, in eo quod genus sunt, & partes esse non possunt, hoc est quod ait. Eidem genus. i. simile ac iudiciale esse, & pars non potest. Ergo si genus generis pars esse non potest, multo minus partis generis partes putabuntur) Atq; ita restitues pristinam lectionem. Et dem genus. i. simile ac iudiciale est. esse & pars non potest, nō autem, Iudiciale esse. Et, multo minus partis generis pars putabitur, non, partes putabuntur ne solœcismus sit. Illa autem verba, quæ post tres versiculos subsequuntur. Nam aut nullum, &c. genus causæ est non scientiæ tanti Rhetoris, sed temulentiæ chalcographiorum ascribenda sunt. Statim post: Nam qui artes scribit, nullasque dicit esse causas, nullam non potest dicere. Tulit rem vnam) Quisquis intelligit quæ differentia sit inter Tulit, & Tollit, sustulit Tulit, & scribit Tollit. Item: Nam demonstrationis finis, & honestas deliberationis vtilitas iudicialis æquitas) Qui discernit verbum substantiuū à copula reponet Est, non Et: vt sic; Est honestas. Friuolum est, & illud notare, notandum est tamen adolescentulorum gratia: Sed primum quam de eodem syllogismo tractentus. Legendum esse: Prius illud ipsum Primum clamitat. vt & in illo. Si dicas, iuuentas vtique consideratione temporis, iuuentas ante senectute est, non ne iuuentus voci feratur se nunquam in recto dictam fuisse a Mario iuuentas, semperque iuuentus? & legendum, si dicas, iuuentus vtique consideratione temporis iuuentus ante senectutem est. Animaduertendum ad hæc, quod vbi scriptum est. Hic quoque aduersarius syllogismum quadripartitum.) Animaduertamus, reponendum esse cunctis tacentibus, ipsa partitio syllogismi ostendit: Vt, Postremo concludit propositionis secundam partem non autem secundam. Item multo igitur minus recte partis eius quam hæc dicit partes putabuntur, prout habent vetusti libri, non autem Quod.

Codices omnes corrupti sunt, in quibus leguntur verba illa adulterina in Victorino. Vbi Cic. inquit, Placet autem ipsi intentionis esse depulsionem. Rursus, inquit, si finem per seipsum consideremus, nihil aliud quàm finem inspiciemus nec in eo quod finis est, possumus translationem intelligere: ita ergo constitutionis singulæ habent proprium suum in quo positæ genere commissionem constitutionis alterius non admittunt. Si ergo constitutionis singulæ per semetipsas consideratæ habent proprium suum commixtionem alterius nō admittunt) Hæc inquam verba adulterina sunt, ne in antiquis codicibus reperiuntur, nec ad interpretis nec ad eius quem interpretatur Victorinus sensum faciunt. Hanc autem castigationem quilibet, si modo & ab eruditione & ab omni ratione non est alienus facile probabit, si quæ præcedunt & quæ subsequuntur; sublatis his quæ diximus conuectet hoc modo, Ipsi autem placet constitutionem intentionis depulsionem esse, & cetera ei alias definitiones Siue, inquit, constitutionem primam causæ causatoris confirmationem dicat, siue defensoris primam deprecationem, necesse est deliberationem, & demonstrationē neque constitutionem esse nec partem, constitutionis. Contra non pauca desunt verba inferius, & quædam etiam subdititia sunt, vbi legitur. Deinde, inquit, coniecturalis causa. Si inquit, coniecturam per id, quod est, attendamus, nihil aliud inuenimus, quàm coniecturam solam, nec in eo quod coniectura esse, possumus intelligere. Rursus, inquit, si finem per seipsum consideremus, nihil aliud quàm finem inspiciemus, nec in eo quod finis est possumus translationem intelligere. Si ergo constitutiones singulæ per semetipsas consideratæ habent proprium suum in quo positæ genere, commixtionem constitutionis alterius non admittunt) Lectio corrupta esse videbatur, se quemadmodum restitui posset, non constabat. Nam quamuis legēdum esse vaticinarer inueniemus, vbi impressi codices habent incipiemus, & verba illa, in quo positæ genere, a librariorum somnolentia interposita, tamen nunquam diuinassem quæ verba ab ipsis librariis essent prætermissa. Ambigenti vetus lectio suppetias tulit, quæ talis est Deinde, inquit, coniecturalis causa si, inquit, coniecturam per id, quod est attendamus, nihil aliud inuenimus quàm coniecturam solam, nec in quod coniectura est, possumus finem intelligere. Rursus, inquit, si finem per seipsum consideremus, nihil aliud quam finem inuenimus. nec in eo quod finis est possumus translatione, intelligere. Ita ergo constitutiones singulæ, in quo positæ genere commixtionem constitutionis alterius, non admittunt. Si ergo constitutiones singulæ per semetipsas consideratæ habent proprium suum, commixtionem constitutionis alterius non admittunt.

Verba Victorini ita circunferuntur. Ratio est autem, quando omnis oratio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. Ideo ait. Cum omnis oratio non in scriptione, sed in aliqua argumentatione consistit. Quoniam, & orationem scriptio, & oppositio orationem hēt. Legendum est. Quoniam & orationē scriptio, & scriptionē oratio habet. Quid. n. est. Et oppositio orationem habet? Nihil certe ad intellectum scribentis. Vbi vulgo impressores reposuerunt. Quoniā omnis de facto iam confessio est) Libri antiqui melius: Quoniam omnis ratio de facto iam concessa est. quam probant etiā quę statim sequuntur: Icciteo in omnibus constitutionibus dicit iudicationem de infirmatione rationis fieri, præterquam in coniectura. In coniectura enim facti nulla confessio est.

Et

Et post in tractatu exordii, vbi scriptum est Verū cum ait maxime, ostendit & aliis causis offendi & iudices: sed his plerunq; si aut in negocio ipso inest aliqua turpitudo, vt res ipsa præter personas, aut iudicis, aut gentis pariat offensionem) Non gentis, sed Agentis, vel potius Agentium, legendum est. Corrupta est etiam lectio illa: Hæc, inquit, narratio remota à ciuilibus causis, duo membra habet. nam aut propter negocio exponēda sumitur, qđ est comœdiographorū, vel tragœdiographorum, vel propter personas) ita corrigenda, ex vetustissimorum librum fide, & ex auctoris mente. Hæc, inquit, narratio remota à ciuilibus causis, duo membra habet. nam aut propter negocia exponenda sumitur, quod est maxime historiographorum, aut propter personas exprimendas, quod est comœdiographorum, vel tragœdiographorum. Atque ita legi debere, quiuis mediocriter eruditus potest perspicere ex his, quæ paulo supra dixit: Ter●●m genus narrandi est, quod extra oratorem est, hoc est, quod ait, Remotum à ciuilibus causis. est autem poetarum, vel historiographorum. Consimiliter quæ subsequuntur respondent.

Lectio vulgata est. Verum hic hoc animaduertendum est, vt definitionem partitionis non ab eo quid faciat collegerit) Fateor me non intelligere quid velint innuere hæc verba: cum prius dicat, Partitio est totius causæ per partes constitutio diuisio est rerum sub partitione tacentium. Placet igitur, vt iuxta priscæ lectionis fidem potius legas. Verum hic hoc animaduertendum est, vt definitionem partitionis non ab eo quid sit, sed ab eo quid faciat, collegerit. Et hoc in illud Ciceronis: Recte habita in causa partitio illustrem, & perspicuam totam efficit orationem. Est & ille locus apud Victorinum castigatione non indignus: Illa superior species, cum proposuerit quid conueniat, ad ipsam se inclinat) Quidam codices, Id ipsum. mendum est in vtraque lectione, quod vnius elementi mutatione tolletur, si Id, pro Ad: Ipsum, pro Ipsam legas: vt sit, Illa superior species (hoc est, quæ quid cum aduersarius conueniat, docet, & quid in controuersia sit) Cum proposuerit quid conueniat, idipsum ad se inclinat, vt pro se faciat id, quod aduersarius confitetur. Quis est adeo iudicii expers, qui non perspicue intelligit, mendose legi in partitione? Tamen partes generi iungere non debemus intractabimus, vel inde tractabimus) An non potius legendum, In tractatibus: prout præcedens, & subsequens sermo exigit? In partitione tamen inquit, partes generi iungere non debemus, in tractatibus quæstionum debemus de generis partibus disputare. Solicite etiam considerans de illo loco: Postquam id ipsum statueris, erit excogitata ratio: & ideo excogitata, quia fuerat iam ante cogitata ratio, quid, vel quod consilium est) Et emendatior codex veræ lectionis admonuit, quæ huiusmodi est: Postquam idipsum statueris, erit excogitata ratio, & ideo excogitata, quia fuerat iam ante cogitata, ita excogitata ratio consilium est. Nam illam dictionem Quid, siue Quod, addidit imperitiam cuiuspiam. Subieci & verba illa vt magis perspicuus sit error. Verum hæc occasio, vt diximus, ex actibus nostris, vel ipsius mundi, parit nobis ad aliquid opportunitatem. Integra commentaria duo verba maxime necessaria habent, quæ librarii omiserunt. Verum hæc occasio, vt diximus, ex actibus nostris, vel ipsius mundi qualitas proueniens, parit nobis ad aliquid opportunitatem. Verba quæ desunt in vulgo impressis codicibus, vbi de probabili loquitur, sic restitues: Istæ opiniones δόγματα dicuntur, δόξα græce opinio, & δόγματα opiniones nuncupantur. Et infra; Sed has tres partes ipsas res esse diximus, de quibus probabile fit argumentum. verum in his tribus rebus rursus quatuor collata sunt, id est quod ex illis rebus conficitur, aut signum dicitur, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile) Scribendum est ex veteri lectione, collocata, non collata, quod & sensus ipse per se probat. Restitues etiam quæ desunt verba: vbi de comparabili loquitur, Hæc comparatio. i. similitudo, partes habet tres imaginem, quam græci εἰκόνα appellant collationem, quam græci παραβολὴν appellant, exemplum, quod græci παράδειγμα appellant.

In tractatu de Inductione, sic vulgo scriptum est in Victorino, Interrogauit, inquit, Aspasia Xenophontis vxorem. Si, inquit, vicina tua aurum melius habeat, quàm tu habes. tum, inquit, Xenophontis vxor, inducta similitudine superiorum, quoniam sententiam mutare non poterat, tacita erubuit) Ex verbis Cic. imperfectam esse sententiam facile cuiq; constat, & verba deesse post illud, Quam tu habes. quæ quidem hæc sunt in manuscriptis exemplaribus: Cuius habere mauis, tuum an illius? Respondit illa, illius. Deinde, inquit: Si virum, inquit, meliorem habeat, quàm tu habes, vtrum ne tuum mauis, an illius? deinde sequuntur. Tum Xenophontis vxor inducta. &c. Nam verbum, inquit, superfluum est, nec in eisdem exemplaribus reperitur.

Desunt etiam non verba, sed clausulæ, in sequentibus. Postea, inquit, Aspasia conuertit se ad Xenophontem ipsum, & similiter cum illo instituit inductionem: Dic mihi, inquit, Xenophon. Si vicinus tuus equum aut fundum meliorē habeat, quàm tu habes, tuum ne mauis, an illius? Id est, nisi in gratiam regressi fueritis, semper & tibi vxor lectissima, & tibi vir optimus deerit) Qui non videt mutilam, & imperfectam sententiam, omni in literis iudicio caret. Quid frigidus? quid ineptius? quid magis auulsum? quid magis alienum, quàm dicere? Tuum ne mauis, an illius. i. nisi in gratiam regressi fueritis. Sic legendum est ex sinceris codicibus: Dic mihi, inquit, Xenophon. Si vicinus tuus equum aut fundum meliorem habeat, quàm tu habes, tuum ne mauis, an illius? Illius, inquit. Quid si, inquit, vxorem meliorem habeat, quàm tu tuam ne mauis, an illius? tacuit Xenophon. Tunc, inquit, Aspasia: Quoniam id mihi vterque vestrum respondere noluit id, quod voluieram respondeii, ego dicam quid vterque vestrum cogitet. Nam & tu, inquit, Xenophon vxorem optimam cupis, & tu virum optimum. quare nisi, & tu vir optimus fueris, & tu fœmina lectissima, nisi in gratiam regressi fueritis, semper & tibi vxor lectissima, & tibi vir optimus deerit. Et infra. Et tu, inquit, mulier virum optimum vis habere, & tu Xenophon vxorem habere lectissimam maxime cupis, deinde ex hac confessione quid conficiatur ostendit, neque vir melior, neque fœmina lectior in terris sit. Reddit supra physicæ inductionis exemplum, dat nunc in Rhetorica. Non quo, inquit, diuersa præcepta sint, sed ne quis præceptum in philosophiam datum, in Rhetorica videre non possit) Tu ex fide antiquæ lectionis, ex ipsius Ciceronis verbis, veram & castigatam, & integrā lectionem ita restitues: Et tu Xenophon vxorem habere lectissimam, maxime cupis, deinde ex hac confessione quid conficiatur ostendit. Quare, inquit, nisi hoc perfeceritis, vt neque vir melior, neque fœminæ lectior in terris sit, profecto semper id, quod optimum putabitis esse, multo maxime requiretis.

Victorinus deinde ponit hæc Ciceronis verba: Sed quia nō satis alicui videbitur, & subiungit sua huiusmodi. Dedit supra philosophicę inductionis exemplum, dat nunc in Rhetorica, non quo, inquit, diuersa præcepta sint, sed ne quis forte pręceptum in philosophia datum, in Rhetorica videre non possit.

Exemplum quod ex Cicerone recitat Marius Fabius, à librariis sic repositum fuit: Si inquit, Epaminondas id, quod ait legis scriptorem sensisse, ad legem suis verbis addat, idem damnandum esse, qui exercitum non tradat, præter eum qui Romanum populum causa retinuerit, hoc si addat, nunquid pati potestis? Non opinor. Deinde si hoc. i. legi additum, vos vestra auctoritate ad populū feratis, nunquid id populus patietur?) Sed sic scribendum censeo, ex Ciceronis mente, ac verborum contextu competenti. Si inquit, Epaminundas id, quod ait legis scriptorem sensisse, ad legem suis verbis addat. i. damnandum esse qui exercitum non tradat, præter eum qui R. P. causa retinuerit, hoc si addat, nunquid pati potestis? Nō opinor. Deinde si hoc legi additum. i. si vos vestra auctoritate ad populum feratis, nunquid id populus patietur? In quo loco agitur de argumentatione concludenda, si lete legitur, Quarum conclusionum vna talis cum breuiter facimus propositionis, & assumptionis, & post adiungimus id, quod ex omni argumentatione conficitur) Nisi adiicias statim post Breuiter, Anacephaleosin, nec sensus sequitur, nec grammatica constructio. Eadē adiectio mox statim facienda: Quoties, inquit, longa fuerit argumentatio, aut propter memoriam ἀνακεφαλαίωσιν in conclusione facere debemus) Male sine ea voce passim scribi, sicq; à magistris ludi omnibus fere legi video.

Item paulo post: Aut per conductionem, i. aut per contrarium) Eadem vox repetenda, hoc modo: Quare, inquit, quæcunq; longa argumentatio fuerit duobus modis concludenda est, aut per conductionem. i. ἀνακεφαλαίωσιν, aut per cōtrariū. Grauarer plura huiusmodi errata colligere, nisi adolescentulorum vtilitati magis quam famę consulerem, qui aut laborē suscipere recusant, aut per se perspicere nō possunt sine his instrumentis quæ nobis Deus vt studiorū vigilantia, assiduaq. diligentia concessit. Vbi de signo: Et quū diximus factum omne signum esse, in facto autem, & facta, & dicta sunt, cōstituamus,

inquit,

inquit, signum, si aut id factum dicamus quod non oportuerit, aut id factum quod oportuerit. Sed quia interdũ per ignorantiam prouenit. vt aut id non faciamus quod oportet, aut id faciamus quod non oportet, tunc autem grauius delictum est, si faciamus quæ non facienda sunt) Adde, Aut non faciamus quæ facienda. quam additionem vetera exemplaria habent & sequentia comprobant. Quia, inquit, in eo quod facimus, faciendum. vel non faciendum, inest scientia deliquentis. scit enim quia aut faciendum est, aut non faciendum. Idcirco postremum illud addit ad confirmationem signi, vt non modo aliquid fecerit, aut non fecerit, sed etiam scierit faciendum esse. aut non esse faciendum. Desunt etiam quædam verba, quædam superflua sunt, vbi loquitur de modis, quibus argumentatio reprehendi potest: Si indigetis pecuniæ, pecuniam non habetis, nam omnino qui pecuniam non habet, indiget pecuniæ, & ille qui habet, & maiorẽ habere desiderat, indiget pecuniæ. indigere enim voluntatis est) Legendum: Si indigetis pecuniæ pecuniam non habetis, vtiq; hoc ambiguum est. nam & ille qui omnino pecuniam non habet, indiget pecuniæ, &c.

Adhuc vulnera fœda à librariis Victorino facta, sanare curabimus. In secundo libro, vbi legitur, Verum quoniam ipsa quoque genera propter suos fines diuersos. diuersa præcepta desiderant, cum iudicialis habeat æquitatem, demonstratio honestatem, deliberatio honestatem vtilitatem, confirmandi & reprehendendi præcepta. quæ sunt in constitutione, singulas diuisit, in iudiciali genere causarum, in postrema libri parte de deliberatione & demonstratione propter fines propter aliquot tractaturus) Scribẽdum est: Præcepta, quæ sunt in constitutiones singulas dabit, nõ autem, Constitutione diuisit: &, Aliqua tractaturus, non aliquot At vbi desunt verba illa sic, enim vulgo legitur: Materia quod non autem oia., vt voluit Gorgias Leontinus, aut etiam, vt voluit Hermagoras) Sic restitues lectionẽ. Materia, quod hypothesis sit, non autem omnia, vt voluit Gorgias Leontinus, aut etiam thesis, vt voluit Hermagoras. Maior deprauatio & error magis prudendus est, in quo loco de coniecturali constitutione tractatur. Sic enim legere est. At vero à facto probationes habebunt, facta illa omnia quę probant factũ illud, vnde iudicium est. Factum tria significat. est factũ & illud, quod intenditur. ipsum illud, quod dicitur Occidisti. est factum tertium hoc quod tribuit argumentum: At factum illud vnde iudicium est, vt transisti. e amasti, quibus probatur Occidisti. hoc ergo vltimum est, quod dicit a facto. Quod ipsum perspicietur in tribus illis, ante negocium, in negocio, post negocium, simul cum sententiis, per quæ se explicant facta loco, tempore, modo, occasione, facultate) Quomodo factum tria significat, si duas tantum significationes explicat? quo modo, inquit, Victorinus, est factum tertium si primum non præmisit? Scribendum igitur: Nam factum tria significat est factum vitæ præteritæ, quod personam probat est factum & illud, qđ intenditur, ipsum illud, quod dicitur Occidisti. est factum tertium, hoc quod tribuit argumentum, &c. Non multo post in quibusdam exemplaribus quædam verba desunt, in quibusdã quædam superflua sunt, in quibusdam quædam corrupta, & inuersa. tu locum sinceritati suæ hunc in modum reddes, ita tria hæc tribus superioribus respondent, commodis incommoda, illic retinendi, hic reiiciendi, illi augendi, hic minuendi illic adipiscendi, hic deuitandi, quibus etiam illa accident, vt aliqd commodi sumamus, vel vt maius commodum consequamur vel vt maius incommodum vitemus, aut rursum, vt incommodorum prætereamus, vel vt maius commodum adipiscamur, vel vt maius incommodum deuitemus. Nam & suscipi commodum paruum potest vt maius aliqud commodum consequamur, vel incommodum maius vitetur: Et rursus commodum contemni potest, vel vt maius commodum consequamur, vel vt maius incommodum vitetur. vt leno contentus fuit sine lucro meretricem dare, ne ab Aeschine verberaretur, & velut in Verrinis accipi potest. Malo non habere quàm rogare. Rursus contempto commodo, suscipi maius commodũ potest. vt Terentianum illud in suasione: Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

De modis ratiocinationis sic vulgo legitur Victorinus) Argumenti quanta res sit, quam appetierit, aut fugerit, præter hæc duo vnum etiam illud accusator considerare debebit, ne forte ista, quæ secutus sit, aut fugerit, in opinione tantum habuerit reus, neq; consecutus sit commoditatem, neque illum malum fugerit. Sed dicendum est, ei ita fuisse visum, quia arguitur, & sit sua opinione deceptus. Opinio autem dupliciter decipit, modo dum rem aliter putat, atque est eadem res, modo dum aliter euenit, quàm putauit. Res fallit, si mala creditur, cum bona sit vel contra, vel neutrum vel vtrunque. Ergo cum hoc intelligi possit, quòd opinio fallit homines, tum in re tum in euentu. In re reus, vti acceperit forte, defensione non sibi antiquiorem fuisse pecuniam vita, aut fratris, aut amici Accusator debet verum argumentum concedere. est enim credibile. sed confirmare debebit, hoc ei qui arguitur non ita visum fuisse, & hoc approbare ex attributis personæ, non illum habuisse opinione. sed illam potius habuisse, quod talis est scilicet quòd scilicet personæ est) Tu corriges Augmenti, vbi legitur Argumenti, Immo vbi vno, vt sit: Immo etiam illud accusator, &c. Item Qui, pro quia repones: Qui arguitur. & Forte. pro forte: vt sit, Cum in re reus, vti acceperit forte defensione. Item vbi legitur, Non illum habuisse opinionem, adiice Hanc, vt sit lectio, Nõ hanc illum habuisse opinionem. In fine, Quod talis est scilicet, quòd. s. personæ est, corrupte legitur. Melius: Quod talis est, quod scilicet personæ est, in quibusdam legitur exemplaribus.

Nam sublato verbo substantiuo, quod ante Scilicet est lectio castigata erit, Quod talis. s. personæ est. Deprauate etiam legitur. (Si in ratiocinatione opinio ponetur infirmitatis loci sunt quatuor. non tale esse, vel commodum, vt possit aliquem fallere, maxime se non potuisse, quod firmabitur persona. Post hæc omnia, defensor vti poterit omnibus locis accusationis si in alios crimen transferre voluerit. Quemadmodum enim accusator, cum conuincat, defendit alios, & vtitur partibus ac locis defensoris, ita & defensor, vt se purget, accusabit alios, & in hoc vtitur partibus ac locis accusatoris. aut si fuisse concedet, extenuabit, quæ auget orator) Legendum est, Infirmantis loci sunt quatuor, non infirmitatis, & Accusator vt reum conuincat, non autem, cum conuincat. Et, Quæ auget accusator, non orator.

Affirmaui, & constante affirmo omni libraria fide aduersus reclamante, multos esse errores, & pueriles quidem, in Victorino, in quem nimis licentiose grassata est librariorum inscitia qualis est ille (Et illud melius considerare ex proposito themate negocii, & si item & aduersarii rationem diligenter attendere, & si suspiciones atq; argumenta colligere) Non ne legendum esse, Et suam, & aduersarii rationẽ, & pueri cognoscerent Et loco haud nimis remoto. (Locorum autem communium genera duo sunt, vnũ cũ certæ rei certa est amplificatio, aliud cum rei dubiæ est disputatio. Amplificatio certæ est, vt parricidam, in sacrilegium. Dubiæ vero rei communis locus est, qui à græcis dicitur, quæ habet partes duas, quæ iccirco locus cõmunis dicitur. quod ex materiæ genere non certum quid designat, sed habet tractatum ex generalitate communi, vt suspicionibus credi oportere, vel non oportere. sed hanc thesim ciuilem moralem ne teneamus. non illã quæ apud philosophos naturalis est. quilibet autem horum locorum cum interponitur, interponi autem raro debet, ornat orationem, neq; interponendus locus, nisi cum aliquid iam probatum est. Etenim si locus communis generalia loquitur, quasi causam tenens. descendit ad causam, ius iudicem tenens, quia iure iuratus sedens audire desiderat, sententiam prolaturus est. Ergo vt parte causæ probata iudicia vtendum est, aut in peroratione. i. epilogis, vt aut renouetur, aut suscitetur auditor. Omnis enim locus communis locutionum cuncta ornamenta desiderat quæ aut verborum sunt, aut sententiarum, quæ dum apte ac necessario dicuntur, oratorem ab oratore discernunt. Etenim cum loci communes causarum communes oratoribus similitudine dictionis esse non possunt) Deest verbum thesis, post illud, A græcis dicitur, quod animaduertere poterant castigatores Victorini ex eo quod statim sequitur: Sed hanc thesim ciuilẽ, &c. Et infra, Hoc argumentum est solum, non argumentum p locum communem, quæ ex contrario quoq; habeat probabiles rationes, credendum, non credendum, suspicionibus credi oportere, aut non oportere. i. thesis. Ex mox paulo. Hæc thesis est, credendum, non credendum. Quod autem in parricidã, in sacrilegium non sacrilegum scribendum sit pudet dicere. Non ita. quasi causam tenens descendit ad causam. cum scribendũ sit, Discedit à causa sic vbi est, Iudici vtẽdum est, ego libentius legerim, & melius legi crediderim. Ergo causæ parte probata inducendus est. aut in peroratione. i. epilogis. & subiungit causam: Vt aut renouetur, aut suscitetur auditor.

Mendosa sunt hæc etiam apud Victorinum. (Vt ea q̃ materiam argumentis præbent, & cum illa quæ quasi hĩc artẽ negantur, iisdẽ attributionibus tribuant tractatũ. Delendum est

Cum

Cum: & ante Tractatum addendom In probatione, vt est io antiquis exemplaribus. & sententiæ ratio exigit. Manifestaria est & illa deprauatio. (Vtrum in themate coniectum cōiectura fuerit, eius diuisionibus vtamur: vel aliarum, si quæ inciderint constitutiones) Scribēdum est, suffragante veterum librorum fide omisso verbo adulterino: Cum io themate coniectura fuerit, eius diuisionibus vtamur, Itemq. & alterius: vel aliarum, si quę inciderint constitutiones: corrupta etiam sunt quæ sequuntur. Subiungit igitor in definitione loco à parte accusatoris: sunt autem, & ista quatuor) Definitio approbatio definitionis, deductio definitionis io ipsam certam spem de qua agitur) Corrigendom est Locos pro loco, sublataque coniunctione Et. vtpote ociosa: definitio pro definitio, speciem pro spem. Sic paulo post legitur) Turpis, aut inutilis demonstratur aduersario & definitio ex honestatis partibus, & vtilitatis) Castigandum autem, pro aut, aduersariorum, pro aduersario, Et copulata obliterata.

Tanta fuit incuria, & correctorum ignauia seu negligentia, vt locos insignes neglexerint, & pueriles admiserint corruptiones. qualis est ea. Exemplū generis, id est, finitiui. C. Flamminius, is. qui consul R. historiam a post sequentibus dedit. Qua sane lectione quid voluerint intelligere, plane nō intelligo. tu Hanc repone loco, a. Et infra scribitur. (Nam esse quidem possunt alii com munes loci ex causa, & ex negocio nati, non ex constitutione: vt in calumniatorem, vt conquestio misericordiæ, vt indignatio facti, & cetera huiusmodi, & quæ ex periculi magnitudine genita, non constitutiones definitiuæ, vt diximus, sed ex compositiooe circunstantie, quam nominamus procreansur) Quæ lectio inoleuit ex negligentia magis, quàm ex ignorantia. Haud dubie Victorinus in scriptum reliquit: Ex compositione circunstantię, quam περίστασιν nominamus, procreantur. Nec ita multo post legere est (Hanc de his locis communibus periculi magoitudine procreans in coniecturali constitutione fecimus mentionem, qoi, qualesque sicut explicantes) Et hanc nugationem habet codices omnes vulgo, quos vidimus impressos. Vera & emendata lectio habet Ac, oon hac: sint, uon sicut, vt sit: Ac de his locis communibos periculi magnitudine procreatis in coniecturali constitutione fecimus mentionem, qui, qualesque sint explicantes. Miror & mendum illud non fuisse animaduersum, vel ex Ciceronis verbis & ipso sensu. Subiungit vero exemplum translationis. (Cum agit iniuriarum, cum præcisa in annis est. Ee his qui præcidit, exceptionem postulat) Cum Manus, noo in annis, castigata sit lectio. Adiicio & illam corruptionem, quæ statim sequitot. Deinde per coniecturam tractandum, vtrum malitiæ tractandum aliud, cum aliud simuletur, an stultitia, an necessitate) Mihi uerbum Simuletur ubi est similiter, reponendum videtur. Nec est negligenda offcosio, quæ duplex ex mox paulo. (Sit nobis præscriptio ioiuriarum de cæde exceptio nisi præiudicium facias.) Vetus manus melius: Sic oobis præscriptio iniuriarum actio, ne præiudicium facias de cęde. Notandum est & illud. (Nunc subiungit in hanc negocialem qualitatem, quemadmodum, & vnde argumenta socianda sunt) Libri antiqui. Facienda. Miror & hoc non esse animaduersum: Sed in absoluta ipsa iura proferimus. vt factum, defendas: cum Proferas legendum esse, ipsum illud, Vt factum defendas: doceat. Locus etiam qui sequitur non est ociose prætereundus. (Hoc tamen, cum & in negociali hæc sint, distat absoluta ab negociali, quòd illa latius assumit, vt probet, quemadmodum nuuum ius esse possit. de quo quæritur. absoluta autem ipsa iura assumit, vt probet factum Malim nanque ita legere: Distat absoluta à negociali, quòd illa ius assumit, vt probet quemadmodum nouum ius esse possit. de quo quæritur. absoluta ante ipsa iura assumit, ut probet factum. Noo multum ab hoc distat & ille. (Huius constitutionis idem finitiuæ tractatu omisso, ipsam considerat compensionem. Ac præcepta hæc constituit, ut si quid per coniecturam tractandum, si prima parte tractetur, vel hoc non obfuisse, vel hoc non futurum fuisse) Priscæ exemplaria habent. Id est, loco idem, Sic loco si, uel non hoc anima fecisse. pro vel hoc non obfuisse. Sed & vulgatam quis lectionem tueri posset in illo, Vel hoc non obfuisse, & cetera: Non multum ab hoc diuersus est. (Loci communes inerunt accusatoris in eum qui cum de facto turpi aliquo aut inutili, aut vtrunque fateatur, quærat tamen aliquam defensionem, & facti inutilitatem, aut turpitudinem cum indignatione proferre. Relatio criminis, & cetera) Prætermissa fuerunt ab impressoribus hęc verba, quæ ante illud, Relatio criminis, in priscis exemplaribus leguntur. dicit feci, sed profui, confitetur, feci. & defensionem sibi aliunde conquirit, huiusmodi hominem vel reum dicit inuehendum, Inualuit, & hæc lectio. (Si quidem & tu illam qoa punitus es, audire voluisti) Quæ à labe vindicabitur, si nimis antiquam declinationem Punitus es tollas, & piaisti reponas, & Quam pro qua, ne solœcismum Marius fecisse videatur. Sorítici syllogismi fecit formam.) Qui in infinitum semper de inrecta rei definitiooe porrigitur. Prima, vt dici solet, fronte hæc lectio recta uisa est, Postea rectius consideranti visum est, non Inrecta, sed Inuenta Victorinum scripsisse. Vt paulo ante: Modo crimen ingens. posteaquam pœnas sumpsisti de sorore: non modo crimens ingens vt vulgo legitur. Sic infra mendose legitur. (Deinde adiungat ad probationem definitionis;) pro approbationem. Item, (Quod sit eius facinus non ignorabile) Cum Eemus scribendum sit, non Eius. Sic: Quoniam conuenit negociali absoluta qualitas) Cūm & rei veritas exigat, & manus prisca habeat, Iuridiciali, non Negociali.

FINIS.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes Ternionꝭ, excepto Y, Quaternio.



V E N E T I I S,

M. D. L X X V I I I.

Francisci Angeli I. dn. Spello.

